J M

IDER.

I L I U M.

CORPUS REFORMATORUM

EDIDIT

CAROLUS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER.

VOLUMEN VI.

HALIS SAXONUM
APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.
1839.

PHILIPPI MELANTHONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

EDIDIT

CAROLUS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER.

VOLUMEN VI.

HALIS SAXONUM
APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.
1839.

PHILIPPI MELANTHONIS

EPISTOLAE, PRAEFATIONES, CONSILIA, IUDICIA, SCHEDAE ACADEMICAE.

ACCESSERUNT

CASP. CRUCIGERI EPISTOLAE ET IUDICIA, ALIORUMQUE ETIAM EPISTOLAE AD VITAM MELANTHONIS ILLUSTRANDAM SPECTANTES.

UNDIQUE EX LIBRIS EDITIS COLLEGIT,

EX MANUSCRIPTIS EMENDAVIT ET AUXIT, ET SECUNDUM SERIEM ANNORUM

DISPOSUIT

CAROLUS GOTTLIEB BRETSCHNEIDER.

VOLUMEN VI.

ANNALES VITAE PHILIPPI MELANTHONIS.

ANNO 1546.

Ian.

3. vel d. 4. Ian. Melanthon domum rediit.

7. Inchoatur *concilium Tridentinum.*

8. Mel. indicat de scripto quodam Buceri, a Landgravio ad Pr. Electorem misso.

9. Pontanus dissuadet Principi Electori, ne Melanthonem mittat Ratisbonam ad colloquium.
Mel. in schola enarrat epist. ad Romanos.

10. Heidelbergae celebratur coena sacra sub utraque specie et lingua vernacula.
Mel. cum Crucigero et Georg. Maiore est Torgae in aula, ubi scribit iudicium de colloquio Ratisbon.

16. Gratias agit Regi Daniae pro 50 Ioachimicis, dono acceptis.

19. Georgius Maior et Laurentius Zoch proficiscuntur ad conventum Ratisbon.

23. Mel. mandatum habet aulicum, ut scribat recusationem concilii Tridentini. Hoc die Lutherum postremo vidit viventem, ut ipse testatur in epist. ad Besoldum d. d. 23. Ian. 1547. — Mel. laborabat valetudine. Hoc die *Lutherus* iter ingressus est Mansfeldiam. Sic scribit Matthesius in vita Lutheri. Sed de Wettius putat, Lutherum d. 24. Ianuarii profectum esse, ea de causa (de Wett. epp. Luth. V. p. XXIV.), ut addit: „denn Luther schreibt vom 25sten, er sey heute um 8 Uhr in Halle angekommen; wenn er nun nicht zwei Tage unterwegs war, so reisete er am 24sten ab." — Putat quidem de Wettius, Lutherum hora octava *vespertina* Halam advenisse; sed sine dubio hora 8. *matutina* eo venit. Lutherus enim ad uxorem d. 25. Ian. scribit: „Wir sind heute um acht Uhr zu Halle ankommen, aber [heute] nach Eisleben nicht gefahren; denn es begegnete uns eine große Wiedertäuferin mit Wasserwogen und großen Eisschollen (Sala exundans). So konnten wir auch nicht wieder zurückkommen von wegen der Mulda, mußten also zu Halle zwischen den Wassern stille liegen." Satis perspicuum est, epistolam vespertino tempore esse scriptam et narrare impedimenta, quae inter *hoc die* impediverint. Non igitur hora octava vespertina, ubi mense Ianuario nemo in itinere periculoso pergere solet, sed matutina Halam venit. Lutherum autem duos dies in itinere consumsisse, et die tertio mane demum Halam venisse verosimile est. Diserte dicit Muldam quoque, quae media fluit inter Wittebergam et Halam, valde exundasse. Iter igitur exundatione huius fluminis rapidissimi videtur impeditum esse. Accedit quod mense Ianuario lux diei brevis adhuc est, et quod viae illo tempore erant luto squalidae et celerem cursum impediebant. Quod si igitur Lutherus non primo mane sed fere hora octava vel nona d. 23. Ian. iter ingressus est, vix potuit progredi usque ad Muldam. Hoc igitur flumen d. 24. superavit et venisse videtur usque ad oppidulum Landsberg, unde d. 25. hora octava matutina advenit Halam.

24. Landgravius scribit ad Granvellanum, rumorem undique sparsum esse, Caesarem moliri bellum contra Protestantes.

27. Initium comitiorum Ratisbonensium. — Melanthon (cum aliis theologis) decem literis mandavit iudicia et consilia ad hunc conventum spectantia.

Febr.

4. Mittit Cordato propositiones, ut de iis in promotione doctorum disputetur. — Alter consessus concilii Tridentini.

5. Inchoantur colloquia theologorum in conventu Ratisb., ubi *Malvenda* disputat de Iustificatione.

10. Georgius Maior prolixe scribit, quid actum sit Ratisbonae.

13. Monet Matthesium ut caute mutet ritus ecclesiasticos.

18. *Lutherus* moritur.

19. Melanthon accipit Ionae epistolam de morte Lutheri, eiusque obitum indicat auditoribus in schola.

20. Lutheri corpus Halam advehitur.

21. Senatus Academiae, interprete Melanthone, indicat funeralia, quibus Lutheri corpus excipiendum sit. — Lutheri corpus Kembergam venit.

22. Post meridiem Lutheri exuviae adferuntur Witebergam et corpus reponitur in Ecclesia arcis. Melanthon habet orationem in Lutheri honorem.

Mart.

1. Melanthonis oratio in funere Lutheri recuditur Lipsiae, cui Mel. quaedam addidit.

Consolatur Myconium, morti proximum.

5. Princeps Elector literis monuerat Melanthonem, Pomeranum et Crucigerum, ut causam Lutheri constanter agere pergerent; cui theologi respondent, se hoc bona fide facturos esse.

(6.) Mel. scribit propositiones contra Malvendae sententiam de iustificatione.

8. Mittit propositiones contra Malvendam.

9. Accipit nova mandata, a Carolo Caesare in conventu data.

12. Mittit Ziglero, theologo Lips., orationem περὶ εὐχῶν, sed sine epilogo.

med. Recusationem concili Tridentini latine vertit.

Princeps Elector iubet, ut missi ab eo in conventum domum redeant.

20. Bucerus abit ex conventu Ratisb.

25. Praefatur in Lutheri enarrationem Psalmi secundi a Vito Theodoro editam.

28. Philippus Landgravius est apud Carolum Caesarem Spirae.

Melanthon a Principe Palatino vocatur Heidelbergam.

Praefatur in Cantagieseri disputationem de Matrimonio.

Apr.

1. Conveniunt legati Protestantium Wormatiae. (Discesserunt d. 23. Apr.)

4. Fere hoc die Georg. Maior ex conventu venit Wittebergam.

7. *Myconius* moritur.

8. Tertius consessus concilii Tridentini.

12. Fere hoc die Mel. academiae Francof. scribit de poenitentia.

16. *Hermannus*, Archiepiscopus Coloniensis, excommunicatur a Papa.

17. Fridericus *Staphylus* mittitur in Academiam Regiomontanam.

Mel. narrat historiam de internecione Diazii.

20. Hamburgae disputatur de descensu Christi ad inferos.

30. Mel. indicit enarrationem epistolae ad Romanos.

h. m. Iudicium theologorum de bello cum Caesare.

Maio

14. Mel. ad V. Theodorum: „Circumfero assiduos cruciatus iam quatuor mensibus ex calculo ortos."

med. Theologi Witteb. respondent ad quaestionem: an colloquium de religione iterum inchoandum sit.

19. Lipsiam proficiscitur ad nundinas.

Hoc tempore Carolus Imperator venit Ratisbonam.

25. Mauritius Dux Sax. venit Ratisbonam.

26. Frid. Staphylus commendatur Alberto, Duci Pruss.

31. Mittit pagellas de confessu tertio Synodi Trident.

Habet tutelam liberorum *Lutheri*, cuius viduae Princeps Elector duo millia aureorum donat ad emendum fundum.

Iun.
1. Praefatur in T. II. operum Lutheri latinorum.
3. Scribit latinam recusationem Concilii Tridentini.
Mittit Georgio Anhaltino orationem synodalem.
13. Lipsiae est apud Camerarium.
16. Legati Protestantium Ratisbonae Caesarem adeunt, et sciscitantur de apparatu bellico.
20. Mauritius Dux discedit ex comitiis.
Item discedunt Protestantium legati, alius post alium.
Mel. queritur de parergis quibus aula eum onerat. „Saepius, inquit, quanquam senex, de fuga cogito; sed brevi fortassis mors abrumpet has ineptas occupationes."
21. Civitates Germaniae superioris arma capiunt.
25. Melanthon iam persuasum habet, ingens bellum parari.
Iul.
10. Mel. iterum edit Lutheri Warnung an seine liebe Deutschen, praefatione addita.
15. Publicum scriptum Protestantium, quo declarant, bellum ab Imperatore religionis tantum causa suscipi.
Papa ordinat, ut preces publicae fiant pro exstirpandis haereticis.
20. Dux Saxoniae et Landgravius Hassiae publicis literis proscribuntur ab Imperatore.
Rector Academiae Witteberg. annunciat scholasticis, ipsis licere, si velint, ex Academia discedere propter imminens bellum.
22. Melanthon invitatur, ut, si bellum propius accedat, se conferat Northusam ad Meienburgum consulem.
27. Mel. hortatur scholasticos, ut vel in suam quisque patriam vel in alia loca tranquilliora discedant.
28. Camerario scribit quid metuat speretve de bello.
Aug.
11. Dux Saxoniae Elector et Landgravius Hassiae Imperatori bellum, missis literis, indicunt.
(Mel. in omnibus epistolis ad amicos scribit, quantum dolorem suscipiat ex bello primum suscepto, deinde segniter gesto.)
Sept.
1. Edit collationem actionum forensium Atticarum et Romanarum.
2. Respondent Princeps Elector et Landgravius ad tabulam proscriptionis.
15. Aula, ut Academia secedat, quod Melanthon recusat, ne maledici dicant, doctores nunc fugere. — Adhuc est frequentia auditorum in Academia.
25. Milites in Lusatia colliguntur, invasuri Saxoniam, quare scholastici dimittuntur.
Oct.
9. Deliberationes de pace cum Caesare facienda sunt in Castris Foederatorum.
12. Nuntiatur palam, Mauritium Ducem arma capere contra Principem Electorem.
18. Mittit Georgio Anhaltino orationem synodicam. Dimittit filios Meienburgi ex Academia, ut domum redeant.
20. Ferdinandus, Rex Bohemiae, bellum indicit Duci Sax. Electori.
27. Mauritius Dux Sax. declarat, se terras Principis Electoris occupaturum esse.
29. Ioachimus March. Elect. Melanthoni hospitium obtulerat, cui gratias agit.
Nov.
1. Exardet bellum in ripa Albis, dissipatur Schola Wittebergensis. Multi se conferunt Magdeburgum.
4. Scribit suam sententiam, an liceat subditis Mauritii arma capere ad opprimendum Pr. Electorem et religionem.
6. Schola a Rectore Academiae, propter metum obsidionis urbis, dimittitur.
9. Initium fugae Wittebergensium. Decrevit Mel. secedere Servestam.
10. Georgio Anhaltino, pro pace acturo, scribit quibus rationibus Mauritius Dux permoveri possit, ut Witebergae parceret. Accedit exercitus hostilis ad urbem et deditionem postulat. (Vid. ep. d. 10. Nov. 1547.)

Nov.
11. Mel. se confert Servestam.
13. Dessaviae scribit suam sententiam, an preces publicae pro Caesare in Ecclesiis fieri debeant.
16. Mittit paginas libro Menii von der Nothwehr, quod Wittebergae excudebatur, addendas.
17. Est Servestae, nec vult cum aliis Doctoribus Magdeburgum abire.
21. Gratias agit Senatui Brunsvicensi, qui ei hospitium obtulerat.
22. *Flacium Illyricum* commendat Medlero.
23. Queritur, quod nihil sani consilii sit in aula Electoris, et cupit omnino liberari ab aula.
Pfeffingero, theologo Lips., scribit quomodo debeat versari in hoc bello.
25. Baumgartnero, qui ei obtulerat hospitium, gratias agit.
27. Mel. se confert Magdeburgum, ubi commoratus est usque ad d. VI. Decbr.
30. Mauritius, Dux, est in oppido Kemberg.
Dec.
1. Exercitus Mauritii Ducis occupat loca in vicinia Wittebergae.
2. Multi suaserant Melanthoni, ut Lipsiam ad Landgravium Hassiae se conferret eumque ad pacem flecteret. Scripserat ei, sed nolebat ad illum accedere, ut vitae et suspiciones multorum ab utraque parte.
9. Dessaviae est apud Ascanium cum Ioachimo Camerario, ubi somnio angitur, de quo loquitur in ep. d. 2. Ian. 1547.
10. Servestam se iterum confert.
11. Vult iam proficisci ad Landgravium, qui cum Mauritio, Duce, de pace facienda acturus erat.
16. Princeps Elector cum exercitu proficiscitur ad liberandam Saxoniam.
17. Georgio Anhaltino mittit concionem in hymnum angelorum.
20. Landgravius et Mauritius Lipsiae convenire volunt, ut agant de pace.
25. Mel. scriptum Menii von der Nothwehr absolvit et addit praefationem.
29. Exercitus Mauritii abducitur ex vicinia Wittebergae.
Mel. mittit ultimas pagellas scripti Meniani Wittebergam.
Uxor Mel. redit in urbem ab obsidione liberatam.

ANNO 1547.

Ian.
2. Est Dessaviae et somnio angitur. *Camerarius* est Merseburgi apud Georgium Anhaltinum.
5. Carmen mittit de somnio, quod habuit. — *Ionas* est Magdeburgi.
10. Accipit per Vitum Windshemium 150 Ioachimicos a Rege Daniae, missos ut subveniatur Melanthoni, Bugenhagio et viduae Lutheri.
13. Lipsia obsidetur a copiis Ioannis Friderici, Electoris.
Concilii Tridentini decretum de iustificatione hominis.
14. Mel. est Wittebergae, quae ab obsidione iam erat liberata.
Versatur Mel. in altera editione libelli Menii von der Nothwehr, quem prorsus retexuit, ita ut hoc scriptum Melanthoni potius quam Menio tribuendum sit. — Triduum est Wittebergae.
18. Convenit cum Camerario et Georgio Principe Anhaltino.
20. Mel. se iterum confert Servestam. — Advenit Ioachimus March. Elector de pace acturus.
23. De fuga cogitat. — Camerarius adhuc est Dessaviae; eius familia se contulerat Erfordiam.
25. Norimberga, quo se multi academici contulerant, Melanthoni hospitium offert. — Mel. iterum pertexit *Dialecticen*, denuo edendam.

Ian.
25. *Hermannus* Archiep. Colon. se episcopatu abdicat.
27. Mel. est adhuc Servestae.

Febr.
3. Rex Daniae 200 Ioachimicos dono miserat Bugenhagio, Lutheri viduae et Melanthoni, pro quibus Mel. gratias agit et historiam belli narrat.
5—10. His fere diebus est Wittebergae, ubi scripsit ad Ioannem Fridericum Electorem eumque admonuit, ut pacem faceret. (Vid. ep. d. 13. Febr. ad Georg. Anhalt.) — Rediit Servestam.
17. Vocatur Mel. a Ioachimo principe Anhalt. in oppidum Köthen. Pertexit ultimam partem dialectices.
19. Senatus Norimbergensis Melanthoni et Camerario iterum hospitium obtulerat.
23. Mel. gratias agit Senatui Norimbergensi.
26. Moritur *Anna*, filia Mel., uxor Sabini, Regiomonti.

Mart.
1. Princeps Elector iubet, ut Academiae doctores iterum redeant Wittebergam et doceant.
2. Sabini filia, apud Melanthonem versata, febri laborat.
3. Decretum synodi Tridentinae de Sacramentis.
Princeps Elector copias Alberti Marchionis ad oppidum Rochlitz in fugam coniicit. Albertus capitur.
7. Absolutus est liber Menii von der Nothwehr, quem Ioannes Marcellus in linguam latinam vertit. — Scribere constituit adversus decretum concilii Tridentini de iustificatione.
13. Mel. nomine Academiae gratulatur Principi Electori de victoria d. 3. Martii reportata.
15. Accipit epistolam Alberti Ducis de morbo Annae, filiae suae.
19. Mel. scribit: „Sunt hic *μαργῖται* [Brandenburgenses] quidam, quorum virulenti sunt sermones adversus nos."
23. Vocatus erat a Ioachimo March. Electore in Academiam Francofordianam.
26. Exeuditur adhuc dialectice a Iosepho Klug.
Georgio Anhaltino mittit conciunculam.
27. Accipit nuncium de morte Annae, filiae.
31. *Franciscus*, Galliae rex, moritur.

April
2. Ioannes *Stigelius* commoratur Erfordiae.
Camerarius proficiscitur in Franconiam.
5. Uxor Melanthonis calculo laborat.
Io. Agricola contumelia afflixit Georgium Anhaltinum, epistola publice edita.
6. Mel. rogat Sabinum, ut liberi Annae omnes (filiam iam secum habebat) sibi mittatur.
Conveniunt Egrae Caesar, Ferdinandus Rex, et Mauritius Dux.
8. Mel. mittit capita consolationum, ut edantur.
10. Mittit Psalmum a se editum.
17. Indicitur electio Rectoris Academiae.
22. Caesaris exercitus est prope Misenam.
24. Caesaris exercitus Albim superat. Ioannis Friederici Elect. copiae in fugam coniiciuntur, et ipse capitur.
25. Versio latina libri Meniani, a Marcello facta, edita est.
26. Accipit Servestae, ubi commoratur nuncium, Pr. Electorem captum esse, et fugam parat.
(28.) Scribit uxoribus Concionatorum Wittebergensium supplicationem pro maritis ad Caesarem.

Mai
1. Melanthon cum familia in fuga.
3 Venit Brunswigam. Simul cum eo Lutheri vidua et Georgius Maior eiusque familia.

Mai.

4. Caesaris exercitus Wittebergam obsidet. Caesar indicit comitia Ulmae habenda.

7. Melanthoni hospitium offertur a Ioachimo March. Elect.

Ioannes Fridericus El. capitis damnatur.

10. Mel. Lutheri viduam in Daniam perducere constituit, sed post paucos dies propter pericula, mutato consilio, redit Brunsvigam, ubi vidua Lutheri mansit. Ipse apud se constitutum habebat, in patriam, Palatinatum, cuius magno semper tenebatur desiderio, nunc redire, ideoque Northusam ad Meienburgium consulem se suosque conferre, et inde, si via tuta forent, ulterius progredi. (Vid: eius ep. d. d. 5. Iun. h. a.)

17. Est Wernigerodae, et praemittit Georgium Maiorem, suam et Sabini filiam, et filium Northusam ad Meienburgium, ipse autem rediit Brunsvigam ad uxorem et supellectilem ibi relictam transvehendam.

18. Pax inter Caesarem et Ioannem Fridericum Electorem, facta interventu Electore Brandenburgico.

19. Uxorem et supellectilem transvehit Northusam.

21. Ioannes Fridericus copiis suis sacramentum militiae remittit, et iubet, ut ante diem tertium urbem Caesari tradant.

23. Witteberga occupatur ab exercitu Caesaris.

24. Melanthon est in oppido Eimbeck, et intercedit pro Academiae Witteb. professoribus apud Obernburgerum, secretarium Caesaris.

25. Caesar ipse est Wittebergae.

26. Mittit tabellarium Wittebergam, ut exploret statum urbis. Georgius Maior se confert Goslariam.

28. Melanthon iterum commoratur Northusae.

29. Iterum vocatur in Marchiam a Ioachimo Elect.

Iun.

5. Rogat Georgium Anhaltinum, ut intercedat pro Iusto Iona apud Mauritium Ducem.

Vocatur ab Academia Tubingensi, sed retinetur amore amicorum Wittebergensium.

6. Witteberga a Caesare traditur Mauritio Duci, qui in suam fidem cives adigit, et restitutionem Academiae promittit Senatui.

8. Rector Academiae, Caspar Cruciger, Academiae doctores literis invitat, ut redeant Wittebergam.

9. Filii Ioannis Friderici Electoris, scripserant ad Melanthonem, et rogaverant, ne ab iis discedat ad alios. Respondet, se malle illis quam aliis servire, neque velle in alias regiones discedere, sed Wittebergam proficisci.

11. Iustus Ionas vocatus est ad gubernationem Ecclesiae in oppido Hildesheim.

13. Vocatus est ab amicis Wittebergam.

18. Philippus Landgravius Hassiae Halam venit ad Caesarem.

19. Landgravius se subiicit Caesari et captivus retinetur.

Melanthon revocatus a Bugenhagio et Crucigero constituit, Wittebergam proficisci.

24. Filii Ioannis Friderici Electoris, monitu patris, ad Melanthonem scripserant, ut indicaret locum ubi manere velit. Respondet, se brevi Wimariam venturum et ea de re cum iis colloquuturum esse.

Iul.

2. In aula Wimariensi, quo Pontanus et Franciscus Burchardus convenerant, deliberatur de transferenda Academia Wittebergensi in oppidum Thuringiae, et quidem Ienam.

3. Caesar indicit comitia Augustae Vindelicorum habenda.

7. Scribit: „hodie iter ingredior Wittebergam profecturus." Primum abiit Wimariam, ubi colloquitur cum Pontano et Ducibus Saxoniae, filiis Electoris.

12. Est adhuc Wimariae et constituit, ulterius proficisci Witebergam.

14. Mutato consilio redit Northusam.

Iul.
14. De his quae Wimariae acta sunt, *Ratzebergerus*, medicus aulicus, Melanthoni inimicus, in sua narratione (in cod. Goth. 114. p. 105.) haec habet, ubi narrat, Ioannem Fridericum captivum filiis suis Wimariae consilium dedisse, ut Ienae novam conderent academiam: „Derowegen befahl er (der Churfürst) seinen Söh„nen, mit höchstem Fleiße mit Philippo handeln zu lassen, daß er sich ja nicht wolle von ihnen abwenden, „sondern zu Erhaltung einer hohen Schule sich zu Ihren FF. GG. begeben und bestellen lassen, immoßen er „sich auch dazu selbst erbothen. Und sagete solches Philippus mit Hande, Munde und eigner Handschrift „zu *). — — Hierauf wurde er nun von hochgedachten beiden des Churfürsten ältesten Söhnen neben „Doctor Matthaeo Ratzenbergern [auctore huius narrationis] gegen Weimar beschrieben, damit alles, wie „es mit der Instauration scholae Ienensis et stipendiis professorum künftig gehalten werden solle, abgeredt, „ordentlich verfasset, ratificirt und confirmirt werden möchte. Wie man nun wegen dieser Handlung in vol„lem Werk, und es nun so fern gebracht ward, daß man sollte auf beiden Theilen subscribiren, bekommt „Philippus Briefe von Wittemberg, zum Theil von den Gelehrten, zum Theil von Herzog Moritzen Hofe, „die er nicht wollte sehen lassen. [Ex epistolis nihil intelligitur de literis ad Mel. allatis. Imo d. 12. scribit, se Ienam accessurum, ut redeat Wittebergam, et d. 13. Iul. scribit: „Si vel Wittebergae vel alibi inter veteres collegas vivere possem, nec aliam sedem nec alios amicos anteferrem. Decrevi ad vos Servestam accedere, ac Deo iuvante cras iter ingrediar."] Hiervon wird er so eilends und geschwinde stutzig „gemacht, und umgewandt, daß er sich nicht allein wegerte, bei angefangener Vollziehung der Abreden mit „der Schule zu Jena, dazu er doch erfordert war, zu verharren, sondern wollte sich eilends zu Fuße von „Weimar nach Wittenberg begeben, gleich mit einem Unwillen und anzüglichen Reden: der Canzler Jost „von Hain hätte so hart zu ihm gedrungen, und ihm zugleich ein categoricum responsum abzwingen wol„len. Ließ ihm [i. e. sich] zur Reise ein Paar hohe Fleischerschuhe zu halben Knien kaufen, die zog er an, „und wollte darin zu Fuße davon. Weil aber seine Hausfrau noch zu Nordhausen war, und Doct. Mat„thäus Ratzeberger, der ihn mit nach Weimar genommen hatte, auch wieder zurück gegen Nordhausen „zu den Seinen verreisen wollte, fragte er Philippum, was er seiner Hausfrau zu entbiethen wollte. Als „er das hörte, fragte er, ob er bald wollte auf seyn. Als er nun Ja geantwortet, sagt er: so will ich „mit euch, und wurde darauf die frühe Suppe bestellt, und zogen die Herren mit einander davon, denen „Doct. Maior mit seinem Sohne zu Roß folgten. Und wurde Magister Iohannes *Stigelius*, den sonst „Herr Philippus wohl leiden konnte, ihnen zugeordnet, ob er den Herren Philippum unterwegs könnte wieder„wendig machen, und die Reise gegen Wittenberg hindern. Zogen also den Tag bis gen Greussen [d. 14. Iul.] „und den andern [15. Iul.] bis gen Nordhausen. Und ließ sich Herr Philippus gar keines fernern Unwil„lens merken. Ob nun wohl mit Unkosten der Sächsischen Herrschaft [?] zu Nordhausen auf Ankunft des „Herrn Philippi eine stattliche Mahlzeit bestellet [sine dubio d. 15. Iul.], dazu auch vornehme Herren, die „ihm Gesellschaft leisten sollten, erbethen waren, Philippus auch sowohl [als] D. Maior gar guter Dinge „waren, so hatte doch Philippus unvermerkt einen Rüstwagen bestellen lassen, darauf er sich mit dem aller„frühesten gesetzet [d. 16. Iul.], und davon gefahren. Und ritte mit ihm D. Maior so eilends und geschwin„de, daß, obwohl ohngefähr ein zwo oder drei Stunden hernach M. Stigelius ihnen nachfolgte, er sie „doch eher nicht als zu Wittenberg ereilen konnte." — Quod ad ea attinet, quae Wimariae acta sunt, puto, Melanthonem nunquam sine conditione promisisse, se Ienam migraturum esse, sed id tantum voluisse, si etiam amici Wittebergenses, ut Cruciger, Windshemius, Bugenhagius, Eberus, idem vellent, et Ienam vocarentur. Id in epistola ad Schurfium (d. 13. Iul.) non solum ipse dicit, sed in omnibus epistolis huius temporis scribit, se nihil decreturum esse de loco mutando, nisi prius cum amicis Wittebergensibus consilia contulisset. Iam vero Ienae instabant, et fortasse durius, quam licebat, ut „categoricum responsum" (ut loquitur Ratzeberger) daret et amicos non curaret. Quod, quum iam intelligeret Melanthon, caeteros Wittebergenses non vocatum iri, aegre tulit, et actionem abrupit. Quod vero non recta Wittebergam ivit, sed rediit Northusam, causa fuit ipsius Ratzebergeri reditus, qua sibi oblata occasione Melanthon utendum esse putabat. — Caeterum in Actis synodicis p. 72[b]. dicitur etiam Senatus Wittebergensis hoc tempore literas ad Melanthonem misisse, et rogasse ut rediret.

*) Sine dubio loquitur de epist. Melanth. d. d. 24. Iun. h. a.

Iul.

16. Mane Melanthon iter ingreditur Servestam. — Bugenhagius et Crucigerus, et Eberus vocati a Mauritio, Duce, veniunt Lipsiam, ubi conventus est ordinum Misnicorum. — Eberus a Mauritio mittitur, ut Melanthonem accersat, cui dantur literae a Bugenhagio et Ebero.

18. Melanthon venit Merseburgum, ubi unum diem subsistere et postea ulterius Servestam proficisci constituit. — Hic autem acceptis literis Georgii Anhaltini et Crucigeri, Rectoris Academiae, qui eum vocant Lipsiam, in hanc urbem tendit.

19-24. Lipsiae est. — A Mauritio, Duce, perhumaniter excipitur, qui eum rogat ut Lipsiae maneat in Academia, quod Melanthon recusavit.

In excerptis ex *Coxii*, Angli, vita Phil. Melanthonis, quae debeo Rev. *Christ. Niemeyero*, haec leguntur, quae, an vera sint, nescio: „Moritz bemühte sich, Melanthon für sich zu gewinnen, und erkundigte sich „nach dessen Umständen, und ob er wohl nicht einer Geldhülfe bedürftig sey. (Vid. *van de Corput*, Leven „ende Dood van Phil. Mel. p. 667.) Melanthon verneinte es, und der Fürst sagte hierauf, Melanthon „möge sich doch wenigstens von ihm eine Gnade ausbitten, da, was er auch wünschen möge, ihm gewährt „werden solle. Er antwortete: ich bin mit meinem Gehalte zufrieden und strebe nach keiner Erhöhung dessel- „ben, noch nach sonst etwas. Moritz drang aber ferner in ihn, und Melanthon sagte zuletzt: gut, da denn „Ew. Hoheit in mich dringt, um eine Gnade zu bitten, so bitte ich — mich zu entlassen. Demohnerachtet „fand Moritz es nothwendig, Melanthon um Beibehaltung der Professur zu ersuchen. Er äußerte sich gegen „seine Hofleute so: ich habe nie etwas gesehen und erfahren, das mit Melanthons Verhalten zu vergleichen „wäre; denn er war nicht nur zu uneigennützig, sich etwas zu erbitten, sondern nahm selbst das nicht an, „was man ihm anboth." — In epistolis Mel. ne verbulum ea de re legitur, imo quum ipse optaret, ut Academia Witeberg. restauraretur, minime credibile est, illum petiisse ut dimitteretur. Imo scribit d. 10. Aug. ad Meienburgium, restaurationem Academiae Witteb. petitam fuisse ante eius adventum (Lipsiae), quam certo impedivisset, si negasset, se Wittebergam rediturum esse. — Quod vero attinet ad dona Mauritii, quae Melanthon respuisset, Bugenhagius alia narrat in libello ab ipso edito: „Wie es uns zu Wittenberg in der Stadt gangen ist in diesem vergangenen Krieg ꝛc. (Witteb. 1547.), ubi haec leguntur:

„Herzog Moritz, Churfürst zu Sachsen, mein gnädigster Herr, fordert Doctorem Casparem Creutzi- „gern und mich gen Leipzig, den XVI. Iulii einzukommen. Da [i. e. daselbst] kam der Herr Philippus „Melanthon zu uns, deß wurden wir aus der Maßen erfreuet, und danketen Gott. Mein gnädigster „Herr hielt uns in unserer Herberge herrlich, bezahlet alles, und ehrete uns mit sonderlichen Gaben und „Geldgeschenken, nahm uns auch persönlich selbs an aufs allergnädigste, deklariret sich gnädiglich offenbar vor „uns und allen Superintendenten, daß seine Gnade sich keinerlei Weiß wollte wieder führen lassen zu den „Päpstlichen Mißbräuchen, die wider Gottes Wort und das liebe Evangelion Jesu Christi sind. Darum soll- „ten wir fortfahren zu lehren das reine Evangelion Jesu Christi und zu verdammen solche Mißbräuche, auch „andere Schwärmerei und Irrthum. Uns aber befahl seine Churf. Gnade, daß wir die Professores Acade- „miae Wittembergensis sollten wieder einfordern, und anheben lectiones zu lesen, und bestellen das Eccle- „siasticum consistorium." — Utrum verba: ehrete uns mit sonderlichen Gaben und Geldgeschenken, solum ad Bugenhagium et Crucigerum, an ad Melanthonem quoque referenda sint, incertum est. Sed puto Melanthonem quoque dona a Mauritio accepisse, quae spernere et reiicere vix potuit. — Inimici Melanthonis postea Wittebergensibus haec dona accepta crimini dabant. — Matthias *Ratzebergerus* (cod. Goth. 114. p. 106.) in sua narratione etiam de his donis loquitur, sed ex errore ita, ac si Wittebergae ea accepissent, additque fabulam prorsus fictam de iis, quae Melanthon Halae dixerit. Nam prorsus nihil constat, Melanthonem, vel Lipsiam vel Wittebergam profectum, Halae fuisse. Est autem narratio haec: „Als nun Philippus — seinen Weg auf Halla nahm, gaben ihm die Kirchendiener daselbst neben Chilianus „Goldstein, welcher nunmehr von Braunschweig wieder gegen Halla in seinen Dienst gezogen war, als „ihrem lieben Herrn praeceptori das Geleite durch das Steinthor. In demselben Gange erzählet ihnen Phi- „lippus sein Gemüth und Vorhaben, daß er gedächte zu Wittemberg wiederum eine Academiam zu sammeln, „et iam quoque tempus adesse, quo et ipse libere suam sententiam docere posset, quod vivo *Luthero* facere „sibi nunquam licuisset. Hierauf antwortete ihm Doct. Goldstein: Ey, Domine praeceptor, si quid

Iul. „habuisses cum Luthero diversum, debuisses illud ipso adhuc vivente proferre; nunc vero si quid ab ipso „diversum docueris, experieris sane multos, qui tibi contradicent. Auf diese Doctor Goldsteins Rede ent„färbte sich Philippus unterm Angesichte ganz plötzlich, und lief ihm seine vena bifurcata an der Stirn auf, „quod signum erat commoti animi, wendet sich stutzig von ihm ab, und redete weiter kein Wort mit ihm, „sondern zog fort. Da nun Philippus dießmal nach Wittenberg kam, und sich Doctor Maior nach Merse„burg begeben hatte, erzeigte sich Herzog Moritz *) gegen die Gelehrten aller Dinge gar gnädig, et eos de„mulcebat muneribus, both ihnen alle Gnade an, und verehret sie mit Geschenken. Unter andern verehret „et D. Pommern und Herrn Philippo einem jeden eine sammtene Pumpmütz, wie man es in Sachsen „nennet, voller Thaler, und ließ ihnen alle Gnade anmelden und ansagen. Hierdurch [??] bekam Philip„pus einen großen Zufall und Ansehen bei allen Gelehrten zu Wittemberg, daß sie darüber ihres ältern ge„fangenen Herrn bald allerdings vergaßen."

25. Melanthon, cum Bugenhagio et Crucigero, proficiscitur Wittebergam.

26. Est Wittebergae, deliberaturus de academiae tabulis velut e naufragio colligendis.

31. Mauritius Dux est Wittebergae et declarat se academiam non solum servaturum, sed etiam aucturum esse.

Aug.

1. Mel. vocatus erat in Daniam. — Dialecticen retexit. — Adolescentes aliqui ipsum sunt secuti, quos iam docet, inter quos etiam Bartholomaeus Lasanus, Cygneensis. (Vid. ep. d. 26. Aug.)

10. Exponit Meienburgio rationes, cur Wittebergam redierit. — Mauritius Dux, nunc Elector, in summo odio erat apud Lutheri cultores. Hi fere omnes gravissime reprehendebant Melanthonem, quod Ienam non migraverit sed Wittebergam redierit. Putabant, eum nunc cum Mauritio stare a partibus Caesaris et doctrinam Lutheri mutasse. Multis igitur amicorum suorum Melanthon scribit causas consilii hoc tempore, e. g. Aquilae d. 29. Aug., Stigelio d. 18. Oct., Camerario d. 24. Nov.

12. Proficiscitur cum Ebero Dresdam de stipendiis Academiae deliberaturus cum Cummerstadio, Cancellario. — Misenae primum vidit Georgium Fabricium. — De illo itinere Georgius Fabricius, Rector Scholae Misnensis scribit ad Meurerum d. 22. Aug. 1547.: „Iter huc fecit Phil. Mel., cum quo varios et valde ami„cos sermones habuimus: quibus ille versibus hoc oppidum ac totam potius gentem ornarit, leges ad finem „itinerum; quomodo nos eum acceperimus pete a Blasio. De schola Wittebergensi instauranda optimam „se spem habere affirmavit, de qua Calcariae [villa Kalkreuth, prope Haynam, quae tum fuit Cummerstadii] „D. Cummerstadium convenit." (Edita est epist. in progr. Nobbii p. 16.)

20. Mel. iterum est Wittebergae. — Adhuc deliberatur de reditibus Academiae.

27. Mittit Psalmum quinquagesimum, carmine redditum. — Dialectica recuditur.

31. Advenit coniux Melanthonis, sed mox Northusam rediit, ubi versabatur Melanthonis familia, excepto filio, quem secum duxerat Wittebergam.

Sept.

1. Dialectices novam editionem dicat Ioanni Camerario, Ioachimi filio. — Camerarius adornat graecam versionem Augustanae confessionis. — Initium conventus Augustani.

2. Theodoro scribit, quomodo concionator iniustitiam summi magistratus taxare debeat.

5. Expectatur Mauritii decretum de Academia. — Melanthon Georgio Anhaltino conscribit epistolam ad Granvellanum mittendam.

9. Aliquot dies est apud Principem Ascanium.

13. Mel. ad Alesium: „Scripsi in his itineribus aestivis tanquam tabulas testamenti, in quibus palam de omnibus controversiis narro quid sentiam, et obscurius alicubi dicta explico."

18. Sabinus est in itinere ad Melanthonem cum omnibus liberis. — Accipit nuntium, uxorem suam Northusae gravissime aegrotare. Ex moerore, concepto ex iniquis iudiciis de se undique sparsis, animo magis quam corpore laborabat.

---

*) Is fuit d. 31. Iul. 1547. Wittebergae.

Sept.
18. Mittitur filius Mel. ad matrem, quem mox sequitur Melanthon ipse simul cum *Sabino*, qui advenerat.
Exeunte mense est Northusae, ubi commoratus est usque ad d. 8. Oct.

Oct.
6. Northusae est cum Sabino. — Erotemata *dialectices* prodierunt.
Mittit Georgio Anhaltino orationem de verbis Pauli 1 Timoth. 4, 13. *attende lectioni* etc.
10. Mel. iterum est Wittebergae.
16. *Instauratio Academiae.* — Mel. indicit enarrationem epistolae ad Colossenses d. 24. Oct. inchoandam.
Sabinus redit Regiomontum.
18. Mel. scribit Northusam, ut familia veniat Wittebergam.
Tria millia exemplorum dialectices vendita sunt; quare iam recuditur.
24. Inchoat lectiones publicas.
26. Scribit: „Dialectica recuditur; etsi non multa muto, tamen editio posterior emendatior erit." — „Hodie respondi Episcopo Cantuariensi, qui me in Angliam vocat." — Camerarius redit Lipsiam.

Nov.
4. Rogatus a scholasticis enarrat proverbia Salomonis.
10. Mittit amicis carmen de eclipsi solis.
18. Gratias agit Regi Daniae, a quo 50 Ioachimicos dono acceperat.
19. Est Lipsiae.
24. Iterum vocatus est a Marchione Electore in Academiam Francoford., cui d. 25. Nov. respondit.
29. De Academiae reditibus et stipendiis doctorum nondum constitutum est. Aberat Mauritius Elector in Conventu Augustano.

Dec.
2. In schola repetit confessionem doctrinae eamque opponit decretis Synodi Tridentinae.
13. Nova editio dialectices absoluta est, in qua quaedam mutavit.
Adornat refutationem decretorum Synodi Tridentinae, *Zieglero* Lipsiensi scribit orationem, eique mittit iudicium de coniugio.
19. Mittit Georgio Anhaltino concionem in festum nativitatis Christi.
26. Vocatus proficiscitur Torgam, ut ibi cum Cummerstadio, Cancellario, deliberet de constituenda oeconomia Academiae.

ANNO 1548.

Ian. Melanthon est Decanus ordinis Philosophorum.
3. Torgaviam vocatus ibi agit cum Cummerstadio, Mauritii legato, de donatione redituum Academiae constituenda.
8. Intercedit apud Mauritium pro Iusto Iona, Superintendente Hallensi, cui Mauritius graviter irascebatur.
12. Hugelio scribit de diabolicis seu magicis exorcismis.
Commendat Franciscum Dryandrum Cranmero, Archiepiscopo Cantuariensi, et Eduardo Regi Angliae.
15. Enarrat in Schola dialecticen et librum Horatii de arte poëtica.
Redituum Academiae donatio liberaliter facta est.
20. Vocatus est in Daniam et in Angliam.
Mittit *libellum de Synodis.*
24. Theologi Witebergenses sententiam suam de concilio a Papa indicto mittunt ad Mauritium, Ducem Sax.

Febr.

16. Melanthon a multis reprehenditur propterea, quod manet in Academia Vitebergensi.

17. Tradit in schola doctrinam de poenitentia adversus decreta Pontificiorum Bononiae in concilio facta, et libellum germanica lingua scriptum ea de re editurus est.

Enarrat sententias Salomonis.

20. Hortatur Marchionem Electorem per Georgium Buchholzerum, ut inopiae viduae Lutheri subveniat.

24. Mauritius, Dux Saxon., creatur Elector a Carolo Imperatore in Comitiis Augustanis.

26. Dialecticen mittit, qualis nunc tertio edita est.

Mart.

5. Excusat se, quod nondum scripserit ad Ioannem Fridericum captivum.

7. Scribit, quomodo sananda sit foemina a spiritu malo vexata.

17. Carolus Imperator poscit a Mauritio, Pr. Electore, ut Melanthon ipsi tradatur, quod scripserit adversus Caesaream Maiestatem.

25. Melanthon Mauritii Elect. mandato vocatus est, ut cum Crucigero, Maiore et Pfeffingero, theologo Lipsiensi, Cygneam proficiscatur, quo Mauritius eo facilius deliberare possit cum iis de libro Interim.

28. Ioannes Agricola, librum Interim, ab ipso cum aliis consarcinatum, pleno ore praedicat.

29. In itinere cum theologis Altenburgi est. Ibi ei nuntiatur ira Caesaris, cui ut se subduceret, discedit a theologis, et iussu Mauritii se confert in monasterium Cellensem in Misnia.

April

1. Melanthonis iudicium primum de libro Interim.

2. Proficiscitur Cellam.

5. Est Misniae, ubi Senatus ei dat currum.

10. Scribit: „de me tollendo iam ter deliberatum est."

13. Mittit Crucigero et collegis iudicium secundum de libro Interim, ad Mauritium transmittendum.

17. Cellam veniunt etiam Cruciger, Maior et Pfeffingerus, ut sententiam suam de Interim prolixius conscribant.

Brentio scribit: „ego annos circiter quindecim exilia quotidie expectavi et adhuc expecto."

Cellae praefationem scribit in Pauli Eberi historiam gentis Iudaeorum inde ab exilio usque ad excidium Hierosolymorum.

23. Gratum animum profitetur erga Obernburgerum, Caesaris Cancellarium, qui ei periculum, a Caesare imminens, significaverat.

24. Iudicium tertium de libro Augustano ad Mauritium mittitur.

Melanthon Witebergam rediit.

28. Scribit epistolam gravem ad Christophorum a Carlowitz de *Lutheri* natura et indole, propter quam postea ab adseclis Lutheri diu et graviter reprehendebatur.

29. Scribit de iurisdictione Episcopis restituenda.

Erhardo Schnepfio munus ecclesiasticum alicubi quaerit.

Maii

8. Mittit initium *enarrationis symboli Niceni.*

12. Metuit sibi vel carcerem vel exilium. Scribit: „In Angliam saepe iam vocatus sum, et alio vocatus; sed non volui hic oriri famam dissipationis a mea timiditate."

13. Scribit Georgio Anhaltino *orationem synodicam*, quam ei mittit d. 23. Maii.

15. Theologi Wittebergenses iudicant de articulo in libello Interim de iustificatione.

Caesar in comitiis Augustanis tradit librum Interim Ordinibus imperii.

26. Prodit in lucem liber Interim. — Camerarius iterum est Lipsiae. Melanthon multorum literis vocatur in Angliam.

Maii

26. Mauritius exeunte Maio e comitiis venit Dresdam, convocaturus ordines suae ditionis, ut cum iis deliberet de libro Interim aut accipiendo aut reprobando.

Iun.

3-5. (Melanthon videtur fuisse apud Georgium Anhaltinum.)

7. Lipsiam vocatur iussu Mauritii, ut deliberetur de libro Interim,

10. sed mox cum Pfeffingero, Lipsiensi, redit Witebergam.

16. Prolixum Iudicium Theologorum Witebergensium et Pfeffingeri de libro Augustano.

19. Melanthon apographon huius iudicii mittit Meienburgio, Cruciger item Kegelio, qui illud divulgavit.

20. Idem iudicium mittitur Vito Theodoro.

22. Meienburgio, consuli Northusano, scribit, quid Imperatori de libro Augustano ab urbe Northusa respondendum sit.

25. Eadem de re consilia dat Nicolao Medlero, Superintendenti Brunsvicensium.

27. Iudicium de libro Interim mittitur Mauritio.

30. Idem iudicium descriptum mittit Buchholzero, praeposito Berolinensi. — Hoc die fit finis Comitiorum Augustanorum.

PHILIPPI MELANTHONIS

EPISTOLARUM, PRAEFATIONUM, CONSILIORUM

LIBER DECIMUS,

COMPLECTENS EA SCRIPTA, QUAE AD ANN. 1546. ET 1547. PERTINENT.

No. 3349. 5. Ian.

Inscriptio.

Dictum, a Melanthone bibliis (ed. Viteb. 1544. ap. Io. Luft) inscriptum, editum in Zeitfuchsii Stolbergischer Kirchen- und Stadthistorie (Francof. et Lips. 1717. 4.) p. 220.

Iohannis primo:

Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Hoc admirandum decretum ex sinu aeterni patris protulit filius Dei, Dominus noster Iesus Christus, ignotum antea omnibus creaturis, quod Deus revera velit recipere nos miseros pollutos peccatis, et filium constituerit victimam pro nobis *καὶ ἱκέτην*. Hunc agnum, hanc victimam discamus considerare in prophetarum et apostolorum scriptis, et pavescamus agnitione irae Dei horrendae adversus peccatum et rursus amplitudine misericordiae nos consolemur. Quanta haec bonitas est, quod non abnuerit hanc nostram massam horribiliter contaminatam. Rursus quanta ira est adversus peccatum, quod non aliis hostiis, sed morte filii placanda fuit. Haec assidue cogitanda sunt, ut crescant in nobis timor Dei et vera fides et vera invocatio, qui sunt veri cultus Dei *καὶ λογικὴ λατρεία*.

Philippus Melanchthon (?Melanthon) 1546.
MDXLVI ἐν ταῖς ἐπιφανίαις.

No. 3350. fere in. anno

Testimonium.

÷ Ex apographo in cod. Monac. 89. no. VI. p. 129.

Omnibus lecturis has literas

S. D. Scriptum est: esto pater orphano, hinc Deus magis te diliget quam tua mater te diligit. Quid magis cogitari potest amore tanto in Deo erga nos, qui superet maternam *στοργὴν*, quae est ardentissima? Hac tanta promissione invitati, libenter benefacimus orphanis, praesertim talibus, qui sunt honesti et instructi doctrina et libenter serviunt reipublicae.

Est autem hic Christophorus *Cyrus*, natus in oppido Wembdingen ex honestis parentibus, et patrem amisit nondum egressus annum primum. Cum autem adolescentem tutores, viri integri et fideles, curassent doceri literas in Academia Ingolstadiensi, audivit virum excellentem eruditione et virtute, *Vitum Amerbachium*. Deinde biennio commoratus in Academia nostra et initia philosophiae et doctrinae, quae est Ecclesiae propria, studiose didicit, ac mores honesti sunt, pii et placidi. Cum autem possit docere in scholis et in templis, et in his laboris Deo servire cupiat, oro honestos viros, ut alicubi ei docendi locum tribuant. Praecipua cura omnium, qui in aliqua parte gubernationis (sunt), esse debet, ut tales ad docendum provehant, qui et recte didicerunt doctrinam vitae utilem, et natura modesti sunt, et pacis publicae amantes.

No. 3351. 7. Ian.

Georgius Anhalt. ad Spangenberg.

Manlii farrag. p. 447 sq.

Georgius Dei gratia Princeps in Anhalt, etc. coadiutor in spiritualibus ecclesiae Mersburgensis, ac Praepositus Magdeburgensis, etc. Egregio viro D. Iohanni Spangebergio, pastori ac superintendenti Northusianae Ecclesiae, amico nostro perquam dilecto.

Gratia a Deo patre, et Domino nostro Iesu Christo. Gratae nobis fuerunt lucubrationes tuae in

aliquot pias conciones a te editae, ac nobis missae, doctissime Spangenbergi. Sed non sine animi commotione literas tuas, quibus de quibusdam, qui sui gregis homines seducerent, continebatur, legimus. Neque enim nos talibus exemplis scandali plenis, leviter angimur, cum passim miseris animis, precioso Christi sanguine expiatis et redemptis, per impiorum perniciosos ac temerarios conatus imponi, ac denuo eas pessundari cernimus. Utinam nos quoque ab isto gravissimo malo possemus esse securi et immunes: ac non inter nostros etiam interdum huiusmodi exempla, sed aegerrime ferre cogeremur. Atqui si politicus ordo hac parte suum officium diligentius aliquanto recordaretur, certo sumus persuasi, etiam ex animo optaremus nec adeo usque cursus verbi Dei impediretur. Nos, Christi salvatoris benedictione, de hac re deliberabimus, an aliqua ratio possit iniri, qua verus Dei cultus in illo Comitatu institui, ac tales feces extipari queant. Rogabimusque coelestem Patrem, ut is ad pia nostra consilia pro salute Ecclesiae suam gratiam largiatur. Interim cupimus nostra instituta omnia piis tuis precibus candide commendata esse. Bene vale, dilecte Spangenbergi. Datae Mersburgi, die Iovis post Epiphaniae, 7. Ianuarii 1546.

No. 3352. **(8. vel 9. Ian.)**

Iudicium Theologor. Witeb.

† Ex autographo, manu Crucigeri scripto, cui Lutherus, Bugenhagius, Crucigerus et Melanthon, quisque sua manu, subscripserunt, in Tabular. Vinar. Registr. H. fol. 633. no. 203. — Occasionem scribendi dedit epistola longissima Martini Buceri data Ratisbonae d. 24. Decb. 1545. ad Philippum Landgravium Hassiae, qui eam descriptam miserat Ioanni Friderico, Princ. Electori, qui iterum theologis Vitebergensibus eam misit, ut sententiam suam dicerent. Habetur quidem apographon scripti Buceri Electori missum in Actis Tabul. I. I., sed tam mendose descriptum est, ut multis in locis vix sensum praebeat. Quam ob causam et propter eius amplitudinem illud hic inserere noluimus, praesertim quum eius argumentum satis intelligatur ex responso Vitebergensium. Caeterum Vitebergensium scriptum legitur etiam descriptum a Georgio Maiore in cod. Dresd.: „des Regensb. Colloquii Schriften und Handlungen", quod apographon habuit Seckendorfius hist. Luth. III. p. 543., qui vero, quod miror, acta Vinariensia et epistolam Buceri non vidit. — Auctor scripti vel Crucigerus vel Melanthon habendus est, et scriptum est post reditum Lutheri et Mel. ex Mansfeldia, ergo fere 8., 9. vel 10. Ianuarii 1546.

Der Gelehrten zu Wittenberg Bedenken (ad Pr. Electorem) auf des Buceri Schreiben 1546. Torgau, Januarius. (Inscriptio in tergo.)

Inhalt der Schrift Buceri sind vornemlich diese drei Punkten,

der erste, daß Chur- und Fürsten und Stände dieses Theils arbeiten auf Abthuung der Edict, des Wormsischen und Augsburgischen,

der andere, daß sie hernach auf eine Universal-Reformation in Teutschland gedenken, obgleich etwas nachzugeben, und nicht alle Kirchen den unsern gleichförmig möchten angerichtet werden,

der dritte, von der Recusation des Concilii, so zu Trident soll eröffnet werden. Auf diese drei Artikel ist dieses unser Bedenken.

Erstlich vom dritten, es folge die Eröffnung des Concilii, oder nicht, so achten wir, daß nützlich sey ein christliche Recusation mit guten Grunden und Ursachen zu stellen, und die selbige an das Licht zu geben in Latin, Teutsch und Französisch, damit männiglich berichtet werde, warum dieses Concilium nicht allein nicht für unsre Richter, sondern auch für kein christlich Concilium zu halten, dieweil es der Bapst als Verfolger offentlicher Wahrheit gubernirn, Richter darin setzen, Proceß ordinirn, schließen ꝛc. wolle.

Und obgleich wohl zu achten, daß sie zu Rom selb also klug sind, daß ihnen nicht Ernst ist, ein Concilium zu machen: so ist dennoch gut, daß der gemein Mann zuvor erinnert werde von etlichen Artikeln, die von den Päpstlichen nu oft unverschampt verdampt sind, als von Vergebung der Sünden durch Glauben, von rechten Gottesdiensten, von groben und öffentlichen Mißbräuchen der Meß, von der Todten Anrufung ꝛc.

Wo in solchen Sachen das Concilium sprechen wird wie die Bulle Leonis, und Löwen ꝛc. Artikel gestellt: so ists offentlich, daß es kein christlich Concilium seyn kann, und daß alle Christen solch gottlos Concilium mit wahrhaftiger Bekenntniß zu verwerfen schuldig sind.

Vom ersten Artikel aber ist dieses unser Bedenken. Wir wollten auch gerne, daß gedachte Edict abgethan würden, das soll aber gegen Sein. Maj. oder gleiche Potestaten nicht mit Bedrawung oder Gewalt gesucht werden. Und obgleich Chur- und Fürsten und Stände dieses Theils möchten disputirn, daß Ursach genug vorgefallen, daß sie etlich andere Fürsten zu über-

ziehen Recht haben: so gebührt doch uns nicht, zu solchen Sachen, außer dem Fall der nöthigen Defension, zu rathen, und können nicht achten, wie davon auf dem Reichstag anders denn bittlich zu handeln sey. Unser Befehl streckt sich nicht weiter, denn daß die Prädicanten jeder in seinem Beruf, recht predige, und daß die Oberkeiten, jede an ihrem Ort, das rechte Predigampt helfe schützen und furdern und äußerliche ehrliche Zucht erhalten. Aber in frembde Fürstenthumb zu greifen, und Krieg anzufahen, gebührt uns nicht zu rathen.

Daraus folget vom andern Artikel, von der Universal-Reformation, daß wir auch keine andre Reformation wissen vorzugeben, denn daß wir vermahnen, daß alle Potestaten in ihren Gebiethen christliche reine Lahr und rechten Brauch der Sacrament anrichten, und die Predigstuel und nöthige Aemter treulich bestellen wollen, und die Mißbräuche weg thuen, laut unsrer Confession. Daß aber etliche vorgeben, man soll auf ein neue Reformation gedenken, und viel nachgeben, dieses verstehen wir nicht anders, denn daß wir von unser Lahr und Confession weichen sollen, und beide Lahr, Päpstliche und andere, in eine mengen. Das würde eine neue Zerrüttung, und unserer Kirchen Zurstörung machen. Und wollen vielleicht etliche in die selbige neue Reformation auch viel weltliche Ding bringen, als Austheilung der Stift und Bisthumen &c. Mit solcher Reformation, so man die Bischoffe ausstoßen wollt, wird man sie nicht bewegen, rechte Lahr anzunehmen. Wir hoffen auch nicht, daß Trennung zwischen Fürsten oder Ständen dieses Theils vorfallen werde, daß einer oder mehr eine solche gemengte Reformation vornehmen, und in die Welt mit Gewalt treiben werden. So aber solches aus Gottes Zorn geschehen würde, das doch Gott gnädiglich verhüten wolle; so würden viel und mancherlei neue Spaltungen in teutschen Landen werden, dazu wir nicht rathen wollen, hoffen auch nicht, daß jemand Lust dazu habe.

Daß aber etliche dagegen sagen, man könne nicht alles plötzlich ändern in den Päpstlichen Kirchen, darauf ist unser Antwort: die Lahr soll rein bleiben, ob man gleich Gedult haben soll mit denen, die in Abthuung der Mißbräuch und Anrichtung besserer Ordnung langsam sind, auch ob gleich in äußerlichen unnöthigen Stücken Ungleichheit bleibet. Ein jeder Verständiger kann bei sich selbs betrachten, wie schreckliche Irrthum zu besorgen, wenn ein jeder ein eigne neue Lehr erdichten wollt. Darum sollen wir Gott bitten, uns bei rechter Lehr zu erhalten; sollen auch nicht Fürwitz üben, mancherlei Lahr und Reformation zu machen &c.

Als auch Meldung geschicht vom Cammergericht, das ist ganz ein weltlich Ding, und gehört nicht in unsern Rath.

E. Ch. F. G.
unterthänige
Martinus LutheR, D.
Iohannes Bugenhagen, Pomer. D.
Caspar Creutziger D.
Philippus Melanthon.

No. 3353. 9. Ian.

Pontanus ad Electorem.

† Ex autographo Pontani in Tabular. Vinar. Registr. H. fol. 668. no. 203.

Dem Durchleuchtigsten — — Johanns Friedrichen, Herzogen zu Sachsen, Churfürsten &c.

Durchleuchtister &c. — — Ew. Chf. G. werden nunmehr ohne Zweifel meinen unterthänigen Bericht empfangen haben, was ich auf E. Chf. G. Befehl mit Mag. Philippsen Melanchton der Reisen halben gen Regensburg geredt, und was er mir zur Antwort gegeben. Wie ich aber Ew. Chf. G. Bothen halben Weg zu eilfen abgefertigt, so ist Doctor Martinus nach zwölfen vor mein Haus gefahren kommen, und zu mir in mein Stüblein gangen, und angezeigt, er hätt von zweien Sachen mit mir zu reden.

Nu ist die erste gewest berührt Reisen des Philippi gen Regensburg; hat begehrt zu wissen, was E. Chf. G. Gemüth in dem wäre, darauf ich ihm E. Chf. G. Befehl zu lesen gegeben, und dabei vermeldet, wohin Philippus die Sachen, als auf E. Chf. G. Befehl gestellt, zu ziehen oder daheim zu bleiben; darauf mein Bedenken gewest, daß er sich morgen zu E. Chf. G. gen Torgau sollt verfügen, wie er zu thun bewilligt hätt, und E. Chf. G. Bescheids allda gewarten. Das mißfiel dem Doctor nicht, aber er wollt nimmermehr rathen, daß man Philippum zu der Reise und vergeblichen unnothdürftigen Mühe sollt hinopfern; denn die Gegentheil wären böse, untreue Leute. So wäre Philippus ein treuer Mann, der niemandes scheuet noch meidet, darzu so wäre er schwach und krank; es hätt ihn nicht geringe Mühe gekostet, daß er ihn wieder lebendig von Mansfeld zu Haus bracht hätte, denn er hätte weder essen noch trinken wollen. Sollt man den Menschen aus der Universität verlieren, so würde die halbe Universität wohl durch seinen Abgang abgehen.

Er wollt es nicht rathen, sondern getreulich widerrathen haben. Es wäre genug, daß Doctor Maior und Doct. Zoch geschickt würden, und obwohl Maior eine Scheu möcht haben vor solcher Handlung, dieweil er hievor nicht mehr dabei gewest, so wär er doch gelehrter denn des Kaisers Esel, wäre darzu latine und graece gelehrt; es wär um einen Tag zu thun, daß ihn an der Weise Fehl möcht seyn, aber er würd es bald fassen. So würden ihm Brencius und Schnepff wohl Unterrichtung geben, wie er sich halten sollt; denn dieselben zween wären getreu und fromm, und darzu gelehrt. Aber des Butzers wollt er nicht Wort haben. So müßt man auch junge Leut zu solchen Händeln wieder aufziehen, und sich derhalben daran nicht kehren, daß Doct. Maior eine Scheu davor haben wollt.

Und hat in Summa gebethen, daß man des Philippi mit der Reise sollt verschonen, und ihn bei der Universität lassen; bittet, ich sollt es E. Chf. G. schreiben. Darauf ich ihm geantwortet, ich wäre es auch wohl mit ihm einig, aber ich bedächte gut seyn, daß er E. Chf. G. selbst schrieb. Das bewilligte er zu thun, versehe mich, Philippus werd seiner Ehrwürden Brief E. Chf. G. morgen mitbringen *).

Aber eine Stund darnach kamen Philippus und Doct. Creutzinger wieder zu mir, und dieweil sie vernahmen, daß Doct. Martinus bei mir gewest wäre, so begehrt Philippus zu wissen, was wir seines Reisens halben geschlossen. Darauf ich ihm angezeigt, daß der Doctor widerrathe, daß man ihn nicht gen Regensburg ziehen lassen, aber daß er, Philippus, morgen gen Torgau zöge, E. Chf. G. Befehl anzuhören, das hätte ihm wohl gefallen; so hätte sich der Doctor erbothen

*) Vid. epist. Lutheri ad Pr. Electorem d. d. 19. Ianuarii. (Walch. XXI. 504., de Wette V. p. 774.) et ad Amsdorfium d. 11. Ian. (Walch. XXI. 1560., de Wette V. p. 777.). — Hinc iudicari potest, quid statuendum sit de opinione *Peuceri*, in tractatu historico p. 26., ubi haec leguntur: „constitutum erat, ut Melanthon mitteretur ad colloquium Ratisb. Hoc consilium Lutheri et Amsdorfii suasu mutatum fuisse rumor erat non obscurus, quod Melanthoni in controversia coenae domini diffideret. Retinebatur igitur praetextu Academiae, quod plus navare illi ac prodesse censeretur, quam colloquio. Sed sapientum iudicia diversa erant, qui belli non minimam causam conferebant in hoc ipsum, coniecturis non dubiis (?), quod Melanthonem Elector Sax. non adhibuisset. Nam et in contemtum id sui suorumque et institutae collationis traxit Imperator, et ipsi causae non parum decessisse existimatum est autoritatis et ponderis, quod qui caput Protestantium erat, πρωταγωνίστην idoneum non misisset, et iudicatum est, praematuram revocationem legatorum, in quam Melanthon ante Caroli adventum opinione omnium consensurus non fuisset, consilia ab omni pace aliena prae se ferre. Quod haec autem animum Imperatoris graviter admodum commoverint, certorum hominum iudicio cognovi." Vid. etiam Ioach. Camerarii vita Melanth. p. 68.

E. Chf. G. derhalben zu schreiben. Solches gefiel dem Philippo wohl, bewilligte darauf noch einest, morgen nach Torgau zu reisen, mit dem Erbiethen, was E. Chf. G. würden wollen gethan haben, ob er wohl schwach wäre, wie er denn wahrlich kläglich und schwächlich siehet, deß wollt er sich halten.

Doctor Creutzinger bath auch, daß des Philippi mit dem Colloquio und Reisen möchte geschonet werden. Darauf antwortet ich, ich wüßte, daß E. Chf. G. dem Philippo mit dem gnädigen Willen geneigt wären, daß sie sein am liebsten nach Gelegenheit verschonten. Aber wenn ich wüßt, daß seiner mit den Mansfeldischen Säu-Händeln nicht sollte verschont werden, so wollt ich eher fördern und rathen helfen, daß er gegen Regensburg geschickt würde. Darauf sagte Philippus selbst, daß er das letztere auch lieber thun wollt denn das erste. Wo nun Philippus mit der Reise gen Regensburg verschont würde, so können E. Chf. G. mir wohl einen kleinen Befehl zuthun, solches *) bei Martino abzuwenden. So würde er es auch wohl zufrieden seyn. Ich laß mich aber gleichwohl verdünken, daß Philippus wohl möcht nunmehr am liebsten zu Haus bleiben; denn ein jeder, der ihn lieb hat, fürchtet sich, er möchte abgehen, dieweil er so schwach ist. — — Dat. Wittenberg Sonnabend nach Epiphania Domini, anno eiusdem XV^c. XLVI.

E. Chf. G.

unterthäniger gehorsamer

Gregorius Bruck

Doctor.

Wie ich diese Schrift hab zumachen lassen, hat mir Doct. Martinus seine Schrift [epist. ad Elect. d. 9. Ian.] an E. Chf. G. zugeschickt, die finden E. Chf. G. hiebei.

No. 3354. 10. Ian.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 193 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 178.

Clariss. viro — D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg.

S. D. Assidue in his Natalitiis feriis cogito de mirando foedere, quod Deus cum humano genere

*) i. e. das Mitreisen nach Mansfeld.

fecit, copulata divina natura cum humana in filio. Hoc ipso testimonio omnium maxime ostendit se vere cura nostri generis adfici, et vere esse nobiscum Deum, ut sonat vox Emmanuel. Propter hoc foedus ut servet te quoque Deus et annum faustum et foelicem tibi det ex animo opto. Cum autem hodie iter ingressurus essem, profecturus Torgam*), prius de *Dichtelio* ad te scribendum esse duxi. Servari eum opto et non abiici a patre. Nam ingenium eius usui esse poterit ad res honestas. Scribit mediocriter et hactenus sine scelere vixit, paulo videtur pronior ad voluptates et minus patiens freni. Sed tamen propterea nondum abiiciendum censeo. Pater non ad se revocat, sed iubet eum aliquo, sine certo consilio de instituenda vita, discedere, ac palantem errare, quod cum legissem, meam tibi opinionem significandam esse duxi. Recta adolescentem ad vos proficisci iussi, ut inspectis moribus et studiis, statuatis quo in genere vitae eum vivere velitis. Didicit latinam linguam et Arithmeticen, et in aliqua decuria scribarum exerceri posset, ut Reip. serviret. Credo ei locum inter vestros scribas esse posse, aut in alia bene morata civitate. Si hoc non placet, mercatoribus adiungi poterit. Haec sunt utiliora quam si velut abdicatus vagetur extorris. Ideo te oro, ut eum paterna pietate complectaris, et ei patrem placare studeas. Ea quae nunc offendunt, corriget aetas et labor aliquis durior. Habet autem quaedam signa ingenii mediocris, quibus moveor, ut sperem eum flecti ad virtutem posse, si adhibebitur ad negotium aliquod laboriosius. Haec breviter scripsi, propterea quod iam ingressus eram iter, teque rogo ut boni consulas. Bene vale. 10. Ianuarii.

Philippus Melanthon.

*) Lutherus ad Amsdorfium d. 11. Ian. (apud de Wett. V. p. 777.): „pridie abiit D. Philippus Torgam versus, vocatus a Principe, si ei sit eundum ad colloquium Regenspurgense, visurus."

No. 3355. 11. Ian.

Iudicium.

† Ex apographo Georgii Maior. in Cod. Dresd. inscripto: „des Regensburgischen Colloquii Schriften und Handlungen 1545. 1546." — Scripsit Melanthon hanc suam sententiam, quum Torgae esset apud Electorem (d. 10. vel 11. Ian. 1546.). In epistola enim Georgii Maioris ad Pr. Electorem, data Ratisb. d. 10. Febr. 1546., quae habetur in Actis Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 663. no. 203. scribit Maior: „immaßen Dom. Philippus in seinem Bedenken, das er zu Torgau gestellt, und Ew. Chf. G. uns mit geben lassen, ihm auch hat gefallen lassen, daß das Colloquium mit einer förmlichen Protestation bei diesem Artikel (von der Justification) möcht abgeschnitten werden. — Vide etiam ep. antecedentem ad Baumgartn. — Colloquium Ratisbonae habitum inde a 28. Ianuarii 1546., de quo vid. Sleidanus et Seckendorfius ad hunc annum, prorsus infructuosum fuit. Quanquam igitur scripta ad hoc colloquium, cui ex theologis Vitebergensibus nullus praeter *Ge. Maiorem* interfuit, pertinentia in Actis in Tabul. Vinar. l. l. habentur, tamen ea hic inserere noluimus, non solum propterea, quod sunt valde verbosa et longa, et tamen exigui argumenti, sed etiam quod *Maior* ipse et *Bucerus* singula de hoc conventu scripta ediderunt*), quae *Hortlederus* inseruit operi suo de bello Germanico P. I. lib. I. cap. 40. 41., ubi res ipsa satis est exposita. Dedimus igitur hic tantum iudicia theologorum Vitebergensium, quos Princeps Elector in responsis, legatis in conventu dandis, saepe consuluit, et quasdam epistolas Maioris hactenus nondum editas de hoc colloquio. — Epistolam Eberhardi Billikii satis longam de hoc colloquio nuper edidit Neudecker in den Urkunden aus der Reformationszeit p. 787 sqq.

(Melanthonis iudicium de colloquio Ratisbonae habendo Torgae scriptum.)

Wiewohl man auch nicht weiß, wie der Proceß im jetzigen Colloquio zu Regensburg soll vorgenommen werden, ob das vorige Buch wiederum vorgelegt werde, oder ob man schlechts von Artikeln zu Artikeln der Confession reden wird, oder ob ein neu Buch von Gropper gedichtet sey; so ist doch zu vermuthen, man werde ein Buch vorlegen, das vielleicht aus vorigem genommen, und an etlichen Orten mehr gefärbt ist; wie man sagt, daß ein solch Buch am Bayerschen Hofe umgetragen sey, welches vielleicht der Bischof von Eichstädt dahin gesandt hat. So haben nun Paris, Cölln und Löwen aus unsern Schriften reden lernen. Darum so ein solch Buch vorgelegt wird, so wollen D. Georgius und D. Laurentius **) arbeiten, daß sie eine Abschrift bekommen, und dasselbige alsbald unserm gnädigsten Herrn zuschicken. Daraus wird abzunehmen seyn, was der Gegentheil entlich vorhat, und so es von unserm gnädigsten Herrn besehen wird, kann man D. Georgio und D. Laurentio eine Erinnerung thun. Ob auch gleich eine andre Form vorgenommen

*) Kurtzer und wahrhaftiger Bericht, von dem Colloquio, so in diesem 46. Jahr zu Regenspurg der Religion halben gehalten. Durch D. Georg Maior. Wittenberg 1549. — Ein wahrhafter Bericht vom Colloquio zu Regenspurg, dieß Jahrs angefangen, und dem Abzug der Auditoren und Colloquenten, die von Fürsten und Ständen dahin verordnet waren. Durch Martin Bucer. Gedruckt zu Straßburg bei Wendel Hisse im Jahr 1516.

**) Georg. Maior et Laur. Zoch, missi ab Electore ad Conventum Ratisb.

wird, so ist daraus des Gegentheils Gemüth zu vermerken; darum wollen sie vom Proceß alsbald unserm gnädigsten Herrn schreiben.

Ich kann es auch nicht dafür halten, daß Malvenda *) den Artikel Iustificationis unangefochten lassen wird. Darum so man das ganze Colloquium will umstoßen, ist's am nützlichsten, alsbald in selbigem Artikel, der nun in Deutschland und bei allen Gottfürchtigen bekannt und werth gehalten ist, dem Colloquio ein Ende zu machen mit einer Protestation: dieweil der Gegentheil zu diesem öffentlichen Artikel sich nicht wollte weisen lassen, so werde vergeblich seyn, weiter zu schreiten.

*) Theologus Hispanus, a Caesare in conv. Ratisbon. missus.

No. 3356. 16. Ian.

Christiano, regi Dan.

Edita primum in Io. Pet. de Ludewig reliquiis manuscriptor. T. V. p. 355.; postea iterum in „gelehrter Männer Briefen an die Könige von Dänemark, ed. Schumacher, Vol. II. p. 95. ep. 35.

Dem Durchleuchtisten, großmächtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Christian, zu Dennemark, Norwegen, der Gothen und Wenden König ꝛc. meinem gnädigsten Herrn **).

Gottes Gnad durch seinen Eingebornen Son Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtister, großmächtigster gnädigster König und Herr. E. Königliche Majestet sage ich Dank in aller Unterthänigkeit für die gesandten funfzig Thaler, die mit der Ehrnwürdige Doctor Johann Bugenhagen Pomeranus Pastor der Kirchen zu Witteberg trewlich überantwortet, und bitt Gott den Vatter unsers Heilandes Jesu Christi, der zugesagt allen Herrn und andern Personen, die zu Erhaltung christlicher Lahr Hülff thun, wiederumb gutes zu thun, daß er E. K. M. und die junge Herrschaft gnädiglich bewaren und der Christenheit zu Trost seliglich erhalten wolle. Ich erbiete mich auch in Unterthänigkeit E. K. M. in Dankbarkeit zu erzeigen mit treuer Unterweisung an E. K. M. Unterthanen, so in dieser Universitet studirn, und sunst in Arbeit, die meinem Beruf gebüren. Was wir jetzund für Zeitung alhie gehabt, ist in beigelegten Zettel verzeichnet. Der allmächtige Gott Vater unsers Heilandes Jesu Christi bewahre E. K. M. allezeit gnädiglich zu Trost der wahrhaftigen Christenheit Amen. Datum Witeberg am 16. Tag Ianuarii.

E. K. Majestet

unterthänigster Diener

Philippus Melanthon *).

**) Inscr. apud Ludewig.

Beilage.

Die Versammlung zu Franckfort ist in dieser Wochen noch nicht vollendet gewesen **). Es ist aber darin beschlossen, daß von wegen des Ertzbischoffs von Collen ein Legation an die Romische Keiserliche M. gesandt werden soll, von Erstreckung der Verständniß wird jetzund gehandelt. Zu Regensburg ist das Colloquium noch nicht angefangen, es sind aber zu Regensburg zum Colloquio verordnet vom Keiser, Malvenda ein Theologus Hispanus, ein Augustinermönch von Colmar, ein Carmelit von Collen. Von den Ständen dieses Theils Doctor Georgius Maior von Witeberg, Doctor Erhardus Snep von Tübingen, Doctor Johannes Brentius, D. Bucerus, D. Pistorius aus Hessen. Von dem Anstand mit dem Türken reden die Leut ungleich, und wiewohl man am Keiserlichen Hofe sagt, es sey ein Anstand durch den Türken uff fünf Jahr gewilliget, so ists doch noch nit gewiß. E. K. M. sende ich auch hiemit die Historie von Herzog Heinrich von Brunswig, wie sie in Hessen mit Vorwissen des Landgraven gedruckt ist.

No. 3357. 19. Ian.

A. Sibero.

Epist. lib. II. p. 577. (edit. Lond. II. ep. 601.)

D. Adamo Sibero, amico suo charissimo,

S. D. Senatus in *Salinis Saxonicis* quaerit gubernatorem scholae literariae, mecumque coram et per literas egit, ut hominem idoneum ad id munus, literis instructum, amantem operas scholasticas et placidum, indicarem. Etsi enim multae sunt egregiae dotes in *Emerico*, qui hacte-

*) Schumach. *Melanchthon.*

**) Protestantium Principum praecipui hoc tempore Francofurti ad Moenum conventum habuerunt, deliberaturi de amplificando et confirmando suo foedere.

nus erudiit adolescentiam eius oppidi, et quidem singulari dexteritate et felicitate, multa ingenia provexit: tamen vel propter corporis imbecillitatem, vel quia iracundior visus est, nunc ei vacatio muneris conceditur petenti. Te igitur indicandum esse senatui duximus, sed ita, ut nihil pollicear tibi, sed te ipsum velim huc venire, ut cum literis nostris ad eos, qui praesunt in *Salinarum* oppido, accedas *). Ubi coram illos audieris, et illi tuam voluntatem cognoverint, de summa rei statuetur. Urbs est opportuna propter multas causas, sed homini amanti literarum eo nomine gratior ibi sedes esse potest, quia vicina est duabus Academiis. Si igitur non abhorres ab hac conditione, venies ad nos quam primum. Doctissimo viro *συμφιλοσόφῳ* D. *Georgio Agricolae* salutem opto. Bene vale. Die Ianuarii 19, Anno 1546.

No. 3358. 20. Ian.

I. Marcello.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54ᵇ.

Magistro Marcello φιλτάτῳ καὶ σπουδαίῳ τῆς καλλίστης διδαχῆς κατηχητῇ.

S. Arbitror te legisse versiculos hodie editos, in quibus scripsi: formicis gaudet formica, cicadis cicada **). Nusquam igitur putes, nec malle esse quam apud te mei loci atque ordinis hominem. Et socerum tuum ac socrum, egregia virtute mulierem, semper propter utriusque probitatem colui. Sed vocatus ad coenam a D. Doctore *Martino* arbitror et Dominum *Milichium* fore apud D. *Augustinum*; nam et ego eo vocatus eram. Quare mihi hoc tempore dabis veniam, si non venero. Erimus alias una, et voluntate atque animis semper una sumus. B. V.

---

*) Vid. infra ep. ad Ionam d. 1. Mart.

**) Hoc dictum in Scriptis publ. Acad. Witeb. primum legitur in pagella a Decano Facultatis philosophicae publice affixa mense Ianuario a. 1546., quae igitur Melanthonem habet auctorem. De coena illa vid. ep. ad Schnepfium d. 21. Ian. 1546.

No. 3359. 20. Ian.

(Academicis.)

Ex Scriptis publicis Acad. Witeb. T. I. p. 148. — Melanthonem hanc pagellam scripsisse, intelligitur ex epistola antecedente ad Marcellum. Dies, quo scriptum prodiit non adscriptus est, sed editor illud inseruit pagellis mense Ianuario 1546. editis. Et profecto mense Ianuario etiam anno 1546. fuit examen Magistrorum. Quum Lutherus d. 23. vel 24. Ianuarii Mansfeldiam profectus sit, illo die autem, quo pagella edita est, ut docet ep. ad Marcellum, adhuc Witebergae fuerit et Melanthonem ad coenam vocaverit, pagella prodiisse videtur d. 20. Ianuarii. Vid. ep. ad Schnepfium d. 21. Ian.

Decanus Collegii facultatis philosophicae, M. Iohannes Stolsius, Witebergensis.

Bonae menti nihil dulcius est colloquio eruditorum, in quo de optimis artibus candide conferuntur sententiae, et iudicia mutua commonefactione formantur et acuuntur, planeque haec collatio imago est aeternae vitae et scholae, in qua cum filio Dei, Patribus, Prophetis et Apostolis, in terra et inter sydera euntes, de Deo et de universae naturae opificio disseremus. Amanda sunt igitur et tuenda scholastica exercitia, quae talium colloquiorum facultatem nobis praebent. Deinde nos quidem, qui eiusdem doctrinae studia colimus, libentius convenire decet alendae amicitiae causa; *τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ*, inquit Poëta. Si hic sensus est in illis minutis insectis, ut natura inter se ament, multo magis inter homines philosophos foedus sit propter naturae et studiorum similitudinem. Petimus igitur, ut magistri Philosophiae, studiosi, cras hora prima ad publicum examen veniant, ubi de studiis philosophiae et doctrinae christianae cum iis disserendum erit, qui nunc eruditionis suae testimonia petunt.

No. 3360. 21. Ian.

Erh. Sehnepfio.

† Ex autographo Philippi in cod. Goth. fol. 380.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti d. Erhardo Sneppio, Pastori Ecclesiae Tubingensis, amico suo cariss.

S. D. Nuper ad te literas misi per civem Tubingensem, cum quidem adhuc opinio aliqua

esset, venturos nos ad conventum*). Postea synodo Tridentina cursus indicta deliberationes mutatae sunt. Etsi autem simulari tantum arbitror studium convocandae synodi, tamen iudico hanc moram utilem esse paci. Sed si serio hoc agunt adversarii nostri, ut synodus pronunciet, quid erit autoritatis si subito, non auditis nostris, non agitatis rebus pronunciabunt? Magis vero sententia eorum contemnetur, si perspicuam veritatem et populo notam damnabunt. Sed Deum oremus, ut Ecclesiam suam servet, et nos clementer regat. Petivit sibi mitti Illustrissimus Princeps, Dux *Wirtebergensis* tua scripta, in quibus confirmationes et testimonia luculenta verae doctrinae collegisti. Inspexi iterum, ac iudico, opus luce et editione dignissimum esse, idque Illustrissimo principi scripsi, ac misi. Te velim curare, ut edatur. Bene et foeliciter vale. Salutem tibi amanter dicunt D. *Lutherus*, D. *Pomeranus*, et D. *Cruciger*, qui in hesterna coena multa de te honorifice loquebantur. Die 21. Ianuarii.

Philippus Melanthon.

No. 3361. 23. Ian.

I. Ionae.

† Ex autographo Melanth. in cod. Monac. I., in appendice.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti D. Iusto Ionae, doctori theologiae, Episcopo Ecclesiae dei in Salinis, amico suo carissimo,

S. D. Angelus ὁ λόγος ἀΐδιος ἀϊδίου πατρός, qui custodiit in itinere nostrum doctorem καὶ ἡγούμενον Iacob, servet etiam doctorem nostrum *Lutherum*[1]), et adsit negotiis, ut perpetua et salutaris concordia inter Comites *Mansfeldenses* constituatur. Ego propter valetudinem non sum adductus, nam amplius mense sine medicatione non egessi ex ventriculo excrementa. Et obstructionis causam esse λιθίασιν arbitror.

De republica scito Romanum Pontificem decrevisse, Synodum Tridentinam non abrumpendam esse, sed suscipiendas cognitiones, et hanc Synodum legitimum Ecclesiae iudicium esse, cui parere omnes reges oporteat. Nunc igitur iussi sumus adornare scriptum Recusationis Tridentinae Synodi. Bene vale, die 23. Ianuarii.

Philippus Melanthon.

Salutat te reverenter *Caspar* Cr.[2]) Senex, futurus vobis comes καὶ διάκονος cum ibitis ad Synodum, aut potius pro vobis iturus, ut crucem gestet.

No. 3362. 31. Ian.

(M. Luthero.)

Manlii farrag. p. 337. — Inscripsit quidem Manlius hanc epistolam *Iusto Ionae*, sed profecto ex errore, ut argumentum docet. Lutherus in hoc itinere secumduxit filios. Manlius fortasse accepit epistolam a Iona, comite Lutheri, et sic videtur factum esse, ut Ionae inscriberetur.

S. D. Reverende domine Doctor. Honestissima matrona coniunx tua, et de te et dulcissimis filiis valde sollicita fuit, cum flumen largius intumuisse audivissemus. Nam de amne *Sala* ante literas vestras nihil audivimus. Gratam igitur rem et honestissimae coniugi tuae et nobis fecisti, quod literas de commoratione vestra in Salinis misisti*). Nunc Deum aeternum patrem Domini Iesu oramus, ut vos omnes incolumes reducat, feliciter constituta inter comites Mansfeldiae concordia. Hic Dei beneficio tranquillitas est, et ut sit diuturna Deus faciat. Adhuc etiam de conventu ad Danubium silentium est. Mortem ducis *Luneburgensis***), boni principis, qui Deum vero pectore coluit, valde lugemus. Deus servet et regat caeteros principes, amantes Ecclesias Dei. Bene et feliciter vale. Ultimo die Ianuarii.

No. 3363. (m. Ian. ut videtur.)

M. Helingo.

Epist. lib. V. p. 332.

---

*) Conventus Ratisbonn. 1546., cui interfuit Schnepfius et in quem etiam Melanthonem proficisci ab Electore primum decretum fuerat, quod vero consilium postea mutatum est.

1) Profectum ad Comites Mansfeldenses.

2) Cruciger.

*) Est ep. Lutheri ad uxorem d. 25. Ian. (de Wette V. 750.)

**) Ernestus.

Mauritio Helingo.

S. D. Doctissime vir, et amice carissime. *Casta Deus mens est, casta vult mente vocari.* Et castitatem adfirmat esse hunc ordinem ab ipso sancitum, videlicet unius maris et unius foeminae perpetuam et legitimam coniunctionem, ac scio, te ideo in hoc genere vitae velle vivere, ut casto pectore Deum invocare possis. Oro igitur Deum, ut faciat, ut tuum coniugium sit faustum et felix. Inque Deo sit mens una, sit unus amor. Significationem meae benevolentiae mitto, ac libenter profectus essem, sed retineor multis negociis. B. V. Salutem opto D. *Michaeli*, D. *Moshauer*.

Philippus Melanthon.

His literis inclusa fuit schedula, in qua sequens distichon erat adscriptum, eidemque aureo Ungarico involuto, cum duceret primam coniugem, *Evam*, filiam *Iusti Koleri*, Mansfeldensis civis, quae erat vidua, antea nupta *Paulo Hüpschero* Lipsensi:

Coniugium felix opto tibi, Helinge, Philippus:
Et pacem Patriae det, simul oro, DEUS.

No. 3364. (m. Ian.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 477 sq. (ed. Lond. IV. ep. 383.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi amico suo carissimo *).

S. D. Etsi delector argenti venis, illis quoque quas misisti, tamen historiam antefero vel totis Pannoniae montibus, quam Euripides vocat χρυσόβωλον. Legi igitur libenter epistolam tuam Xenophonti praepositam, et postremam narrationem Macedonicam, in qua cum copiose de Philippo dixeris, multa hac nocte cogitavi de nostris ac de Macedone, mihique subinde venit in mentem dicti illius veteris, quod est apud Pausaniam, ἀγαθὸν καὶ πῆμα φίλιππος. Sed oremus Deum, ut nostros et principum labores gubernet, ut simus ἀγαθὰ ὄργανα καὶ σύνεργοι θεοῦ. Scribo nunc recusationem Iudicii Synodi, sed institui non ad aulae affectus. Querela scholastica erit, non multum absimilis tuae epistolae, quam addidisti Xenophonti: Versiculos vobis mitto. περὶ τεράτων nihil significarunt *Ionas* et *Lutherus*, cum quidem saepe scripserint. Mitto et epistolam, qua *Vitus* te ad nuptias vocari voluit, sed non misisse eum arbitror. Nam omnino aliquid respondisses. Intra paucos dies redibit noster tabellarius a ripa Danubii, qui afferet partem historiae colloquii, quam tibi quam primum impertiam. Bene vale cum dulciss. Ecclesia domestica.

Philippus Melanth.

*) Non anno 1544., ut visum est editori, sed anno 1546. scripta.

No. 3365. 1. Febr.

N. Amsdorfio.

† Ex collect. Ballenst. Vol. I. p. 11., qui eam descripsit ex mst. Guelph. 30. 3. 4to. fol. 22.

Nicolao ab Amsdorf.

Reverendissime domine. Etsi ex vita decessit vir Venerabilis *Paulus Knodt*, tamen non dubitamus, eum in aeterna consuetudine Dei et Domini nostri Iesu Chr. perpetuo victurum esse. Memoria enim virtutum ipsius apud vos mansura est diuturna. Cum vita eius exemplum fuerit pietatis, iustitiae fidei et integritatis in omni officio, cumque fuerit erga eum singularis benevolentia omnium honestorum hominum in hoc oppido, aequum est, eam nunc eius filiabus declarari. Quarum altera minor natu *Esther* honesto iuveni *Iohanni Romero Frisio* desponsata est, et nuptiae piis ceremoniis proximo die octavo Februarii celebrabuntur. Scimus autem D. *Pauli* erga Reverendissimam Dominationem Vestram singularem observantiam fuisse, et R. D. Vestram eum propter virtutem magnopere dilexisse. Quare speramus, R. D. Vestram etiam filiabus eius benefacturam esse. Quanquam autem scimus, R. D. Vestram retineri magnis negotiis, quo minus procul domo hoc tempore proficiscatur, tamen oramus, ut mente et votis adesse nuptiis velit, et suam benignitatem erga amici veteris filiam declarare. Haec tutoris nomine reverenter petimus, cum quidem et puella ipsa honestissimis moribus praedita, quae sibi ornamento et praesi-

dio benevolentiam vestram semper fore sperat, petiverit, ut haec scriberemus. Nos quoque vicissim nostra officia R. D. Vestrae reverenter deferimus. Bene et feliciter valeat R. D. V. Die primo Febr. 1546.

Aug. Schurff. D.
Geo. Rhaw, typographus.

(Mel. composuit.) *)

No. 3366. 1. Febr.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [a].

Magistro Mattheo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Doctissime et carissime Colline. Etiamsi fingunt poëtae, ortos esse homines ex saxis: tamen me fateor molle pectus habere, ac saepe moveri et concuti clamoribus adversariorum, qui vociferantur, nos seditiosos esse et Ecclesiae hostes. Saepe igitur mecum disputo, cur necesse sit ea, quae docemus, retinere, ac disputo, sepositis interdum titulis partium ac factionum; quaero, quid, cur sentiendum sit, et in hac sententia acquiesco, cum non simus Epicurei, sed sentiamus vere esse Deum, et hanc ipsam doctrinam in Ecclesia per prophetas et apostolos traditam veram esse et firmam, necessario eam discendam et amplectendam esse censeo. Cumque aeternus pater de filio suo, domino nostro Iesu Christo, crucifixo pro nobis et resuscitato, dicat: hunc audite! sequor hunc et audio in Ecclesia, id est, circumfero eruditorum sententias. Haec cum facio, non aliud genus doctrinae in fontibus invenio quam quod amplecti me ostendo. Nec sunt obscurae controversiae, nec difficilis diiudicatio est mediocriter doctis. Tantum hoc postulat *Vitus*[1]), ut profiteamur nos velle socios esse parricidarum, qui interficiunt homines innocentes, fugientes idola. Hanc societatem si intelligit foedus Ecclesiae, doleo eius vicem. Haec scripsi, ut videas, qua nitar ancora in tantis dissidiorum tempestatibus. Sustento enim me his verbis: si quis diligit me, sermones meos servabit, etc. Bene vale. Calend. Febr. 1546.

Adamum tibi commendo honestum iuvenem.

*) Utrum haec verba lecta fuerint in codice, an adscripta iudicio Ballenstedtii, non quidem dicitur, sed sine dubio Ballenst. ea legit in codice. Utique haec epistola Melanthonem qui saepissime aliorum amicorum nomine scripsit, auctorem habere potest.

1) Vitus Amerbachius in Academia Ingolstadiana.

No. 3367. 2. Febr.

N. Medlero.

E cod. Bavari I. p. 1054. a Danzio ep. 62. edita, nunc ex eodem descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Reverende D. Doctor, et amice cariss.[1]) Etsi piis omnibus in tanta confusione maximarum[2]) optanda mors est, quae est iter ad dulcissimam consuetudinem cum Deo, filio Dei, prophetis et apostolis, tamen aliquos idoneos ad gubernationem vivere necesse est propter Ecclesiam et πολιτείας. Quare doleo, nos amisisse principem *Ernestum*[3]) tempore valde difficili; doleo et *Lonerum* Ecclesiae suae ereptum esse, ac metuo magnam fore et perniciosam eo loco mutationem. Deus servet pios gubernatores ubique terrarum! Ego non sum missus Ratisbonam, sed *Georgius Maior*, a quo nondum literas accepimus. Nam opinor, primum eos venisse Ratisbonam ante octiduum. Alii scribunt, nondum fuisse inchoatos congressus eruditorum. Viennam redierunt legati, qui proximo Iulio a Venetiis solverunt, ut[4]) inducias a Turcico tyranno peterent. Adferunt unius anni ἀναχωχήν. Mitto tibi pagellas. In legibus nostris in fine conciuncula Paulina utcunque recitata est, quam legito. Gaudeo te abesse a Nauburga, teque oro, ut foveas Ecclesiae Brunsvicensis concordiam. Bene vale. Salutem opto D. *Nigro*, viro doctissimo. Die faustissimo, quo filius Dei in templum allatus ostendit, se primogenitum esse praecipuum di-

1) Haec Danz praetermisit.
2) Excidit: *rerum*, vel simile.
3) Ernestum, Ducem Luneburgensem.
4) *ut* scripsi pro *ac*, quod codex habet.

catum Deo. Salutat te Rev. Georgius *Rorarius.* Anno 1546.

Phil. Melanthon.

No. 3368. 4. Febr.

C. Cordato.

† Ex autographo Mel. in biblioth. *Μεγαλαρχόντ.* Badens. descripta ab illustriss. Moltero.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Cunrado Cordato, Doctori Theologiae, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Stendal et Episcopo, amico suo,

S. D. Reverende D. Doctor et compater, ac amice carissime. Et suadeo et oro vos, ut Principis *Marchionis* voluntati obtemperetis. Res honesta et conveniens aetati vestrae, bonis et doctis viris testimonia dare doctrinae, et hac in re iuvare studia theologica. Vobiscum etiam filium vestrum ducite, ut videat patrem inter doctos viros disserentem.

Scripsi vobis totum ordinem rei agendae, ut legetis in his pagellis, quas mitto. Nec offendat vos, quod facio mentionem libri *Marchionis* honorificam, ubi dico interrogandos esse eos, qui promoveri volunt *), quod genus doctrinae amplectantur, quia liber doctrinam recte tradit, etiamsi de ceremoniis aliqui duriores aliquid desiderant. Sed nos iam in hoc nostro negotio tantum de doctrina loquimur, ut expresse sonant verba.

Scripsi et propositiones disputationis de poenitentia, de fide, de novitate vitae, de discrimine peccati regnantis et non regnantis. Haec sunt pia et accommodata ad exercitia piorum, et tamen satis eruditionis habent, et taxantur mali doctores, qui aut fidem delent, aut de contritione male docent, aut tollunt discrimina peccatorum, et concedunt licentiam antinomicam.

Sed vestro iudicio et arbitrio permitto, utrum de his an de aliis propositionibus disputare velitis. Fortassis et promovendi habent paratas materias, qui ambo sunt viri docti et boni.

*) Ex epistola ad Musculum, infra d. 12. Apr. h. a. intelligitur, Marchionem Principem Electorem voluisse, ut Cordatus gradu doctoris ornaret Musculum et Pastorem Francofordianum, quare Cordatus formam ritus sibi mitti voluit a Melanthone.

Commendate quaeso per occasionem D. *Alberum* *) et principi et aliis, ut rursus praeficiatur Ecclesiae Brandenburgensi, quae expetit eum. Bene valete. Die 4. Febr.

Scripsissem etiam orationem, sed in hoc temporis brevitate et aliis occupationibus plura scribere non potui. Misit tamen *Caspar* aliquas orationes hic habitas, quarum exempla fortassis occasionem praebebunt aliquid componendi accommodatum vestro negotio. Iterum valete.

Philippus Melanthon.

Salutem opto *Camillo*
cui alias scribam. Nunc
carmen mitto.

No. 3369. (5. Febr.)

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 118 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 92., cui Baumgartnerus adscripsit: „1546. 18. Febr." (videlicet accepi). Caeterum vid. epistola Brentii d. 29. Febr.

D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Norib.

S. D. Etsi iter ad conventum mihi Aula denunciarat, tamen postea me retinuit, ne proficiscerer. Non iudico subitam fuisse consilii mutationem. Sed quicquid est causae, abesse me ab illis fucosis actionibus gaudeo. Amo, ut qui maxime, collationes opinionum cum doctis et candidis, amo etiam moderationem, nec ἀποτόμως inquiri in omnia volo. Sed illas conventuum σκιομαχίας non amo. Oro autem Deum, ut me gubernet ac iuvet in hoc scholastico munere.

*) De *Albero* et causa, cur expulsus fuerat, vid. epist. ad Camerar. d. 4. Dcb. 1542. In epistola autographa Alberi (nondum edita) ad Iustum Ionam, scriptam pridie Luciae 1542., scribit Alberus: „Eiectus sum ex Marchia ceu peripsema, quod improbaverim quadruplex exactionis genus evangelicis pastoribus impositum. — — Versor itaque nunc Vitebergae, et valde boni consulo meam fortunam. Iam dudum enim pertaesus Pseudevangelii in Marchia adornabam abitionem. Valeant igitur tenerae auriculae Marchionitarum. Offeruntur mihi a Philippo et Melchiore conditiones aliquot. De delectu delibero nunc". — Altera vice Alberus exul vivebat Vitebergae ineunte anno 1546., ut docet epistola quaedam Alberi nondum edita, quam mihi ex autographo descripsi. Mense Aprili 1546. a Rotenburgicis vocatus est eoque se contulit. Vid. ep. Mel. ad Staudenium infra d. 18. April.

De *Dichtelio* scribit *Hieronymus.* Demiseramus eum ac literas amanter scriptas ei dederam ad te et ad Patrem. Melius enim adhuc de eo sentiebam, quam nunc. Sed ipse sibi male conscius metu in morbum *μελαγχολικὸν* incidit, quo si extingueretur, bene cum eo agi existimarem. Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi te servet incolumem et regat. Bene vale. die coniunctionis Saturni et Martis, cuius minas Deus nobis et Reipub. mitiget, ac servet aliquas Ecclesiae, piorum studiorum, honestae disciplinae reliquias, ut promisit, se etiam senescentem Ecclesiam gestaturum esse. Bene et feliciter vale *). Mitto tibi *Stigelii* versiculos.

Philippus Melanthon.

No. 3370. 5. Febr.

Cruciger ad Myconium.

Edita a Snegassio in libello: XVI selectiones vereque Theologicae Clarorum virorum epistolae etc. — ep. XIV. — Recusa in Tenzelii supplemento historiae Gothanae tertio (Ien. 1716. 4.) p. 103.

Viro optimo et pietate praestanti D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothanae, servo et militi Christi fidelissimo ac fortissimo, et amico suo charissimo S. D.

Legi tuas literas scriptas ad D. Georgium *Rorarium,* in quibus tanquam dulcissimam cygneam cantionem sonans nobis valedicis, et mihi etiam salutem amanter adscribis. Etsi autem necesse fuit, varie nos affici tuis literis, quas sine lacrymis legere neminem pium posse iudicamus, et propter illam vividam expressionem mirificorum affectuum, quibus cor tuum ardet fiducia et dilectione filii Dei, servatoris nostri, et propter non exiguam solicitudinem et tam moestum desiderium tui, quod ista commemoratione in nobis relinquis, tanquam iam discessurus a nobis in vitam longe meliorem et aeternam societatem dulcissimae consuetudinis et perpetuae laetitiae cum ipso filio Dei, et illo exoptatissimo coetu beatorum patrum et prophetarum et sanctorum omnium, et innumero exercitu angelorum: tamen cum videamus sic abundare in te consolationes et vitam in Christo, ut non mori, sed nunc primum vere et aeternum vivere in ipso filio Dei, qui est vita et resurrectio nostra, incipias, neque tibi a nobis consolationes vitae adversus mortem exspectandae, sed potius abs te nobis accipiendae sint: toto pectore Deo aeterno, patri Domini nostri Iesu Christi, gratias agimus, pro inenarrabili dono suo, quod et agnitionem sui, in verbo ingenti bonitate patefacto, nobis donavit, et per illud in multis, in te quoque spiritu suo sancto efficax est. Et quia te dedit salutarem doctorem Ecclesiae suae, qui cum tanquam fortis athleta et bonus miles Christi, cursum tuum fideliter consummaveris et bonum certamen certaris, de caetero coronam tibi iustitiae repositam habes, quam et tibi fideliter reddet dominus, iustus iudex, et omnibus diligentibus adventum eius.

Quare si adhuc in hac mortali et misera carne vivis, in qua iam aliquot annos, non ipsius carnis vita, sed fide filii Dei vivis, fac ut pergas esse animo victore et contemtore mortis et inferorum, in ipso Domino triumphatore et liberatore nostro. Admoneat te et ipsum cognomen tuum, ut invicto robore fidei persones illam vocem: etiamsi ambulem in medio mortis, non timebo malum, quoniam tu mecum es, etc. et si quae sunt similes, quibus ipse abundas. Nam si credimus illis maximis et preciosis promissis, ut inquit Petrus, divinitus nobis traditis, et agnoscimus, quae nobis donata sunt in Christo filio Dei feliciter nobiscum agitur, quod certi sumus, nos sive vivimus sive morimur, esse huius domini, qui et ipse mortuus est et resurrexit, ut et in nobis sit mortis et vitae Dominus, videlicet, ut et illam in aeternum aboleat, et hanc in perpetuum renovet et conservet.

Sed o deplorandum frigus et torporem meum, collatum ad illum exporrectum vigorem tui pectoris et ardentem vim fidei: quo nomine mihi ipse vehementer displiceo, et saepe, cum maxime vellem, pudore deterritus sum, quo minus ad te scribere auderem. Quodsi te dominus vult adhuc aliquandiu superstitem, quod et Ecclesiae et nobis profuturum, iuxta ipsius voluntatem confidimus, valde te oro, ut sanctissimis et flagrantibus tuis precibus etiam nostram salutem Christo commendes, ut et me ac meos velit esse vasa misericordiae, et nos una perfrui exoptatissima illa so-

---

*) Alius adscripsit: ann. 1546.

cietate et laetissima consuetudine cum ipso et universo coetu suae Ecclesiae. Hunc toto pectore precor, ut et te servet et tuae domui et Ecclesiae fidelissimus custos et ἐπίσκοπος prospiciat, Amen. Vitebergae, quinta Februarii, 1546.

Caspar Cruciger.

Georgius Rorarius dicit etiam Amen, Amen, Amen.

No. 3371. 6. Febr.

N. N.

Manlii farrag. p. 329 sq — Apographon in cod. Stibari in Biblioth. Guelph., ubi inscribitur: *Io. Camerario.* — Sed non suo nomine Melanth. scripsit, sed praescripsit eam cuidam amico.

Amico cuidam.

In hac confusione Reipublicae, etsi[1]) multa sunt quae nobis intuentibus hominum vitam, magnum dolorem adferunt: tamen cum viderim, aliquas interea[2]) Ecclesiae reliquias esse, quae cum divinitus serventur, ostendunt etiam nos non abiectos a Deo esse: et passim esse aliquos[3]) viros doctos et honestos, qui fideliter propagare literas et optimas artes student: nonnihil acquiesco, quasi portum aliquem prospiciens. Qua cogitatione cum tuum ingenium, eruditionem, mores, fidem in docendo, gravitatem in omni officio contemplor, magnam voluptatem capio, harmoniam illarum pulcherrimarum virtutum considerans. Nam cum eruditione excellas, non minus †tamen" literis ornamento sunt caeterae tuae virtutes, quam tibi[4]) literae ipsae. Saepe etiam mihi gratulor cum tanto viro amicitiam esse, ex quo[5]) hoc[6]) tempore magnum fructum percipere possem, nisi te luctus propter fratris (viri praestantis sapientia et virtute) interitum domi retineret.

Desponsavi filiam meam[7]) iuveni docto et modesto †*Franco*", cumque ad sacrum nuptiale amicos vocaverim, te quoque maxime adesse optarim: id enim mihi ut meis liberis[8]) honorificum esse ducerem, gauderemque te in ipsorum[9]) coetu cum caeteris tua vota †ad Deum" coniungere: qui quo magis intelligis[10]) vitae pericula, eo ardentius peteres[11]) gubernari meos divinitus. Cum autem de te vocando deliberarem, simulque de tua erga fratrem pietate multa dicerentur: non ausus sum tali tuo tempore petere, ut ad nos accederes, praesertim cum mihi historia de tuo patre, viro gravissimo, commemoraretur: quem aiunt, cum ad nuptias a quodam amico vocaretur, semestri exacto, post mortem tuae[12]) matris (quam cum aliis omnibus virtutib. †honesta matrona dignis" excelluisse, tum vero etiam literas et philosophiam coluisse scimus) valde commotum dixisse, mirari se amici duritiem, qui lugentis talem coniugem, rationem putaret non habendam, perinde ac si cui †forte" pera de cingulo decidisset. Cum igitur tibi non minorem pietatem tribuamus quam patri, et horum temporum moesticia communis tuum[13]) dolorem augeat, pudore impedior, quo minus te accersam. Facies tamen, quod tibi viro sapienti †et officiorum momenta ratione pensanti" videbitur.

Hanc autem epistolam ad te misi, non solum ut benevolentiam erga te meam, quae erit perpetua, testarer[14]): sed etiam ut cognosceres, nos luctus tui rationem habuisse: et tamen peterem, ut animo nobiscum adsis, et vota pro nobis ad Deum facias, ut et Ecclesiam et eius domicilia et studia servet ac regat, et tuis meisque liberis det vitae curriculum salutare, ut sint σκευὴ ἐλέους: quod profecto tuis liberis toto pectore opto. Ac ut bene sperem, moveor illa gravissima sententia, quae etiamsi in Poëmate prophano scripta est, ta-

---

1) Cod. Guelph. *Etsi in hac magna confusione reipublicae multa etc.*
2) Cod. Guelph. *video, interim aliquas.*
3) Manl. *passim alios.*
4) Cod. Guelph. *sibi.*
5) Cod. Guelph. *quo.*
6) Cod. Guelph. addit: *meo.*
7) Cod. Guelph. addit: *unicam.*
8) Manl. *et literis.*
9) Manl. *ipso.*
10) Manl. *expendo.*
11) Manl. *peterem.*
12) Manl. *tuae* recte, cod. Guelph. *suae.*
13) Cod. Guelph. *tantum.*
14) Cod. Guelph. *cognosceres.*

men in divinis Oraculis saepe repetitur, *εὐσεβέων παῖδες*, etc. locum Theocriti nosti. Bene et feliciter vale, et rescribe[15]).

No. 3372. 6. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 547 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 695.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Bamb. amico suo carissimo,

S. D. Nondum ad nos a ripa Danubii quicquam litterarum allatum est, quare gratiam tibi habeo, primum significanti seu exordium seu *προοίμια* congressus *Theologici* *). Sed profecto quoties de illo genere disputationum cogito, cohorresco toto corpore. Non veritas, non vel mediocris tranquillitas Ecclesiarum quaeritur. Libenter igitur procul absum ab illis fucosis insidiosis actionibus: miror tamen, quem nostri *Malvandae* oppositari sint, quem ut inter istos sane Ulyssem esse iudico. Et suavi facundia praeditum esse ipse comperi, *καὶ δοκεῖ ἀγχίνους*. Amici nostri viri integerrimi *Stibari* epistolam tibi remitto, addidi et historiolam, quam si voles inspicito et concerpe.

Litteras de Theologicis interpretibus mittendis ad Regiomontanam Academiam, mittam ad te per peculiarem tabellarium. Nam cum *Staphylo* prius agendum est, qui mihi videtur ex illo hominum genere esse, qui non in philosophia, ut Academici, sed in aliis negociis *ἐποχὴν* perpetuam, seu dubitationem potius, sapientiam esse ducunt. Bene et feliciter vale cum Ecclesia tua domestica, quam ut Deus aeternus, Pater Domini nostri Iesu Christi servet, opto. VI. Feb. Anno M.D.XLVI.

Philippus Melanth.

15) Cod. Guelph. addit: d. 6. Febr. 1546. Phil. Mel. At a Melanthone scripta est nomine alterius cuiusdam.

*) Ratisbonae.

No. 3373. 8. Feb.

N. Amsdorfio.

Manlii farrag. p. 194. Mel. epist. lib. III. p. 178. (ed. Lond. lib. III. ep. 104.) — Apographa in cod. Goth. 191. p. 89. et cod. Goth. 401. p. 25.

Reverendissimo D. Nicolao ab Amsdorf, Episcopo Naoburgensi, eruditione virtute et pietate vera praestanti, suo patrono cum observantia colendo[1]),

S. D. Reverendissime[2]) domine. Ut Ecclesia Dei vere[3]) orphana inter haec imperia mundi intuentes pios pastores et vere[4]) Episcopos, et ab eis consolationem petit: ita nunc puella, Domini *Pauli*[5]) filia, orphana, necessario suo tempore a quo imploraret auxilium potius, quam a paterno amico et vero Episcopo? Quare cum[6]) liberalitatem erga eam exercuistis, pietas vestra Deo grata erit[7]), et pro ea vicissim Deus his Ecclesiis et politiis benefaciet. Nos quidem et puellae nomine et sponsi et nostro gratiam habemus, et Deum aeternum[8]) patrem Domini nostri Iesu Christi precamur, ut has Ecclesias, quae certe similes sunt puellis orphanis[9]), defendat ac regat, et servet vos et alios pios doctores tanquam oleas feraces in domo Dei, nec sinat extingui lucem Evangelii, et notitiam Domini nostri Iesu Christi, sed multorum pectora vera pietate[10]) accendat, et pia studia doctrinae et morum disciplinam tueatur, ut veris laudibus inter nos in hac mundi senecta[11]) celebretur verus[12]) Deus, aeternus pater Domini nostri Iesu Christi, cum filio suo et spiritu sancto. Has optimas res Deus impertire solet per veros Episcopos, quos quidem vocat *συνέργους*, id

1) Hanc plenam inscriptionem servavit cod. Goth. 191. — Pezel. et cod. Goth. 401.: *Nicolao Amsdorfio, Episc. Naumb.* — Manlius nomen non dedit, sed edidit: *D. N.*

2) Manl. *Reverende.*

3) *vere*] cod. Goth. 401. *vera*; Manl. *vera tanquam.*

4) Manl. *veros.*

5) Cod. Goth. 401. *Pauli Knoden.*

6) *cum*] Pez. *quod.*

7) *erit*] Pez. *est.*

8) *aeternum* Pez. non habet.

9) Manl. *ut Ecclesias quae constant ex puellis et pueris orphanis.*

10) *vera piet.*] Manl. *vere.*

11) Cod. Goth. 191. et 401. addunt: *etiam.*

12) *verus* Manl. non habet.

est[13]), laboris socios. Quod[14]) potest[15]) autem maius praeconium cogitari[16]), quam divina voce dici socium divini laboris? Veneremur igitur pios pastores[17]), in quorum numero longo iam tempore nos[18]) quoque R. D. V.[19]) servire divinitus videmus, et ut diutius serviat in domo Dei optamus. Bene et foeliciter R. D. V. valeat. Die nuptiarum[20]) filiae Dom. *Pauli Knodt*[21]), quae[22]) ut sint faustae et foelices, faciat Deus, aeternus pater domini nostri Iesu Christi[23]).

No. 3374. 8. Febr.

M. Luthero.

† Ex collect. Ballenst. Vol. I. p. 58., qui eam hausit e cod. Gudian. Guelpherb.

Reverendo viro, eruditione ac virtute praestanti, Dom. Martino Luthero, Doct. Theologiae, instauratori purae doctrinae Evangelii, patri suo carissimo,

S. D. Reverende Domine Doctor, carissime pater. Mitto, ut promisi literas Ratisbonenses, etsi exigua adhuc initia historiae continent. Adhuc quidem concordiam inter nostros esse intelligo, quae ut sit perpetua faciat Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi. Caeterum et de *Carolo* imperatore et de Turcicis rebus silentium esse Ratisbonae significant. Hic Dei beneficio et in Ecclesia et in civitate tranquillitas est. Desiderio vestri tenemur, ac, ut feliciter redeatis incolumes, optamus*). Acceperam et pagellas de ridiculis ceremoniis publicationis synodi, sed dedi eas *Boniceo*, camerario illustrissimi Principis, qui forte aderat. Vellem, me eas vobis servasse tantum ut risum excitarent. Bene et feliciter valete. Die 8. Febr. 1546.

13) *id est*] cod. Goth. 191. *et.* Manl. non habet.
14) Manl. *Quodnam.*
15) *autem* Manl. non habet.
16) Cod. Goth. 401. et Manl. *excogitari.*
17) *pastores*] cod. Goth. 191. *doctores.*
18) *nos*] Pez. *vestram.*
19) Pez. *R. D.*
20) Dies nuptiarum fuit d. 8. Febr., ut ex epistola d. d. 1. Febr. intelligitur.
21) *Knodt*] Manl. *Reualt*; cod. Goth. 401. *Knoden.*
22) *quae* Manl. non habet.
23) *Die nuptiar.* etc. in cod. Goth. 191. praetermissa sunt.
*) Profectus erat Lutherus ad Comites Mansfeld.

No. 3375. 8. Febr.

I. Ionae.

† Ex collectione Ballenst. Vol. I. p. 46., qui eam descripsit e cod. Gudian. Guelpherb.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti D. Iusto Ionae, D. Theol., Pastori et Episcopo Ecclesiae Dei in Salinis Saxonicis, amico suo cariss.

S. D. Epitomen brevis historiae Ratisponensis scripsi in pagella, quam addidi huic tuae epistolae*), ut summam statim cognoscatis eorum, quae recitantur in amicorum literis, quas mitto, quia promiseram, etsi exspectationi vestrae non respondebunt. Oremus Deum, ut placida sit conventus catastrophe. Synodus *Tridentina*, etsi certis ceremoniis ac prorsus ridiculis ἐκυρώθη, tamen nondum de doctrina disserit. *Farnesium* Cardinalem aiunt petere, ut dux fiat, nescio ubi; alii *Bononiam*, alii *Parmam* nominant. Haec illis curae sunt. Ecclesiam Dei nihilo magis curant quam cyclopes Homerici. Bene vale. die 8. Febr. 1546.

No. 3376. 8. Febr.

Luthero et Ionae.

† Ex collect. Ballenst. Vol. I. p. 194.

Excerptum fortasse ex epistola Georgii Maioris, quod Melanthon *Luthero* et *Ionae*, qui tunc Mansfeldiae erant, scripsit misitque. Vid. epist. ad Ion. d. 8. Febr.

Postquam Doct. *Georgius Maior* Ratisbonam venit, convocati sunt omnes collocutores ab *Eichstetensi*, et proposita forma et series colloquii perscripta in charta inserta literis Georgii. Iubent ordiri a doctrina de iustificatione, et propemodum titulos confessionis sequuntur, ac disseri de

*) Videtur esse pagella quae sequitur.

materiis confessionis volunt. Nostri, quia saepe eis obiicitur, quod ab Ecclesia defecerint, protestationem exhibuerunt, in qua adfirmant, se amplecti confessionis *Augustanae* doctrinam et non abiecturos esse, et hanc affirmant esse consensum catholicae Ecclesiae dei, et dicunt, se velle hanc confessionem pro repetito habere. Postea ordo sic institutus est:

Malvendae opponatur *Bucerus*,
Monacho Coloniensi D. *Georgius*,
Monacho Colmariensi *Schneppius*,
Cochleo *Brentius*.

Episcopus Eichstetensis excepit prandio collocutores, et postea longam disputationem cum eis habuit, quae perscripta est in pagellis, quae sunt in fasciculis. Hoc quoque constitutum, ne a prandio collocutores disputent, sed tantum ante prandium *).

No. 3377. 10. Febr.

Maior ad Ionam.

† Ex autographo Ge. Maioris in Volum. Epist. Meining. ep. 79.

Clarissimis et Doctiss. Viris, Dom. Iusto Ionae, Theologiae, et Domino Chiliano Goldstein, utriusque iuris, Doctoribus, Dominis suis observandis,

S. Nisi scirem, quae Domino *Philippo*, cariss. praeceptori meo, scribuntur de colloquio hoc misero et aliis rebus ea quoque communicari vobis, et aliae multae res me impedirent, hoc tempore, scriberem de singulis rebus accuratius. Quare rogo, ut me excusatum habeatis. Volui enim vel has breves scribere, ne quid in veteri amico officii desideraretis, et quae ego omisi cognoscetis ex Magistri *Galli* literis, cui plus est ocii.

Qui sint ex adversa parte collocutores iam pridem vos cognovisse puto, *Malvenda* vero Hispanus, Caesareanus Theologus huc missus, homo audacissimus et pro more gentis superbissimus, turbat omnia et ipsis praesidibus quasi minatur. Quae ipsorum sit doctrina, et quae initia

*) Historiam colloquii Ratisb. succincte narravit Sleidan. in Comment. p. 481 sqq.

colloquii, quid item porro sperandum sit, satis intelligetis ex his positionibus hic inclusis. Habemus gregem variorum monachorum nostrorum et fecem christianum, sed experior, adesse nobis Christum, qui porro dabit os et sapientiam. Nihil certi audimus de Imperatoris adventu et de comitiis. *Iulius Pflug*, quanquam hic sit, tamen abstinet ab colloquio, credo propter articulum iustificationis in priori colloquio conciliatum. Non vacat iam plura. Quare valebitis, viri observandi. Cupio salutari meo nomine D. Magistrum *Benedictum*, D. M. *Matthiam* et rogo, ut nos vestris orationibus iuvetis. Ratisbona, 10. Februarii 1546.

V. Georg. Maior.

Ab adversariis proposita [1]).

1) Fidem esse initium iustificationis,
2) causam esse fidem formalem,
3) Christum propitiatorem esse,
4) opera praecedentia praeparare quodam modo
2 Reg. Non vidisti Assah humiliatum corum (?)
Item, Act. dicitur Simoni ut poenitentiam agat.
5) Opera hominis iusti augent iustitiam eisque in homine iustificato redditur Christi beneficio, merces aeterna. Probat
Apo: ult. qui iustus est, iustificetur adhuc
Paulus: bonum certamen certa etc.
Matth.: Si vis perfectus esse, vade et vende omnia etc.
Paulus: quod omnes nos manifestari etc.
Gen. 22.: Per memet ipsum iuvari. Vide Iacobum in epistola.
Pet.: fratres satagite ut per bona opera certam vocationem faciatis.
Paulus: Benef. etc. Nolite oblivisci etc.

Hi loci probant, opera augere iustitiam et esse meritoria vitae aeternae, non quod sint opera ita digna, sed quod ea digna faciat gratia Dei per Iesum Christum.

Positiones adversae partis de loco iustificationis [2]).

1) In peccatoribus iustificatione remitti peccata per Christum mediatorem, et gratiam infundi,

1) Scripta sunt, quae iam sequuntur alia manu, quam Maioris, lectu perquam difficili.

2) Has propositiones habes etiam in Mel. opp. ut etiam separatim sunt editae.

idque fieri ex mera Dei gratia, nullis meritis nostris.

2) Ad hanc iustificationem in adultis concurrere actum liberi arbitrii moti in gratia praeveniente et simul comitante

3) fidem, qua credimus historiae evangelicae, et Deum patrem misisse filium suum propitiatorem pro peccatis nostris, et per illius sanguinem remitti peccata, esse in adultis necessariam, quae tamen fides etiamsi necessaria sit, non tamen sola ad iustificandum sufficit, sed requiruntur etiam spes, et charitas et actus poenitentiae, charitate informatus.

4) Actus hos, ad iustificationem adulti concurrentes, non esse ipsius iustificationis meritorios.

5) Etsi certum sit, omnia peccata, quae ullo unquam tempore remissa sunt aut remittentur, per sanguinem propitiatoris remitti, tamen cum quis firmiter et certo statuit sibi remissa peccata non habens conditionis suae et infirmitatis rationem, iudicio magis temerario quam scripturae auctoritate ducitur.

6) Is cui remissa peccata sunt potest auxilio gratiae Dei sic implere Dei praecepta, ut Deo et proximo reddat quod debet. Quod dum facit non solum non peccat mortaliter, sed potius est iustus apud Deum et legis impletor. Et eiusmodi homines vere iusti sunt apud Deum et legem eius implent,

7) quia[3]) gratiam habent omnino peccata delentem et suggerentem vires ad legem implendam non quia peccata, quae post iustitiam acceptam adhuc maneant, illis non imputentur, aut propterea tantum, quod iustitia quam non ipsi sed Christus facit, illis imputetur per Christum.

8) Opera quibus legem iusti implent et Dei voluntatem sequuntur, sic esse vitae aeternae meritoria, ut eis sit reddenda Paulo teste corona iustitiae.

9) Postremo multas hominis actiones etiam ante iustificationem non parum conducere, ut clementissimus Deus oculos suae bonitatis et ineffabilis misericordiae ad ignoscendum saepe converterit.

---

3) Haec propositio numero distincta quidem est ab antecedente, sed proprie incipit verbis: Et eiusmodi homines etc.

No. 3378. **10. Febr.**

Maior ad Theol. Witeb.

† Ex autographo in Tabul. Vinar. Reg. H. fol. 668. no. 205.

Clariss. ac doctiss. viris, Dn. Martino Luthero, D. Iohanni Bugenhagio, D. Caspari Crucigero, D. Philippo Melanthoni, Theologiae Doctoribus, patribus et praeceptoribus cum summa observantia colendis.

Salutem in Christo Iesu. Quae superioribus diebus hic gesta sunt, Reverendi domini et praeceptores observandi, existimo vestras Excell. ex literis nostris satis intellexisse. Consumpti sunt aliquot dies in nugis istis praeparatoriis de admittendis notariis, de eorum numero, de ipsorum fide, de actis occludendis et non spargendis et talia multa alia. Postea ventum est ad rem ipsam. Ibi *Malvenda* Hispanus, Caesaris nomine missus collocutor, ex scripto coepit actionem dictare notariis, cuius summam hic mitto. Altero die nostro nomine respondit *Bucerus*, et is dies consumptus est in refutanda eius praefatione et agitandis iis, ubi nos et principes nostros perstrinxerat, et postea a me conscripta lecta est *protestatio*, quam nuper vobis misimus. In ea, quanquam nihil asperius in Caesarem vel quenquam dictum esset, tamen adversarii vociferari coeperunt, non esse protestationem, sed criminationem. Et *Malvenda*, cum Caesaris, inquit, hic fiat mentio, et ego Caesareanus sim, igitur non patiar progredi eos prius quam ad singula capita respondero. Caesaris auctoritate moti Praesides iubent nos secedere; sed inspecta diligentius protestatione vocamur iterum, et iubent Praesides ut pergeremus.

Ibi inter alia duo praecipue diligenter sunt agitata. Primum, cum videremus adversarios hoc agere, ut, relicta ratione praescripta ab imperatore tractandi articulum quartum confess. August. de iustificatione, abducerent nos in Sorbonica sophismata, ostendimus, nos non velle alia ratione cum ipsis de hoc articulo agere, quam iuxta confessionem Aug., sicuti a Caesare mandatum esset. Deinde diligenter ostensum est ex actis colloquii hic antea habiti, hunc articulum de iustificatione conciliatum et receptum etiam ipsorum adversariorum et Imperatoris testimonio. Deinde ordine singula, quae ad doctrinam pertinent, summa et

fide et diligentia sunt pertractata, sicut eius actionis summam legetis a D. *Brentio* missam, nam et is aliquam gratiam inire voluit. *Bucerus* valde idoneus est ad has actiones, et quanquam singula eius dicta, scripta, et actiones diligenter nos reliqui observemus, tamen profecto hanc causam hactenus egit summa fide, sicut acta ostendent, ac semper honorificam mentionem vestrorum omnium facit, tanquam patrum et praeceptorum suorum, nihil agit nisi antea nobis consultis, audit et obtemperat nostris consiliis. Conferimus enim inter nos fere quotidie, neque quicquam hic mihi suavius est, quam congressus et familiaritas cum viris optimis et doctissimis, quos video vos omnes toto pectore amare.

Adversarii ut semen serpentis homini dissimillimi sunt, extrema sophistarum fex, monachi duo homines impudentissimi sunt, *Malvenda*, pro more gentis homo superbissimus, inflatus Caesaris auctoritate, nititur turbare omnia, et ipsi Praesides, sic satis aequi nobis, tamen hunc timere coguntur, et clare nobis uterque significavit, se odisse hunc Hispanum; nos autem illius contumaciam et superbiam contemnimus et aliquoties stultos conatus fregimus. *Cochlaeo* iucundum est, haerere in postrema parte collocutorum.

Quae colloquii sint initia et quae cum adversariis speranda sit conciliatio satis vestra praestantia intelliget et cognoscet ex literis ad Illustriss. Principem plenius. Itaque deliberandum vobis et significandum nobis erit, an possit cum adversariis in reliquis articulis confessionis nostrae, ut ab imperatore praescripti sunt, progredi cum tamen non videam, spem ullam esse, ut in aliquo quidquam concessuri sint. Hoc vestrum consilium omnes rogamus et expetimus. Bene valete patres et praeceptores observandi, quos Christus Ecclesiae suae diu conservet. Ratisbonae 10. Febr. 1546.

V. E.

F. Georgius Maior.

Protestatio nostra *).

Ut inter plurimas alias excellentes virtutes, quibus Davidem regem ornavit Deus nulla fuit illustrior ac populo et ecclesiae Dei magis salutaris, quam propagatio et conservatio coelestis doctrinae: ita et inter praecipua ornamenta Invict. Imperatoris Caroli V. Domini nostri clementiss. omnis posteritas et hoc referet, quod in diiudicandis controversiis de religione ea prudentia et moderatione adhuc usus est, ut eas controversias pacificis collationibus excuti, quam iniustis armis opprimi maluerit. Quam aequitatem et moderationem ut perpetuo tueatur et conservet precamur toto pectore aeternum patrem domini nostri Iesu Christi. Quia hoc die pro veteri more D. Ioh. Chrysostomi memoria peragi soleat, humiliter et cum omni debita reverentia ab ipsius Caesaris Maiestate petimus, quod imperator Arcadius et Ioh. Chrysostomus Garnae exercitus duci, iniqua et impia petenti, responderunt: non licere regi pietatem profitenti quicquam adversus res divinas statuere, ut et ipsius Maiestas magnitudinem huius tantae causae diligentius consideret, et, ut hactenus fecit, ne patiatur se calumniis et iniquis iudiciis quorundam, re nondum satis deliberata et cognita, adversus innoxios homines, veram et coelestem doctrinam a filio Dei per Prophetas et Apostolos traditam [profitentes], incendi. Haec enim propria et summa laus magnorum heroum est in tantis rebus, divinis nempe, et salutem tot gentium et populorum spectantibus, posse moderatione uti, non praecipitare consilia, non inflammari iniustis aliorum hominum odiis, sed audire et summa diligentia cognoscere causas divinas, et eas non ex unius hominis arbitrio et consilio, sed ex solo verbo Dei, unde omnis pietatis fons, iustitia et vita aeterna pendet et promanat, diiudicare et decernere, et agnitam semel veram pietatem toto pectore amplecti et tueri. *Theodosius* laudatissimus imperator moriturus vocat ad se filios *Arcadium* et *Honorium*, inter quos cum regna esset partitus postremo utrumque hortatur, ut pietatem et doctrinam divinam tueri et propagare studeant. Hac enim et pax, inquit, conservatur, et bella conficiuntur et hostes vertuntur in fugam, et trophaea statuuntur et paratur victoria.

Cum igitur ab optimo Principe et Imperatore nostro Invict. Carolo V. hic quartus conventus ad

*) In historia Colloquii Ratisbon. a Georgio Maiori edita alia protestatio est, d. 20. Martii tradita, quam etiam ex Maioris scripto dederunt Hortleder I. p. 385 sq., Walch. in opp. Luth. XVII. p. 1524., quae vero ab hac prorsus est diversa. Loquuntur de hac protestatione theolog. Vitebergenses in scripto d. d. 12. Febr. eamque dedit etiam Seckendorf. in hist. Luth. III. p. 630.

conferendos et patefaciendos eos articulos, de quibus hoc tempore in doctrina christiana controversia est, indictus sit, Reverendiss. Princeps ac Comes generose a Caesar. Maiestate huius colloquii Praesides et gubernatores constituti, Domini nostri clementissimi, humiliter ac cum debita reverentia a Vest. Cels. petimus, ut Caes. Mai. nostrorum Illustrissimorum et Illustrium Principum, civitatum et omnium statuum nomine, complectentium confessionem August., ingentes gratias agatis, quod iterum ad patefaciendam doctrinam ecclesiis et orbi terrarum salutarem ac necessariam, hunc conventum instituerit. Deinde, quod facturos omnino speramus, ut V. Celsit. hanc collationem de sententiis scripturae divinae ita moderetur, non ut praestigiis et calumniis veritas tegatur, involvatur aut obruatur, sed ex collatis sententiis veritas queat patefieri et illustrari. Caeterum quanquam omnibus omnium adversariorum nostrorum criminibus, quibus nos ac nostram doctrinam apud omnes gentes et populos deformare et obruere conantur, respondere, neque utile neque commodum hoc tempore esse sciamus, tamen, ne in publico hoc conventu taciti et quasi agnosere videamur, brevissime et modestissime ad ea respondebimus.

Vociferantur in publicis concionibus et publice editis scriptis, nos traducunt et infamant, nos a veteri et orthodoxa et catholica ecclesia Christi discessisse, damnare concilia et omnium sanctorum patrum scripta, laxare et solvere omnem ecclesiae disciplinam, et tribuere populo infinitam licentiam qualibet audendi et faciendi, abolere nos veteres ceremonias et ritus, a patribus ecclesiae traditas, et alia multa atrocia crimina in nos cumulant, ad quae necesse est hic breviter et modeste responderi. Nam si tales esse existimamur, et haec iniusta adversariorum praeiudicia valent, frustra ad hoc colloquium adhiberemur.

Primum igitur coram Deo et toto orbe terrarum confitemur et protestamur, quemadmodum antea in confessione Caes. Maiestati in Comitiis Aug. exhibita publice declaravimus, quam etiam confessionem pro repetita haberi volumus, nos non solum agnoscere, sed et toto pectore tanquam fontem omnis salutis et vitae aeternae amplecti scripta Prophetarum et Apostolorum, hoc est omnes V. et N. Testamenti libros quos vocant canonicos, et credimus, hanc esse ipsius Dei creatoris rerum vocem sonantem in his scriptis, inspiratam a Spiritu s., qua se Deus mirabili consilio orbi terrarum se patefecit, et haec scripta esse fundamentum, petram et basin, super quam ecclesia, domus Dei, aedificata est in ipso summo angulari lapide Christo Iesu, et in his scriptis plene et perfecte omnia, quae ad iustitiam et salutem nostram utilia et necessaria sunt, comprehensa; et hanc coelestem doctrinam a filio Dei et per Prophetas et Apostolos nobis traditam esse omnis coelestis doctrinae et piae vitae ac cultus Dei unicum et certissimum canonem et regulam, neque ullam doctrinam aut cultum Dei recipiendum, qui non in propheticis et apostolicis scriptis comprehensus, et a Deo praeceptus et mandatus sit.

Secundo amplectimur quoque tanquam scripturae propheticae ac apostolicae epitomen seu summam symbola tria, ut Apostolicum, Nicenum et Athanasianum.

Tertio amplectimur item quatuor magna concilia, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum et Chalcedonense, et alia, quatenus quidem cum S. Scriptura conveniunt, et quorum dogmata et decreta scripturis s. confirmata sunt.

Quarto agnoscimus scriptores veteres ecclesiasticos, sed quatenus ipsi se agnosci et legi volunt, et sententia eorum testimonium habet scripturae. Cum igitur certum sit, hanc esse veteris et catholicae orthodoxae ecclesiae Christi consensum, iniuste ab adversariis nostris damnamur, quod defecerimus ab Ecclesia ac damnemus Conciliorum decreta et ecclesiasticorum scriptorum dogmata. Existimamus autem, satis esse perspicuum, quod ab orthodoxa et vera ecclesia Christi non discesserimus. Quod ad disciplinam attinet, res ipsa loquitur, si vere existimare volumus, longe eam esse apud nos astrictiorem, quam multi vociferentur.

Postremo fatemur, quaedam doctrinae genera et quosdam abusus et ritus pugnantes cum scriptura prophetica et apostolica et consensu catholicae ecclesiae Christi, reprehensos a nobis, sicut non tantum veteres scriptores sed et recentiores, et quidam ex adversariis ipsis ingenue fatentur, multos errores irrepsisse in ecclesiam. Sed quemadmodum ea, quae cum scriptura pugnant, non agnoscit vera ecclesia catholica, ita nostri, qui ad docendum evangelium Christi vocati sumus, officii fuit, errores reprehendere et damnare.

Hanc confessionem et protestationem obedienter petimus, ut Reverendiss. et generosae Do-

minationes vestrae aequo animo suscipiant, et hanc totam tractationem colloquii iuxta articulum decreti Wormatiensis de colloquio habendo factam, fideliter, ut non dubitamus, Caes. Maiestati et reliquis omnibus imperii ordinibus referant. Nam sicut nolumus in hoc colloquio quicquam amplius in nos suscipere, quam in prorogatione Wormatiensi constitutum est, ita studebimus, quae officii nostri fuerint, fideliter omnia praestare. Dixi.

No. 3379. 11. Febr.

Cruciger ad Scholasticos.

Scripta publ. Acad. Witeb. T. I. p. 149.

Caspar Cruciger Doctor (ad Scholasticos). Valde necessarium est omnibus eruditis in Ecclesia, universam antiquitatem et omnium temporum certamina de doctrina nosse, ut una perpetua, consentiens, catholica sententia, certis testimoniis a Deo tradita et magnis miraculis defensa, retineatur et ad posteros propagetur. Et prodest legere et audire scripta methodica, quae integram doctrinam continent. Ut autem Esaias clamitat ad Deum: obsigna legem in discipulis, ita et nos, praesertim in hac ultima mundi senecta, in qua plus est inconstantium et mutabilium ingeniorum, imo et deliriorum, quam olim fuit, ardentibus votis a Deo petimus, ut servet multos verae doctrinae custodes et mentibus nostrorum auditorum vere inprimat σφραγίδα, id est, Spiritum sanctum, ut veras sententias constanter tueantur, et Deus vere invocetur. Enarrabo igitur Symbolum Nicenum, in quo series articulorum cogit nos complecti integram doctrinam, et hodie hora quarta, Deo iuvante, eam narrationem inchoabo. Ac primum de ip[illegible] symbolis disseremus, unde sint tradita, et quae sit autoritas synodorum, an sint testes prius traditae doctrinae, an vero autores novae alicuius sententiae. Anno 1546., die 11. Februarii.

No. 3380. (11. Febr.)

Iudicium Theol. Witeb.

† Ex apographo Georg. Maioris in libro msto. in Bibl. Reg. Dresdensi: „des Regensburgischen Colloquii Schriften u. Handlungen. 1545. 1546. — Miserat *Bucerus* amplissimam narrationem colloquii privati cum Episcopo Aichstadiensi in conventu Ratisb. habiti, ad Philippum, Landgravium Hassiae, (epistola 27 pagg. in fol.), qui eam descriptam misit Ioanni Friderico, Pr. Electori, a quo eadem Vitebergensibus theologis missa est, ut sententiam suam de eo dicerent. De hac igitur epistola Electori scribunt. — Habetur illa epistola Buceri in Tabul. Vinar. Registr. H. fol. 633. no. 203. ut etiam alia latina narratio de hoc colloquio Georgii Maioris, sic inscripta: „Summa Colloquii cum Episcopo Aichstetensi praeside, habiti 14. Ianuarii, cum ille invitasset ad prandium a nostra parte ordinatos." Quum vero haec utraque, Buceri et Maioris, narratio spectet ad colloquium privatum, neque aliquid habeat, quod scitu utile sit, ut recte iudicarunt Vitebergenses, ea scripta hic dare noluimus. Caeterum epistola, qua Princeps Elector Vitebergensium iudicium Landgravio misit, data est d. 13. Februarii, ergo iudicium scriptum est fere d. 10. vel 11. Febr.

(Iudicium Theologor. Vitebergensium, missum ad Io. Fridericum Pr. Electorem.)

Die Schrift, so aus Regensburg an unsern gnädigen Herrn, dem Landgrafen, von D. *Bucer* gesandt ist, ist vor Anfang des öffentlichen Colloquii geschrieben, und ist nun bei vier Wochen alt. Der Inhalt ist die Privat- und geselligliche Unterrede, die der Bischof von Eichstädt*) mit den Colloquenten unsers Theils, nach Essen, als sie seine Gäste gewesen, gehabt hat, welcher Rede Copeien zuvor auch anher gesandt, und ist nichts wichtiges darin, das zuvor nicht oft gehört ist. Und ist dieses die Summa: der Bischoff hält den Unsern vor, daß wir in etlichen Sachen weichen sollen, damit andere Nationen den Anfang der Reformation auch mit uns annehmen möchten; denn wir andern auch zu dienen schuldig sind. Item, wir sollten aufs Concilium kommen, und uns auch da weisen lassen. Item, der Bischoff wolle bei dem alten Mütterlein, das ist, bei der Kirchen bleiben, dieweil doch die Unsern selbst nicht einträchtig. Auf diese Artikul ist dem Bischof genug geantwortet, laut der lateinischen Copeien uns zugesandt.

Es steht aber die Summa darauf, ob wir in etlichen Articuln können weichen oder nicht. Nun ist wohl zu achten, dasselbige Weichen sey vornämlich zu verstehen von der Meß, Stift, Klöstern, päpstlicher Gewalt, und vielleicht hernach fast von allen Articuln. Wiewohl sie aber sprechen, man sey schuldig zu weichen, daß man Andern auch zum Anfang der Reformation helfe, ist dieses unser Bedenken: non sunt facienda mala ut eveniant bona; man soll nicht die Wahrheit zuvor

*) Antequam theologi Sax. advenerant Episc. Eichstadiensis, electus praeses colloquii ad coenam invitavit collocutores d. 14. Ian. 1546.

verläugnen, andern damit aufzuhelfen. Und so wir gleich auf diese ihre sanften Worte zu weichen willigten, so spotten sie doch unsrer hernach, und würden alle Irrthum bestätiget, und keine Reformation vorgenommen.

Zu Regensburg auf dem vorigen Tage anno 1541. sandte *Naves* den D. Johann von *Mez* zu uns Colloquenten gleich mit dieser Vermahnung vom Weichen; nämlich also: der Kaiser wäre geneigt zu einer Reformation, darum sollt man ihm die Hände biethen, (denn diese Worte wurden gebraucht) und sollt etwas weichen, daß er mit uns sämtlich eine gemeine Reformation vornehmen möchte, und wir nicht diesen großen Nutz aller Nation hinderten ꝛc. Darauf wurde geantwortet wie gesagt ist: wir könnten bekannte Wahrheit, die sie zuvor verdammt hätten, nicht verläugnen. Ueber dieses alles, so sind diese Reden ganz general und gemeine vom Weichen, und so man die Auslegung und Specification hören sollt, wollen sie, man sollt alle streitige Articul fallen lassen.

Wir haben uns klar declarirt, worin wir zu weichen uns erbothen, nämlich, so die Bischöffe rechte Lehr pflanzten, wollten wir ihnen unterthan seyn, und das Kirchenregiment helfen erhalten, wie zu Camin geschiehet. Wir haben aber noch nie vernommen, daß das Gegentheil an diesem Erbiethen gesättigt wäre, sondern er will, wir sollen alle streitige Articul wegwerfen, und halten, was sie schließen wollen. Dieses zu thun können wir nicht rathen, und wir als Privatpersonen sind entlich bedacht, die Articel rechter Lehre nicht zu ändern, wie wir auch dieselbigen nicht ändern können.

Vom *Concilio* achten wir, daß unsere gnädigst und gnädige Herren andere Bedenken haben werden, denn zuvor. Denn das ist nicht zu rathen, daß man in des Concilii Satz und Spruch willigen soll. Ist aber jemand dieser Last müde, Lehre zu erhalten, und will mit einem Schein sich auswirken [i. e. herausziehen], der thue solch Erbiethen auf sich [i. e. auf seine Gefahr]. Wir für unsere Person haben nicht Scheu, so wir von dem Kaiser erfordert würden, und der Kaiser uns vertröstet, daß man uns hören sollt, im Concilio zu erscheinen, Grund unsrer Lehre anzuzeigen, und wollen Gott die Fährlichkeit unsers Lebens befehlen. Denn wir suchen nicht unsre Wollust oder Ehre, oder leibliche Güter, oder Macht in dieser Sache, sondern haben treulich, so viel Gott verliehen hat, rechte christliche heilsame Lehre helfen pflanzen, Gott zu Lob, und zu Erkänntniß unsers Heilandes Christi, und zu rechter Anrufung; haben nicht Zweifel, dieser Spruch wird wahr bleiben: was aus Gott, wird nicht vertilget.

Johannes Bugenhagen D.
Caspar Creutziger D.
Philippus Melan.

No. 3381. (12. Febr.)

Aliud iudicium eorundem.

† Ex apographo in cod. Dresd. „des Regensburg. Colloquii Schriften und Handlungen, 1545. 1546." — Aegre tulerat Princeps Elector, quod Bucerus inter collocutores primum locum occupaverat, quem Georgio Maiori competere putabat. Scripsit igitur ad Vitebergenses, ut eorum iudicium audiret, quod hic iam legitur. — Hoc intelligitur ex epistola Electoris ad Maiorem et Zochium in Actis Vinar. Reg. H. fol. 663. no. 203., data Sonnabends nach Scholasticae (d. 13. Febr.) 1546., ubi Elector secundum iudicium Viteberg. scribit: „dieweil nunmehr gemeldtes Bucers erster Stimm und Session halben nicht wohl Aenderung zu machen, so ist unser Begehren, ihr wollet auf seine Rede und Handlung doch unvermerkt fleißig Achtung geben ꝛc." — Scriptum est igitur hoc iudicium fere d. 12. Febr.

(Iudicium theologor. Viteberg. de colloquio Ratisb.)

Dieweil mehr denn allein zween Colloquenten geordnet seyn, ist wohl zu achten, daß den andern, so niedergesetzt, auch dazu zu reden gebühren will, wie es auch zuvor zu Worms und zu Regensburg gehalten ist. Darum mag unser gnädigster Herr seinen Gesandten befehlen, daß D. Georg Schnepf und Brenz Achtung auf der ersten Rede geben, und, so es vonnöthen, auf Buceri Rede ihre Meinung und Erklärung anzeigen; welches gleich also zu Worms und zu Regensburg gehalten worden.

So ist befohlen den Artikel die Justification wiederum vorzunehmen, den doch der Gegentheil zu Regensburg gewilligt. Wo nun Malvenda die rechte Lehre der Justification umstoßen will, hoffen wir, es werde keiner unter allen seyn, der dasselbige unverantwortet lassen würde. Nun ist gewiß, daß der Cöllnische, leichtfertige, ehebrecherische Mönch, und Cocleus den Artikel Iustificationis mit großer Kühnheit und Grobheit anfechten werden; darum wir nicht achten, daß in diesem Colloquio Collusiones vorfallen werden. Es schreiben auch Schnepf und Andere, daß durch Gottes Gnade gute Einträchtigkeit zwischen unsers Theils Colloquenten sey; doch wird man bald im Anfange merken, wie ein jeder gesinnet ist. Und so Mag. Franciscus [Burchard] dabei seyn wird, der die Leut zuvor kennet, und weiß, was sich zuvor zugetra-

gen hat, auch dieser Lehre einen christlichen Verstand [hat], wird er selbst wissen die Andern zu erinnern, daß sie nicht Unkraut einmengen lassen.

Johannes Bugenhagen Pomer D.
Caspar Creutziger D.
Philippus Melanthon.

Wir befinden auch aus den Berichten, uns zugesandt, daß alle unsers Theils Colloquenten eine Protestation gethan und überantwortet haben*), darin sie darreden, daß sie sich auf die Lehr der Augsburgischen Confession ziehen, daß sie dieselbige halten und dabei zu bleiben gedenken, und wollen sie jetzo pro repetita halten, und haben sie für die rechte catholica christliche Lehr. Welches ohne Zweifel geschehen, daß der Gegentheil nicht einer Collusion zu gewarten habe.

No. 3382. 12. Febr.

F. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 66.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, Domino Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Gotha, amico et fratri suo cariss.

S. D. Laudabunt Dominum, qui requirunt eum: vivent corda eorum in seculum seculi, inquit Psalmus. Scio te fuisse inter pios Ministros Evangelii, requirentes Deum. Ideo et tu laudabis cum laetitia inter Prophetas et Apostolos communi exsultans: et vivet cor tuum in seculum seculi. Talibus te promissionibus Dei veris et firmis consolare. Fortassis et in hac vita apud dulcissimos liberos tuos adhuc aliquantisper laudabis Deum; quod, ut fiat, opto. Si ante me ex hac aerumnosa vita evocaberis, ubi potero liberis tuis benefacere, faciam fideliter. Bene vale. 12. Feb. 1546.

Philippus Melanthon.

No. 3383. 13. Febr.

I. Matthesio.

Manlii farrag. p. 91. Epist. lib. II. p. 42. (ed. Lond. lib. II. ep. 25.) Iterum a Pezelio edita in Mel. Consil. lat. P. II. p. 146.

*) Vide illam epistolae Maioris d. 10. Febr. adiunctam.

D. Iohanni Matthesio

S. D. Velut in sentinam, ita in loca venarum metallicarum semper ex variis Gentibus homines confluunt, imbuti diversis opinionibus, et magna ingeniorum ac iudiciorum varietate [1]) praediti, quorum multi etiam curiosi et fallaces sunt. In tali coetu aliqua tamen est Ecclesia: huic coetui serviendum est, et tamen interim cavendum quantum fieri potest, ne curiosis, malevolis et petulantibus praebeamus occasiones subsannandae doctrinae. Primum igitur videndum tibi censeo, an collegas habeas consentientes de mutando ritu in Coena Domini: Si unus aut plures dissentiunt, non censeo tentandam esse mutationem. Prorsus etiam in concionibus huius negotii nullam mentionem in ullam partem fieri velim. Scio esse magnas et iustissimas causas [2]) abrogandae elevationis, sed consensu Collegarum tibi opus est. Nam alii alias causas dicent, suspicabuntur, fingent, ut est haec aetas suspicax et amans calumniarum. Nec facile credas collegis, nisi bene explorata eorum voluntate. Sum ipse similia expertus. Multi enim, cum [3]) vident iudicia vulgi non respondere iis consiliis quae instituunt [4]), postea simulant se invitos ad ea negotia pertractos esse, et odia in alios derivant. Quare prius censeo explorandas esse voluntates collegarum. Causae vero allegari in familiaribus colloquiis hae duae possunt, nam in concionibus nolo quicquam hac de re dici. Primum cum Monachi fingant [5]) fieri oblationem pro vivis et mortuis, hoc ritu elevationis eos moveri. Ut igitur tollatur error, nec [6]) putet populus sacerdotis elevationem valere pro aliis, mutandum esse morem dices. Secundo elevatione confirmari circumgestationem [7]), quae sine ulla dubitatione est idolomania. Nam Deus non est ad ullam rem alligandus, ubi se suo verbo non alligat, ut non est alligandus ad statuas. Non autem alligat se [8]) Christus ad panem, sed ad actionem in usu Sacramenti. Nec adest propter panem, sed propter sumentem. O horrendas te-

1) Manl. *persuasione*, mendose.
2) Manl. *gravissimas rationes.*
3) Peuc. *Sum ipse expertus multos cum vid.* etc.
4) Manl. *instituuntur.*
5) Manl. *fingunt.*
6) Manl. *ne.*
7) Manl. *confirmatur circumgestatio.*
8) Manl. *alligatur.*

nebras, quas Pontifices, Reges, Principes, Monachi in Ecclesia defendunt, quas utinam Christus adventu suo cito depellat. Turcica arma puniunt hanc profanationem coenae Domini, tot iam seculis haerentem in Ecclesia. Bene vale et rescribe. Nam ego ad conventum non proficiscor, et imprimis de conventu scribes; scio enim ad vos multa perferri. Bene vale. Die 12. Februarii, quo ante annos 1715*) *Maccabaeus* Nicanorem impium Ducem ingenti praelio vicit: quod cogitantes, oremus Deum, ut nunc quoque servet Ecclesiam suam. Iterum vale[9]).

No. 3384. (h. t.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 548. (ed. Lond. lib. IV. ep. 696.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario amico et fratri suo carissimo,

S. D. Sigismundi *Gelenii* Epistolam tibi mitto, in qua amanter mentionem tui facit, teque oro, ut meis verbis, etiam ei gratias agas, qui nos et ornavit inscriptione Aristophanis, et hospitium nobis defert: scripsi ei brevissime. De Synodo me Aristophanes quoque terret, in quo scis *ἐκκλησιάζειν βάλαιναν τινα, καὶ καθῆσθαι πρόβατα.* Si talis erit Synodus, quae nobis, imo quae Ecclesiae fata impendeant, facile est ratiocinari. Bene vale, Nuncius hic Basileam ibit.

Philippus.

No. 3385. 16. Febr.

Qu. Schallero.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 50.

Clarissimo viro, nobilitate, prudentia et virtute praestanti, Dom. Quirino Schaller, Schemnicensi) consuli, patrono suo colendo.*

Clarissime vir. Quotidie cum mane precationes dico, cumque mentem et oculos versus Orientem dirigo, cogitans ubi se Deus patefecerit et ubi filius Dei sit factus victima, Pannonias etiam adspicere videor, cuius ruinae etiam caeteris regnis minitantur, magnoque cum dolore has calamitates deploro, sed multo maiore moesticia causas mecum reputo. Nulla sunt perpetua imperia in hac hominum vitiosa natura, ex qua tamen Deus excerpit aeternam Ecclesiam. In hanc nos, ut in diluvio Noë pauci se in arcam includebant, recipiamus; hanc sciamus mansuram esse, etiamsi variae imperiorum mutationes et vices erunt. Servabit enim Deus reliquias Ecclesiae suae, et eis aliqua hospitia attribuet, tum in Pannoniis, tum alibi. Quare non frangamur animis, sed speremus, aliquam ad posteros mansuram esse doctrinam et studiosis sedem, et in hac spe pia studia colamus et adiuvemus.

Narrat autem hic adolescens *Martinus* cum significatione gratitudinis non obscura, se benigne a te adiuvari, suamque gratitudinem a me tibi exponi voluit. Ego vero non de hoc tantum scribendum esse duxi, sed illud etiam adiicio, bene collocatum esse abs te hoc beneficium, quia adolescens foeliciter discit latinam et graecam linguam, exordia philosophiae et doctrinae Ecclesiasticae. Erit igitur, Deo iuvante, usui Ecclesiae Dei, ac filius Dei memor sui dicti, in quo ait: *si quis vel potum aquae dederit meis propter doctrinam, mercedem habebit vicissim*, tibi pro hac liberalitate benefaciet. Quaeso igitur, ut aliquanto diutius hunc *Martinum* adiuves, ut confirmare iudicium de rebus necessariis possit. Nec desperatione abiiciamus studia literarum. Nam etiamsi impendent nobis et universo orbi mutationes Imperiorum, tamen Deus nec Ecclesiam nec eius hospitia funditus deleri sinet. Hac vero consolatione nos ubique sustentemus, quia profecta nusquam certa est ac diuturna tranquillitas. Et tamen Deo curae erit, ut aliqua templa sua et doctrinae domicilia servet. Bene et foeliciter vale. Die 16. Februarii, quo annum quinquagesimum ingredior, qui utinam foelix et faustus sit.

---

*) 1705? vid. ep. seq.

9) *Nam ego ad* etc. Manl. non habet, et post *bene vale* addit annum 1548. Sed scripta est anno 1546.

*) i. e. Chemnitzensi., in Misnia.

No. 3386. 17. Febr.

Brentius ad Melanthonem.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. no. VII. p. 185.

Clarissimo ac Doctiss. viro, D. Philippo Melanthoni, suo in Christo observando.

S. in Christo. Ea est colloquii nostri foetura, ut merito gratulemur tibi, quod domi manseris. Adversarii nostri collocutores in hoc convenisse videntur, non ut afflictis rebus moderatione aliqua succurrant, sed ut, si quid in superioribus colloquiis moderatius ab aliquibus ipsorum partis dictum est, nunc asperitate emendetur. Proposuimus quaedam de ea conciliatione, quae inter nos nuper Ratisbonae de articulo iustificationis facta est, sed etiam non solum non agnoscunt, verum etiam magnis clamoribus oppugnant; id quod vides in concione virulenta illius hominis *Bellicii*, cuius concionis exemplum ad te mittitur. *Iulius Pflug* etsi in hac urbe est, tamen nunquam venit in colloquium. Amici significarunt nobis, quod initio actionis contenderit cum suis, ut hanc conciliationem de iustificatione agnoscant. Hoc cum impetrare non potuerit, nihil sibi cum colloquio negotii esse (declaravit), donec de hoc articulo peractum fuerit. *Malvenda* etsi canit veterem scholasticorum et monachorum cantilenam de iustificatione, humana tamen loquitur. *Bellicius* autem, qui sumpsit sibi ..... partes dicendi, quod oratio *Malvendae* non satis habeat aculeorum, vere diabolus est. *Διαβάλλει* enim optime et perspicue dicta. Huius viperae ..... et morsus nobis perferendi sunt. Sed usquequo peccatores tandem? usquequo peccatores gloriabuntur? Reddet illis iniquitatem ipsorum, et in malitia eorum disperdet eos dominus Deus noster. Porro cum legeres scriptum nostrum, in quo fit mentio colloquii, quod anno 1530. Augustae fuit institutum, et cuius scripti authorem puto *Cochleum*, annon purum mendacium nobis adscriptum habes, cum dicunt, nos concessisse, ut non doceatur: solam fidem iustificare. Agite igitur, et accingite vos itineri, tu et Illustrissimus Princeps Elector, qui et ipse in ista collocutione interfuit, dicens de hac re testimonium. Et, si Deo placet, mittat huc etiam Landgravius hospitem suum ducem Brunsvicensem; et hic eius rei spectator fuit. Reliqui autem omnes praeter *Cochleum* extincti sunt. Sed cum haec scribo, incidit mihi, D. *Pontanum* illum clarissimum Iurisconsultum etiam adfuisse. Dominus conservet eum diu reipublicae incolumem. Amen.

Hoc die venit ad nos *Georgius Volchhamerus* Norimberga, auditor colloquii, D. Hieron. *Baumgartneri* loco missus. Is commemoravit nobis Carolum iam vocare Principes et Status Germaniae, ut die, ni fallor 24. aut 25. Martii Ratisbonae conveniant. Sed interim alii mussitant, Carolum stipatum multis militibus equitum et petitum suscepisse expeditionem, non ut eiiciat Episcopum Coloniensem, sed ut adiutorem, (totus enim mundus plenus est sophistis) quem Episcopus ante hoc tempus sibi cooptavit, instituat. Hoc si verum est, initium erit malorum; imo non malorum sed bonorum. Quid enim mali potest accidere filio Dei apud patrem suum pro nobis excubante et ad dextram eius sedente? Vale. Ex Ratisbona, 17. Februarii 1546.

Tuus Brentius.

No. 3387. 17. Febr.

Idem ad Lutherum.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. no. VII. p. 197.

Clarissimo piae doctrinae restauratori D. Martino Luthero, Domino ac patrono suo in Christo observando.

S. in Christo. Etsi observandissime pater, D. Georgius *Maior* copiose ad vos scribit ea, quae hic in nostro collegio patimur verius quam agimus, tamen, quia non dubitamus quin preces tuas coniungas cum nostris, volui etiam cum illius literis meas ad tuam Reverentiam coniungere.

De nostra actione alius aliter iudicat. Ego vero sentio, exemplum esse perspicuum eventus humanorum consiliorum. Institutum enim est hoc colloquium, ut esset parasceve ad ineundam in ecclesiasticis controversiis concordiam. Adversarii collocutores*) in hoc studium incumbere videntur, ut non solum conservent eam impiam doctrinam, quae habet speciem quandam pietatis, sed etiam illam instaurent, quae antea a saniori-

*) Mst. *collocutiones*, mendose.

bus suae ipsorum partis abiecta est. Recitant nobis encomia scholasticorum doctorum et theologorum. Docent, impios se posse praeparare bonis operibus ad accipiendam gratiam qua iustificantur. Dicunt, in ecclesia Christi mandatum esse, quod sit duplex iustitia *), fidei et operum. Concionantur nobis non levem errorem sentire, quod Deus imputet homini quod non habet, et peccatum, quod habet, non imputet. Iudicium enim Dei est contra veritatem. Denique cum articulus de iustificatione in confessione nostra simpliciter propositus sit, ipsi inscio ipso articulo plures fere errores nobis obiiciunt quam articulus verbis constat. Hae sunt suaves illae conciones, quas hoc tempore audire cogimur, nec dubito, quin, si tu in angulo invisibilis sederes, et audires tam impias voces et conciones, non solum te misereret nostri, sed etiam mirareris, quod, cum pedes habeamus, non continuo nos e medio proiiciamus. Quare sapientissime profecto factum est, quod *Philippus* domi a vobis retentus est. Rogamus autem te reverenter, ut iuves nos precibus tuis apud Deum, patrem domini nostri Iesu Christi, quod ab his viperis et vere diabolis liberemur. Precamur, ut Iesus Christus servet te diutissime Ecclesiae incolumem. Amen. Ex Ratisbona 17. Februarii 1546.

Tuus Brentius.

No. 3388. 18. Febr.

M. Luthero.

Epist. lib. III. p. 146. (edit. Lond. lib. III. ep. 72.).

Reverendo viro, eruditione, virtute et sapientia praestanti D. Martino Luthero Doctori Theologiae, instauratori purae Evangelii doctrinae, patri suo charissimo[1])

S. D. Reverende D. Doctor et charissime pater, Gratias vobis ago quod toties, tamque amanter ad nos scripsistis. Nunc Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oramus, ut vos omnes domum reducat incolumes. Mitto vobis et aliis amicis pagellam, continentem *Pannonicas* historiolas ab honestis viris scriptas, quorum integritas et fides nobis nota est. De *Romani* pontificis morte[2]), et aliis rebus quas significatis, hic ante vestras literas, nihil audivimus. Sed intra triduum spero nos habituros a *Danubii* ripa literarum volumina. Honestissima matrona coniunx vestra, mittit medicamentum, quod petiistis. Bene et feliciter valete. Die 18. Februarii.

*) *t*ª legitur in cod. Monac., ex compendio scribendi. Puto legendum esse: iustitia.

1) Hac epistola respondet Melanthon ad eam, quam scripsit Lutherus d. 14. Febr. 1546. et quam legis Epp. Luth. Tom. V. p. 791. Scripsit Mel. eodem die, quo Lutherus mortuus est.

No. 3389. 18. Febr.

(*Studiosis.*)

Scripta publ. I. p. 149b.

Philipp. Melanth. (Studiosis.)

Queritur *Theocritus*, suas Charites saepe domum redire tristes et accusantes ingratitudinem hominum, de quibus bene meritae fuerunt; et assidere arculis gementes, et capita prona in genibus ponentes, ut fit in moerore. Idem saepe nunc bonis scriptoribus accidit. Misit huc *Stigelius* egregiam lucubrationem argumentorum in Lectiones Evangelicas festorum. Oro igitur, ut redeant ei Charites hilariores, ut reliqua exempla Studiosi emant. Utilis lectio est: et honos ingenio Stigelii habeatur, quod profecto est eximium Dei donum et ornamentum huius aetatis. Amplo munere donandus esset vel pro hac sola precatione, quam nuper ex *Esaia* carmine reddidit. Die 18. Februarii, Anno 1546.

No. 3390. (18. Febr.)

Iudicium Theol. Viteb.

† Ex Actis mst. Georgii Maioris in bibl. Dresd., inscriptis: des Regensburgischen Colloquii Schriften und Handlungen 1545. 1546. — Est iudicium theologorum Vitebergensium. De satis longa epistola G. Maioris et L. Zochii, data Ratisb. die Scholast. (10. Febr.) 1546. ad Electorem, in qua narrant, quid usque ad illum diem actum sit in colloquio. Noluimus illud legatorum scriptum satis magnum dare, quum eius argumentum ex hoc responso satis perspiciatur. — Scriptum est hoc iudicium fere 18. vel 19. Febr., et epistola Electoris, qua secundum hanc sententiam ad Maiorem et Zochium rescripsit, data est d. 20. Febr.

2) Falsus erat rumor de morte Papae.

(Bedenken der Theologen zu Wittenberg über die fernern Handlungen auf dem Religionsgespräch zu Regensburg.)

Wenn durch Gottes Gnade die Colloquenten unsers Theils einträchtig bleiben, wie sie jetzund sind, und wir gute Hoffnung dazu haben, so achten wir nicht, daß durch dieses Colloquium etwas zu Nachtheil den Herren und Kirchen dieses Theils versucht werden möge. Darum ist unser unterthänig Bedenken, daß die Unsern solche Beisachen nicht streiten, die unnöthigen Verzug bringen, und einen Schein machen, als fürchte man sich vor der Disputation und scheue das Licht.

Und zum ersten, dieweil es nun eine Maaß hat mit den Notariis, die leidlich ist, ist unser Bedenken, daß man davon nicht einen neuen Zank anfahe*).

Zum andern die Sorgfältigkeit [Besorgniß] von Behaltung der Bücher [i. e. der Protokolle] auf dem Rathhaus, ist unsers Erachtens nicht groß nöthig. Denn dieses ist nicht zu vermuthen, daß jemand da die Bücher fälschen werde. Und obgleich der Kaiser die Bücher wegnehme und nicht an das Licht kommen ließ, damit wäre die christliche Lehre noch nicht untergedruckt; denn sie ist in vielen andern nützlichen Büchern am Tage.

Zum dritten, daß die Chur- und Fürsten und Obrigkeiten um Copien dieser Acta anregen, ist billig. Denn soll man hernach auf dem Reichstag davon reden, so kann man nicht im Sack kaufen; man muß zuvor wissen, was es sey. Wenn aber gleich die Präsidenten keine Copien geben wollen, ist darum das Colloquium nicht umzustoßen; denn der Gegentheil würde sagen, es wäre eine gesuchte Ursach ꝛc. Und ist vielmehr dem Gegentheil ein Spott, daß sie so übel fürchten, fromme gottfürchtige Leute sehen und merken, daß sie ihre Abgötterei und falsche Lehre so übel und innerlich (?) **) schmücken und färben. So hoffen wir, die Colloquenten werden selbst so viel verzeichnen, daß man Bericht daraus haben möge, was auf beiden Seiten geredt ist; wie uns jetzt des *Malvenda* Propositiones und Argumenta zugesandt, darin nichts ist, denn die alte Mönchslehre, die öffentlich dem Evangelio widerwärtig ist, wie alle gottfürchtigen solches leichtlich richten können.

Zum vierten, so die Kaiserliche Resolution ankäme von einem neuen Proceß, ist unser Bedenken: wo man merkt, daß der Proceß unserm Theil etwas nachtheilig ist, daß unsre Colloquenten sich vernehmen lassen, sie haben nicht zu willigen in einen andern Proceß, und brechen sich also abe mit dieser glimpflichen Antwort, als für sich selbst.

Zum fünften, dieweil keine Einträchtigkeit zwischen den Colloquenten beides Theils im ersten und vornehmsten Articulo, nämlich de iustificatione, zu hoffen, ob also vom Colloquio zu lassen mit einer ernsten Protestation: dieweil in diesem öffentlichen Articul keine Einigkeit sey, werde vergeblich seyn von den andern zu reden; darauf ist dieses unser Bedenken. Wahr ist's, so man könnte abbrechen, daß es derhalben bequemlich wäre; denn wir haben großen Glimpf im Articulo iustificationis, und fahen [folgen?] hernach die Articul von der Messe, Transsubstantiatio ꝛc., davon der Gegentheil noch heftiger tobet, und macht den Ungelehrten einen großen Schein mit der langen Gewohnheit und mit den patribus. Darum, so man zuvor aufhörete, wäre es ein Vortheil. Aber dieweil dieses zu Worms durch den Kaiser also beschlossen, daß von allen Articuln geredet werden soll, man könne Vergleichung finden oder nicht, denn seine Majestät wolle die Stände im Reich, oder das Concilium, aus dieser freundlichen Unterrede und Erklärung berichten lassen; so werden die Präsidenten nicht nachlassen, und, so die Unsern nicht fortschreiten wollten, möchte der Kaiser Ursach vorwenden: wir hätten den Wormsischen Abschied nicht Folge gethan, deßhalben wäre der Friede aus. Aus dieser Ursachen bedenken wir auch, daß die Unsern im Namen Gottes fortschreiten im Colloquio zu den folgenden Articuln auf der Präsidenten Anhalten. Es ist auch nicht Fahr dabei, dieweil unsre Colloquenten einträchtig sind. Aber der Anfang zeigt an, daß dieses Colloquium eine lange weitläuftige Disputation werden müßte, so sie also, wie bis anhero, fortfahren. Und ist wohl zu achten, daß der Bischof von Eichstädt und Graf Friedrich dieser Präsidenz bald müde werden. Darum sie vielleicht selbst dazu helfen werden, daß man davon komme.

Johannes Bugenhagen Pom. D.
Caspar Creutziger D.
Philippus Melanchthon.

*) Praesides Colloquii decreverant: „die Acta sollten verschlossen auf dem Rathhause bei einander bleiben und verwahrt werden."

**) jämmerlich (?)

No. 3391. 19. Febr.

I. Ionae.

Manlii farrag. p. 487 sq. Epistol. lib. III. p. 117. (edit. Lond. III. ep. 103.) — Apographon in cod. Goth. 191. p. 38 b. — Melanthon est auctor epistolae.

Rever. viro, D. Doct. Iusto Ionae, Rector, Magistri et Doctores Academiae Vitebergens. S. D. (Inscriptio apud Manlium.)

Reverende D. Doctor, amice charissime; Hodie mane tristissimas literas tuas [1]) accepimus: quarum alteras ad Illustrissimum Principem Electorem, alteras ad Reverendum D. Pastorem Ecclesiae nostrae de morte Reverendi Viri et charissimi Patris et Praeceptoris nostri D. *Martini Lutheri* cum [2]) significatione moestitiae ingentis scripsisti [3]). Erat ille omnino currus et auriga Israel a Deo excitatus, ut Evangelii ministerium [4]) instauraret et repurgaret, quod [5]) res ipsa ostendit. Necesse est enim fateri, per eum patefactam esse doctrinam, quae supra humani ingenii conspectum posita est. Tali Doctore et Gubernatore nos orbari [6]), magno dolore afficimur, non solum propter nostram Academiam, sed etiam propter universam totius Orbis terrarum Ecclesiam, quam consiliis, doctrina, autoritate, et Spiritus sancti auxilio [7]) regebat. Ac plurimum cogitatione periculorum et tempestatum, quae postquam ille ab hac statione avocatus est impendent, movemur. Scimus autem te quoque magno in luctu esse, propter similes causas, quibus nos angimur. Oremus igitur Dominum nostrum Iesum Christum, qui dixit, *Non relinquam vos Orphanos*, ut † deinceps" [8]) Ecclesiam suam regat ac servet, et pro beneficiis, quae per D. *Lutherum* nobis exhibuit, ei gratias agamus, et *Lutheri* memoriam grati retineamus. Hunc autem ad te nuncium peculiariter misimus, ac petimus, ut mox nobis significes, quo die hic adfuturi sitis. Datum 19. Februar. Anno 1546.

No. 3392. 19. Febr.

Auditoribus.

Ex libello: Historia de vita et actis Reverendiss. Viri D. Mart. Lutheri, verae Theologiae Doctoris, bona fide conscripta a Phil. Melanthone. Witebergae ex officina Iohannis Lufft. 1549. 8. (edita, ut ex praefatione intelligitur, a Jo. Pollicario, apud Weisenfelsenses verbi Dei ministro). Legitur ibi etiam oratio, qua Melanthon auditoribus suis indicavit mortem Lutheri; quam etiam habes descriptam in cod. Bav. I. p. 567.

1) *tuas* omittit Manl.
2) † *magna* Manl.
3) *scriptae fuerunt* Manl.
4) *doctrinam* Manl.
5) *ut* Manl.
6) Manl. pro *nos orbari* habet *orbati*.
7) Manl. *consilio*.
8) add. Manl. et cod. Goth.

Philippus Melanthon ad auditorium Scholae Wittebergensis, anno 1546 de obitu Lutheri.

[Haec sequentia D. Philippus Melanthon hora nona ante prandium cum convenissemus ad auscultationem epistolae Pauli ad Romanos, publice recitavit, commemorans, se hoc ex consilio aliorum Dominorum facere eam ob causam, ut nos admoniti de rei veritate (quia scirent multas fabellas hinc inde de morte Lutheri vagaturas esse), figmenta illa sparsa non amplecteremur.]

Optimi adolescentes, Scitis nos suscepisse enarrare grammaticam explicationem epistolae ad Romanos, in qua continetur vera doctrina de filio Dei, quam Deus singulari beneficio hoc tempore nobis per Reverendum Patrem et Praeceptorem nostrum amantissimum, Doctorem Martinum *Lutherum* patefecit.

Verum hodierno die tam tristia huc sunt scripta, quae ita auxerunt dolorem meum, ut nesciam an *) possim posthac in hisce scholasticalibus pergere. Haec autem consilio aliorum Dominorum ideo volo vobis commemorare, ut sciatis, quo modo res vere se habeat, ne vel ipsi falsa de hoc casu spargatis, neve aliis fabellis hinc inde, ut solet fieri, sparsis fidem habeatis.

Die Mercurii, qui fuit decimus septimus Februarii, Dominus Doctor, paulo ante coenam, coepit laborare morbo usitato, nempe oppressione humorum in orificio ventriculi (quo memini hic quoque eum aliquoties laborare). Hic morbus post coenam recurrit, quo cum conflictaretur, petivit secessum in cubiculum proximum: atque ibi duas prope horas decubuit, donec dolores crescerent. Et cum Doctor *Ionas* in eodem cubiculo una dormiret, Dominus D. *Martinus* eum vocavit et excitavit, iussitque ut surgeret, et curaret, ut Paedagogus liberorum *Ambrosius* calefaceret conclave, in quod cum ingressus esset, mox eo venit illustris Comes *Albertus* de Mansfeld, una cum coniuge, et multi alii, quorum nomina hisce literis propter festinationem non sunt expressa. Tandem ubi finem vitae adesse sensit, ante horam quartam sequentis 18. Febr. commendavit sese Deo hac precatione:

Mein himmlischer Vater, ewiger barmherziger Gott, du hast mir deinen lieben Sohn, unsern Herrn

*) Cod. Bav. recte *an* pro *aut*, quod legitur in libro impresso.

Jesum Christum offenbaret, den hab ich gelehret, den hab ich bekannt, den liebe ich, und den ehre ich für meinen lieben Heiland und Erlöser, welchen die Gottlosen verfolgen, schänden und schelten. Nimm meine Seele zu dir. In dem redet er in die drei Mal. In manus tuas commendo Spiritum meum, redemisti me Deus veritatis. Also hat Gott die Welt geliebet rc.

His precibus aliquoties ingeminatis a Deo in aeternam scholam et in aeterna gaudia evocatus est, in qua fruitur consuetudine Patris, filii, Spiritus sancti, omnium Prophetarum et Apostolorum.

Ach, obiit auriga et currus Israel, qui rexit Ecclesiam in hac ultima senecta mundi. Neque enim humana sagacitate deprehensa est doctrina de remissione peccatorum et de fiducia filii Dei, sed a Deo per hunc virum patefacta; quem etiam a Deo excitatum vidimus fuisse. Amemus igitur huius viri memoriam et genus doctrinae ab ipso traditum, et simus modestiores et consideremus ingentes calamitates et mutationes magnas, quae hunc casum sunt sequuturae.

Te, fili Dei, crucifixe pro nobis et resuscitate Emmanuel, oro, ut Ecclesiam tuam regas, serves et defendas, Amen.

No. 3393. 19. Febr.

N. Amsdorfio.

Epist. lib. III. p. 175. (ed. Lond. III, ep. 102.) — Apographon in cod. Guelph. fol. 11. 10. p. 160b.

Reverendissimo D. Nicolao ab Ambsdorff Episcopo Naumburgensi, eruditione et virtute et pietate praestanti, suo Patrono cum observantia colendo.

S. D. Etsi in communi luctu sciebam [1]) dolorem vestrum [2]) extincto Reverendo Patre nostro, D. *Martino Luthero*, eo acerbiorem fore, quo magis paterno [3]) amore vos [4]) complexus est [5]), et verebar moestitiam cognita morte summi viri et amici tui, valetudini tuae nocituram esse: Tamen cum adesset tabellarius, necessarium esse duxi de re tanta ad te scribere. *Islebiae* evocatus est ex hac aerumnosa vita Reverendus Pater D. *Mart. Luth.* inter preces pias, ut intelliges ex narratione ad Principem Electorem scripta, quam addidi. Etsi autem genus morbi nondum satis scimus, tamen audio eum in tota illa peregrinatione nunquam recte valuisse. Cum enim non procul ab oppido abesset, et iter pedibus faceret, horridis ventis eum afflantibus, questus est vehementer se laedi saevitia frigoris, et ventorum, et sentire se periculosas angustias pectoris. Adfuit vester affinis D. *Melchior*, qui dicit eum [6]) quoque vix recreatum esse sumptis aromatis [7]). Audio autem similes ei pectoris angustias ante annum domi suae, cum nudus in Saxea cloaca mense Decembri sederet, accidisse: quae tum eum, quod scio, adeo atrociter excruciarunt, ut diceret se facilius acerrimos cruciatus, quos adfert calculus, toleraturum esse, quam hanc compressionem: Saepe autem nunc *Islebiae* tales ei angustiae redierunt, ut tandem natura superata, Vir tantus extinctus sit.

Etsi autem in magno dolore multos bonos homines ubique esse non dubito, tamen scio tuum moerorem longe maiorem fore, quia ille nec ullum amicum habebat [8]) vetustiorem, nec chariorem, nec tu aliter eum, quam patrem dilexisti. Habes igitur privatam [9]) causam doloris maximam. Deinde et publicae accedunt. Nam post eius obitum videntur secuturae multae aliae calamitates, sed te propter Deum oro et obtestor, ut consolationibus divinis, quae nobis in Evangelio propositae sunt, te sustentes, eaque in re et nos, et publicam Ecclesiam respicias. Bene et feliciter vale.

No. 3394. (21. Febr.)

Academicis.

Scripta publ. I, p. 150. et apographon in cod. Goth. 263. fol. 146. Hoc scriptum a Melanthone ipso profectum esse, dubitandum non est.

---

1) *sciebam* excidit e cod. Guelph.
2) *dolor meus* cod. Guelph.
3) Cod. Guelph. *Luthero, quia scio eum paterno* etc.
4) Cod. Guelph. *nos.*
5) Cod. Guelph. *complexum esse.*
6) Cod. Guelph. *dixit tunc.*
7) Cod. Guelph. *aromatibus.*
8) Cod. Guelph. *habuit.*
9) Peuc. *privatim*, cod. Guelph. *privatam.*

Rector Academiae Augustinus Schurf, D. (Inscriptio in Script. publ.) *Intimatio Rectoris Academiae Viteb. de obitu reverendi D. Lutheri.* (Inscr. in Cod.)

Non dubium est, reverendum virum Doct. *Martinum Lutherum*, patrem et praeceptorem nostrum carissimum divinitus excitatum esse ad repurgandum Evangelii ministerium, et monstrandum filium Dei, ut Deus immensa misericordia subinde missis bonis doctoribus Evangelii lucem Ecclesiae restituit, depulsis tenebris. Hoc beneficium Dei agnoscendum est, et cum Deo habenda est gratia, tum vero amandi illi ipsi legati coelestes. Sicut Ethei ad Abraham dicunt: *princeps Dei est inter nos;* ita vero inter nos princeps Dei fuit D. *Martinus Lutherus.* Doleamus igitur, eum ex hac nostra consuetudine evocatum esse, et oremus filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, ut Ecclesiam hanc clementer servet. Cum autem funus ei hodie faciendum sit, fortassis statim a meridie (nam horam nondum scimus, sed sonitu Campanae minoris signum dabitur [1]) quando conveniendum sit) mandamus, ut in foro omnes scholastici conveniant, ac ibi reverendum D. Pastorem nostrae Ecclesiae expectent, eumque deinde sequantur excipientem exuvias quae fuerunt et rursus erunt Spiritus sancti tabernacula [2]). In ipso autem funere cogitent de beneficiis donatis Ecclesiae per hunc doctorem, et pro eo Deo gratias agant. Certum est enim doctrinam de vera [3]) poenitentia, de vera Dei invocatione, de veris cultibus ab eo pie illustratam esse, cum antea tetris sordibus et falsis ac ethnicis opinionibus obruta fuerit.

Haec doctrina etsi a magna multitudine contemnitur, tamen verissime illud margaritum est, quod omnibus opibus filius Dei anteferri iussit. Petant etiam ardentibus votis, ne Deus sinat extingui Evangelii lucem, et mores nostros maiori cura regamus, ne Deus irritatus iram suam adversus nos exserat. Stilicò dux de Ambrosio saepe dixit: Italiam extincto Ambrosio perituram esse, nec vanum hoc vaticinium fuit; Nam mortuo Ambrosio statim [4]) Italiam Gothi et Vandali ubique [5]) vastarunt. Ita cogitemus morte huius nostri doctoris aliquas poenas denuntiari, quas Deus mitiget. Datae die 21. Februarii anno 1546.

† Post meridiem literae allatae sunt, quae significant, exuvias reverendi D. Doctoris *Martini Lutheri* hodie non adferri in nostrum oppidum, sed cras circiter horam nonam adfuturas esse" [6]).

Φ. M.

1) *sed sonitu* etc. non habet cod. Goth.
2) Scr. p. *tabernaculum.*
3) *vera* abest a textu in Script.
4) *statim* cod. Goth. non habet.
5) Cod. Goth. *undique.*
6) Haec non leguntur in scriptis.

No. 3395. 23. Febr.

I. Stigelio.

Danz. in Epp. ad Stigel. ep. 21., cod. Goth. 188. ep. 82.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, Poetae et a Carolo, et a Musis ipsis Lauro decorato, amico suo carissimo, S. D.

Ὦ φίλτατε Θεῷ καὶ ταῖς Μούσαις καὶ ἐμοί, integerrime Stigeli. Bonam spem nobis ostendit *Pontanus* de tuo negotio, vel potius de ornandis studiis literarum, in decernenda accessione ad tuum stipendium. Interfuit eius sermoni *Cruciger* et spero, nos brevi totam rem perfecturos esse. Exhibui etiam ei tuum carmen recens hic editum, quod valde ei placuit. Misi etiam Decuriae scribarum, et multis amicis, quorum omnium una haec vox est,

Tale tuum carmen nobis, divine Poeta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per aestum
Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo;
Nec calamis solum superas, sed voce Magistrum.

Quo verbo me quidem describi laetor. Gloriosum enim mihi esse duco, videri nos qualicunque studiorum societate coniunctos. *Lutherum*, virum multis heroicis virtutibus praeditum, et divinitus ad instaurandam Ecclesiae doctrinam excitatum, Deus ex hac aerumnosa vita evocavit. Ornari eum tuis Musis volo. Nam et intelligebat tuae venae elegantiam, et eam amabat. Et, si me voles seriem carminis delineare, mittam aliquam Ideam. Bene vale. 23. die Februarii.

Philippus Melanthon.

Jesum Christum offenbaret, den hab ich gelehret, den hab ich bekannt, den liebe ich, und den ehre ich für meinen lieben Heiland und Erlöser, welchen die Gottlosen verfolgen, schänden und schelten. Nimm meine Seele zu dir. In dem redet er in die drei Mal. In manus tuas commendo Spiritum meum, redemisti me Deus veritatis. Also hat Gott die Welt geliebet etc.

His precibus aliquoties ingeminatis a Deo in aeternam scholam et in aeterna gaudia evocatus est, in qua fruitur consuetudine Patris, filii, Spiritus sancti, omnium Prophetarum et Apostolorum.

Ach, obiit auriga et currus Israel, qui rexit Ecclesiam in hac ultima senecta mundi. Neque enim humana sagacitate deprehensa est doctrina de remissione peccatorum et de fiducia filii Dei, sed a Deo per hunc virum patefacta; quem etiam a Deo excitatum vidimus fuisse. Amemus igitur huius viri memoriam et genus doctrinae ab ipso traditum, et simus modestiores et consideremus ingentes calamitates et mutationes magnas, quae hunc casum sunt sequuturae.

Te, fili Dei, crucifixe pro nobis et resuscitate Emmanuel, oro, ut Ecclesiam tuam regas, serves et defendas, Amen.

No. 3393. 19. Febr.

N. Amsdorfio.

Epist. lib. III. p. 175. (ed. Lond. III, ep. 102.) — Apographon in cod. Guelph. fol. 11. 10. p. 160b.

Reverendissimo D. Nicolao ab Ambsdorff Episcopo Naumburgensi, eruditione et virtute et pietate praestanti, suo Patrono cum observantia colendo.

S. D. Etsi in communi luctu sciebam [1]) dolorem vestrum [2]) extincto Reverendo Patre nostro, D. *Martino Luthero*, eo acerbiorem fore, quo magis paterno [3]) amore vos [4]) complexus est [5]), et verebar moestitiam cognita morte summi viri et amici tui, valetudini tuae nociturам esse: Tamen cum adesset tabellarius, necessarium esse duxi de re tanta ad te scribere. *Islebiae* evocatus est ex hac aerumnosa vita Reverendus Pater D. *Mart. Luth.* inter preces pias, ut intelliges ex narratione ad Principem Electorem scripta, quam addidi. Etsi autem genus morbi nondum satis scimus, tamen audio eum in tota illa peregrinatione nunquam recte valuisse. Cum enim non procul ab oppido abesset, et iter pedibus faceret, horridis ventis eum afflantibus, questus est vehementer se laedi saevitia frigoris, et ventorum, et sentire se periculosas angustias pectoris. Adfuit vester affinis D. *Melchior*, qui dicit eum [6]) quoque vix recreatum esse sumptis aromatis [7]). Audio autem similes ei pectoris angustias ante annum domi suae, cum nudus in Saxea cloaca mense Decembri sederet, accidisse: quae tum eum, quod scio, adeo atrociter excruciarunt, ut diceret se facilius acerrimos cruciatus, quos adfert calculus, toleraturum esse, quam hanc compressionem: Saepe autem nunc *Islebiae* tales ei angustiae redierunt, ut tandem natura superata, Vir tantus extinctus sit.

Etsi autem in magno dolore multos bonos homines ubique esse non dubito, tamen scio tuum moerorem longe maiorem fore, quia ille nec ullum amicum habebat [8]) vetustiorem, nec chariorem, nec tu aliter eum, quam patrem dilexisti. Habes igitur privatam [9]) causam doloris maximam. Deinde et publicae accedunt. Nam post eius obitum videntur secuturae multae aliae calamitates, sed te propter Deum oro et obtestor, ut consolationibus divinis, quae nobis in Evangelio propositae sunt, te sustentes, eaque in re et nos, et publicam Ecclesiam respicias. Bene et feliciter vale.

1) *sciebam* excidit e cod. Guelph.
2) *dolor meus* cod. Guelph.
3) Cod. Guelph. *Luthero, quia scio eum paterno* etc.
4) Cod. Guelph. *nos.*
5) Cod. Guelph. *complexum esse.*
6) Cod. Guelph. *dixit tunc.*
7) Cod. Guelph. *aromatibus.*
8) Cod. Guelph. *habuit.*
9) Peuc. *privatim*, cod. Guelph. *privatam.*

No. 3394. (21. Febr.)

Academicis.

Scripta publ. I, p. 150. et apographon in cod. Goth. 263. fol. 146. Hoc scriptum a Melanthone ipso profectum esse, dubitandum non est.

Rector Academiae Augustinus Schurf, D. (Inscriptio in Script. publ.) *Intimatio Rectoris Academiae Viteb. de obitu reverendi D. Lutheri.* (Inscr. in Cod.)

Non dubium est, reverendum virum Doct. *Martinum Lutherum*, patrem et praeceptorem nostrum carissimum divinitus excitatum esse ad repurgandum Evangelii ministerium, et monstrandum filium Dei, ut Deus immensa misericordia subinde missis bonis doctoribus Evangelii lucem Ecclesiae restituit, depulsis tenebris. Hoc beneficium Dei agnoscendum est, et cum Deo habenda est gratia, tum vero amandi illi ipsi legati coelestes. Sicut Ethei ad Abraham dicunt: *princeps Dei est inter nos;* ita vero inter nos princeps Dei fuit D. *Martinus Lutherus.* Doleamus igitur, eum ex hac nostra consuetudine evocatum esse, et oremus filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, ut Ecclesiam hanc clementer servet. Cum autem funus ei hodie faciendum sit, fortassis statim a meridie (nam horam nondum scimus, sed sonitu Campanae minoris signum dabitur [1]) quando conveniendum sit) mandamus, ut in foro omnes scholastici conveniant, ac ibi reverendum D. Pastorem nostrae Ecclesiae expectent, eumque deinde sequantur excipientem exuvias quae fuerunt et rursus erunt Spiritus sancti tabernacula [2]). In ipso autem funere cogitent de beneficiis donatis Ecclesiae per hunc doctorem, et pro eo Deo gratias agant. Certum est enim doctrinam de vera [3]) poenitentia, de vera Dei invocatione, de veris cultibus ab eo pie illustratam esse, cum antea tetris sordibus et falsis ac ethnicis opinionibus obruta fuerit.

Haec doctrina etsi a magna multitudine contemnitur, tamen verissime illud margaritum est, quod omnibus opibus filius Dei anteferri iussit. Petant etiam ardentibus votis, ne Deus sinat extingui Evangelii lucem, et mores nostros maiori cura regamus, ne Deus irritatus iram suam adversus nos exserat. Stilicò dux de Ambrosio saepe dixit: Italiam extincto Ambrosio perituram esse, nec vanum hoc vaticinium fuit; Nam mortuo Ambrosio statim [4]) Italiam Gothi et Vandali ubique [5]) vastarunt. Ita cogitemus morte huius nostri doctoris aliquas poenas denuntiari, quas Deus mitiget. Datae die 21. Februarii anno 1546.

† Post meridiem literae allatae sunt, quae significant, exuvias reverendi D. Doctoris *Martini Lutheri* hodie non adferri in nostrum oppidum, sed cras circiter horam nonam adfuturas esse" [6]).

Φ. M.

1) *sed sonitu* etc. non habet cod. Goth.
2) Scr. p. *tabernaculum.*
3) *vera* abest a textu in Script.
4) *statim* cod. Goth. non habet.
5) Cod. Goth. *undique.*
6) Haec non leguntur in scriptis.

No. 3395. 23. Febr.

I. Stigelio.

Danz. in Epp. ad Stigel. ep. 21., cod. Goth. 188. ep. 82.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, Poetae et a Carolo, et a Musis ipsis Lauro decorato, amico suo carissimo, S. D.

Ὦ φίλτατε Θεῷ καὶ ταῖς Μούσαις καὶ ἐμοί, integerrime Stigeli. Bonam spem nobis ostendit *Pontanus* de tuo negotio, vel potius de ornandis studiis literarum, in decernenda accessione ad tuum stipendium. Interfuit eius sermoni *Cruciger* et spero, nos brevi totam rem perfecturos esse. Exhibui etiam ei tuum carmen recens hic editum, quod valde ei placuit. Misi etiam Decuriae scribarum, et multis amicis, quorum omnium una haec vox est,

Tale tuum carmen nobis, divine Poeta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per aestum
Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo;
Nec calamis solum superas, sed voce Magistrum.

Quo verbo me quidem describi laetor. Gloriosum enim mihi esse duco, videri nos qualicunque studiorum societate coniunctos. *Lutherum*, virum multis heroicis virtutibus praeditum, et divinitus ad instaurandam Ecclesiae doctrinam excitatum, Deus ex hac aerumnosa vita evocavit. Ornari eum tuis Musis volo. Nam et intelligebat tuae venae elegantiam, et eam amabat. Et, si me voles seriem carminis delineare, mittam aliquam Ideam. Bene vale. 23. die Februarii.

Philippus Melanthon.

No. 3396. 23. Febr.

I. Agricolae.

† Ex apogr. in cod. Mehn. I. p. 58. Adscriptum est apographo, hanc epistolam et alias (quae ibi in cod. ad Agricolam leguntur), sibi descripsisse *Ioachimum Pascha*, concionatorem Electoris Brandenb. aulicum, et collegam Agricolae.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iohanni Agricolae Islebiensi, docenti Evang. in Ecclesia aulae Illustriss. Electoris Marchionis, amico suo,

S. D. Deum aeternum, patrem domini nostri Iesu Christi oro toto pectore, ut omnium principum mentes regat et ad salutaria consilia flectat et det tranquillum exitum conventui. Tibi quidem hoc facilius est proficisci ad haec certamina, qui scis, principem tuum nullas adferre privatas cupiditates et causas. Et me non esse abductum hinc profecto gaudeo. Quis enim sine magno dolore spectare potest tot iniusta certamina, qualia fortassis in hoc conventu plura erunt, quam in superioribus fuerunt? Equidem absens magno dolore adficior cum causas in omnibus cogito, quae communi tranquillitati, studiis literarum, et Ecclesiarum constitutioni magna pericula adferunt. *Thomam* tibi commendo *). De *Marcelli* voluntate alias ad te scribam, qui de emptione tuarum aedium deliberat; sed hactenus hoc fuit ei in mora, quod emptorem habet suae domus tardiorem, et qui nondum clare promisit, ut hoc tempore multos vides metuere impendentes motus. Sed tamen ubicunque potero tibi gratificari, nec diligentia nec opera mea tibi defutura est. Mitto tibi poëma traditum, quod legens cogitabis de .... **) sermonibus coelestibus, et Deo rempublicam tuis votis commendabis. 23. Februarii.

Ph. M.

*) Videtur esse idem quem infra in ep. d. d. 18. Mart. commendat Praetorio.

**) Legi vix potest verbum; *hae* quidem satis distinguuntur, sed duas seq. literas non intelligo. Fuitne scriptum *Lutheri*?

No. 3397. his dieb.

Io. Marcello.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

M. Marcello (in Stolberg) *).

S. Respondet *Islebius* de domo ut leges **). Si recte intelligo aut promptam pecuniam numerari iubet 900 aureos, aut 90 et 50, si dies solutioni dandus erit, ita ut 300 mox numerentur, ut leges in eius epistola. Mi Marcelle, utrique bene volo, sed tamen te adhortor, ut quid possis praestare consideres, et quicquid promissurus es ille ἀκριβῶς exiget. Vellem te cum prudentibus et haec negotia intelligentibus διαῤῥήδην de precio statuere et de singulis circumstantiis, idque tua manu perscribere. B. V.

*) i. e. profectus Stolbergam. Docebat enim illo tempore Vitebergae.

**) Agricolam domum habuisse Vitebergae, et post suum abitum in Marchiam de ea vendenda cogitasse, videmus ex epist. ad Agricolam d. 1. Febr. 1542. scriptam. Hanc autem mense Februario 1546. scriptam fuisse intelligitur ex epistola ad Agricolam d. 23. Febr. 1546.

No. 3398. 29. Febr.

Brentius ad Amsdorfium.

† Ex mst. Biblioth. Ienens. Lit. E. in 4. p. 157.

Reverendissimo in Christo Patri ac Domino, Dom. Nicolao [Amsdorfio], Episcopo Naumburgensi, Domino suo observandissimo.

S. in Christo. Reverendissime domine. Legi literas, quas Dominatio tua reverendissima ad insignem pietate et eruditione virum D. *Georgium Maiorem* dedit. Etsi autem mihi iucundissimum fuit, quod in his literis mentionem mei tam clementer feceris, ac ad te etiam invitaveris, tamen quod adiectum fuit de morte D. Martini *Lutheri*, quem ego semper toto pectore ut praeceptorem et patrem in Christo veneratus sum, animum meum gravissime percutit. Non dubito quidem, quin, cum tam bonum certamen certaverit in Ecclesia, reposita sit ei corona iustitiae, et liberatus omnibus malis, huic mundo impendentibus, felicissime vivat in Christo. Sed quantum vulnus Ecclesia morte tanti viri acceperit, res ipsa heu! metuo palam declarabit. Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, ut plorem non quidem interfectos sed desertos filiae populi! At Christus, inquies, non periit; hic vivit adhuc et sedet ad dextram patris. Recte. Sed electum

Christi organon nobis ablatum est. Heroum occubitus solet esse portentum rerum non optimarum. Quid igitur nos amisso tanto heroe sperabimus? Cum autem Reverendiss. domine tu ab initio revelati Evangelii operam tuam cum Luthero ad iuvandam Ecclesiam fidelissime et constantissime semper coniunxeris, et nunc in summo loco Ecclesiae collocatus sis, precabimur patrem per Iesum Chr., filium eius, ut te in hoc instituto tuendae piae doctrinae diu incolumem servet.

De conventu nostrae Ecclesiae Reverendissima Dominatio recte divinavit. Etsi enim coniunctio illa duorum virulentium planetarum, *Saturni* et *Martis* *) quae fuit ni fallor die 5. Febr., astrologis non omnino vana portendere videtur, tamen certius est, quod tu non ex astris illis extremi coeli, sed ex astris spiritualis coeli, hoc est ex verbo ipso domini, iudicas. Colloquium humano iudicio institutum est, ut paret viam ad ineundam concordiam in doctrina pia. Sed tales nobis obiecti sunt antagonistae collocutores, qui non solum non agnoscunt articulum de iustificatione, in priore colloquio Ratisbonensi conciliatum, verum etiam ex uno articulo texunt fere nobis tot dissensiones, quot sunt articuli verba. Restituere conantur omnia sophismata. Tractatum est iam multis diebus de iustificatione; hic audire cogimur encomia Bricati et aliorum huius farinae. Concionantur nobis, opera praecedentia praeparare ad iustificationem, charitatem iustificare formaliter, opera consummative; Zachariam, Elisabeth et Mariam implevisse legem, et alia multa his magis absurda. Cum autem suscepissemus haec refutanda, ecce, tibi venit a Caesare scriptum, quo non solum instituta colloquii forma mutatur, et responsio nobis ad ea, quae contra nos adversarii de iustificatione in Acta retulerunt, praeciditur: verum etiam iubemur, tuum rivalem, *Iulium Pflug*, pro tertio praeside agnoscere. Quo etiam praecipitur nobis, ut iuramento recipiamus, nos nulli mortalium ea, quae in colloquio aguntur, revelaturos; tantopere metuunt noctuae istae lucem. Rogamus igitur Reverend. Dominationem tuam, ut, de quo non dubitamus, coniungat nobiscum preces suas, quo ab his aspidibus et crocodilis liberemur, et sinamus Christum ipsum non humana consilia in regno suo dominari. Bene et feliciter valeat R. D. tua, et oro Deum, ut eam multo tempore ecclesiae suae incolumem servet. Dominationi tuae commendant se *Frechtus*, *Pistorius*, *Schnepfius* et alii collegae nostri. Ex Ratisbona d. 29. Febr. 1546.

R. D. tuae sequentissimus
Iohannes Brentius.

*) Vid. ep. ad Baumgartn. d. 5. Febr.

No. 3399. m. Febr.

N. N.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. No. VII. p. 407 b.

Epistola cuidam praescripta a Ph. M.

Etsi te scio velle, ut omnibus nunciis, quos rescirem isthinc ituros esse, literas dare, et mihi scribere ad te iucundissimus labor est, dedi igitur hanc epistolam huic tabellario Cygneo, qui nobis narravit, ita intumuisse flumen vestrum inter montium fauces ut pontium *) fundamentum everterit. Profecto magno dolore et afficior propter tam crebra detrimenta, quae civitati vestrae accidunt. Sed deus vestros homines nimis feros et rigidos his commonefactionibus hortatur ad vitae et morum emendationem et ad pietatem. In hac urbe Wittenberga etiam intelligo nostros praeceptores admodum lugere mortem *Ducis Luneburgensis*, quem aiunt fuisse pium et iustum principem, et vere patrem patriae, et cum reliquam rempublicam, tum vero Ecclesias et scholas, quae in regione multa et diuturna mala belli experta est, quantum fieri potuit, mediocriter fovisse. In conventu *Ratisbonensi* colloquium theologorum inchoatum est, et primas inter collocutores Caesarianas tenet Hispanus *Malvenda*. Nostri Hispani, qui mihi ad mensam quotidie assident praedicare eius ingenii cacumen, facultatem in docendo solent. Sed scriptum sit de propugnatoribus veritatis: non vos estis, qui loquimini, sed spiritus coelestis, qui in vobis est, loquitur. Spero, pectora et linguas nostrorum inflammaturum esse spiritum sanctum, ut turpium hostium eloquentiam facile refutent.

*) Cod. Monac. habet: *Pontanum*.

No. 3400. 1. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 549. (ed. Lond. lib. IV. ep. 697.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Bam. amico suo cariss.

S. D. Ut multa facit intempestive aula, ita nos quoque ἀκαίρως detinuit. Nam heri sevitiam frigoris maiorem fuisse sensi, quam superioribus diebus, ac de te admodum fui solicitus, teque oro, ut de itinere tuo nobis scribas. Acquievi aliquantisper in sermonibus tuis, et mihi laxatio illa καὶ λώφησις μεριμνῶν etiam ad valetudinem profuit, quare tibi gratiam et debeo et habeo, et quod ad nos expatiatus es, et quod affuisti in renunciatione gradus, quam et ego et alii iudicant honorificentiorem fuisse, quia a te ornata est. Domum reversus tantum hanc Epistolam reperi, quam tibi mitto. Quaeso ut de *Lutheri* Epitaphio cogites. Bene et feliciter vale. Cal. Mart. *Laterensi* orationem mittam. Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi servet te et honestiss. coniugem tuam et familiam.

Philippus Melanth.

No. 3401. 1. Mart.

Iusto Ionae.

Epist. lib. V. p. 107. — Apographon in cod. Monac. 66. p. 16 b.

Iusto Ionae.

S. D. Multa in hoc itinere, cum iam solus essem, et recrudesceret dolor, cogitavi de nostris miseriis, de Ecclesiae et studiorum gubernatione, de orbitate nostra: qua in cogitatione hac me voce Filii Dei sustento: οὐκ ἀφήσω ἡμᾶς ὀρφανούς. Petamus igitur ab ipso defensionem et gubernationem: Deinde nos quoque coniungamus et foveamus nostrum coetum, quantum possumus: non dilaceremus ipsi factionibus Ecclesiam et nostra agmina. Et vos quidem, qui superiorem gradum in Ecclesia tenetis, decet praesidio esse scholasticis: ideo tibi hunc *Adamum Siberum* *), doctum et gravem virum, commendo tuendum. Bene vale. Cal. Martii 1546.

*) Cf. epist. ad Siberum d. 19. Ian. h. a.

Nr. 3402. 1. Mart.

V. Theodoro.

Edita in appendice ad Epistol. lib. IV. p. 7. — Hic ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 626.

D. Vito Theodoro, in Ecclesia Noribergensi docenti Evang.

S. D. Non dubito, multos honestos homines apud vos quoque *Lutheri* interitu valde consternatos esse. Nam cum fuerit excitatus divinitus ad instaurationem purae doctrinae, optandum fuit, nondum eum ex hac sua statione, et ab hac specula in gubernatione Ecclesiae abduci. Agnoscamus igitur, quantam iacturam fecerimus, et Deum oremus, ut nos non deserat. Edetur historiola de eius morte. Non apoplexia, non asthmate extinctus est, quae mala saepe metuimus, sed humore in orificio ventriculi, versus pectus impulso. Ante annum, et nuper in hoc itinere sensit initia λειποθυμίας. Ego ante annum subito accersitus, Deo monstrante, causam periculi animadverti, et tunc divinitus liberabatur. Nunc superata est natura, fortassis etiam, quia pectus alioqui magis repletum fuit lentis humoribus. Preces ardentissimas antea recitavit, ut leges in historiola.

Commendo tibi *Micaelum Chilianum*, quem propter eruditionem, et morum moderationem dignum censeo vestra benevolentia, et auxilio Reipub. Est apud vos et matrona quaedam Austriaca, cui commendes velim studia adolescentis *Eicholtz*, probi et studiosi hominis. Bene vale et rescribe. D. *Hieronymo* salutem opto. Calendis Martii.

Philippus Melanth.

Nostra funebris oratio recudetur Lipsiae. Quaedam enim adieci.

No. 3403. 1. Mart.

Eidem.

Append. Epist. lib. IV. p. 8. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 627.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Dei in urbe Noriberg.

S. D. Aliquanto levior labor est, Sisyphi saxum volvere, ut fingunt Poëtae, quam tot scribere epistolas. Hodie in aliis literis, quas dedi *Micaelo Chiliano*, feci mentionem adolescentis Au-

striaci. Postea venit ad me ille ipse Austriacus *Iohannes Eicholtz*, recens a nobis ornatus gradu Magisterii, modestus et eruditus iuvenis, et epistolam peculiarem flagitavit. Est in aedibus vestri civis *Andreae Preis* mercatoris matrona Viennensis Catharina *Bilhamerin*, quae hactenus studiorum sumptus huic Austriaco dedit. Nunc igitur ad vos proficiscitur adolescens, ut tua oratione mores eius et studia patronae commendentur, quod poteris sine ullo periculo facere. Nam modestissima natura est, et in literis Latinis et Graecis, et in doctrina Christiana bene profecit. Quaeso igitur, ut eum de meo testimonio diligenter ornes. Bene vale. Cal. Martii.

Philippus Melanthon.

No. 3404. 1. Mart.

F. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 64.

Viro optimo, D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gotthanae, amico suo cariss.

S. D. Opto ex animo, ut Deus, Pater liberatoris nostri Iesu Christi, reddat tibi corporis vires *), ut diutius Ecclesiae prodesse opera tua possit, et ut filiorum regere studia queas. Verum si te evocare Deus volet, mi *Friderice*, cogita ad qualem coetum discessurus sis: ad Deum et filium eius, nobis donatum, ad Patres, Prophetas et Apostolos. Hos cernes, cum his disputabis, qui sine Sophistica gloriam Dei tibi enarrabunt. Horum colloquia adeo ardenter expeto, saepe ut doleam me adhuc in hoc mortali carcere retineri, praesertim cum assidue mihi conflictandum sit ingentibus doloribus et periculis. Discerptum me mallem, quam colludere cum Sycophantis, qui nunc moliuntur fucosas conciliationes. Et tamen scis, me vocari ad talia tam insidiosa negotia. Ideo te adhortor, ut et Ecclesiam et me Deo commendes. Mitto tibi de his periculis oratiunculam. Adieci et propositiones de materia Wormaciae agitata. Bene et feliciter vale, et rescribe. Si proficiscar ad Conventum, habebis a me literas. Deus restituat tibi corporis vires, ad utilitatem Ecclesiae suae. Calendis Martii.

Philippus Melanthon.

No. 3405. (2. Mart.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 549 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 698.)

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Bam. amico suo cariss.

S. D. Inspexi disputationem scriptam in ripa Danubii, ac fidem et studium nostrorum probo. Sed quaedam aut aliter explicare conatus essem, aut praeteriissem, qua de re cum erimus una, loquemur, utinam possem ipse afferre nostram conciunculam *Laterensi*, sed sive ego afferam, sive mittam, una litteras prutenicas afferri curabo nostro amico, qui versum Homericum non moratur, in quo dicitur, *οὐδὲν πλαγκτοσύνης κάκιον*. *Mattheo* properanti non potui prolixiorem Epistolam tradere. *Muncerus* respondit videri sibi recte curatam rem a Suevo, quae ei mandata fuit. Sed ait seipsum ad vos brevi venturum esse. Tuas litteras expecto. Bene vale. V. Nonas Martii.

Philippus Melanth.

No. 3406. 4. Mart.

F. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 65.

*Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Friderico Myconio *), Pastori Ecclesiae Dei in oppido Gottha, amico et fratri suo cariss.*

S. D. Carissime Friderice. Saepe me haec dulcissima vox Filii Dei in magnis doloribus consolata est: nemo rapiet oves meas de manu mea. Nec quaeramus aliam definitionem ovium; sed simus contenti definitione, quam Christus tradidit, qui vocat oves, audientes et amantes Evangelium. Tales certe sumus. Ideo certo speremus in omnibus periculis huius vitae et mortis, nobis adesse custodem et defensorem nostrum Pastorem Filium

---

*) Phtisi arteriae (Luftröhrenschwindsucht) confectus est Myconius d. 7. Apr. h. a.

*) Ultima haec est Melanthonis ad Myconium epistola.

Dei. *Luthero* evocato ex hac mortali vita, mihi ad luctum etiam curae et labores maiores accedunt. Filius Dei pastor verus non relinquat nos orphanos. Mitto tibi precationem, quam scio tibi voluptati fore. Bene vale. 4. Martii 1546. Ratisbonae disputat *Malvenda*, quod dubitandum sit de remissione peccatorum.

Philippus Melanthon.

No. 3407. (5. Mart).

Senatui Brandenburgensi.

† Ex apographo in cod. Goth. 94. p. 228.

(*Senatui urbis Brandenburg.*)

Gottes Gnad durch seinen einigen Sohn unsern Heiland, Jesum Christum, zuvor. Ehrbare, fürsichtige, weise Herren, lieben Freund. Es hat der Durchleuchtigst Hochgeborne Fürst und Herr, Herr Johanns Friedrich, Herzog zu Sachsen und Churfürst rc., Burggraf zu Meideburg, unser gnädigster Herr, diese Tag gnädiglich an uns geschrieben mit Ueberschickung einer Supplication an seine Churf. Gnaden von dem würdigen Herrn Wolfgang Sebastian, euerm Pastor, gestellt, und gnädiglich von uns begehret, wir wollten seine Churf. Gn. von dieses Herrn Wolfgangs Person, Wandel und Abzug eigentlich berichten, wie Ew. Weisheit aus ingeschlossenen Schriften allenthalben werden vernehmen können.

Dieweil uns aber um des Herrn Wolfgangs Thun und Leben, dieweil er zu Brandenburg in der Neustadt die Pfarre verwaltet, auch um Ursach seines Abschieds nichts gründliches bewußt; bitten wir freundlich, Ew. Weisheit wollen unbeschwert seyn, uns aufs förderlichste anzuzeigen, wie sich gemeldeter Herr Wolfgang diese drei Jahr über, da er bei euch gewest, in Verwesung seines Kirchenamts, in der Lahr und im Leben gehalten habe, auch sonderlich was die Ursache dieses seines plötzlichen Abzugs seyn möge, damit wir von solchem allen unsern gnädigstem Herrn unterthänigen genugsamen Bericht fürderlich thun können. Das sind wir um E. Weish. allezeit zu verschulden erböthig, und Ihnen sampt den Ihren freundlichen zu dienen geneigt. Gott bewahr E. W. allezeit. Datum 5. Tag Martii des 1546. Jahres.

Wir bitten uns diese eingeschlossene Schrift wiederum zuzuschicken.

D. Pomeranus.
D. Crucigerus.
D. (?) Philippus.

No. 3408. 5. Mart.

Ioanni Friderico, Elect.

† Ex autographo in tabulario Vinariensi Reg. N. fol. 110. transscripta in cod. Goth. 451. p. 9. Partem huius epist. Seckendorf. latine vertit et inseruit historiae Lutheranismi, lib. III. p. 647., quam Frickius iterum germanice dedit, e quo eam hausit Walchius in opp. Luth. T. XXI. p. 300*.

An den Churfürst Johann Friedrich zu Sachsen.

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn, Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Durchlauchtigster, Hochgebohrner Churfürst, Gnädigster Churf. und Herr. E. C. F. G. gnädige Schrift, darin uns Ew. Ch. F. G. gnädiglich Befehl thun, auf die Studia der christlichen Lehre fleißig aufzusehen, und vermahnen uns Einigkeit zu erhalten, haben wir in Unterthänigkeit empfangen. Und ist wahr, daß wir aus vielen großwichtigen Ursachen sehr erschrocken und betrübt sind, daß der ehrwürdige Herr D. Martinus, unser lieber Vater und praeceptor, aus dieser Kirchen und Schulen weggenommen, da die ganze Christenheit und diese Kirch und Schule sein noch länger bedurft hätte, und wir nun sind als die verlassenen einsamen Waisen. Zudem mehret uns auch unsern Kummer dieses, daß wir bedenken, Ew. Ch. F. G., als ein Hochverständiger weiser Fürst, der diese vorwitzige ungehaltene Welt vor Augen siehet, diesen Fall hoch zu Gemüthe ziehen. Wiewohl nun diesem also ist, so müssen wir doch Gottes Willen gehorsam seyn, und uns diese tröstliche Verheißung vorhalten, daß unser Heiland der Sohn Gottes gesprochen hat: ich will euch nicht als Waisen verlassen. Item: ich will bei euch seyn bis zu Ende der Welt. Auf diese Worte wollen wir auch mit rechtem Ernst bethen, daß der Sohn Gottes selbst sein Schifflein, nämlich die wahre einsame Kirche, regieren und erhalten wolle. Der wolle auch E. Ch. F. Gnaden allezeit schützen, und mit gutem Rath regieren.

Daß uns auch E. C. F. G. Befehl thun, auf die Lehre Achtung zu geben, danken wir E. C. F. G., daß sie Sorge für die arme Christenheit, und diese Kirche und Universität tragen. Und wiewohl dieses Werk eine schwere Last ist, und viel schwerer, denn jemand gedenken kann, dennoch so erkennen wir uns dazu schuldig, wie Paulus zu Timotheo spricht: das schöne Kleinod, das dir zu treuer Hand befohlen, bewahre durch den heiligen Geist. Also hat uns wahrlich gedachter Herr D. Martinus ein schönes Kleinod verlassen, den reinen Verstand christlicher Lehre; den wollten wir auch gern unverdunkelt auf die Nach-

kommen vererben. Dazu uns Gott seine Gnade und heiligen Geist verleihen wolle. So wissen wir auch, daß Einträchtigkeit, Demuth und Geduld dazu vonnöthen ist, dazu wir uns selbst und Andre in vielen Landen, Kirchen und Universitäten vermahnen, und wollen durch Gottes Gnade also mit einander arbeiten, daß Keiner zu Zerrüttung Ursache geben wird. Doch sind diese große Sachen vornehmlich in Gottes Händen; Den bitten wir wahrlich mit herzlichem Seufzen, daß er uns helfen und regieren wolle um seines Sohnes und seiner Ehre willen. Der wolle auch E. Ch. F. G. allezeit gnädiglich regieren und bewahren.

Ew. Ch. F. G. senden wir auch hiermit unser Bedenken auf die Acta von Regensburg gesandt *). Datum Wittenberg Freitags d. 5. Mart. anno 1546.

Ew. C. F. G.
unterthänige Diener,
Johannes Bugenhagen Pommer D.
Caspar Cruciger D.
Philippus Melanthon.

*) Vid. supra mens. Ian.

No. 3409. 8. Mart.

N. Amsdorfio.

† Ex autogr. in Cod. Dresd. collect. Seidel. n. 26. descripta a Clar. Gersdorf.

Reverendissimo Domino, Nicolao ab Amsdorf, Episcopo Nurnburgensi, eruditione et pietate praestanti, patrono suo carissimo et colendo.

S. D. Reverendissime Domine et amice carissime. Etsi amanter facis, quod consolationem tam diligenter scriptam ad me mittis, tamen arbitror tibi idem accidere, quod mihi accidit. Crescit dolor cogitantibus nobis in hac turbulenta tempestate, orbata ecclesia gubernatore divinitus excitato, quantae dilacerationes impendeant. Sed oremus deum, ne relinquat nos orphanos; et nos studia, voluntates, consilia conferamus et nos coniungamus arctius contra hostes filii dei. Valde te oro, ut bibliopolis mittas viginti aureos pro libris Iurisconsultorum, quia iam ituris Francofordiam opus est pecunia. Mihi curae erit, ut *Georgius* recte faciat officium, et diu iam modeste vixit. Mitto tibi nostras propositiones contra *Malvendam*, scripsissem plures si pagella complecti potuisset. Volo autem te iudicem et censorem esse. Nam de nulla re sine vestro consilio pronunciare volo. Bene et feliciter vale. Die 8 Martii.

Philippus Melanthon.

No. 3410. (8. vel 9. Mart.)

Iudicium Theologorum Witteberg.

† Ex cod. Dresd. inscripto: „des Regensburg. Colloquii Schriften und Handlungen, 1545. 1546." — In conventu Ratisb. a Praesidibus Colloquii praelecta sunt d. 26. Febr. mandata Imperatoris de forma et ordine colloquii habendi, quibus legati Principum Evangelicorum d. 2. Martii responderunt, se non posse accedere ad proposita ab Imperatore. — Ex hoc, quod hic legitur, iudicio satis perspicitur non solum quid Praesides proposuerint, sed Maiorem et Zochium etiam ea, quae respondissent, misisse ad Ducem Sax. Elect., huncque ea de re quaesivisse sententiam theologorum Vitebergensium. Scriptum est igitur hoc iudicium fere d. 8. vel 9. Martii.

(*Iudicium Theolog. Viteberg. de iis quae d. 26. Febr. in Colloquio Ratisbon. a Praesidibus nomine Imperatoris proposita sunt.*)

Wir haben die Kaiserliche Resolution, und weß sich die Collocutores unsers Theils darin beschweren, mit Fleiß gelesen, und ist unser unterthänig Bedenken, daß gedachte Collocutores unsers Theils bei derselbigen ihrer Antwort bleiben. Denn diese zween Artikel sind zu beschwerlich, nämlich, daß man in unverglichnen Artikeln die argumenta nicht gegen einander verzeichnen soll *); item, daß man die Personen mit diesem gefährlichen Eide beladen wollte, daß sie niemand von diesem Gespräch etwas vermelden sollten **). Wir achten auch,

*) Ex narratione Maioris de colloq. Ratisb. apud Hortleder. Tom. I. lib. I. c. 40. p. 594. intelligitur hoc fuisse mandatum Caesaris: „es sollen nicht alle Gezänk und Gespräch hin und wider, über einen jeglichen Artikel geschehen, von Wort zu Wort aufgeschrieben und referirt werden, sondern wenn die Colloquenten eines oder mehr Artikel halben einträchtig worden, soll solche Einigkeit und Vergleichung — zu einem jeglichen Artikel verzeichnet werden ꝛc. Von welchen Artikeln aber keine Vergleichung unter den Colloquenten hat geschehen können, sondern darüber streitige Meinung geblieben, über solche unverglichne Artikel soll ein jeglich Theil seine Meinung, Argument und Grund auf das Kürzeste schriftlich und zuvor unterschrieben überantworten, welche dann die Notarii in ihre Verwahrung nehmen sollen."

**) Ibid. „Dieweil auch zuvor nicht kleine Beschwerung der Religions-Sachen das gebracht, daß, was im Colloquio gehandelt, bald unter den gemeinen Mann ausgetragen wird, derhalben will Kais. Maj., daß beide, die Präsidenten und auch die Colloquenten, und Auditorn samt den Adjuncten vereidet werden sollen, daß sie die Handlung dieses gegenwärtigen Colloquii bei guten Treuen heimlich halten und keinem Menschen eröffnen wollen, ehe dann die Relation Kais. Maj. und den Ständen des Reichs geschehen und sie von Kais. Maj. darüber Bewilligung empfangen haben."

wenn gleich die Chur- und Fürsten und Stände dieses Theils sehr gern wollten, daß das Colloquium vollzogen würde, so würde doch keine Person zu finden seyn, die sich mit diesem Eide beladen wollte. Denn es mag leichtlich eine Rede von dem Colloquio auskommen ob [über] Tisch oder sonst, darum man hernach den Collocutoren übel reden wollt. Darum ist unser einfältig Bedenken, daß sich die Collocutores nicht in diese Gefängniß und Fährlichkeit eintreiben lassen. Und so alsdann die Präsidenten diese Conditiones nicht lindern, und wird dadurch das Colloquium gestopft; so mögen die Unsern protestiren, daß der Mangel nicht an ihnen gewesen; sondern die Beschwerung sind dermaßen, daß männiglich verstehen kann, daß sie Ursach genug haben, nicht darein zu willigen. Was ists doch für eine Narrheit, in Religionssachen einen Eid zu thun, nichts davon zu sagen? Dabei mögen sie sich gleichwohl erbiethen, des Röm. Kaisers und der Chur- und Fürsten und Stände Ankunft zu erwarten, und wollten die Präsidenten gebethen haben, Kais. Maj. solches zu berichten.

Wir haben auch die Disputation, so viel bis anher uns zugesandt, gelesen, und finden, daß D. Bucerus und D. Georgius des Gegentheils unrechte Lehre und Sophisterei genugsam verlegt haben. So vernehmen wir auch, daß die Doctores und Prädicanten unsers Theils, so zu Regensburg sind, täglich zusammenkommen, sich zu vergleichen was zu antworten sey, und daß sie in guter Einigkeit mit einander sind. Darum wäre wohl zu leiden, daß sie also die Disputation continuirten, bis die Präsidenten dieses Werks selbst müde würden, wenn die gefährliche Resolution nicht darein gekommen wäre.

Johannes Bugenhagen, Pomer D.
Caspar Creutziger D.
Philippus Melanthon.

No. 3411. 9. Mart.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 486. (edit. Lond. lib. II. ep. 516.).

D. Ioachimo Mollero.

S. D. Charissime *Ioachime*, Arbitror apud vos quoque multos honestos homines lugere *Lutheri* interitum. Nam eo extincto metuendum est et Ecclesiam et Politias plus habituras terribilium tumultuum. Mihi quidem haec cogitanti dolor crescit. Oremus igitur Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut Ecclesiae reliquias et colligat et servet, nec sinat in his regionibus fieri Ethnicas et Barbaricas ἐρημίας. Mitto tibi propositiones, quae ostendunt, qua de re disputetur in ripa Danubii. Heri ex aula mihi scriptum est, allata esse *Ratisbonam* quaedam nova *Caroli* mandata, turbatura fortasse incboatam disputationem; quaenam sint, nondum scio, sed hodie audiam. Salutem opto integerrimo Viro Patri tuo, fratri *Eberhardo*, D. *Aepino*, *Matthaeo*, et aliis amicis. Bene vale. 9. Martii.

No. 3412. 10. Mart.

Theologi Witteb. ad Senatum Saalfeldensem.

Edita in Christiani Schlegelii Leben Caspar Aquilä p. 805 sq. — Monuit Schlegelius inscriptionem epistolae et epigraphen eius manu Melanthonis exaratam esse. [Lunz.]

Dem Erbarn Weisen und fürnehmen Herrn Bürgermeister und Rath zu Saalfeld, unsern günstigen Freunden.

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum unsern Heyland zuvor, Erbare, Weise, Günstige Herren und Freunde, wiewohl wir itzund sonst hoch betrübt seynd, derohalben, daß uns Gott unsern treuen Hirten, den Ehrwürdigen Herrn Doctor *Martinum Lutherum* weggenommen, so wird uns doch diese Betrübniß durch etliche gemehret, die in Kirchen Unruhe anrichten, und nemlich ist an uns gelanget, daß der Pastor in eurer Kirchen, Er *) Caspar *Aquila* in etlichen Sachen mit seinen Mitdienern uneinig sey, und insonderheit in Geld-Sachen, derhalben vermahnen wir E. W. als die wir Befehl haben auf die Kirchen in dieser Herrschaft insonderheit aufzusehen, Ihr wollet gemeldeten Euren Pastor, und die andern Diener des Evangelii zu Euch auf das Rathhauß erfordern, und ihnen diese unser Schrifft lesen, und erstlich wollen wir sie um Gottes, und um unsers Heylandes Jesu Christi willen gebeten und vermahnet haben, daß sie Gott zu Ehren und der Kirchen zur Seligkeit in der einigen Christlichen Lehr, die in unsrer Kirchen zu Wittenberg durch Gottes Gnade gepredigt wird, einträchtig seyn wollen, daß sie auch einander nicht die Worte auffahen, oder gefährlich deuten, oder stechen wollen, wie man

---

*) Edictum est Er, sed mendose pro Er i. e. Ern.

weiß, so einer den andern gern wolt in die Sprünge bringen, daß man mit spitzigen und hönischen Worten darzu leicht Ursach geben kan, Darum vermahnen wir eure Prädicanten, daß sie ihre Reden also bedächtlich mäßigen, daß nicht Ursach zu Zank gegeben werde, wir wissen wohl, daß offt in solchen Neid-Gezänken fürgewand wird, man thue solche Gott und der Wahrheit zu Ehren, so es im Grund Hoffart und böse Rachgierigkeit ist, und so Uneinigkeit in der Lehre fürfallen würde, so sendet fürderst die streitende Personen zu uns, so wollen wir durch Gottes Gnad zu *) Rettung der Wahrheit und Erhaltung Einigkeit in der Kirchen allen möglichen Fleiß fürwenden. So es aber allein Geld-Sachen seynd, so ist unser Bedenken, daß der Pastor und andre Personen, des Radts Ordnungen hierinn geleben, und sich nicht an ihren treuen Mitdienern versündigen, die doch sonst geringere Besoldung haben, auch nicht zum Aergerniß Ursach geben. Alle Diener des Evangelii, auch die löblichen Chur- und Fürsten haben warlich wegen des Evangelii Feind und Fährlichkeit genug, und ist hoch von nöthen, daß fürnemlich die Lehrer gute Einigkeit unter sich erhalten, und Aergerniß vermeiden, damit diese Kirchen bleiben mögen, wie der Psalm spricht: Ecce quam bonum et quam iucundum, habitare fratres in unum. Dieses unser Bedencken, das aus trewer Wohlmeinung geschrieben, wollen der Pastor, und die andere Mitdiener im Evangelio freundlich und Christlich von uns verstehen, und wollen, unsern Herrn Christo zu Ehren, einer mit den andern freundliche Christliche Gedult haben, gemeinen Frieden zu gut, wollen auch hierinn bedencken, daß unser gnädigster Herr, der sonst hoch beladen ist, billig mit solchen unnöthigen Zancken zu verschonen; Und euch allen, auch den Pastor, Prädicanten und Diaconis freundlich zu dienen seynd wir willig. Datum Wittenberg 10. Martii A. 1546.

Iohannes Bugenhagen
Pommer.
Caspar Creuciger D.
Philippus Melanchthon.

(Hoc est responsum ad literas Senatus Saalfeldensis hasce:)

Ehrwürdiger, achtbarer und Hochgelahrter, Euer Ehrwürden seynd unser gantz willig Dienst allezeit bereit, Hochgünstiger und lieber Herr, E. Ehrwürden haben ungezweiffelt wol vermarkt gehabt und vernommen, welcher massen unsere liebe Herren M. *Caspar* Adler, Pfarrer, und Herr Jacob Siegel, Diaconus etliche mal itzo der Lehre, itzo anders halber mit einander spältig worden, aber mit gnädiger Verleyhung des Allmächtigen bißhero allwege wieder versöhnet und gestillet. Wir haben auch als arme Leudt alle Mittel und Wege, was zu freundlicher Einigkeit dienet, gesucht, und letzlich, do wir uns befahret, daß der Kirchen Aembter halber, der laudige Sathan weiter Spaltunge suchen wirde, haben wir sie biß also freundlich und ayntrechtig verglichen, daß der Pfarrer seines Pfarr-Amts, als Oberherr, warten, und das baide Diaconi eyne Woche um die andere, zuvor das Tauffen, Sacrament reichen, in Häusern, item die Eheleute zu copuliren, auch die Wöchnerinnen einzusegnen, und was dergleichen mehr sich zutragen, und von nöthen seyn würde, sich solten lassen bevohlen seyn, und neben dem der Pfarrer und Diaconi ietzlicher seine geordnete Tage predigen, auch da etwas in der Kirchen mit den Overmannern solte zu verändern und zu erbessern sein, daß der Pfarrer dennoch mit Wissen und Bedencken der beyden Diaconen solches fürnehmen wolte, damit aber auch der Accidentalien halben, so von solchen Kirchen-Diensten bißhero gegeben worden, kayn Unwille fürfiele, haben wir im besten und mit ihrer Verwilligunge dieselbe fallen zu lassen, den Pfarrer zweyen Schäffel Gersten, und den baiden Diaconi itzlichem füneff Schäffel zu geben, verhalsen, verhoffen, es solte Aynigkeit blyben seyn. Aber nachdem *M. Stephan* sich von dannen gewandt, (darzu wir ihme doch, wie wir hoffen, daß er nicht anders sagen werde, kayn Ursach gegeben) und der neue Diaconus, *M.* Schmidt, so bald nicht ankommen, haben der Pfarrer, und Herr Jacob diese wall ayne Woche um die andere die Kirchen-Aempter versorget, und darob, als uff aynen Tagk zwo Hochzeiten worden, unsers Ansehens, vielleicht um ein wenig Genieses willen, Nachdem die Accidentalia gleichwol über vorige Ordnung merentheils sein gereicht worden, sich abermals zertragen, also daß Herr Jacob darob Urlaub begehret: Nuhn wir aber mit Ihme gehandelt, daß er zwischen hier und Michael bleiben wil, fert M. Adler zu, will ihm seine Woche nehmen, giebt für, er wolle es mit dem newen Diacono ausrichten, und Herr Jacob soll allwege seiner Predigten warten, welches, wie abzunehmen, zu kayner Aynigkeit dienen kan oder magk, und wiewohl wir den M. Adler zum allervlaysigsten vielmal ersuchet und gebeten von diesem fürnehmen abzustehen und den Diaconis itzlichen seine Woche zu lassen, können wir doch indeme kayne Volge erlangen. Und sein zur Warheit (über das wir Gottlob! sünsten mehr Arbayt und Kummers genug haben) auch hierinne arme betretene Leudt. Darum ersuchen und bitten wir E. A. W. wollen uns doch darinnen günstigen getrewen Rath mittailen, und, do es E. A. W. vor bequehm achten, den M. Aquila schreiben, von diesen fürnehmen abzustehen, und die baide Diaconen ihrer Amter bis uff künfftigen Michael also, wie verordnet und gewilliget, warten zu lassen, oder aber ihnen ayne Ordnunge nach Ewerer Ehrwirde besten Bedencken stellen, dadurch doch zwischen ihnen Friede möchte erhalten werden. E. E. wollen des langen verdrießlichen Schreibens, welches aus Nodt geschiedt, kayn Beschwehrung tragen und dem Allmechtigen zu Ehren sich in dem günstig gegen uns bezaygen. Das wollen um Ewrer A. W. wir gantz willig verdienen. Dat. Sonntags Valentinii (14. Febr.) Anno Dmj. xlvj (1546.)

E. E. willigen

Der Rath
zu Saalfeld.

*) Schleg. und pro zu, ex mendo.

No. 3413. (fere 10. Mart.)

Iudicium Theolog. Wittenb.

† Ex cod. Dresd. sive msto. Georg. Maioris inscripto: „des Regensburg. Colloquii Schriften und Handlungen, 1545. 1546." — Hoc iudicium videtur fere d. 10. Mart. scriptum esse. Quod enim theologi suadent de protestatione et eius argumento, id in conventu a legatis Electoris d. 20 Martii factum est: Videtur consilium proxime a theologis missum Electori non omnino satisfecisse, ideoque accuratius ab iis quaesitum esse.

(Iudic. Theologorum Viteberg. de Propositionibus Caesaris in Colloq. Ratisbon.)

Unser unterthänig Bedenken von der Schrift, so die Colloquenten unsers Theils dem Präsidenten überantwortet haben, haben wir in nächster Schrift angezeigt, sind auch noch derselbigen Meinung. Und so viel den gefährlichen Eid belanget, können wir nicht achten, daß sich jemand also verstricken lassen werde. So rathen wir auch treulich, daß keiner diesen Eid thun wolle. Und so die Präsidenten auf der Kaiserlichen Resolution beharren werden, ist Ursache und Bequemlichkeit genug, ganz vom Colloquio abzustehen mit einer Protestation von den vornehmsten Beschwerungen, nämlich daß der Gegentheil die vorigen verglichnen Artikel wiederum streitig machet, und öffentliche Gotteslästerung vorgebe, als nämlich daß man von Vergebung der Sünden zweifeln soll rc. Item, daß ein Mensch in dieser schwachen sündigen Natur Gottes Gesetz erfüllen und genug thun könne rc., und mögen solcher Artikel mehr aus ihren Argumenten nehmen.

Zum Andern, daß ein gefährlicher Eid gefordert, der in Religionssachen ganz nicht zu thun ist. Denn diese Sachen lassen sich nicht unter die Bank stecken, und belangen Gottes Ehre und der Menschen Seligkeit, daß man davon reden muß.

So man auch diese Disputation, wie sie angefangen, hernach in allen Artikeln ausführen will, wird kein Ende davon seyn, oder werden etliche Jahre dazu gehören. Darum vielleicht die Präsidenten ungereimte conditiones suchen, damit Ursach zu geben, daß man ein Ende mache. Und ob man gleich hernach uns schuld gibt, es sey der Mangel an uns gewesen, so ists doch jetzund nicht neu, daß wir allein für Sünder gehalten werden. Der Gegentheil ist das liebe Kind, das nicht sündigen kann; aber Gott wird Richter seyn.

Johannes Bugenhagen Pom. D.
Caspar Creutziger D.
Philippus Melanthon.

No. 3414. d. aequin.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 550. (ed. Lond. lib. IV. ep. 699.)

Ioachimo Camerario amico s. s.

S. D. Meministi Socraticum illud in Phaedone: *ὅτι δεῖ ἐν εὐφημίᾳ τελευτᾶν*, quod haud dubie illi de precatione intelligebant. Cumque decesserit *Lutherus ἐν εὐφημίᾳ*, bonos et amantes Deum etiam de viro tanto, qui certe aliquam doctrinae celestis partem illustravit, decet *εὔφημα* dicere. Quare tibi gratiam habeo, quod et edi apud vos curasti funebrem orationem, et inseruisti membra aliquot, quae sunt praecipua ornamenta eius conciunculae. Et addidisti versus elegantissimos, valde mihi placet allusio ad *βαπτιστὴν, τοῦ λουτῆρος*.

Laterensi mitti *orationem περὶ εὐχῶν*, sed Epilogum nondum addidi, in quo dicendum est de precatione filii Dei, quam cruentus ante mortem dicit. Eam partem etiam missurus sum. Sed si forte non mitterem, tu aliquid attexito. Nam me subitae occupationes variae impediunt.

In ripa Danubii nunc antequam nostrae disputationis pagellas viderunt, iusiurandum a nostris exigunt, ne Principibus, aut ullis aliis impertiant acta, aut aliquid de actis significent. Marrhanis suis ista imperent, non iis, quib. a Germanitate nomen est, quales, quales sumus, certe te hominem *γνησίως φράγκον καὶ ἐλεύθερον*, hoc iuraturum esse non puto, nihil igitur *Brudraci* aulicas *κολακείας* curavi, in editione propositionum, quas tibi mitto, teque et *Laterensem* volo Censores esse. Bene vale, die aequinoctii et exordii anni, qui utinam sit faustus et felix Ecclesiae et nobis fungentib. Ecclesiasticis muneribus. *Carolum* aiunt nolle implicari bello Germaniam. Iam etiam litteras accepi, in quibus haec verba sunt in *Paulum* Pontificem Rom. Donec vivet Paulus, non videbit Concilium *Carolus* Burgundus: mitto et aliam pagellam ex *Macedonis* litteris descriptam. Iterum vale. Litteras ad *Alesium* ipse afferam, si nunc in Franciam non abis.

Philippus Melanth.

No. 3415. die aequin.

I. Ionae.

Edita a Pezelio, lib III. Epist. Mel. p. 172. (ed. Lond. lib. III. ep. 98.). — Contuli apographa in cod. Goth. 191. p. 55., cod. Goth. 401. p. 22., cod. Goth. 28. p. 62 b. et cod. Monac. 90. no. VII. p. 68 b.

Iusto Ionae

S. D. Dolor quavis occasione recrudescit. Ita cum harmum adspicerem, quem misisti, et [1]) de lege Moisi cogitarem, quae Sacerdotibus gestantibus onus gubernationis attribuit harmos, mox venit in mentem *Lutheri* [2]), qui tot iam annis [3]) humeris suis magnam molem negotiorum sustinuit, et saepe salutaribus consiliis magna pericula depulit. Sed oremus Deum, ut nos iuvet. † Utrumque donum, leporem et harmum, dedi honestissimae matronae, viduae *Lutheri.*" [4]) Vicissim tibi mitto *ἀντίδωρον,* † ex quo intelliges, quibus de rebus in ripa Danubii disseratur. Mitto autem tibi ut judici et censori meas propositiones de *Carolo* Imperatore. Etsi doctrinam Ecclesiarum nostrarum non amat, tamen audio, eum nolle civili bello Germaniam implicari. Cum *Macedone* etiam fortassis in hoc itinere [5]) de pace colloquetur." [6]) Filii [7]) curriculum ut Deus regat, opto, quod adhuc quidem tale est, ut tibi voluptati esse debeat, et coepit gustare forensem doctrinam, quam certe iudico esse philosophiae partem, † etsi multi a philosophia alieni eam turpiter corrumpunt. Bene vale. Die aequinoctii verni" [8]). Anno 1546. [9]).

No. 3416. die aequin.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 377.

Marco Crodelio (gubernanti Scholam Torgens.)

S. D. Charissime Marce. Mittit ad Illustriss. Principem literas honestissima matrona, vidua D. *Lutheri*, has exhiberi per d. Doctorem *Matthaeum*, Medicum, cupit. Pium est, servire viduis et orphanis, et hic de viduae et orphanorum necessariis negotiis scribitur. Quare curabis, ut literae reddantur.

Mitto etiam tibi exemplum disputationis, in quo videbis, nostros adversarios adhuc in tanta Evangelii luce caecos esse, qui adhuc asseverant, legem Dei in hac misera naturae corruptione ab hominibus impleri. Bene vale. Die Aequinoctii verni 1546.

Philippus Melanthon.

No. 3417. 12. Mart.

Maior ad Ionam.

† Ex autographo Ge. Maioris in Volum. Epist. Meining. ep. 78.

Clarissimo et Doctiss. Viro Dom. Iusto Ionae, S. Theologiae Doct. et Superatt. Halensi, Domino et patrono suo observando,

S. 26. Februarii, cum in curia et consessu ac deliberatione omnes essemus, qui hic legatione Christi fungimur, redditae sunt mihi literae Reverendi Domini Episcopi Naumburgensis, qui paucissimis verbis in fine literarum significabat, eo die, quo istae ipsius literae scriptae essent, Reverendum patrem nostrum D. Doct. *Mart. Luth.* ad Christum et coeleste consortium ex hac misera vita evocatum esse, et inserta erat charta seu exemplar ni fallor a te ea de re ipsi breviter scriptum, quod cum inspexissem tum, ita obortae mihi sunt lachrymae, ut coeptum ex literis et haustum dolorem comprimere minime potuerim, et cogerer amicis praesentibus omnibus rem tantam exponere; ibi omnes praesentium Theologi suum dolorem praesentibus statim effusis lacrymis testati sunt. In quo vero ego dolore et luctu fuerim, facile te credo ex te ipso et aliis, qui ipsi coniunctissimi semper fuimus, et quos tanquam filios semper paterno affectu complexus est, metiri posse. Nihil mihi, mi D. Doctor *Iona*, patrone venerande, in vita contigit acerbius. Altero die statim venit nobilis eques ab illustrissimo principe, qui affert ea de re literas principis et exemplar tuarum literarum ad principem, in quibus tota historia illa tristissima a te erat conscripta.

Hunc nostrum luctum, qui piis precationibus et meditationibus rerum et promissionum sa-

1) et] codd. Goth. — Pez. *eum.*
2) Cod. Goth. 28. et cod. Mon. *Lutherus*, ex emendatione, scilicet.
3) Cod. Goth. 28. *annos.*
4) Praetermissa haec a Pez. et cod. Goth. 401.
5) *itinere*] cod. Goth. 191. *bello.*
6) Haec omnia Pez. praetermisit, consilio, ut quisque videt. Nec leguntur in cod. Goth. 401, qui cum Pez. textu convenit.
7) Cod. Goth. 28. addit: *M. Ionae.*
8) Pez. et cod. Goth. 401. haec non habent.
9) *Anno* 1546.] cod. Goth. 28. et 191. non habent.

crarum erat aliquantum mitigatus, iam denuo vestrae literae renovarunt, quare etenim ad remedia illa revertendum est, quae sola omnium sunt praesentissima et divinitus in omnibus moeroribus et afflictionibus proposita.

Fuit ingens dolor tibi adspicienti morientem *Lutherum*, tuum et nostrum omnium patrem et praeceptorem; sed credo singulari Dei fato factum, ut, quem in vita coniunctissimum sibi habuerit, etiam morienti debita et ultima praestare, ut filius patri, posses officia, et ideo plus doloris habeo, quod et ego patri meo optime de me merito in hoc a nobis ad Christum digressu non adfuerimus.

Hic igitur casus nostram miseriam, quam hic cum Sophistis et Monachis sustinemus, quae certe levis non est, multum auxit. Versamur iam hic in tertium mensem, habitis cum adversariis certaminibus scripto et disputationibus; sed frustra. Quanquam enim convicti, tamen se moneri aut vinci non patiuntur. Impositae sunt nobis ab Imperatore durissimae conditiones ab ipsis adversariis hic compositae, et ab imperatore Traiecti postea scripto et sigillo confirmatae, quas quum scripto significaverimus minime suscipere nos posse, miserunt praesides colloquii iterum ad imperatorem literas cum responso nostro, et petitur aliud responsum Imperatoris. Ita omnis actio hic suspensa est. Quia vero hoc ipso tempore D. *Philippo* a Schola abesse non licet, vehementer optarim, has partes, quae mihi, tanto oneri omnino impari impositae sunt, tibi dari, cui scio plus — — — — *) ab eruditione, prudentia, rerum usu, eloquentia et omnibus ingenii dotibus, quae ad talia certamina requiruntur, quam mihi esse, et te per Christum obtestor, si illustrissimus princeps, quod omnino futurum puto, hoc a te requisiverit, ne recuses. Non ignoras me plane rudem talium certaminum, quare rogo qui in ista quantumvis reluctans extrusus sum, ut eum liberare non graveris. Salutant te omnes confessores Christi, qui hic sunt, D. *Bucerus*, *Brentius*, *Schneppius*, *Frechtus*, *Pistorius*, *Vitus* et D. Comes *a Waldeck*, vir optimus; item Doctor *Ioachimus* collega meus. Bene vale cum uxore et tuis omnibus. Cupio salutari M. *Matthiam* et reliquos omnes consen. - - - et Fratres nostros in Christo. Raptim, ut vides. Ratisbona 12. Martii 1546.

T. Georg. Maior.

*) Legitur *neunomi*, quod quid sit non video.

No. 3418. 14. Mart.

N. Buscoducensi.

Epistolae clariss. virorum — ed. a Gabemma p. 78.

Reverendo viro, eruditione et pietate praestanti, D. Nicolao Buscoducensi, Docenti Evangelium in ecclesia Dei in oppido Wesalia, clariss. amico S. D.

Cariss. D. Nicolae. Etsi magno in luctu ac dolore sum, evocato ex hac specula *Luthero*, in qua annos iam amplius triginta Ecclesiam rexit, tamen de eius morte scriberem tibi copiose, nisi nimis magna occupationum mole impedirer. Sed historia vera de eius morte intra paucos dies edetur in lucem. Et ego pagellam vobis mitto a *Iona* ad Electorem scriptam, in qua pars est historiae. Non apoplexia mortuus est, sed humorum motu ex vitio ventriculi, qui pectoris tantas compressiones fecerunt, ut tandem natura corporis superata sit. Medici veteres putarunt διαλγίαν. Ipse aliquoties eum sic periclitantem vidi. Decessit autem integris sensibus inter precationes usque ad extremum habitum.

Mitto tibi et D. *Conradi* pagellas paucas. De *Iohanne a Dietz* non solum te oro, sed etiam propter Deum et amicitiam nostram, ut contendas autoritate et precibus, ac perficias, ut aere alieno liberetur. Bonum ingenium est adolescentis et erit usui Reip. Ideo a suis adiuvandus est, et cum ipsius tum vero mea fides apud Oeconomum publicum periclitatur, nisi ei satisfactum fuerit. Et frugaliter vixisse *Iohannem* arbitror: debet circiter viginti duos daleros. Bene Vale. die Martii XIV. CIƆIƆXLVI.

Philippus Melanthon.

No. 3419. 15. Mart.

Nic. Clausio.

Epist. lib. II. p. 554. (ed. Lond. lib. II. ep. 576.).

Clarissimo viro, prudentia et virtute praestanti, Nicolao Clausio, consuli in veteri Francorum colonia Frankenhusen, amico suo charissimo,

S. D. Integerrime D. *Nicolae*, et amice charissime, Audio D. *Oedenum*, qui hactenus praefuit

Ecclesiae vestrae, relinquere eam administrationem. Etsi autem ad iudicium et arbitrium inclyti Comitis Domini vestri pertinet deligere aliquem idoneum ad gubernationem Ecclesiae: tamen si apud eos qui autoritate valent, prodesse indicatio tua potest, quaeso ut mentionem facias senis honesti et satis exercitati Magistri *Iohanni Rimani*, qui nunc gubernat Ecclesiam in *Ortern*. Vir doctus est, et aetate iam ea, quae moderationem, et pacem magis intelligit et amat, quam iuventus. Mitto tibi has pagellas inclusas. Bene vale. Idibus Martiis, quibus ante annum 1588. *Iulius* *) interfectus est, cuius mors specimen est insigne humanarum miseriarum. Bene vale.

No. 3420. (fere med. Mart.)

Pontanus ad Electorem.

† Ex autographo Pontani in Actis Tabular. Vinar. Reg. H. p. 603.

(An den Churfürsten Johann Friedrich von Sachsen.)

(Est postscriptum epistolae ad Pr. Electorem additum.)

Nachdem mir auch Ew. Chf. G. auf einen Zettel geschrieben, daß fürderlich zusammengezogen möcht werden, was zu der gestellten Recusation gehören sollt, damit das förderlich Ew. Chf. Gn. möcht überschickt werden, so haben die Herren Theologi und sonderlich Philippus die eine Copei berürter Recusation nun bei sich gehabt sieder [1]) daß ich wieder gen Wittenberg von Torgau kommen bin. Hab bei dem *Philippo* vor zweien Tagen angeregt, mit ihrem Thun fertig zu werden, auch mit der Schrift an die Potentaten des Päpstischen Trientischen Concilii halben. Darauf er mir gesagt, sie wären bald fertig, und weil die Juristen vom Hofgericht heut auch wieder zu Haus kommen seyn, so will ich mich, wills Gott, morgen mit ihnen derhalben auch unterreden, und die Bedenken E. Chf. G. darnach fürderlich zuschicken. Ich besorg aber, Philippus werde so bald berürte Recusation nicht vermögen ins Latein zu bringen. Wenn die gleich über vierzehn Tage gen Wormbs [2]) gehen, so könnt meines Erachtens damit nicht viel versäumt seyn, welches E. Chf. G. ich in Unterthänigkeit auch nicht hab wollen unangezeigt lassen. Dat. ut s.

(Gregorius Bruck.)

*) Iulius Caesar, interfectus d. 15. Mart. anno 42. ante Chr. natum.

1) i. e. seit der Zeit.

2) Caesar sub exitum Martii venit Spiram.

No. 3421. 17. Mart.

Ionas ad Melanthonem.

† Ex autographo Ionae in cod. Goth. 123. ep. 91.

Clarissimo Viro, Philippo Mel., parenti suo.

Gratia et pax Dei per Christum. Sicuti tu, mi φιλ. [φίλτατε] praeceptor, nunc unice reverende et charissime, scribis, cum e *Torga* revertisses domum, subinde recruduisse apud te dolorem et moestitiam ex obitu reverendi patris D. doctoris *Martini* conceptam, ita Ego diu noctuque nunc exerceor ingenti desiderio viri dei, amici sincerissimi, parentis dulcissimi, quem nunc primum sentio hac diuturna consuetudine et conversatione XXV annorum (Hallenses enim illos annos et dies, mihi satis diros, θεὸς novit! complector) intimis cordis mei medullis inclusum fuisse. Interdiu exerceor cogitationibus et sermonibus pro rei natura παθητικοῖς, et me ipsum provoco ad acerbiss. lacrymas, noctu colloquor viro Dei per somnium, deduco adhuc funus *) et priores nostras moestissimas singultus ac lacrymas nunc etiam, pictis in somnio et adumbratis prosequor fletibus. Sed de hoc nostro luctu alias coram.

Rogavit me, mi domine Philippe, *Iohannes Hermann*, Secretarius Archiepiscopi Magdeburg., ut suum filium, *Ioachimum Hermannum*, tibi commendarem, ut posset apud M. *Paulum Eberum*, aut apud praeceptorem, tuo iudicio deligendum, recipi in disciplinam et habere mensam. Rogo, mi D. *Philippe*, digneris mihi de hac re per chirurgum hunc, aut per proximum tabellarium rescribere, et iuvare me. M. *Ionam*, filium meum, tibi interim ut parenti alteri commendo. Christus te, reipublicae et ecclesiae diutissime conservet incolumem. Si quid ex Ratispona habes, rogo digneris communicare. Datae raptim Halae. 4ta post Invocavit anno M. D. XLVI.

I. Ionas
tuus totus.

*) Margini adscripsit, sed nullo addito signo, ubi inserenda sint, haec: *video in pompa alios mortuos, Urbanum, R...um Eobanum,*

No. 3422. 18. Mart.

Ioanni Praetorio.

Epist. lib. V. p. 139 sq.

Io. Praetorio, docenti Evangel. Vratislaviae.

S. D. Venerande vir, et charissime frater. Cum ad nos scripserit clarissimus D. *Balthasar*, vocari isthuc *Thomam*, ut docentibus Evangelium adiungatur, audivimus eum publice, et tribuimus testimonium usitato ritu ordinationis. Nunc vobis eum commendamus, et iussimus memorem esse dicti: *ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει, καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ.*

Existimo vos audivisse, decretum esse in urbe *Augusta Tiberia* (ut veteres nominarunt) *) colloquium de doctrina rursus instituendum esse. Etsi incidere multa possunt, quae impediant: tamen voluntas Principum mihi laudanda videtur. Bene vale, et rescribe. Die 18. Martii.

Philippus.

*) i. e. Ratisbona.

No. 3423. 25. Mart.

V. Theodorus ad G. Voglerum.

Epistola nuncupatoria, Viti Theodori nomine scripta a Melanthone, ut intelligitur ex epist. Mel. ad Vitum Theod. d. d. 1. Dec. 1545., conscripta a Melanthone et missa ad Theodorum exeunte anno 1545. Praemissa est libello: „Enarratio Psalmi secundi a Rev. D. Martino Luthero dictata et collecta a Vito Theodoro." Norib. (1546.). Recusa in opp. Luth. latin. Witeb. T. III. p. 437 b, unde eam descripsimus.

Viro Clarissimo virtute praestanti Domino Georgio Vogler, Vitus Theodorus Noribergensis S. D.

Non soli Timotheo, sed omnibus gubernatoribus et Ecclesiae doctoribus, imo omnibus, qui recte doctrinam Evangelii perceperunt, mandat Spiritus sanctus in concione Pauli, ut bona fide tanquam magni precii depositum et thesaurum, puram Evangelii doctrinam custodiant, et ad posteros incorruptam transmitti curent. Maior unicuique patrifamilias cura esse debet relinquendi liberis Evangelii quam patrimonii. Ac pius et sapiens paterfamilias hoc ducet esse praecipuum patrimonium, inserere mentibus liberorum veras sententias easque assiduis exercitiis confirmare, et instruere suos et alios utilibus scriptis, ut posteri vere agnoscant, invocent, celebrent Deum. Nam propter hanc causam unam conditum est et propagatum genus humanum, ut simus Dei templa et Deus vere agnoscatur, et eius bonitas conspiciatur, imo ut bonitatem suam ipse fruendam nobis praebeat, nosque sua luce, sapientia, iusticia perpetuo ornet. Haec vero beneficia nemini contingent, nisi has ipsas spretas ab Epicureis pagellas Prophetarum et Apostolorum et verarum enarrationum legerit, audierit, didicerit, amplexus fuerit, asservaverit. Has vult Deus custodiri, has vult monstratrices, testes et pignora esse suae voluntatis, imo harum voce vult in mentibus discentium accendere novam lucem et iusticiam. Quare praecipua omnium hominum cura esse debet, ne libri Prophetici et Apostolici intereant, sed ut extent, sint in manibus, legantur, audiantur, intelligantur, amentur, regant mentes in invocatione et in moribus. Sed quia a prophana multitudine superbe contemnuntur, et multi in hoc ipso coetu, qui sibi titulum arrogat Ecclesiae Dei, pro his scriptis aut Epicureas opiniones, aut tetras superstitiones amant, etiam propheta Esaias Deum orat, ne aboleri veram et incorruptam doctrinam sinat, sed servet eam in aliquibus. Sic enim inquit capite octavo: *obsigna legem in discipulis meis. Expectabo Dominum* etc. Quasi dicat: video secuturas esse tristes tenebras et oblivionem verae doctrinae, confusiones opinionum de Deo et fanaticos furores. Nostrae conciones ex sinu aeterni Dei prolatae audacissime dilacerabuntur Pharisaeorum corruptelis; Sadducaei prorsus abiicient eas et ridebunt, et palam tollent doctrinam de immortalitate, ut Cyclopes. At interea tamen pro tua immensa misericordia iuxta promissiones aliqua erit Ecclesia tua ex his nostris auditoribus propagata, qui erunt verae doctrinae custodes, et, ut ita dicam, tua schola et bibliotheca, Zacharias, Simeon, Elisabeth, Maria et alii multi. His quaeso meis discipulis, legentibus et discentibus haec nostra scripta, tuam σφραγῖδα inprimito, id est, Spiritu sancto in mentibus eorum accende lucem tuam, et flecte eas ad veram invocationem, nec sinas prorsus extingui tuam doctrinam, sed reliquum sit semper aliquod agmen, quod te invocet et celebret, nec te contumelia afficiat, velut maxima pars reliqua generis humani, partim Epicuraea, partim fascinata idolomaniis.

In hac Esaiae Precatione imaginem vides nostri temporis. Quoties aspexi iam Ratisbonae

stans in ripa, flumen Danubii ingens et rapidum, gemens cogitavi, non si tantum lacrymarum fundere possem, quantum undarum volvit hoc flumen, exhauriri meus dolor posset, quem circumfero propter Ecclesiae dissipationem. Crescit Cyclopica feritas ubique, et defensores pravarum superstitionum subinde novis fucis pingunt sua idola, ut in multis confirmentur errores. Interea tamen est et erit aliqua Ecclesia Dei, custos Propheticorum et Apostolicorum scriptorum, retinens nativam et simplicem sententiam, nec ludens corruptelis.

Cum igitur manifestum sit, in tanta varietate opinionum et voluntatum manere tamen aliquem Dei coetum, custodientem Evangelium, Sit haec prima unicuique cura, ut prudenter eligat genus doctrinae, quaerat hos ipsos doctores, Prophetas et Apostolos, hos legat, audiat, discat, pars esse huius agminis contendat, pro quo precatur Esaias, inquiens, Obsigna legem in discipulis meis, Consulat de sententia suum illud Collegium, videat quid pii interpretes enarrarint et conferat enarrationes, quarum cum sit aliqua dissimilitudo, ut Rosae ad Anemonen, aut mali punici ad cynosbati fructum, seu brabyla, praeferat eas, quas fontibus propiores esse res ipsa ostendet, nec enim difficilis diiudicatio est pie, dextre et non calumniose iudicanti. Deinde et illam ipsam Prophetae precationem adiungat, de sese et de aliis petat, ut luce divina regamur, ut suam σφραγῖδα Deus nostris mentibus inprimat, ne deerremus a vera sententia. Postremo illud etiam agant praesertim eruditi, colligant pia et utilia scripta, ut habeat posteritas explicationes veras, et sciat unde eas acceperit. Ita Collegium Leviticum custodiit Moisi, Samuelis, Davidis, Esaiae et similium monumenta, et deinde Apostolorum discipuli scripta Apostolica custodierunt, et testati sunt, unde suas sententias acceperint, ut Irenaeus affirmat se a Polycarpo, Polycarpum a Iohanne eas accepisse sententias, quas defendit. Basilius testem nomina Gregorium Neocaesariensem. Postea vero, cum studia literarum negligerentur, et de potentia ac imperiis Episcopi dimicarent, sine delectu et sine testimoniis libri et ritus novi recepti sunt. Quis enim dicere potest, per quos in Ecclesiam invecta sit mortuorum invocatio? Cum igitur res ostendat, ante aliquot secula ideo punitatem veteris doctrinae contaminatam esse, quia multi impostores prava scripta sparserunt, antiquitate puriore obruta, multi etiam ritus depravarunt: nunc postquam Deus immensa bonitate lucem Evangelii rursus accendit, cautiores simus, colligamus bona scripta, et a quibus autoribus, quibus testibus accepta sint, posteritati ostendamus.

Hoc consilio multas enarrationes *Martini Lutheri* edidi, de quarum fide ne quis dubitet, sciat hactenus a me editas in officinis Academiae Witebergensis usque ad hunc annum 1546. ab ipso Autore omnes relectas et emendatas esse. Et quoniam deinceps, Deo iuvante, plura eius monumenta editurus sum, praestabo fidem quam debeo. Nec solus tamen eas editiones adornabo, sed viros eruditos et integros, *Casparum Crucigerum* et *Georgium Rorarium* adiungam tanquam censores ac testes; his enim et notae ipsius de omnibus doctrinae articulis sententiae fuerunt, et tanta est fides et gravitas, ut non velint a me sic recitari Lutheri sermones, ut Plato Socraticos recitat, aut ut in Atlantico recenset Aegyptii sacerdotis narrationem.

Reliquit nobis *Lutherus* depositum non vulgare, videlicet doctrinam Ecclesiae repurgatam, quod vult Deus bona fide custodiri. Etsi multi partim Athei, partim fascinati supersticiosis opinionibus aliter iudicant, et queruntur eius doctrinam discordiarum semina esse et labyrinthos inextricabiles: tamen omnes pii intelligentes poenitentiae agonem et veram Dei invocationem, agnoscunt voce eius divinitus emendatos esse multos tetros errores, qui antea haeserunt in Ecclesia, et salutarem doctrinam monstratam esse.

Quae potest esse invocatio Dei in mente fugiente Deum, quae consolatio in veris pavoribus animi sentientis iram Dei? Si ignorent homines doctrinam de fide, luctante cum dubitatione, et vincente pavores, et retineant opinionem ex lege sumptam: recipiet te Deus, cum eris dignus: sic sentiens animus horribiliter fremit adversus Deum. At multis seculis docuerunt Monachi, in hac dubitatione manendum esse. Hunc errorem taxavit Lutherus, ac ostendit, mandatum Dei esse, ut perterrefacti agnitione irae Dei adversus peccatum, statuant, vere se recipi in gratiam propter filium mediatorem gratis, et hac fide ad Deum accedendum et eum invocandum esse, ac fugientem animum propter nostram indignationem revocandum esse. Hanc doctrinam necessariam esse Ecclesiae, pii omnes intelligunt. Iam huius sententiae ex-

plicatio, quam multa complectitur, discrimen Legis et Evangelii, totam de poenitentia doctrinam. Postea, ut fit in qualibet explicatione, vicinas materias illustrari necesse fuit, ostendit discernenda esse opera mandata Lege divina a ritibus qui audacissime humano consilio instituti aut depravati sunt. Has et alias multas partes doctrinae Ecclesiasticae cum manifestum sit recte [a] Luthero illustratas esse, pietas est non oblivisci nec abiicere dona Dei, sed fideliter eius lucubrationes custodire et posteris commendare.

In hoc ipso Psalmo concio est de fide: beati omnes, qui confidunt in eo. Hic si sequaris Monachorum enarrationes, si eris dignus confidito; haec enarratio mentem pavidam, quae cernit indignitatem suam, deterret, ne confugiat ad filium Dei. At si scias, hanc consolationem propositam esse, hanc ipsam ob causam, ne indignitate nostra deterriti fugiamus Deum, sed sciamus nos propter Mediatorem gratis recipi, ac mandatum Dei immotum esse, ut hoc credamus, et id de voluntate Dei erga nos statuamus: Psalmus et perspicuus erit et dulcescet. Saepe autem audivi de talibus materiis dicentes Monachos apud populum falsa et inextricabilia, quae nec ipsi intelligebant, nec populus; ut talis videretur concio qualis in graeco versu describitur:

τοῖα γε τοι τυφλὸς παρὰ κωφῶν ἔοικε λαλῆσαι.

Has igitur explicationes a Deo voce Lutheri patefactas amemus et amplectamur. Ac tibi quidem, *Georgi*, hanc lucubrationem ideo inscripsi, quia te piis studiis favere scio, et optare, ut Lutheri monumenta ad posteritatem perveniant. Spero igitur, tibi et officium nostrum et munus gratum fore. Pro quo hanc referri Ecclesiae gratiam a te volo, ut cum meis et aliorum piorum precibus tuas coniungas, ac nobiscum ores Deum, ut Ecclesiam sibi deinceps quoque in his regionibus colligat, et collectam regat, iuvet doctrinae studia, servet politias, quae sunt hospitia Ecclesiae Dei, et tueatur disciplinam. Haec summa bona scimus a Deo petenda et expectanda esse, Scimus etiam non esse irrita nostra vota. Etsi enim multi, ignorantes Deum et Ecclesiae gubernationem, ita cogitant, ut ille apud Platonem disputat: *τύχαι παντοῖα πίπτουσαι παντοίως νομοθετοῦσι,* id est, casu stare et ruere politias: tamen nos scimus, Deum suae Ecclesiae custodem esse, et propter eam hospitia defendere.

Te igitur, omnipotens et vive Deus, aeterne et unice pater domini nostri Iesu Christi, conditor omnium rerum, et opitulator et conditor Ecclesiae tuae, una cum filio tuo coaeterno Domino nostro Iesu Christo, et Spiritu sancto tuo, effuso in Apostolos paracleto, sapiens, bone, misericors, iudex, fortis, caste, verax et liberrime, oro, ut propter Iesum Christum filium tuum, Dominum nostrum crucifixum pro nobis et resuscitatum, *λόγον καὶ εἰκόνα σου,* quem admirando consilio voluisti pro nobis fieri victimam, *μεσίτην καὶ ἱκέτην,* miserearis invocantium te, et nos Spiritu sancto tuo regas, colligas tibi in his regionibus Ecclesiam te in vita aeterna celebraturam, et defendas earum hospitia, Amen.

Datae Anno **1546.** die quo filius Dei ante annos **1547** humanam naturam in utero virginis Mariae assumpsit, et quo ante annos **5508** Adam conditus existimatur.

No. 3424. 25. Mart.

A. Lauterbachio.

† Ex autographo in bibl. Noriberg. a *Rannero* descripta, et apogr. in cod. Goth. 190. p. 119.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti D. Antonio Lauterbach, Pastori eccles. Dei in oppido Pirna, amico suo,

S. D. Venerande D. Pastor. In hoc nostro luctu, cum dolemus *Lutherum*, salutarem doctorem et gubernatorem Ecclesiae ex sua specula abductum esse, haec duo praecipue nobis facienda sunt: primum orandus est filius Dei, dominus noster I. C., qui dixit: *non relinquam vos orphanos*, ut nos gubernet, et sibi Ecclesiam perpetuo etiam in his regionibus colligat eamque regat; deinde nos, quibus doctrinae explicatio commendata est, studeamus concordiam et consensum Ecclesiarum nostrarum tueri. Mitto tibi pagellas hic recens editas. Bene vale, die **25.** Martii, quo et conditus est Adam et postea filius Dei assumpsit humanam naturam in virgine Maria, et deinde crucifixus est et pro nobis victima factus est.

Philippus Melanthon.

No. 3425. 25. Mart.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 117 sq. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 91.

Clariss. viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Norib. etc.

S. D. Et diligebat te *Lutherus* et semper de te amantissime honorificentissimeque locutus est. Scio etiam ardentibus votis tuam salutem eum commendasse Deo, cum latrones illi, qui te captum abduxerant, et ab honestissima coniuge ac liberis et a Repub. vestra abstraxissent. Memini eum magno animi motu, quod in corporis periculis non saepe faciebat, de tuo carcere loqui. Quare propter privatam amicitiam dolere te non dubito. Sed causae publicae multo plures sunt luctus communis. Verum pia vota coniungamus ac simul oremus Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, ne relinquat nos orphanos, sed regat ipse Ecclesiam suam et politias [1]) Ecclesiarum hospitia. Bene et foeliciter vale cum honestissima coniuge et dilectissimis liberis. die 25. Martii, quem scis existimari diem conditionis Adae et assumptae naturae humanae a Filio Dei et Passionis eius. Deus te servet [2]).

Philippus Melanthon.

1) Spanh. mendose: *politicas*.
2) Alia manu adscriptus *annus* 1546.

No. 3426. 25. Mart.

Amsdorfius filius ad patrem.

† E collect. Ballenstadt. Vol. I. p. 10., qui eam descripsit e manuscr. Guelph. 305. 4to. fol. 24.

„*Ex literis Geo. Amstorfii ab ipso D. Philippo illi praescriptis.*" (Haud dubie ad Patrem, episcop. Numburg. Vid. epist. Mel. ad Amsdorf. d. 8. Mart. h. a.)

De conventu Ratisbonensi, de Tridentina Synodo recens haec accepimus. In Synodo disputari, utrum prius instituenda sit reformatio cleri, ut vocant, an condemnatio dogmatum. Sed audio illam veram historiam. Oppidum est non procul a Constantia *Rotweila*, ubi magistratus, diri inimici evangelii, aliquos pios cives ex oppido expulerunt propter verae doctrinae confessionem. Nunc diabolus visibili specie in oppido vagatur, alias leporis, alias mustelae, alias anseris figuram sibi circumdans et perspicua voce loquitur minitans, se oppidum inflammaturum esse. Hoc spectro consternatus populus valde angitur, quia non didicit, fiducia filii Dei repellendum esse diabolum. Nos vero pro hac Luce evangelii agamus Deo gratias et vera fide oremus Deum, ut propter filium mediatorem crucifixum pro nobis et resuscitatum nos defendat et regat. Bene et feliciter vale Reverendissime domine. 25. die Martii.

No. 3427. 27. Mart. (h. a.?)

I. Agricolae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54*.

Ioanni Agricolae.

S. D. Viennae primo die Martii magnum agmen Picarum advolans consedit in tecto templi. Mox advolat agmen Monedularum, ut picas [1]) depellat. Acriter utrinque certatur. Sed Monedulae non nihil reprimuntur. Hoc cum fit, advolat agmen Corvorum, quod impetum in picas facit easque dissipatas [2]) in fugam vertit. Etsi id spectaculum fortuitum esse potuit καὶ ἄσημον, tamen tanquam ostentum sermonibus hominum celebratur. Nec difficilis est interpretatio. Sed Deum oremus ut poenas Ecclesiae impendentes mitiget et servet reliquias piorum studiorum. Commendo tibi hospitem *Doctorem Gallicum* Virum doctum et bonum, cuius memoria [3]) Hortensianam et Carneadeam vincit. Bene et feliciter vale. 27. Martii *).

No. 3428. (ex. Martio.)

N. Amsdorfio.

† Ex apographo in cod. Guelpherb. in 4to. 80. 8. p. 21. [O.] Ex eodem cod. descripta in Ballenst. Collect. Vol. I. p. 12.

1) Cod. Paris. hic *picos*, ex mendo.
2) Cod. P. hic iterum *picos*, — *cosque dissipatos*; mendose.
3) Cod. P. *memoriae*.
*) Neque de hoc prodigio neque de doctore Gallico quaedam praeterea inveni. Puto autem epistolam anno 1546. scriptam esse. Certe non post annum illum scripta esse potest.

Honestissimo Domino Nicolao ab Amsdorf, Episcopo Numburgensi, eruditione et pietate praestanti, patrono suo cum observantia colendo,

S. D. Reverende Domine. Gratias ago tibi pro pecunia bibliopolae missa, quam quidem ei exhibui multis amicis praesentibus. De propositionibus contra *Malvendam* editis, gaudeo eas tibi probari. Cupio enim consensum nostrarum Ecclesiarum tueri, nec velim sciens dissidium excitare. Et profecto concordia nobis opus est nunc. Vocant me in patriam principes *Palatini*, dux *Fridericus* et dux *Othenricus;* sed quid dux Saxoniae responsurus sit, nescio. Neque tum opinor me profecturum esse, et non libenter interrumpo assiduitatem operarum huius nostrae Academiae.

Philippus Melanthon.

No. 3429. (ex. Mart.)

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54ᵇ.

Magistro Mattheo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Grata mihi est assiduitas tua in mittendis literis, etiamsi non possum, ut in veteri versu dicitur, αὐτῷ τῷ μέτρῳ reddere gratiam. Te igitur oro, ut, sicut fecisti hactenus, saepe ad nos scribas. Nam benevolentia tua delector et studiis tuis honestissimis faveo: polliceor etiam, me responsurum esse, quoties aliquid temporis ad id officium praestandum surripere aliis operis potero. Crescunt autem mihi labores nunc post *Lutheri* mortem, Cumque iam vocatus essem ab Electore *Palatino* in Academiam Rhenanam, quae est in oppido Heidelberga, in meo natali solo, tamen hic propter multas causas retineor. Et profecto, etsi amo patriam, tamen eo nunc manendum esse duxi, quod, si quo abirem, homines maledici καὶ φιλόψογοι mox dicerent, me Luthero mortuo sedem novo dogmati quaerere. Similem de me fabellam ante annos novem sparserunt, cum una cum *Milichio*, qui necessariam habebat itineris causam, proficiscerer in patriam non alia de causa, nisi ut viserem *Ioachimum* et fratrem*). Huc rediens audivi illam fabellam, quam si prius rescivissem, non fuissem reversus. Sed haec mala cum vitari possunt vitanda sunt; cum vitare non possunt sapienter ferenda sunt. Mitto tibi pagellas recens editas. Bene vale. Mense Martio 1546.

*) Mense Septb. 1536.

No. 3430. (m. Mart.)

N. N.

Manl. farrag. p. 511 sq. — Est epistola a Mel. discipulo praescripta.

Patri charissimo suo N. N.

S. D. Charissime pater, non dubito te et alios multos honestos homines valde consternatos esse *Lutheri* interitu, et quia ipsum propter egregia merita erga Ecclesias boni omnes diligunt: et quia metuendum est, maiores fore dissipationes Ecclesiarum, postquam tantus gubernator a specula sua remotus est: tamen cum filius Dei dixerit, Non reliquam vos orphanos: hac nos voce consolemur, et a Deo defensionem et gubernationem petamus et expectemus. Te quoque oro, ut a luctu animum abducas: ac potius, quod saepe facis, cum Ecclesia tuas preces coniungas. Quod vero me hortaris, ut doctrinam Theologicam recte discam: talem mihi patrem gratulor, qui mea studia referre vult non ad quaestionem, sed ad illustrandam gloriam Dei, et ad mores meos honeste pieque regendos. Hunc mihi studiorum finem cum semper proposuerim, gaudeo meum consilium cum tuo congruere. Et Deum sapientiae fontem oro, ut me gubernet. Saepe toto pectore execror Cyclopes illos, et Epicureos, qui cum se Deus tot illustribus testimoniis patefecerit, tamen eum contemnunt, et nec impiorum poenis terrentur: nec immensae bonitatis cogitatione moventur, quam Deus ostendit prodiens ex suis arcanis, ubi sese humano generi patefecit. O ferrea pectora, quae tantas res negligunt. Me vero, quantum possum, ad veram agnitionem et invocationem Dei exuscito, et doctrinam a Deo traditam recte et integre discere conor, ut sim in hoc coetu de quo scriptum est: Ex ore infantium et lactentium perfecisti tibi laudem. Oro etiam Deum, ut meam

sororem servet incolumem, et adiuvet ut feliciter pariat. Postremo rogo, ut telam mihi ad faciendum thoracem et caligas mittas. Bene vale.

No. 3431. (fere m. Mart.)

Praefatio.

Praefatio Phil. Mel. praemissa libro: disputatio de matrimonio contra legem pontificiam de coelibatu. Autore M. Caspare *Cautagieser*, Saxonici Collegii apud Erphordiam Decano. Cum praef. Phil. Melanthonis. Wittebergae anno M. D. XLVI. (1 fol.) 8. (Theses ipsae de Matrimonio inseruit Peucerus operibus Melanthonis, ubi leguntur Vol. IV. p. 586. simul cum hac praefatione.)

Praefatio Phil. Mel.

Quae res occasionem praebuerit, ut hae tam accuratae sententiae ederentur, prius narrandum est, ut libentius legantur, et ut bonae mentes confirmentur, et gaudeant, se non adiuvare saevitiam iniustissimam eorum, qui adhuc vagas libidines et Idola impiorum sacrificulorum defendunt. Nuper adolescens, natus in coniugio honesto et pio sacerdotis Evangelium docentis, petivit sibi doctrinae testimonium, una cum ceteris honestis et doctis iuvenibus tribui in Academia Erphordiana, renunciatione gradus Magisterii Philosophici, ut vocant. Hunc nonnulli ardentes odio verae doctrinae, repellendum a gradu censuerunt, tantum hanc ob causam, quod natus esset in Sacerdotis coniugio. Offendit haec iniuria et saevitia multos honestos homines in ea urbe et Academia, ut consentaneum est. Suntque deliberationes ita variae secutae, ut eo tempore ritus tribuendi testimonia prorsus intermissus sit. Quid facerent sic accensi odio in rebus maioribus, cum crudelitatem suam in re tali, et adversus adolescentes declarant, qui, undecunque nati essent, in virtutis curriculo adiuvandi essent. Haec eo commemoro, ut boni gaudeant, se alienos esse a societate talium parricidarum, qui unum hoc dies noctesque meditantur, et moliuntur, ut veritatem opprimant, et pios Evangelii ministros, et Principes foventes pia studia verae doctrinae interficiant.

Dulcis et vera consolatio est nobis vere invocantibus Deum, etiam si quos naevos et si qua vitia habemus tamen contagia impietatis et saevitiae hostium Evangelii vitare, ut possimus cum Davide dicere: Cum impiis non sedebo; lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum Domine. Ne perdas cum impiis Deus animam meam. Haec etsi aspides illae surdae nolunt audire, tamen nos audiamus, et gubernari et defendi nos a Deo precemur, sicut in Ezechiele promittitur, ubi Deus sumturus poenas de sacerdotibus, et populo, iubet excerpi et servari gementes propter idola, qua descriptione misericordia Dei mirifice commendatur. Significat n. Deus multos esse, qui cum impii teneant gubernacula et antecellant potentia, non possint abolere Idola. Hi, si tamen gemitu ostendant, se dolere vicem Ecclesiae, et veram doctrinam, et veram invocationem amare, excerpi se sciant ex multitudine impiorum, ne cum eis pereant. Tales consolationes multas proponit Deus, quibus se confirment boni, ne fracti pertinacia, superbia, insolentia, ὕβρει, et terroribus potentum, eorum furorem et saevitiam adiuvent. Non dubito tantisper Deum Ecclesias nostras defensurum esse, donec studium in nobis recte, dextre, pie docendi Evangelii erit. Sicut filius Dei inquit: Mansionem apud eum faciemus. Spero autem et Principibus piis curae futurum, ut illae aspides in his regionibus, ubi tot gentes veram doctrinam probant, tandem strychno obiecto sopiantur.

No. 3432. 5. Apr.

I. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 19. Cod. Goth. 188. ep. 88.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, amico suo carissimo, S. D.

Dux Saxoniae Elector literas Academiae misit, in quibus diserte scriptum est, deinceps Academiam tibi numerare debere annuos centum aureos, et se quinquaginta quotannis additurum esse, sed se velle, ut in Academia adsis. Ac iam mecum hic honorifice Princeps de te locutus est, priusquam allatum est ἐπιτάφιον carmen, quod gravissime et elegantissime a te compositum est. Idque exhibebo Principi his diebus, nunc enim occupatus est negotio vicinorum, qui Magdeburgensi Episcopo parent. Gratiam tibi habeo pro Epitaphio misso, quod et *Ioachimus Camerarius*, qui huc exspatiatus fuit, hodie legit. Non solum legens tua carmina, sed etiam de te cogitans, mox illa Virgilii cogito,

Tale tuum carmen nobis etc.

Et illud Theocriti

Ἅδιον, ὦ ποιμὰν, τὸ τεὸν μέλος, ἢ τὸ καταχὲς
Τὴν ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὕψοθεν ὕδωρ,

quos versus sic reddidit Eobanus:

Thyrsi, tuum carmen nostrae iucundius auri,
Quam quae praecipitans alta de rupe suavi
Murmurat unda sono.

Deus, aeternus pater D. nostri Iesu Christi, auctor venae tuae, quem celebras, te servet. Spero, aliquanto post etiam iustiora praemia te impetraturum esse. Et, si vivam, non deero tui similibus. Rectorem et Decanum eligi scis Calendis Maiis. Sed etiamsi abieris, nos tui rationem habebimus. Sed ut stipendium cum accessione accipias, vellem te venire ante proximum anni quadrantem, videlicet circiter Lipsicas nundinas. *Castnero* quae remus locum; sed occasione opus est, ut scis. Nuntio tuo dedi grossos viginti. Mitto tibi aliquot exempla tuorum optimorum versuum. Bene vale, die 5. April.

Philippus Melanthon.

No. 3433. 5. Apr.

M. Helingo.

† Ex autographo Mel., quod Regiomont. asservatur [O.].

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti, D. Mauritio Heiling, gubernanti scholam Islebianam, amico suo,

S. D. Scimus Deo curae esse puerilia agmina, sicut affirmat ipse filius Dei inquiens: *angeli eorum semper vident faciem patris.* Ideo et libenter huic coetui serviamus, et sciamus, simul nos Deo curae esse cum ipsis, et assidere nobis angelos castos custodes horum agminum. Hac te consolatione confirmato, et spera, Deum conservaturum esse coetus discentium et docentium. Nunc et alterum musicum, qui etiam venuste pingit, tibi commendo. *Noribergensis* est, natus patre ministro Evangelii, et nunc orphanus est. Nomen est eius *Sebaldus Caesar**). Si potest ei locus esse, quaeso ut eum iis, qui praesunt, commendes. De *Sigismundo Worm* exspecto reditum doctoris *Michaelis Teuber*, quo adhibito audiam, quae sit voluntas *Sigismundi* de studiis, et vobis respondebo. Bene vale, die V. Aprilis.

Phil. Melanthon.

*) *Caesar* i. e. *Kayser.* Vid. ep. ad Theod. d. 10. Aug. 1545.

No. 3434. 5. Apr.

Maior ad Ionam.

† Ex apographo in cod. Goth. 28. p. 9.

Iusto Ionae Georgius Maior.

Cum Imperator iniquissimas conditiones suo edicto nobis imponeret, nempe istarum actionum nullum exemplum mitteretur illustrissimis Principibus nostris, quanquam maxime interest omnium Ecclesiarum talia scire, iuramento omnes obligaremus, nos nulli mortalium (haec enim erant edicti verba); quicquam hac de re ante relationem factam Imperatori Max. communicaturos: scripsimus haec Illustrissimo Principi nostro, qui singulis expensis nos revocavit. Ita iam colloquium quasi suspensum et dilatatum. Si propositae fuerint tolerabiliores conditiones, et omnino volet Imper. fieri cognitionem de doctrina nostra, fortasse instituetur iterum colloquium. Sed audio Imperatorem haec non serio agere. Caetera coram tibi aliquando exponam. Vale. Vitebergae d. 5. Aprilis 1546.

No. 3435. 6. Apr.

Iusto Ionae.

† Ex collectan. Ballenst. Vol. I. p. 46 b., qui eam descripsit e cod. Gudian. Guelpherb.

Ph. Melanth. Iusto Ionae.

Cum earum actionum, quas vestri hic instituerunt, tantum audita sit heri *πρότασις*, nihil de eis scribere possum. Principis voluntatem bonam esse, vos ipsi nostis. Deus faciat, ut flectere ad aequitatem illos possit, quorum disceptator et *διαιτητὴς* uno consilio factus est. Scribam igitur privata. Memoriam mortis *Lutheri* alia piorum doctorum funera et renovant et tristiorem faciunt. Nam intra duos menses amisimus *Lutherum*, *Cordatum*, *Loenerum*, quem *Norlingam* mise-

ramus, et *Sigismundum*, Pastorem *Rotebergensem* in Francis, qui olim in oppido *Zom* [*Zahna*][1]), nobis vicino Ecclesiam gubernavit. Et *Friedericus Myconius* quotidie cum morte luctatur. Ego quoque laboribus et moestitia consumor. Deus adsit nobis, ut certe confido, quia filius Dei dixit: *si quis diligit me, sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum, et veniemus ad eum, et mansionem apud eum faciemus.*

Filius recte discit et docet, cui quidem heri etiam suppeditavi quaedam ad illustrandas κατηγορίας, quas iam explicat frequenti auditorio. Bene vale. Die 6. April. 1546.

Has literas dedi M. *Sigismundo*[2]) Naoburgensi, bono et docto viro, quem volo te inter nostros etiam complecti.

No. 3436. 6. Apr.

Senatui Kielonensi.

Edita ex autographo in: Henr. Muhlii dissertatt. historic. theoll. (Kiliae 1715. 4.) p. 175. — Descripta a Clar. Foerstemanno.

(An den Stadtrath zu Kiel.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Erbare, weise, günstige Herren. Ew. Weisheit wissen, daß dieses menschlich Geschlecht fürnämlich zu Gottes Erkenntniß und Gott recht zu preisen geschaffen ist. Darum ist dieses das allernöthigst Werk und der fürnemist Gottesdienst, rechte Lahr pflanzen und erhalten. So will auch Gott gewißlich da wohnen, und diese Menschen erhören, ihnen helfen in diesem Leben, und Seligkeit nach diesem Leben geben, die sein Evangelium lernen und lieben. Diese allein und keine andern Menschen auf Erden sind seine ewige Kirch und Wohnung, wie unser Heiland Christus klar bezeugt, da er spricht: wer mich liebet, der wird meine Lehr bewahren, und mein Vater wird ihn lieben, und wir wollen zu ihm kommen, und unsre Wohnung bei ihm haben. Darum ist dieses E. W. ein seliges Werk und Gott sehr gefällig, daß E. W. darob halten, daß Gottes Wort recht gepredigt, Gott recht erkannt und angerufen werde. Der allmächtige Gott wolle gnädiglich dafür E. W. regiren und bewahren.

Und nachdem Zeiger dieser Schrift Magister Tilemannus Kragge, im Land zu Lüneburg geboren, der wohlgelahrt, gottfürchtig und verständig, von uns angezeiget ist, daß er zu Regierung der Kirchen zum Kiel tüchtig sey, und er, wiewohl ihm solches schwer fürgefallen, dennoch diesem Brief zu folgen gewilligt, bitten wir, E. W. wollen ihr ihn günstlichen lassen befohlen seyn, und, wie Gott gebothen, ihm gebührliche Besoldung und Unterhalt verschaffen, und also, Gott zu Ehren, wie ihr angefangen, allezeit rechte Gottes-erkenntniß und Anrufung helfen erhalten. Dagegen wird Gott E. W. in diesem Leben gnädiglich schützen und hernach ewige Seligkeit geben, wie er gesprochen hat: wer mich ehret, den will ich auch ehren, und wer mich veracht, den will ich auch veracht machen. Derselbig allmächtige Gott wolle E. W. allezeit gnädiglich regiren und bewahren. Datum Wittenberg am VI. Tage Aprilis anno 1546.

E. W.

willige
Iohannes Bugenhagen, Pomer. D.
Philippus Melanchton [Melanthon].
Ioannes Saxo.*)

No. 3437. 10. Apr.

I. Agricolae.

† Ex apographis in cod. Paris. D. L. 54³. et 54⁴.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iohanni Agricolae Islebio, gubernanti Ecclesiam Dei in Marchia, amico suo veteri et cariss.[1])

S. D. Scio voluntatem Illustrissimi Marchionis Electoris piam et erga rem publicam ac patriam optimam esse[2]), et Deum, aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut eum regat, con-

---

1) Vid. ep. ad Senatum Rotenburg. d. 8. Sept. 1545.

2) Sig. Schoerkelio.

*) „Io. Saxo war damals Professor der Philosophie zu Wittenberg. Vergl. Luthers Briefe bei de Wette 5. Thl. S. 381. 385. 386. Er starb als Domdechant zu Hamburg 1561." [Foerst.]

1) In apogr. altero: Viro optimo D. Ioanni Agr. Isl., docenti et propugnanti Evangelium Christi, suo amico summo.

2) Eius legati cum aliis deprecati fuerant mense Febr. 1546. pro Archiepiscopo Coloniensi. Vid. Sleidan. Comment. p. 480.

soletur et servet[3]) iuxta promissionem: beati pacifici, quia filii Dei vocabuntur. Ac libenter ad eum accurrerem, sed retineor operis aulicis. Scribo deliberationem nostrorum de pace[4]) Ecclesiarum, ac decurro ad veterem meam sententiam, quam saepe commemoravi: tota πολιτεία Episcoporum maneat integra; teneant Episcopi ἀξίωμα et facultates; nos eis pareamus. Sed incipiant et ipsi doctrinam Evangelii aeternam et immutabilem[5]) amplecti. Hoc consilium adhuc quidem placere nostris intelligo. Nec fui nec ero autor immoderatae sententiae, nec doctrinae corruptelas stabiliam[6]). Utinam principes ipsi inter sese amanter et sine animorum commotione colloqui possent. Hoc praecipue decebat illum summum gradum, in consiliis maximarum rerum vere[7]), ingenue, amanter conferre cogitationes ad communem salutem. Res Poloniae tibi notiores sunt quam mihi, sed tamen significandum tibi duxi, heri me literas accepisse, in quibus[8]) significatur ex Italia, Persicum regem movere ingens bellum adversus Turcicum tyrannum, ac spem esse[9]), fore, ut in Asiam Turcicus tyrannus retrahatur. Bene vale. Die X. April.

Philippus Mel.

No. 3438. 11. Apr.

Seb. Müllero.

† Ex apographis in cod. Goth. 191. p. 83., cod. Goth. 212. p. 96. et in cod. Monac. 90. No. VII. p. 304 b.

Honesstissimo viro prudentia et virtute praestanti, D. Sebastiano Mullero, amico suo chariss.

Impressit Deus hominum naturae ingentem vim amoris erga natos, ut cogitemus quantum aeternus pater diligat filium suum dom. nostr. I. C. et nos, quos etiam nominat filios. Sed haec vis et magnitudo amoris maxime conspicitur, cum aut eripiuntur nobis nati*) aut in calamitates incidunt. Quare non dubito vos in magno dolore esse propter filiae desiderium, quam Deus hinc*) evocavit. Ac vult quidem Deus nos dolere. Sed praecipit etiam, ut dolorem moderemur, et in huius amoris cogitatione consideremus**) amorem aeterni patris erga filium et erga nos. Hac vos cogitatione a lectu abducite, et simul cogitate caeteras consolationes, quas tradit christiana doctrina. Scitis filiam ad laetissimam Dei consuetudinem translatam esse, ubi iam assidet in complexu Mariae matris Christi, Evae, Sarae et similium matronarum. Has iam matres***) nominat, et earum sapientia dulcissima fruitur. Postremo et illud cogitate, multa posse homini tristiora morte accidere. Ideo hic dolor moderandus est. B. V. die 11. Aprilis, anno 46.†)

3) *servet*] Apogr. alt. *compare.*
4) *pace*] Apogr. alt. *statu.*
5) *immutab.*] Apogr. alt. *immotam.*
6) Apogr. alt. *stabilirem.*
7) *vere* abest ab apogr. priore.
8) Apogr. alt. *quibus mihi.*
9) *spem esse*] Apogr. alt. *scis etiam.*
*) Cod. Mon. *carissimae natae.*

*) Cod. Mon. *ex hac vita* pro *hinc.*
**) Cod. Mon. *consideratione cogitemus*; cod. Goth. 191. *consideratione consideremus.*
***) Cod. Goth. 191. *etiam matronas.*
†) Annum cod. Mon. et cod. Goth. 191. non addunt.

No. 3439. (12. Apr.

Andr. Musculo.

Manlii farrag. p. 119. Mel. Select. epist. p. 522. Epistol. lib. I. p. 298. (edit. Lond. I. ep. 103.). Iterum a Pezelio insertum Mel. Consiliis lat. P. I. p. 683. — Apographa in cod. Goth. 19. p. 1., cod. Goth. 212. p. 92., cod. Goth. 168. p. 196 b., et in cod. Monac. 37. No. V. p. 185. — Ex epistolis ad Ionam d. d. 14. Apr. et ad Hier. Stauden d. d. 18. Apr., intelligitur, hanc epistolam scriptam esse paulo ante d. 14. Apr. — Cod. Goth. 168. in fine epist. habet: mense April. die 12., anno 1546. Eodem modo apogr. Monac., et recte. Etenim epistola ad Cordatum, ad quam Melanthon respicit, quamque ante duos menses scriptam dicit, habetur supra d. 4. Febr.

Clarissimo viro, etc. D. Andreae Musculo, docenti Ecclesiam Dei in Academia Francofordiana, amico suo,

S. D. Cum ante duos menses illustrissimus Princeps Marchio Elector peteret[1]) a venerando sene *Cordato*, ut gradu doctoris[2]) ornaret te, et pastorem Ecclesiae vestrae: dubitantem[3]) *Cordatum* praecipue hoc argumento confirmavi, ut promitteret hoc[4]) officium Principi et vobis: quod scirem te et pastorem viros bonos, eruditos et candidos esse, et recte sentire de doctrina Eccle-

1) Cod. Goth. 191. *petiisset.*
2) Cod. Monac. *Doctorum.*
3) Cod. Monac. *disputantem.*
4) *hoc* etiam habent codd. — Peucer. male omisit, et apud Pezel. *hoc officium* non leguntur.

siae Christi[5]. Ex iis meis literis ad *Cordatum* apparet, me de utroque bene et amanter[6]) sentire, de te et de pastore: quod cum verissimum sit, magnum accepi dolorem: postquam[7]) ex tuis literis intellexi, vos et sententiis et voluntatibus dissidere. Cumque in propositionibus tuis tam atrociter reprehendas totum coetum concionantium in Ecclesiis nostris, quod non dicant de ieiunio caeremoniali, sed tantum de temperantia: cumque de baptismo Ioannis dissentire te ostendas[8]) a mea qualicunque explicatione, nihil rescripturus eram, nisi id petiisses, ne viderer aut iracundia aut amore mearum opinionum rixari. Sed quoniam a me petis responsionem, primum de meo[9]) negocio dicam. Etsi iudico vera esse quae scripsi: tamen tecum litigare nunc quidem non volo. Nolo enim augere publicas discordias: et piis lectoribus permitto iudicium, ubicunque sunt. Quanquam enim citas Ambrosium et Augustinum: tamen certum est, praedicationem poenitentiae in Ecclesia Dei non tantum arguere peccata, sed simul annunciare remissionem peccatorum. Verum nolo copiosius persequi meam disputationem. Non sum adeo morosus aut φιλαυτὸς, neminem ut a me dissentire velim. Ego quae collegi de tota[10]) doctrina, tunc cum magnae et multae controversiae motae essent, et multa ambigue et nimis confuse dicerentur, simplici et pio studio collegi, ac iudicium Ecclesiae permitto. Te vero etiam hactenus dilexi, et adhuc diligo. Nam omnes in hoc docendi munere coniunctos, qui de summa doctrinae consentiunt, amicos inter se esse oportere statuo, etiamsi in explicatione alicuius rei non[11]) plane eadem dicunt: nam[12]) alius alio dexterius aut incommodius[13]) aliquid dicit. Et bona fide, et quadam philosophicae moderatione, amicitias multorum[14]) colui, et colo, ne a me Ecclesiarum nostrarum concordia turbetur.

5) Manl. *Dei.*
6) Peuc. et Pez. *recte*; cod. Goth. 191. *amanter.*
7) Cod. Mon. addit: *nunc.*
8) *dissentire ostendis*, Peuc.
9) *meo* habet etiam cod. Goth. 212., sed Peuc. et cod. Goth. 191. omittunt.
10) *tota*, quod Peuc. omisit, tuentur etiam codd.; cod. Monac. *vera.*
11) *plane eadem* etc. apud Manl. exciderant.
12) „*non praecipuae*" deest cod. Monac.
13) Sic etiam cod. Goth. 212.; Peuc., Pezel. et cod. Goth. 191. *commodius.*
14) *multorum* abest a Peuc. et Pez., sed habetur in codd.

Quod vero attinet ad quaestionem de ieiunio caeremoniali, ne hanc quidem causam satis iustam aut dignam esse iudico, ut propter eam bellum inferendum putes toti agmini docentium in nostris Ecclesiis. Non iam de re ipsa dicam, sed de parergis, quae admisces: quae cui theatro grata sint, non est obscurum. Plaudit in sinum vicinus vester *Libusianus*[15]), cum audit te pene universum agmen concionatorum huius aetatis tam atrociter reprehendere. Non docent, inquis[16]), de poenitentia. Credo esse aliquos, qui nec de poenitentia, nec de fide satis diligenter et erudite docent. Nam pauci doctrinam de fide et vera invocatione intelligunt, quae multo est obscurior quam doctrina de ieiunio. Sed scis tamen praecipuos et plurimos in scriptis et concionibus complecti integram doctrinam: nec de fide tantum, sed etiam de omnibus necessariis virtutibus dicere: quos si tu omnes damnas, et vocas deteriores idolorum cultoribus, quia non dicunt de ieiunio caeremoniali, nimis duriter pronuncias: ut nihil aliud dicam. Illud in quaestione est, an per biduum aut triduum, ut dicis, necesse sit a cibo abstinere. Ne te quidem hoc puto facere. Ut secedere ex turba precandi causa interdum commodum est: sic iudico illa ieiunia, vel illam inediam alicuius diei suscipi posse, ut ad precationem vel cogitationem magis idonei simus; sed non necessariam rem esse. Caeterum temperantia omni tempore necessaria est. Aut igitur explicato, an dicas[17]) illam inediam, hoc est, in universum a cibo et potu abstinere, rem necessariam esse: aut placidius tu nobiscum agito. Poteras omnino totam rem agere verbis mitioribus. Citas ex Augustino laudes ieiunii, in quibus vides esse hyperbolas prudenter intelligendas. Nec tamen Augustinus de tua[18]) illa inedia loquitur, sed tantum de temperantia.

Haec scripsi bono et simplici studio: teque oro, ut si has Ecclesias, in quibus sonat doctrina quam profitemur, amas, te nobis potius adiungas, quam inimicis: et quadam animi moderatione communem[19]) concordiam tuearis. Satis multos hostes habemus foris: nec parva res est, confirmare mentes veris sententiis adversus illos.

15) Cod. Monac. *Libusinus.*
16) Sic etiam cod. Goth. 191. Sed Peuc. *non docentur homines.*
17) *dicas* Peuc. et cod. Goth. 191., *ducas* Manl., *doceas* cod. Goth. 212.
18) *tua*] cod. Mon. *una.*
19) *communem*, quod Peuc. omisit, tuentur etiam codd.

venientium calamitatum, quos ut Deus mitiget oremus.

In Marchica academia *Musculus*, id enim ei nomen est, satis atrociter mordet ecclesias nostras. Admonui eum *); fuit enim noster auditor, postea adfinis factus est *Islebii.* Opus nobis est concordia, ad quam tuendam flectat Deus omnium mentes. Bene vale. Die 14. April. 1545.

Filius, Dei beneficio, recte discit et honeste regit mores et cum laude docet eas artes, quarum ei tractatio utilis est ad iudicium et ad mores. Iterum vale.

No. 3443. **17. Apr.**

Alberto Duci Pruss.

Ex autogr. edita a Fabro in Epistolis p. 113. ep. 81.

(*Alberto Duci Brussiae.*)

S. D. Illustrissime Princeps. Quae de publicis negociis nunc quidem sciebam, in pagella conieci quam his literis inclusi. Mitto et *Alesii* Epistolam, quem Lipsica Academia retinet. *Staphylus* igitur post Lipsicas nundinas veniet, et promisit se, si ita videatur Celsitudini vestrae, in Academia vestrae Cels. theologica perlecturum esse, eo stipendio quod obtulit Cels. v. Nec tamen nunc se diutius obligatum vult, quam ad unius anni operas. Rectoris moderationem Celsitudini vestrae probari et propter rem publicam gaudeo, et quia ad me quoque pertinere ipsius secundas et adversas res iudico. Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi conditor Ecclesiae aeternae servet Celsitudinem vestram diu incolumem propter salutem Ecclesiae. Datae Witebergae die 17. Aprilis, quo ante annos 3850 Noha pater in arcam ingressus est, quo exemplo cum ostenderit se deus mirabiliter servare Ecclesiam, etiam ruentibus mundi Imperiis, Speramus et petamus nunc quoque eam servari, ut celebrentur beneficia data per filium dominum nostrum Iesum Christum Amen.

Celsitudini vestrae
addictissimus
Philippus Melanthon.

*) Vid. ep. d. 12. Apr. h. a.

Beilage.

Der Römisch Kaiser ist mit wenig Leuten bis gen Speyr ankommen, dahin ist der Landgraff zu ihm kommen und ettlich Tag bey ihm gewesen, und ist hernach der Kaiser fort auf Noribergk gezogen, und ist keine Kriegsrüstung bei dem Kaiser wider teutsche Fürsten zu merken.

Etlich reden also davon, er werde nicht lange in Teutschland verziehen, denn der Barbaroßa hatt ihm ein Land eingenommen an Algiera.

Zu Senis ist eine böse Seditio gewesen, das bey sechzigk Mann erstochen seint.

Das Colloquium zu Regensspurgk ist interrumpiert, denn man hatt unsern Colloquenten ein Eid auflegen wollen, daß sie keinem Menschen, auch ihren Fürsten und Herrn, nicht anzeigen sollten, was sie handelten. Mit diesem unbillichen und gefährlichen Eid haben sich die unsern nit beladen wollen, seint also darvon weg gezogen, mit Erbietung wiederum zu kommen auf kaiserlicher M. andere Resolution.

Wovon sie aber angefangen zu disputirn, ist zu merken aus Maluendá Propositionibus, die hiebey gelegt.

Die zween König Frankreich und England seint nit vertragen, sondern seint in großer Rüstung unter einander.

Das Geschrey vom elenden Kaiser Fridrich ist bald verloschen gewesen, denn es ist ein armer wahnsinniger Mensch, der umgangen, und noch umgehet und hatt gesagt, er sey Kaiser Fridrich, und als er von seiner Herrschaft in Gefengnus bracht, hatt man befunden, daß er im Hirn zerrütt ist.

Die Statt Hall in Sachsen willigt die Huldung ihrem Herrn dem Ertzbischoff und hatt sich der Ertzbischoff auch erboten, sie in der Religion nicht zu irren.

No. 3444. **17. Apr.**

(*Narratio.*)

Separatim prodiit narratio Melanthonis de Diasio sic inscripta (ut habetur in bibl. gymnas. Goth.): „Wahre Historia, wie neulich zu Neuburg an der Tonaw ein Spanier genannt Alphonsus Diasius oder Decius, seinen leiblichen Bruder, Johannem, allein aus Haß wider die einige, ewige, christliche Lehr, wie Cain den Abel, grausamlich ermördet habe. Geschrieben von Herrn Philippo Melanthon. 1546." (sine loci et typographi mentione. 1 pl. in 4.) — Est sine dubio pars epistolae Melanthonis, a typographo edita, ut potissimum ex anno et die adscripto, more in epistolis solito, colligi potest. — Eiusdem historiae narrationem edidit *Io. Lange*, Erford. 1546., quam Hortlederus operi suo de bello germanico inseruit, P. I. p. 236. Vid. etiam Slei-

suetudo Ecclesiae usurpat poenitentiam pro tota conversione, et contritionem partem facit: Ego quoque sic locutus sum. Quia libenter retineo usitatas loquendi formas. Et tamen fateor, Mihi, cum pavores et consolationem, et novae vitae inchoationem complectimur, magis placere vocabulum conversionis, quo saepe utuntur Prophetae. Et videmus Prophetas recte et diserte locutos esse.

Et in mea lucubratione, cui titulus est loci Theologici etc., expresse testatus sum, me nolle de vocabulo rixari, sed hoc praestandum esse, ut res necessariae retineantur. Monachi mentionem fidei prorsus omiserunt, et tradiderunt impia et stulta somnia de sufficienti contritione, et dixerunt remitti peccata propter sufficientem contritionem.

Cum igitur de integra conversione in hac materia dicatur, feci mentionem fidei, quam esse partem integrae conversionis non dubium est, et feci ideo libentius, ut nomenclatura quasi commonefactio esset, ne ibi omitteretur doctrina de fide.

Nec tamen pugno de modo loquendi, nec impedio, quo minus alii sint magis diserti. Si quis aliis verbis aut alia partitione mavult uti, modo ut consensus de rebus necessariis retineatur, non iudico propterea certamen movendum esse.

Amo et ego rectum sermonem, et assidue vociferor in schola, ut assuefaciant se omnes ad tuendam proprietatem in dicendo. Nec ubique in omnibus materiis ignosci mihi volo, improprie loquenti. Sed ipse mihi sum durissimus censor, et laudo alios censuram severiorem agentes. Sed tamen sit modus aliquis talium reprehensionum, ne λογομαχίαι nimium crescant, ut accidit in quaestionibus sententiariorum.

Me Ecclesiae consuetudo movit, ut poenitentiae nomen pro tota conversione usurparem. Nec volui tristius vocabulum contritionis, cum adeo sit usitatum, reiicere.

Vocabula regenerationis, mortificationis, et vivificationis transtuli ad locum de poenitentia, ut tolleretur hypocrisis, quae mortificationem intellexit, non contrionem et obedientiam in veris doloribus, sed ritus certos abstinentiae, et simulationes monasticas.

Si alius mavult sic loqui: Regenerationis seu conversionis partes tres constituantur: Poenitentia, id est veri pavores et dolores, propter iram Dei adversus nostra peccata: deinde fides et nova obedientia, reipsa dicit idem, quod me sentire manifestum est.

Si quis autem hac mea declaratione de vocabulo, dicit vel retexi dogma prius traditum, vel turbari dogmata, non iudicat candide. Manifestum est enim nequaquam res a me mutari et nullum novum dogma gigni. Tantum ostendo me boni consulere, si quis alia forma loquendi uti volet. Certe consensum in doctrina, tueri summa cura studeo. Et opto, ut Ecclesiae nostrae aeterna concordia copulatae sint, et, ut filius Dei precatur, sint unum in Deo.

Et cum ad concordiam utilis sit proprietas sermonis, mediocrem diligentiam certe adhibeo, ut plaerumque loquar proprie.

Optarim autem, ut de quibusdam materiis, et de formis loquendi colloquerentur aliqui eruditi, ut caeterae nationes magis invitarentur luce rerum optimarum, et minus oriri certaminum posset ad posteros, explicatis ambiguitatibus.

Hanc commemorationem de vocabulo poenitentiae, et de mea voluntate mitto, quam ut boni consulant docti viri omnes in Academia vestra, oro.

No. 3442. 14. Apr.

I. Ionae.

† Ex Collectan. Ballenst. Vol. I. p. 46 c., qui cam descripsit e cod. Gudian. Guelpherb.

Iusto Ionae.

Quod faustum et felix sit. Redeunt legati vestrae civitatis, viri honestissimi, qui coram testabuntur, non defuisse voluntatem ac diligentiam Duci *Saxoniae* in conditionibus communibus mitigandis. Sed in tanta temporum difficultate cum sint qui excutere et nos et illum ipsum recens electum ἀρχιερέα vestrum, aut potius gubernatorem ditionis *Magdeburgicae*, obtineri omnia, quae voluimus, nondum possunt *). Aliquid tamen effectum esse iudico, et initia gradum facient ad meliorem κατάστασιν, quam ut Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi constituat, toto pectore opto.

Fridericus Myconius diu cum suo morbo luctatus, tandem ex hac mortali vita evocatus est **). Vides colligi iustos, ne sint spectatores

*) Vid. epist. d. 17. Apr. scripta Alberto Duci, et Sleidan. in Comment. p. 476.

**) Obiit d. 7. April. 1546.

venientium calamitatum, quos ut Deus mitiget oremus.

In Marchica academia *Musculus*, id enim ei nomen est, satis atrociter mordet ecclesias nostras. Admonui eum *); fuit enim noster auditor, postea adfinis factus est *Islebii.* Opus nobis est concordia, ad quam tuendam flectat Deus omnium mentes. Bene vale. Die 14. April. 1545.

Filius, Dei beneficio, recte discit et honeste regit mores et cum laude docet eas artes, quarum ei tractatio utilis est ad iudicium et ad mores. Iterum vale.

No. 3443. 17. Apr.

Alberto Duci Pruss.

Ex autogr. edita a Fabro in Epistolis p. 113. ep. 81.

(*Alberto Duci Brussiae.*)

S. D. Illustrissime Princeps. Quae de publicis negociis nunc quidem sciebam, in pagella conieci quam his literis inclusi. Mitto et *Alesii* Epistolam, quem Lipsica Academia retinet. *Staphylus* igitur post Lipsicas nundinas veniet, et promisit se, si ita videatur Celsitudini vestrae, in Academia vestrae Cels. theologica perlecturum esse, eo stipendio quod obtulit Cels. v. Nec tamen nunc se diutius obligatum vult, quam ad unius anni operas. Rectoris moderationem Celsitudini vestrae probari et propter rem publicam gaudeo, et quia ad me quoque pertinere ipsius secundas et adversas res iudico. Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi conditor Ecclesiae aeternae servet Celsitudinem vestram diu incolumem propter salutem Ecclesiae. Datae Witebergae die 17. Aprilis, quo ante annos 3850 Noha pater in arcam ingressus est, quo exemplo cum ostenderit se deus mirabiliter servare Ecclesiam, etiam ruentibus mundi Imperiis, Speramus et petamus nunc quoque eam servari, ut celebrentur beneficia data per filium dominum nostrum Iesum Christum Amen.

Celsitudini vestrae

addictissimus

Philippus Melanthon.

*) Vid. ep. d. 12. Apr. h. a.

Beilage.

Der Römisch Kaiser ist mit wenig Leuten bis gen Speyr ankommen, dahin ist der Landgraff zu ihm kommen und ettlich Tag bey ihm gewesen, und ist hernach der Kaiser fort auf Noribergk gezogen, und ist keine Kriegsrüstung bei dem Kaiser wider teutsche Fürsten zu merken.

Etlich reden also davon, er werde nicht lange in Teutschland verziehen, denn der Barbaroßa hatt ihm ein Land eingenommen an Algiera.

Zu Senis ist eine böse Seditio gewesen, das bey sechzigk Mann erstochen seint.

Das Colloquium zu Regenßpurgk ist interrumpiert, denn man hatt unsern Colloquenten ein Eid auflegen wollen, daß sie keinem Menschen, auch ihren Fürsten und Herrn, nicht anzeigen sollten, was sie handelten. Mit diesem unbillichen und gefährlichen Eid haben sich die unsern nit beladen wollen, seint also davon weg gezogen, mit Erbietung wiederum zu kommen auf kaiserlicher M. andere Resolution.

Wovon sie aber angefangen zu disputirn, ist zu merken aus Maluendâ Propositionibus, die hiebey gelegt.

Die zween König Frankreich und England seint nit vertragen, sondern seint in großer Rüstung unter einander.

Das Geschrey vom elenden Kaiser Fridrich ist bald verloschen gewesen, denn es ist ein armer wahnsinniger Mensch, der umgangen, und noch umgehet und hatt gesagt, er sey Kaiser Fridrich, und als er von seiner Herrschaft in Gefengnus bracht, hatt man befunden, daß er im Hirn zerrütt ist.

Die Statt Hall in Sachsen willigt die Huldung ihrem Herrn dem Erzbischoff und hatt sich der Erzbischoff auch erboten, sie in der Religion nicht zu irren.

No. 3444. 17. Apr.

(*Narratio.*)

Separatim prodiit narratio Melanthonis de Diasio sic inscripta (ut habetur in bibl. gymnas. Goth.): „Wahre Historia, wie neulich zu Neuburg an der Tonaw ein Spanier genannt Alphonsus Diasius oder Decius, seinen leiblichen Bruder, Johannem, allein aus Haß wider die einige, ewige, christliche Lehr, wie Cain den Abel, grausamlich ermördet habe. Geschrieben von Herrn Philippo Melanthon. 1546." (sine loci et typographi mentione. 1 pl. in 4.) — Est sine dubio pars epistolae Melanthonis, a typographo edita, ut potissimum ex anno et die adscripto, more in epistolis solito, colligi potest. — Eiusdem historiae narrationem edidit *Io. Lange*, Erford. 1546., quam Hortlederus operi suo de bello germanico inseruit, P. I. p. 286. Vid. etiam Slei-

dani comment. lib. 17. et prae caeteris Seckendorf. in hist. Luth III. p. 653., qui totam Diasii historiam ex alio fonte narravit, hoc vero Mel. scriptum etiam non novit. Item Camerarius in vita Melanthonis p. 235., ubi Strobelius adscripsit: „Prolixior vero est libellus ob raritatem summam inter deperditos fere referendus: Claudii Senarclaei Historia vera de morte sancti viri Ioh. Diazii, Hispani. — cum praef. M. Buceri, 1546. 8. Inseruit hunc libellum Dan. Gerdesius scrinii antiquar. Tomo VIII. P. 1."

Es hat sich jetzt neulich ein sehr schrecklicher und in vielen Jahren unerhörter Fall zugetragen.

Es ist ein Hispanus Johannes Diasius [Diaz] genannt, der wohlgelehrt und gottfürchtig gewesen, und reine christliche Lehre angenommen, und dieselbige beständiglich gelehrt und bekannt, zu Neuburg in der Pfalz gewesen, daselbst er des Ehrwürdigen Herrn Buceri Schriften, welchs Freundschaft er der Lehre halben sonderlich gehabt, in der Buchdruckerei treulich hat helfen fördern, und dabei in rechter christlicher Lehr fleißig studirt. Ist auch oft in vergangenem Colloquio zu Regensburg bei den Herren Colloquenten, so reine christliche Lehre da verantwortet haben, gewesen, sich zu ihnen freundlich gehalten, und durch ihre Rede sich in rechter Lehre gestärkt.

Zu diesem ist aus Italia sein leiblicher Bruder Alphonsus Diasius, der zu Rom im iudicio Rotae gesessen, ankommen, und hat jenen freundlich gebethen, er wolle doch von der lutherischen Lehre abstehen, die von dem Papst für eine Ketzerei längst verdammt sey.

Nachdem aber genannter Johannes seinem Bruder, dem Doctor, dieses abgeschlagen, und viel mit ihm als ein Bruder disputirt, daß, so jemand nicht ein Heid und ein Epicuräus seyn wolle, so soll er beiderlei Lehre betrachten und die Wahrheit suchen; dazu er seinen Bruder freundlich vermahnet, und ihm gesagt: er hab nun diesen Sachen lang nachgedacht und befinde, daß dieses die einige, ewige göttliche Lehre sey, durch welche allein gewißlich Gott ewige Seligkeit wirke und gebe, und sey der rechte Verstand göttlicher Schrift, darin sich Gott geoffenbaret, und sey allezeit für und für bei etlichen rechten Christen dieser Verstand blieben, darum gedenk er durch Gottes Gnad dabei zu bleiben, und also in rechtem Glauben Gott anzurufen für sich, seinen Bruder und die ganze Christenheit, und davon Zeugniß zu geben, wo er gefragt oder andere zu lehren berufen werde.

Als aber Alphonsus seines Bruders Gemüth also gemerkt, daß er ihn nicht von dieser Lehre abwenden könnte, hat er sich gestellet, als sey er etlicher Maß zufrieden, und hat ihn vermahnet in Italien zu ziehen, da er andern zu diesem Verstand dienen könnte. Johannes hat aber vielleicht gedacht, sein Bruder meine es nicht treulich, und hat ihm dieses auch abgeschlagen.

Dazu ist er die Zeit an andere nicht geringe Ort durch fromme gelehrte Leut vocirt und berufen gewesen.

Also ist nach etlichen Tagen Alphonsus wiederum von seinem Bruder abgeschieden, und gen Augsburg geritten.

Hernach aber ist er wiederum zu seinem Bruder geritten, und als er an Neuburg kommen, sind er und sein Knecht, ein Italienischer Ruffian und Sicarius, von Pferden abgestiegen, haben sie an einen Zaun gebunden, und sind morgens früh in des Bruders Herberg gangen, haben gefragt, wo Johannes Diasius sey. Also hat ihnen die Magd im Hause geantwortet, er sey droben in seinem Gemach. Dahin sind Alphonsus und der Knecht zu ihm gangen, und hat Alphonsus alsbald seinem Bruder einen Brief überantwortet, und sich gestellt, als sey er von wegen dieses Briefs wieder zu ihm geritten.

Dieweil nun Johannes den Brief lieset, so gehet der Knecht hinter ihn, und spaltet ihm den Kopf mit einem großen Beil in einem Hau, daß Johannes also todt vor ihnen niederfällt. Die zween Tödter eilen bald wieder zu ihren Pferden und reiten Postweise auf Insbruck.

Bald aber ist ein Geschrei von dieser grausamen That in der Stadt worden, darum etlichen vom Amtmann befohlen worden, eilend ihnen nachzureiten; die auch treulich solchs gethan, und haben beede Mörder, den Alphonsum und seinen Ruffian zu Insbruck antroffen, und da lassen gefänglich einziehen. Wie sich nun die Oberkeit an demselben Ort erzeigen wird, das wird man hernach hören.

Aber aus dieser That ist abzunehmen, wie die Feinde göttlicher Wahrheit gegen alle fromme Gliedmaßen Christi gesinnet seyn, nämlich wie Cain gegen Abel. Darum ist nicht Zweifel, daß allein durch gnädigen Gottesschutz diese Fürsten, Kirchen, Prädicanten und Zuhörer, die reine göttliche Lehre lieben und ehren, wider so grimmigen Haß so lange erhalten sind, und sollen alle gottfürchtige Herzen bitten, daß Gott uns forthin schützen und regieren wolle, um seiner Ehre willen, wie er gesprochen hat Esaiä 51.: meine Wort habe ich in deinen Mund gelegt, und will dich mit dem Schatten meiner Hand bewahren, daß du mir den Himmel wie einen schönen Garten pflanzest.

Geschrieben anno 1546 am XVII. Tag Aprilis, daran vor 3852 Jahr Nohe in die Arca getreten ist; durch welches Exempel Gott bewiesen, und uns will erinnert haben, daß wir glauben und wissen sollen, und darum bitten, daß Gott selbs die Kirch wunderbarlich erhalten wolle, wenn gleich die Welt in Haufen fällt.

No. 3445. 18. Apr.

Hier. Staudenio.

Manlii farrag. p. 380 b.

Honestissimo viro, D. Hieronymo Stauden, in oppido Stendaliae, amico et conterraneo charissimo.

S. D. Hunc Magistrum *Ioannem Francum* mitto ad vos, ut audiatur in Ecclesia *Werbensi:* quia spes est fore, ut ipsi ea Ecclesia commendetur. Vir honestus, et satis doctus est: et antea biennio fuit in ministerio Ecclesiastico in *Bernburg.* Postea ad Academiam rediit, confirmandae eruditionis causa: et coniugem habet, et filium. Commendo vobis hominem. De D. *Erasmo Albero* scitote, eum proficisci ad Francos. vocarunt enim eum *Rotenburgenses.* Mitto vobis exemplum meae Epistolae, missae ad *Musculum* *), qui Francofordiae satis duriter in nostrarum Ecclesiarum concionatores invectus est. habet fortassis suum theatrum, cui dulce est audire convicia quibus nos laceramur, qui tamen neminem in Marchia laesimus: fortassis erga alios etiam officiosi fuimus. Sed hoc quoque (Deo iuvante) Patri Domini nostri Iesu Christi commendo: quem oro, ut servet et regat Ecclesiae suae reliquias: ut certe faciet. Bene valete: Die Palmarum.

Philippus Melanthon.

*) Manlius nomen non dedit, sed vid. ep. ad Ion. d. 14. Apr. h. a.

No. 3446. 20. Apr.

Io. Aepino.

† E coll. Wolf. Hamb. [Ols.]. Eandem sibi descripserat Ballenstaedt e codice mst. Godofredi *Thomasii*, Medici Norinberg., qui codex nunc est Monac. 90. No. VII., ubi legitur epistola p. 419.

Reverendo viro, eruditione et virtutibus praestanti, D. Ioanni Aepino, Episcopo Ecclesiae Dei in inclyta Hamburga Phil. Melan.

S. D. Haud dubie tuo iudicio ac sponte amanter amplecteris virum doctum et integrum M. *Iohannem Garceum.* Sed tamen ut gratior esset primus congressus, literas ei dedi, quod quasi me ipsum interfuturum esse primo sermoni vestro arbitrarer, si meas literas afferret. Haec autem praesens certe dicturus essem, quae assiduis votis a Deo, aeterno patre domini nostri Iesu Christi, conditore Ecclesiae, peto, ut servet doctrinae verae lucem, et coniungat voluntates docentium, nec sinat distrahi Ecclesias recte sentientes. Scio, te et veritatis et concordiae publicae studiosum esse; ideo scribo brevius. Magnopere vero doleo, istic nescio quem *) movisse disputationem nec necessariam nec utilem de inferis. Utinam ardeant omnes vero studio proponendae et illustrandae necessariae doctrinae de poenitentia, fide, invocatione vera et caeteris virtutibus, ad quas conditi et renati sumus. Alia, de quibus ne quidem valde eruditi pronunciare possunt, quae quoque non sunt expresse patefacta, cur scrutantur homines? Optarim igitur, illum disputatorem tales materias afferre in publicum. Erit etiam tuae prudentiae silentio eam contentionem obruere. [1550] **).

No. 3447. 20. Apr.

Io. Agricolae.

† Ex apogr. in cod. Mehnert. No. 4. p. 51.

Iohanni (Agricolae) Islebio.

S. D. Scio viciosam esse πολυπραγμοσύνην alienis se negotiis ingerentem, et profecto tantum mihi occupationum est in nostra republica, ut non libenter admittam aliena. Sed cum una sit Ecclesia Dei, ubicunque sunt coetus, vera pietate discentes Evangelium et optandum sit, ut praesertim harum regionum Ecclesiae coniunctissimae sint, interdum iis, qui literas ad vos petunt, morem gero, scriboque non tanquam ad alienos, sed ut homo scholasticus serviens Ecclesiis multarum regionum, qualiscunque est haec mea exigua functio, in qua, Deo iuvante, versor. Certe nihil in hac re meae utilitatis causa facio. Te igitur

*) Fuit *Tilemannus Epping*, diaconus ad aed. S. Petri. Videatur de hac controversia: „Memoria Ioannis Aepini instaurata auct. Arnoldo *Grevio.*" Hamburg. 1736. 4. et *Planckii* Gesch. des protest. Lehrbegr. Tom. V. P. I. p. 252 sqq. Sententiam suam Aepinus iam proposuerat in Commentario in Psalm. XVI. Francof. 1544. 8. (edito a Ioh. Fredero, collega Aepini). De descensu Christi ad inferos iam antea inter se sententias contulisse Lutherum, Bugenhagium, Melanthonem et Spalatinum intelligitur ex epistola Mel. ad Spalatinum d. 20. Mart. 1531. — Garcaeum ipsum postea adversus Aepinum multum disputasse, satis constat.

**) Hic annus ab auctore apographi adscriptus est, sed male.

oro, ut, quoniam te quoque perpetuam Ecclesiarum concordiam et coniunctionem optare non dubito, nos ne ducas alienos esse a vestris Ecclesiis.

Petivit a me Magister *Iohannes Garcensis*, ut de sua migratione ad te scriberem. Scio revocatum esse ab *Hamburgensibus*, et prodest ad eius Ecclesiae tranquillitatem redire eum, et quidem tuo testimonio ornatum. Quare te etiam atque etiam oro, ut, cum propter Ecclesiam eius urbis, tum vero propter virtutem ipsius *Garcensis*, amanter dimittas eum, et commemores, recte et fideliter eum, ut certe existimo, gubernasse Ecclesiam Dei in oppido *Sponda* *). Magnum hoc decus est, nec vero aliud in terra maius est. Ideo iudicat testimonium de re tanta ad aliam Ecclesiam adferendum esse, quod si imperties, plus autoritatis in docendo habiturus est. Et scis, veterem esse hunc morem cognoscendae et iudicandae doctrinae, et dandi testimonia, qui profecto et ad puritatem doctrinae retinendam et ad concordiam utilis est. Bene vale. Die XX. Aprilis 1546. Phil. Mel.

*) Spandau.

No. 3448. 25. Apr.

Laur. Mollero.

Epist. lib. V. p. 442.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, Dn. Laurentio Mollero, pie gubernanti Ecclesiam Dei in urbe Hildesheim, amico suo,

S. D. Te vero, volo, saepe ad me scribere. Nam ut in exercitu prodest, eos, qui ducunt ordines, et amicos inter se esse, et conferre consilia: ita prodest, nos vere coniunctos esse benevolentia et sententiis, et conferre iudicia. Quod ut faciamus, etiam Filius Dei monet in postrema precatione ante agonem suum, quae his diebus recitari solet, ubi petit ab aeterno Patre servari Ecclesiam, et copulari mentes docentium et auditorum, et quidem haec verba addit, ἵνα ἓν ὦσιν ἐν ἡμῖν. Vult, nos unum esse, sed in ipso, id est, vult, nos referre amicitias ad communem utilitatem, videlicet ad veritatem et concordiam Ecclesiae tuendam. Ideo et tuam et multorum bonorum virorum amicitiam expeto. *Artopoei* eruditionem laudo, sed non novi aetatem, aut quae sit comitas in consuetudine vitae ipsius. De qua tamen interrogabo gentis Pomeranicae scholasticos. Mitto tibi pagellas, testes meae erga te benevolentiae. Bene vale. In Paschate (1546. Witebergae.)

Philippus Melanthon.

No. 3449. 28. Apr.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 322.

Christophoro Pannonio (Theologo Francoford.)

S. D. Hic tabellarius mittitur ad *Hammonium* *), qui tibi haud dubie notus est, fuit enim concionator in vicinia nostra, et nunc docet Ecclesiam in Regiomonte vobis vicino in Marchia. Revocatur autem in Patriam *Northusium*. Haec eo praefatus sum, ut scires, quid huic nuncio negotii in illis vestris regionibus, quas antea non vidit, esset, ne existimaretur aerumnosus senex temere vagari. Valde autem te oro, ut mihi scribas de controversia, quam movet *Musculus* **). Sperabam, ipsum mihi responsurum esse, et quidem πρᾳότερον, sed silentium significat animi offensionem. Optarim, et vestram et universam Ecclesiam tranquillam esse, et veris officiis Deum colere. Et, cum hoc fatale bellum de doctrina ab aliis motum esset, in quo Ecclesia de multis magnis rebus recte commonefacta est, ipse studui, controversias plerasque explicare, et fui hortator ad moderationem. Quaeso, ut huic nuncio des aliquid literarum. Bene vale. 28. Aprilis.

Philippus Melanthon.

No. 3450. (ex. Apr.)

Iudicium Theolog. Wittenb.

† Ex tabulario Vinar. Reg. H. fol. 663. No. 203. hoc iudicium sibi descripserat Seckendorfius in cod. Goth. 451. p. 344. — Nos habuimus acta illa ex tabul. Vinar., sed hoc iudicium non invenimus in iis. Dedimus igitur illud

*) De eo vid. epist. ad Meienb. d. 1. Decb. 1546.

**) Vid. d. 17. Apr. 1546.

ex apographo Seckendorfiano. — Puto autem scriptum esse post colloquium Ratisbonense, et quidem accepto mandato Caesaris, dato d. 15. Aprilis, cuius mentio fit in epistola Argentoratensium d. 7. Maii, de colloquio iterum inchoando. Verosimile enim est, Caesarem eodem modo, quo ad Argentoratenses, scripsisse ad Ducem Sax. Electorem, et hunc suos consuluisse theologos. Erravit Seckendorfius in hist. Luth. III. p. 620., dum hoc iudicium mense Decb. 1545. scriptum esse putabat.

(Von Fortsetzung des Colloquiums in Regensburg.)

Wahr ist's, daß wir schuldig sind, wie St. Petrus spricht, besonders der Obrigkeit, und denen, die nicht zum Gespött sondern zum Ernst Bericht begehren, unsers Glaubens und Lehre Grund anzuzeigen, dazu wir uns auch treulich erbiethen, und sind viel unsrer Schriften, die mit gutem Gewissen und ziemlich klar geschrieben sind, am Tag. Gleichwohl ists ein ander Ding der Obrigkeit gehorsam seyn, so Kais. Maj. ein Colloquium vornehmen will, und selbst um ein Colloquium ansuchen. Und ist unser unterthänig Bedenken: so Kais. Majestät von Ziehung des Colloquii nichts meldet, daß wir es auch nicht suchen. Wir fürchten die Arbeit nicht, und sind vielleicht viel Personen unter uns zu finden, die Lust haben also zu disputiren. Aber man siehet, daß der Gegentheil nicht geneigt ist, in den klärsten Artikeln in etwas zu reichen. So es denn eine vergebliche Arbeit ist, was will man darum ansuchen?

Zum Andern, Christus spricht: ihr sollt das Heilige nicht vor die Hunde werfen. Nun thun die Sophisten nichts anders, denn daß sie falsche Glossen suchen, und machen dem Kaiser und Andern damit einen großen Nebel vor die Augen und stärken sie im Irrthum. Darum ist besser, sie nicht dazu zu treiben. Denn obwohl im Artikel Iustificationis der Gegentheil weniger Schein hat, so kommen doch hernach andre Artikel de Missa, vom Sacrament des Leibes und Blutes Christi, de Conciliis, de Votis, von Heiligen Anrufung, da werden so viel ungereimter Sprüche aus den patribus angezogen, daß die langwierigen, alten und unflätigen Irrthum die Wahrheit überschreien.

Zum Dritten, so ist uns, den Colloquenten unsers Theils, selbst unsre Fährlichkeit auch zu bedenken. Denn in solcher großer Disputation ist nicht möglich, daß alles also geredet werde, daß die Unsern alle in allen Reden zufrieden seyen. Es ist leider wahr, wir sehen, daß großer Unfleiß ist an vielen Orten in diesen Kirchen, und können nicht sehen, wie die Kirchen bei den Nachkommen sollen regiert werden, denken auch oft, wir wollten gerne, daß ein gewisser Stand und Kirchenregiment in gemeiner Einigkeit gefaßt würde. Was sollen wir aber thun? Der Gegentheil will nicht nachgeben; so sind die Unsern unfleißig. Darum müssen wirs Gott ganz befehlen, und wollen jetzund so viel uns Gott verleihet, unsre Arbeit treulich thun. Was aber die Herren und Oberkeit ihrer Last halben, oder Bestellung halben der Kirchen und Studien, bei sich selbst betrachten, das werden sie wissen. Sind sie müde, diese Last zu tragen, oder wollen einen gewissen Stand einträchtiglich mit dem Kaiser und Bischoffen wiederum machen, das mögen sie selbst bedenken.

Daß wir auch der Kais. Maj. Maß setzen wollen, wie ihre Colloquenten seyn sollen, das ist auch vergeblich Ding. Was will man doch in Reichsräthen solche Unmöglichkeiten suchen? So aber Kais. Maj. ein Colloquium haben wollte, sind wir zum Gehorsam schuldig, und wäre alsdann löblich, daß man wahrhaftigen, gründlichen, beständigen, klaren Bericht thät.

Johannes Bugenhagen, Pomer D.
Caspar Creutziger, D.
Georgius Maior, D.
Philippus Melanthon.

No. 3451. (eod. temp.)

Iudicium eorundem.

† Ex tabul. Vinar. Reg. H. fol. 663. No. 203. transscriptum in cod. Goth. 451. p. 344. a Seckendorfio. Quum nos illud iudicium in actis Vinariensibus l. l. non invenerimus, dedimus illud ex apographo Seckendorfiano. Scriptum est, ut res ipsa docet, post reditum Georgii Maioris ex conventu Ratisbonensi, eadem occasione data, quo antecedens scriptum fuit Consilium.

(Von Fortsetzung des Colloquiums zu Regensburg.)

Wiewohl die Präsidenten ohne Zweifel gern gesehen, daß sie des Colloquii ledig werden, so ist doch wohl zu vermuthen, sie werden den Unglimpf von sich auf unsre Colloquenten schieben, und dahin arbeiten, daß Kais. Maj. dieser Chur- und Fürsten und Stände Bothschaften derhalben anreden wird. Darauf ist die einfältige Wahrheit die beste Antwort, und bedenken wir, daß allein dieselbige einfältige Entschuldigung, warum sie abgereiset, Kais. Maj. unterthäniglich anzuzeigen, und daß man nicht weiter ansuchen soll um Vollziehung des Colloquii, auch nicht neue Formen vorschlagen. Denn es ist doch vor Augen, daß durch diesen Weg mehr Disputationes erregt denn verglichen werden. So siehet man, welche Personen auf dem päpstlichen Theil dazu verordnet werden. Und ist dieser einiger Articul genug-

sam zu Entschuldigung des Abreisens, nämlich, daß die Präsidenten haben vorgeschlagen, man solle einen Eid thun, niemand, auch nicht den Herren und Obrigkeit, die Acta zu weisen, oder davon zu berichten. Mit diesem gefährlichen und unbilligen Eid hätten sie sich nicht wollen beladen, würde auch niemand zu finden seyn, der sich also würde verbinden lassen. Dieweil denn die Präsidenten nicht davon abgestanden, und sie vergeblich da gelegen wären, wären zu ihren Kirchen heimgezogen, und hätten sich erbothen, auf Linderung der Condition und Erforderung wieder zu erscheinen. Dabei möchte dennoch weiter angehängt werden, als zu einer Declaration der gehabten Beschwerung, daß wir auch nicht achten könnten, wozu solch Colloquium dienen wollt, da man zuvor verglichene Articul, als den Artic. Iustificationis, der der ganzen Christenheit hoch nöthig und rein zu erhalten, wiederum auftrennet, und dagegen öffentliche Irrthum zu bestätigen vorgebe, wie *Malvenda* gethan, nämlich, daß ein jeder Mensch in Zweifel bleiben soll, ob er Vergebung der Sünden habe; item, daß wir Gottes Gesetze genug zu thun vermögen. Diese Articul sind dem vorigen Regensburgischen Colloquio entgegen, sind auch öffentliche, schädliche und schreckliche Irrthum.

Zum Andern, so könnten wir nicht achten, was in solchem Colloquio nützliches ausgerichtet werden möchte, da die Präsidenten nicht schiedliche Personen sind, und nichts dazu reden, item, die der rechten Lehre selbst entgegen sind. Diese Beschwerungen hätten den Unsern auch billig Ursach geben, daß sie desto weniger bei dem Colloquio zu bleiben Lust gehabt, dieweil keine Hoffnung gewesen, mit diesen zankbegierigen Personen etwas fruchtbares zu handeln.

Diese einfältige schlechte Anzeigung achten wir für genugsame Antwort. Wollte aber Kais. Maj. von Vollziehung des Colloquii reden, das würde man alsdann hören. Wir aber sollen's nicht suchen oder erregen. Doch ist nicht vermuthlich, daß der Kaiser weiter darauf dringen werde.

Johannes Bugenhagen Pommer D.
Caspar Creuziger D.
Georgius Maior D.
Philippus Melanchthon.

No. 3452. **30. Apr.**

(*Auditoribus.*)

Scripta publ. I. p. 161.

Philippus Melanthon (*Auditoribus.*)

In tantis humanae vitae miseriis nihil est magis expetendum vera agnitione Dei, et huius ipsius doctrinae intellectus, in qua Deus se patefecit. Idque studium ita ornat Deus, ut affirmet hos coetus suum domicilium fore, in quibus leguntur, audiuntur, discuntur libelli, continentes Evangelium. Ideo non differamus hanc doctrinae coelestis explicationem in scholis institutam. Deinceps igitur, sicut usitatum est, hora octava in aestate praelegam *Pauli Epistolam ad Romanos* biduo singulis septimanis. Ultima Aprilis, Anno 1546.

No. 3453. **(fere hoc m.)**

Iudicium Theologor. Witteb.

Editum a Pezelio in Melanthons christlichen Bedenken p. 282. — Praemisit Pezelius haec: „Abschrift der vidimirten Copey des Rathschlages, so die Theologi der Universität zu „Wittenberg gehalten, und Herzog Johann Friedrichen da„mals Churfürsten zu Sachsen, auf seinen Befelch und Er„fordern gegeben haben wegen des Kriegs wider den Keyser „Carolum V. Anno 1546. vorgenommen, Aus dem Origi„nal geschrieben, welchs in der Flucht nach der Niederlage, „als die Canzlei in der Lochischen Halden zerstreuet worden, „verloren, und nachmals gefunden, und durch den Pfarrherrn „zu Liebenwerde, Herrn Martinum Gilbertum, D. Geor„gio Maiori ist wiederum zugestellet worden. Das Original „aber ist von der Universität dem Churfürsten zu Sachsen, „Herzog Augusto überantwortet worden. Den Rathschlag „hat Hr. Philippus Melanthon gestellet, D. Caspar Creu„tziger mit seiner Hand ad mundum ausgeschrieben, und ha„ben ihme sie alle zugleich mit ihren eigenen Händen, als „nemlich Johann Bugenhagen Pommer, D. Caspar Creutzi„ger, D. Georgius Maior, und Hr. Philippus Melanthon, „unterschrieben."

(*Iudicium Theologorum Wittenbergensium de bello adversus Caesarem.*)

Was aus Gott ist wird nicht vertilget; dieweil denn diese Lehr, so Gott in unsern Kirchen gnädiglich geoffenbaret, in ihrem rechten Verstand gewißlich aus Gott ist, so wird sie Gott nicht lassen ausrotten, und werden etliche Land und Städte bleiben, darinnen sie leuchten wird. Gleichwohl können daneben auch Strafen über uns kommen, wie Petrus spricht: Gott fährt die Strafe an an seinem eignen Hause; denn wir haben leider auch Sünde. Darum ist Zeit, zu Gott mit Herzen zu seufzen, und um Gnade, Rath und Hülf um unsers Heilandes Christi willen zu bitten, daß er um seiner Ehr willen uns gnädiglich schützen wölle, daß die Feinde nicht sagen: wo ist nun ihr Gott?

Uns für unsre Person wäre viel leichter zu leiden und zu sterben denn zu rathen auf ungewissen Argwohn; denn wenn es gewiß ist, daß der Kaiser diese Stände von wegen der Religion überziehen wölle, alsdenn ist kein Zweifel, diese Stände thun recht, so sie sich und die ihren ernstlich mit Gottes Hülf schützen, wie St. Paulus spricht: die Obrigkeit führet das Schwerdt nit vergeblich, sondern sie ist Gottes Dienerin, und soll strafen diejenigen, so Arges thun, als Mörder; und ist eine solche Gegenwehr nicht anders, denn als so man einem Haufen Mörder wehren müßte, er werde geführet vom Kaiser oder andern. Denn es ist eine öffentliche Tiranney und notoria violentia. Wie sich auch Hispanier, Italiener und Burgunder in diesen Landen halten würden, hat man ein Exempel an Deuren in Jülich gesehen *), und soll billig ein jeder Hausvater sein Leib und Leben zusetzen, solche große Tiranney zu wehren.

Und von dem Vorkommen, oder von der Prävention zu reden, ist auch wahr, daß die Prävention auf diesen Fall der Gewißheit recht ist, nämlich so man gewißlich des Kaisers Gemüth weiß, daß er willens ist, diese Stände zu überziehen. Zum Andern, so es aber ungewiß, so bitten wir in Unterthänigkeit, unsre gnädigste und gnädige Herren wöllen nicht zu sehr eilen; denn das Werk ist groß, und wird dieser Krieg eine ewige Veränderung teutscher Nation bringen. Darum ist es nicht leichtlich anzufahen. So muß man in dieser Sachen auch Gott vertrauen, er werde Wächter und Schutzherr seyn, wie der Psalm spricht: seyd stille, und sehet, daß ich Gott bin. Man soll aus ungewisser Forcht des Zukünftigen nicht in Gegenwärtigkeit von der Regel weichen, und gefährliche Ding fürnehmen. So wissen wir auch nicht, so man auf einen ungewissen Wahn anziehen würde, wie es einen Namen haben sollte, und wo man angreifen wollte, so ist noch großer Mangel an Getreide.

Zum Dritten, wahr ists, der Herren Fährlichkeit ist die größte, und ist wohl zu gedenken, will der Kaiser sie überziehen, so wird er nach der Chur und Fürsten Personen selbst trachten, daß sie und die jungen Herrn in Gefängniß gebracht werden, wie die großen Könige zuvor mehr mit den Fürsten umgangen sind. Darüber ist diese Fährlichkeit auch groß, der Adel in Stiften und in vielen Landen sonst, ist dieser Lehr zum höchsten feind, fürchten, sie verlieren die großen Prälaturen. So nun der Kaiser eine Macht zu Felde haben würde, ehe diese Herrn gerüstet wären, würden viel vom Adel sich zum Kaiserlichen Heer wenden. Diese und andre große Gefährlichkeit betrachten wir auch, und sehen, daß diese Chur und Fürsten gleich also wie Israel am rothen Meer stehen, und haben wenig menschliches Trosts. Soll das Ende gnädig seyn, so wird es Gottes Werk seyn.

Wiewohl aber dieses ein scheinbarliche Ursach wäre, einen Zug zu thun, so diese Herrn sagten, sie wollten einen gewissen Fried haben, und nicht allzeit so sitzen und des Backenstreichs erwarten, so ists dennoch zu bedenken, ob es Ursach genug sey, andre zu überfallen, und ob es fruchtbarlich seyn werde.

Zum Vierten, es wöllen auch die Herrn bei sich selbst schließen, ob sie kriegen, und warum sie kriegen wöllen, und welche Sachen so hochwichtig sind, daß derhalben Krieg und Zerstörung des Reichs nicht zu scheuen sind. Denn wer dieses nicht bei sich beschlossen hat, wird des Kriegs bald müde werden.

Unser Heiland Jesus Christus, der Sohn Gottes, wölle der Chur und Fürsten Herz zu seligem Rath neigen. Amen.

Uns siehet diese Kaiserliche Rüstung an, daß sie auf des Concilii Tridentini Determination warten solle, und achten nicht, daß der Kaiser etwas zuvor mit der That fürnehmen werde.

Iohannes Bugenhagen, Pomer. D.
Caspar Creutziger D.
Georgius Maior D.
Philippus Melanthon.

— — 1. Maii.

Leges Academiae.

Leges Academiae Wittenb. et ordinum Theologorum et Philosophorum a Melanthone conscriptas et hoc die publice praelectas, quaere in libris Melanthonis. Caeterum vide de iis ep. ad Eberum d. 23. Decb. 1545., et ep. ad Baumgartnerum de 20. Iun. 1546.

No. 3454. 1. Maii.

Testimonium.

Editum a *Strobelio* in Melanchthonianis p. 114. An a Mel. scriptum sit, non dixit Strobelius. Legitur idem testim. in coll. Epist. Eberi, cod. Goth. N. 127. in fol. p. 170., ubi inscribitur sic: Rector Academiae Vitebergensis *Augustinus Schurf*, artis medicae doctor, omnibus lecturis

---

*) Sleidanus in Comment. p. 426.: „Caesariani, ductore principe Auraico Iuliacensem agrum invadunt, et incendiis „longe lateque vastant, et Duram, iis locis praecipuum oppidum deditione capiunt." (Mense Octob. 1542.)

has literas S. D. *Ioannes Prunsterer*, quem commendat, iuvenis eximiae spei, praematura morte, annum 28. agens, Noribergae obiit. Vid. Nürnberg. Gelehrten-Lexic. P. III. p. 250. et Strobel. l. l.

(*Testimonium.*)

Petivit a nobis testimonium de suis moribus et studiis honestus et eruditus vir *Iohannes Prunsterus*, Norimbergensis. Id ei summa voluntate impertivimus. Nam cum in Academia nostra commoratus esset annos sex, comperimus et indolem eius ad virtutem egregiam et naturam omnium artium capacem esse. Ac vidimus eum mores honeste regere et quandam in omnibus actionibus philosophicam moderationem adhibere. Postquam autem latinam linguam et eas artes didicit, quae loquendi et disserendi rationem monstrant; dedit se Philosophiae studiis. Et cum [1]) non umbram tantum doctrinae auferre cuperet, sed veram et solidam eruditionem vitae utilem appeteret, ordine didicit Mathemata a veris initiis progressus ad abstrusiora. Cumque ad haec Physicen adiungeret, videretque inutilem esse considerationem [2]) materiae, nisi etiam illa superior causa aspiceretur, quae materiam movet [3]) et ciet, videlicet motus coeli et siderum, diligenter elaboravit, in ea parte omnium dulcissima, quae motus et effectus siderum inquirit, quae quidem cum propter alias multas utilitates cognitione digna est, tum vero eo studiosius consideranda est, quod hominum mentes de Deo opifice commonefacit, ac perspicue [4]) testatur, hanc naturam rerum non casu exstitisse, sed ab aeterna quadam mente architectatrice ordinem intelligente et tuente conditam et distributam esse. Quae sententia de Deo maximarum virtutum est initium. Cum igitur in naturae consideratione versaretur, audire medicorum doctrinam etiam coepit; et ut propius aspiceret rerum naturam, et in ea quaereret aliqua regendae et tuendae valetudinis praesidia: quia vero vidit Philosophiae et artis medicae fontes graecis literis contineri, horum etiam [5]) cognitione praeclare se instruxit. Cumque et domestica institutione ab honestissimis parentibus ad agnitionem [6]) Dei et ad omnium virtutum officia adsuefactus esset, et deinde doctrina commonefactus de Deo, qui tam multa vestigia impressit cum reliquae naturae, tum vero ipsis hominum mentibus, ut agnoscatur [7]), et ut norma vitae, quam insitam mentibus rectricem vitae esse voluit, teneatur; quaesivit et firmam doctrinam de Deo in Ecclesia D. N. I. C. crucifixi pro nobis et resuscitati traditam illustribus testimoniis, de qua catholicum consensum vere invocantium Deum fiducia filii eius D. N. I. C. amplectitur, et hanc suam sententiam vera invocatione et honestis officiis omnium virtutum declarat. Haec de Iohanne Prunstero Norimbergensi testamur et Deum aeternum patrem D. N. I. C. oramus, ut eius vitam tueatur et studia gubernet, ut ipsi et reip. salutaria sint. Patriae etiam ipsius Noribergae, quae domicilium est vetus virtutis et doctrinae philosophicae gratulamur hunc civem, eumque hortamur, ut aliquid operae conferat ad propagandas ad posteritatem has artes, quas feliciter didicit. Nec vero amabilius quicquam est virtute. Ideoque haud dubie eum boni viri libenter et suo iudicio complectentur, ubi ingenium eius, mores et studia considerabunt. Quid enim dulcius est consuetudine hominis natura moderati et eruditione ac philosophia motus omnes tanquam aureo freno regentis? Sed tamen quia testimonium nostrum flagitavit, libenter id ei et bona fide dedimus, et optamus, ut propter nostrum etiam de ipso iudicium aliqui viri docti eum studiosius complectantur. Dat. Witebergae, Calendis Maii 1546.

1) Cod. Eberi: *ex qua cum.*
2) † mixtae, coll. Eb.
3) *movit* cod. Goth. recte pro *fovet*, ut edidit Strob.
4) Sic cod. Goth. pro *praecipue*, ut edid. Strob.
5) Pro *horum etiam*, ut habet cod. Goth., Strobel. *earum.*
6) Strob. *cognitionem.*
7) Strob. *agnoscantur.*

No. 3455. 1. Maii.

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 23. Cod. Goth. 188. ep. 84.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, a Musis et ab Imp. Carolo 5. Augusto, Laurea Coronato, amico suo cariss. S. D.

Gratulatur Aeneas apud Virgilium Heleno
— — — *Effigiem Xanthi simulataque magnis Pergama.*

Multo magis nobis imaginem imperii in nostris politiis, quae sunt pars Ecclesiae Dei, gratule-

8) Strob. *fideliter.*

mur, et ardentibus votis petamus a Deo, ut nos regat, et defendat hos parietes, in quibus sonat decretum arcanum et immotum, quod Filius ipsius, crucifixus pro nobis et resuscitatus, ex sinu aeterni patris protulit. Hodie, quod faustum et felix sit, renuntiatus es collegii nostri Decanus *), cum quidem suffragia non in testa scriberentur, ut fiebat Athenis, sed palam ferrentur, et nostri suffragii causa recitaretur, te non tantum huius Academiolae, sed etiam huius totius aetatis ornamentum esse. Scio, haec nostra iudicia et nostrae Politiae ἀξιώματα non magni fieri a centauris. Sed tamen nos Spartam nostram et amemus, et ornemus, quia scimus, eam servire Ecclesiae Dei aeternae, magis aliquanto, quam centaurorum arma, quos tamen non contemno. Sed locum in Politicis gradibus nostrum non **) esse decet, et referre omnia consilia ad Deum celebrandum, qui suam cuique stationem attribuit. Cum meo fratre nunquam rixatus sum. Nunc ille mihi succenset, quod non veni in patriam vocatus in Academiam meae patriae ***). Sed minus mei consilii me poenitebit, si, ut spero, tu nobiscum hic eris. Bene vale. Calend. Maii.

Philippus Melanthon.

No. 3456. 2. Maii.

N. N.

† Ex apographo in cod. Monac. 66. p. 17. — Legitur in serie epistolarum Melanthonis in cod., et inscripta est: *Alia.* Est autem scripta *ad Nobilem quendam in Pannonia.*

N. N.

S. D. Illustrissime et Magnifice domine, Existimo magnificentiam tuam ut me et alios multos in hac tristi confusione orbis terrarum, in tantis ruinis regnorum et dissipatione gentium, in magno dolore esse; sicut scriptum est in propheta Osea: dolores parturientium venturos esse Ecclesiae. Etsi autem ipse experior hos dolores et valde atroces et sevos esse, tamen Deus non vult nos frangi animis, sed scire Ecclesiam, quae est haereditas filii Dei, aeternam fore, etiam ruentibus imperiis, ut arca Noae servabatur etiamsi omnia aedificia erant mersa in aquas. Quare vera agnitio et invocatio retinenda est, et sperandum est, deum aliqua Ecclesiae domicilia servaturum, quod facturum non dubito. Hac te cogitatione erigas et speres, in Pannonia vestra, quae in medio Europae sita a multis gentibus appetita est, aliquas politias mansuras esse, ut antea quoque accidit. Non potest negari magnas fuisse prophanationes et turpes quaestus in templis multis seculis, et accedunt alia peccata omnium ordinum ubique terrarum. Agnoscamus igitur poenarum causas, sed simul confugiamus ad Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, qui mitigabit calamitates publicas et privatas vere invocantibus eum, qui doctrinam de filio dei domino nostro Iesu Christo recte proponi curant. Sic enim inquit filius Dei: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum etc. Erit igitur domicilium dei ubi recte sonat vox Evangelii.

Comperi autem hunc virum D. *Albertum* egregia modestia in omni genere officii praeditum esse, et in doctrina catholica Ecclesiae dei recte institutum. Ideo eum magnificentiae tuae commendo, cui sicubi locus docendi dabitur, spero eius vocem pie monstraturam veram invocationem dei et omnium virtutum necessariarum officia. Ideo oro ut eum M. vestra tanquam pium et modestum virum amanter complectetur. Bene et foeliciter valeat M. vestra. Die 2. Maii 1546.

No. 3457. 6. Maii.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 278.

Venerando viro, Georgio, praeposito Ecclesiae Dei in urbe Arctoa ad Spraeam, amico suo,

S. D. Venerande domine Georgi: Adolescens, qui literas vestras et pisces attulit, promiserat mihi se ad me rediturum esse postridie, ut petiveram: ac dixeram me responsurum esse: sed non rediit. Nunc igitur sero respondeo. Sed tamen semper apud me benevolentiae vestrae memoria durat, et manet ac mansura est amicitia. Pro piscibus ago

---

*) Stigelium inde a primo d. Maii Decanum collegii philosophici in Academia Vitebergensi fuisse, intelligitur ex scriptis publicis T. I. p. 170 sqq.

**) Danz. *nos* pro *non*, ex errore typographi.

***) Videantur epistolae ad Amsdorfium et Collinum exeunte Martio anni 1546.

vobis gratias, et mitto enarrationem in Ioannem, editam a domino *Crucigero*, in qua fortassis alicubi se aliquis vobis locus offeret non insuavis. Mitto et filio versus de *Luthero;* mitto ei et aliud dulcissimum *Stigelii* carmen: eumque malo exempla talia imitari, ubi Musa libera sententias argumento convenientes splendide explicare potest. Bene valete: Die 6. Maii, Anno 46.

No. 3458. **7. Maii.**

Argentoratenses ad Philippum Landgrav.

† Ex apographo a Philippo Landgravio Hassiae ad Ducem Sax. Elect. misso, quod habetur in cod. Goth. 451. p. 312. — Dedimus hanc epistolam, quia ex illa unice intelligi potest occasio et consilium scriptorum aliquorum Theologorum Vitebergensium, quae exeunte Aprili dedimus. Hanc Argentoratensium epistolam cum scripto Buceri Landgravius transmisit ad Ducem Sax. Electorem, qui illud theologis Vitebergensibus tradidit, ut suam de ea re sententiam dicerent, quam dedimus infra med. Maii. Quale denique Principes Evangelici Caesari dederint responsum hac in re, pluribus narravit Seckendorf. in hist. Luth. III. p. 661 sq.

An den Landgrafen Philipp von Hessen.

Durchlauchtiger, Hochgeborner Fürst, gnädiger Herr. Ew. F. G. seien unsre unterthänige willige Dienste allezeit zuvor. Uns ist vergangener Tagen der Kais. Maj. unsers allergnädigsten Herrn, Schreiben, den 15ten April zu Regensburg ausgangen, überantwortet worden, darin Ihre Maj. sich beschwert, daß sie noch niemals oder wenig daselbst zu Regensburg befunden, und erfordert, daß wir die Unsern alsbald und förderlich dahin schicken wollen rc., wie uns nicht zweifelt, [daß] E. F. G. gleichförmig Schreiben zukommen und behändigt worden sey, und wir die unsern alsbald verschickt haben.

Nachdem aber solchem Schreiben zu Ende angehängt, als sollten die Auditoren und Colloquenten unsrer Augsburgischen Confession Verwandten, so zu dem jüngsten Colloquio gen Regensburg von Vergleichung der streitigen Artikel in der Religion zu handeln verordnet gewest, kürzlich vor Ihrer Majestät Ankunft, und gleichwohl ohne Ihrer Majest. Wissen und Willen, auch, wie Ihre Maj. Berichtet seyen, ohne Ihrer Maj. verordneten Präsidenten bescheids ihres Abschieds halben, unerwartet, ohne einige Ehehafte oder befugte billige Ursach, ganz geschwind unversehener Dinge, immaßen ohne Zweifel männiglich deß gut Wissen trage, von Regensburg verruckt und abgewichen seyn *), dadurch sich die ganze Handlung des Colloquii der Unsern halben dießmal zerschlagen hätte, und die Nothdurft erfordere, ferner nachzudenken, was von wegen der streitigen Religion weiter vorzunehmen sey, mit Erfordern desselben Punkten halben, zu rathschlagen, zu handeln und zu schließen helfen, auch bedacht und gefaßt zu Regensburg zu erscheinen etc., und als, unsers Bedünkens, durch den Gegentheil die Schuld unverdienter Sachen auf unsern Theil zu drehen und zu legen, unterstanden unbillige Ding zu beschreien: so will unsers Achtens vonnöthen und nicht zu unterlassen seyn, Ihre Majestät und die Stände der Sachen zu berichten, und unsre Stände, derselben Auditoren und Collocutoren wahrhaftiglich zu entschuldigen, haben derhalben beigeschlossene Schrift **) als für eine Zubereitung eines ungefährlichen Bedenkens, doch auf unsers gnäd. Herrn, des Churfürsten, Ew. F. G. und Anderer ferner Erwägen und Verbessern, begreifen und anstellen lassen, die Ew. F. G. wir hiermit überschicken, dienstlich bittende, Sie geruhen dieselbige zu verlesen und zu bedenken, und mit Zuthun unsers gnädigsten Herrn des Churfürsten zu verschaffen, daß auf diese oder eine andre bessere Weise bei der Kais. Maj. und den gemeinen Ständen des Reichs unser und der Unsern nothdürftige Entschuldigung beschehe.

Und dieweil des Kais. Schreiben inne hält, gefaßt zu seyn, zu rathschlagen, was von wegen der streitigen Religion ferner vorzunehmen sey, haben wir unsers geringen Verstandes kein bessern Weg, denn daß das Colloquium auf die Maß, in dieser unsrer Schrift begriffen, vorgenommen und vollzogen würde, zu ermessen gewußt. Und wiewohl wir ganz ohne Zweifel seyn, nachdem die Papisten und Widerigen auf jüngstem Reichstage zu Wormbs auch in das vergangene Colloquium nicht willigen wollen, daß sie in diese Maß des künftigen Colloquii noch vielweniger Willen geben werden: so achten wir doch, daß es nicht allein ein billiger und dem christlichen Handel ein fürständiger, sondern auch unserm Theil ein füglicher Vorschlag sey, daß, so der von dem Gegentheil abgeschlagen, desselben Unglimpf, und Nichtfüg desto mehr befunden würde. — — Dat. Freitags den 7ten May, anno XLVI.

Die Verordenten des Kriegs der Stadt Straßburg, genannt die Dreizehner.

---

*) Tradita protestatione d. 20. Martii, theologi evangelici domum profecti erant.

**) Adiacet epistolae apographon huius scripti, cuius auctor haud dubie fuit Bucerus. Est spissum volumen, forma scripti ad Caesarem mittendi, in qua primum causae, cur colloquium Ratisbon. ab Evangelicis interruptum sit, exponuntur, deinde forma et ratio proponitur, qua colloquium iterum incipiendum et ad finem perducendum sit.

No. 3459. 8. Maii.

Gu. Knutelio.

Epist. lib. VI. p. 299. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 304.

Clariss. viro, D. Guielmo Knuttel, Consiliario ac Secretario Principis Guielmi Comitis Nassaensis, suo patrono.

S. D. Existimabam uni tantum scholae, in qua plures adolescentuli coniungendi essent, praeceptorem quaeri. Inde error meus ortus est, quem ut mihi comes pro sua humanitate condonet, rogo. Egi cum *Ioanne Salveldensi* *), modesto et docto homine, ut se ad Comitem *Isenburgensem* conferat. Pollicetur igitur, se istuc profecturum esse intra sex hebdomadas. Prius enim petenda ei fuit patria, quod hactenus a Senatu *Salveldensi* stipendium habuerit. De mercede nihil pactus sum. Iussi eum reiicere totam rem ad voluntatem humanissimi Comitis. Hoc consilium dare soleo omnibus, qui accedunt ad Dominos, quorum mihi nota est humanitas et virtus. Commendo igitur tibi quoque hunc *Ioannem*. Spero et mores, quos in tali coetu convenit esse sanctissimos, fore commodos et probabiles, et in docendo fidem et rationem, quam esse decet. Pronunciat apte et clare, qua in re et natura adiuvatur, habet enim vocem non vituperandam. Et amat Musicen. Ad haec non est alienus a Mathematicis studiis. Quod eo adscripsi, ut cum iis te delectari sciam, hoc nomine hunc iuvenem magis complectare. Bene vale. De Repub. vobis omnia notiora sunt, quam mihi. Ideo nihil adscripsi novarum rerum. 8. Maii.

Philippus Melanthon.

No. 3460. 10. Maii.

B. Mithobio.

Epist. lib. II. p. 345. (ed. Lond. II. ep. 350.).

D. Burcardo Mithobio

S. D. Paucos dies hic commoratus est *Fridericus* tuus, cuius tanta est in sermone suavitas et prudentia, ut diutius eius consuetudine frui optarim. Reliquit autem apud me carmen, specimen ingenii sui egregium et dignum laude, quod editurus sum. Petivit autem a me, ut sibi concedas, ut aliquantisper in hanc nostram Academiam commigret, ubi se existimat artium, et autorum varietatem maiorem posse cognoscere, quam alibi. Si ad nos venerit, mea ei officia non defutura sunt. Et talis ipsius est aetas, ut regere mores, ubicumque erit, possit, nec est inutile discentibus multorum sententias in diversis locis audire, et secum conferre, quod ipsum significavit *Homerus* inquiens,

Πολλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

De conventu *Ratisbonensi* nihil significatur, nisi *Carolum* Imper. aegre ferre Principum absentiam, quod certe consentaneum est. Nos Deum oremus, ut ipse servet Politias et Ecclesias, et det hanc mentem omnibus, ut tribuant Caesari quae sunt Caesaris, et Deo quae Dei sunt. Bene vale. 10. Maii.

No. 3461. 10. Maii.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 120.

Antonio Lauterbach, Pastori Eccles. Pirnens.

S. D. Utinam saepius et copiose tecum per literas colloqui possem, *Antoni* cariss., sed tantus est occupationum variarum concursus in nostra Academia, ut profecto saepe liberari cupiam. Orabis autem Deum, aeternum patrem domini N. I. C., ut nos regat et iuvet, et dabis veniam brevitati literarum. De republica nihil scio dignum literis. *Carolus* Imperator aegre fert absentiam principum, de quorum consiliis nihil opus est me disputare. Ego donec vivam, iuvante Deo, faciam fideliter operas scholasticas, meque consolabor hac voce: *non sit inanis labor vester in domino.* Regum et Principum consilia fugiam. Sed orabo, ut Deus eos gubernet. Pro pisis, quae misisti, ago gratias, et vicissim mitto *enarrationem* editam *in Iohannem* *), in qua spero multa tibi legenti iucunda fore. Bene vale. Die X. Maii. Rescribe.

P. M.

---

*) Ioannes Reinhold, frater Erasmi Reinh. Saalfeld., de quo vid. epist. ad Camer. d. 13. Decb. 1545. Videtur haec epist. referenda ad ann. 1546., cui etiam scriptura Melanthonis convenit.

*) Crucigeri nomine editam.

No. 3462. 11. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 552 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 701.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. Bamb. amico suo cariss.

S. D. Mediocri studio vicinarum gentium homines complexus sum, Sarmaticae et Paeoniae, tum quia bene meritos de Europa esse iudico, cum aliquot seculis represserint immanissimos Scythas et Turcos, tum quia hominis est de communi foedere humani generis aliquando cogitantis, amanter excipere hospites: Tibi vero et intellectum horum officiorum maiorem quam mihi tribuo, et te natura ad iustitiam et bonitatem magis factum esse scio. Ideo non dubito te quoque *φιλοξενον* esse. Cum igitur hi duo fratres nati in familia illustri gentis Polonicae istuc se conferant, ut te audiant, magnopere te oro, ut eos amanter et complectaris et tueare. Apud nos magna cum laude modestiae vixerunt, et in studiis literarum ita versati sunt, ut non solum linguam latinam exercuerint, sed etiam attigerint initia philosophiae, et doctrinam Ecclesiae mediocriter intelligant. Nunc ad vos proficiscuntur, ut et tua doctrina excolantur, et vestrae urbis elegantiam degustent. Bene et feliciter vale. V. Idus Maii. Ego etiam studiosius eos complectere, quia matrem habent viduam excellentem cum aliis virtutibus, tum maxime pietate ac studio verae invocationis Dei.

Philippus Melanth.

No. 3463. 14. Maii.

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in appendice lib. VI. p. 9 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 528.

D. Vito Theodoro, Evangelium pie et fideliter docenti in urbe Noriberg.

S. D. Non mortui laudabunt te Domine, inquit Propheta in Psalmo. Spero igitur, Deum servaturum esse aliquos doctrinae coelestis custodes et propagatores. Et ut te servet incolumem Ecclesiae tuae publicae et domesticae, ipsum oro. Te quoque magnopere adhortor, ut moestitiae repugnes, et consolationes eas colligas, quas Filius Dei nobis e sinu aeterni Patris protulit. Non sum rudis communium aerumnarum; ideo saepe genera doctrinarum conferens, quaero praesidia animi firma, ac re experior illa *θελκτηρια*, quae in Philosophia traduntur, languidiora esse, quam ut vere erigere mentes dolore oppressas possint.

Circumfero assiduos cruciatus iam quatuor mensibus ex calculo ortos, et venientis anni significationes mihi atrociter minitantur. Sed Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut propter Filium servet Ecclesiam, et studia *) doctrinae gubernet, et mihi adsit tum viventi, tum morienti: Et hanc consolationem assidue mihi propono: *oves meae vocem meam audiunt; nemo potest eas rapere de manu mea.* Bene vale: die 14. Maii. Philippus Melanthon.

No. 3464. 14. Maii.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 119 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 93., cui Baumgartnerus adscripsit haec: „15. *Maii* 1546. *per Andream.*"

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori urbis Noribergae, amico suo και αδελφῳ γνησιῳ.

S. D. Etsi desidero quaedam in gubernatione studiorum et disciplinae, quae facile melius constitui possent, si Principes amarent Philosophiam et virtutem; tamen Deo gratias ago, quod mediocria nunc quidem[1]) sunt harum Scholarum vicinarum studia, et ut ea gubernet oro, et faciat, ut quemadmodum in Aeschyli versu [Supplic. v. 530.] dicitur, *πειθω εποιτο και τυχη πρακτηριος*. Tibi autem, qui nunc liberatus peregrinationibus et curis legationum, domi manes, gratulor hanc tranquillitatem, nec tamen dubito, satis magnam negotiorum urbanorum molem te sustinere, in qua et spero te feliciter serviturum esse Reipublicae *και ειναι σε σκευος ελεους*, et ut sis, Deum oro.

Genesin Filii tui consideravi, et video *ηθικα* satis bona esse. Magna autem felicitas est *ηθη*

---

*) Saub. ex errore: *studium.*

1) Spanh. mendose *quaedam.*

bona esse, etiamsi corpori aut fortunae minitentur sidera. Et Deus non est Stoicus, sed mitigat causas secundas, ut sumus experti tu et ego. Vestrum Historicum *Funkium* doleo quaedam narrasse minus circumspecte, qui si cogitaret Timaeum ab Agathocle in crucem actum, stylum retraxisset. Bene vale. die XIV. Maii²).

Philippus Melanthon.

No. 3465. (med. Maio.)

Iudicium Theologorum Witeb.

† Ex manuscripto *Georgii Maioris*, quod habitur in biblioth. regia Dresdense, inscripto: des Regensburgischen Colloquii Schriften und Handlungen 1545. et 1546. Est responsum Theologorum ad epist. Argentoratensium, quam supra d. 7. Maii 1546. dedimus. — Scriptum est igitur medio Maio.

(Iudicium Theologorum Vitebergensium de iterum inchoando Colloquio Ratisb.)

Auf die Straßburgische Schrift*), ob eine neue Form des Colloquii von unserm Theil vorzuschlagen, so es von dem Kaiser und den seinen ungleich und unfruchtbarlich vorgenommen würde, ist dieses unser unterthäniges Bedenken.

Erstlich achten wir nach Gelegenheit dieser Zeit, es werde ganz kein Colloquium vorgenommen werden, besonders so wir nicht darauf dringen, wie wir denn für gut achten, daß wir stille schweigen, so es der Kaiser nicht treibet. Denn dieses Colloquium ist allein zu einem Schein angesetzt, daß der von Braunschweig mittler Zeit Raum hätte, sich zu rüsten. So weiß der Kaiser, daß die Unsern leichtlich mit dem süßen Namen des Colloquii zu stillen seyen. Auch wird er von wegen des Gefangenen allerlei Suchung bei Chur- und Fürsten dieses Theils vornehmen. Dazu weiß man, daß der König Ferdinandus heftig anhält des Türken halben, und hält für gewiß, er werde den nächsten Sommer ankommen.

Zum Andern, im Fall aber, daß gleich ein Colloquium sollte angefangen werden; so der Kaiser seine Theologen von Cölln und Löwen dazu verordnet, wird es eine kurze Disputation, und wird sich bald in solchen groben Articuln stoßen, daß wir mit sehr großem Glimpf von ihnen aufstehen mit einer ernstlichen, christlichen Protestation, darinnen ihre grobe Halsstarrigkeit wider öffentliche Wahrheit angezeigt werde. Und wer zuvor bei solchen Sachen gewesen, der kann wohl achten, daß dieses bald in den ersten Articuln geschehen wird, als von der Erbsünde und Justification. Denn die Theologi von Löwen werden auch den Artikel de iustificatione von neuem streiten. Item, so kömmt man bald im Anfang auf den Articul von der Kirche und Autorität der Concilien. Da lassen sie nichts nach. So ist dagegen in keinem Wege nichts einzuräumen, daß die Concilia nicht irren mögen, wie auch solches zu Regensburg [1541.] bei acht Tagen gestritten [worden]. Und da wir die Disputation umstoßen wollten, und sie nicht vorüber konnten, brauchten sie diesen Rank, daß sie diesen Articul suspendirten, und nahmen gleichwohl die andern vor, darinnen sichs bald noch härter stieß von der Beichte und Sacrament außer dem Brauch. Und ist in Summa nicht schwer, die Disputation mit Glimpf umzustoßen, wenn man einen Ernst zeigen will, und alsdann kann man eine schriftliche Protestation thun, darin man anzeiget, wie ungegründete grobe Articul der Gegentheil vertheidigen wolle.

Zum Dritten, daß aber wir hernach eine neue Form eines Colloquii sollten vorschlagen, das ist ein vergeblich Ding. Denn als wenig wir sie zu Richtern leiden können, als wenig wollen sie uns leiden. So können wir nicht Personen vorschlagen, die sie für unpartheiisch halten; wie uns auch ihre Personen alle verdächtig sind. Ob auch gleich jemand zu Straßburg zu einem andern Colloquio geneigt seyn möchte, so wissen wir doch wohl, daß Ulm und andere mehr Städte ganz unwillig dazu seyn werden. So weiß unser gestrenger Herr, der Landgraf, welche Articul der Gegentheil am höhesten streitet, darum wird Seine Fürstl. Gnaden nicht Lust dazu haben. Darum bedenken wir, daß gut wäre, daß unser gnädigster Herr, der Landgraf, denen von Straßburg schriebe, daß seine Fürstl. Gn. für ein vergeblich Ding achten, daß wir eine Form eines Colloquii vorschlagen sollten. Darum wäre es besser, man ließ es bei dem vorigen Bedenken bleiben.

Man darf sich auch vor dem Concilio so hoch nicht besorgen; denn der Papst leidet selbst kein Concilium. Darüber, obgleich ein vermeintes Concilium etwas beschließen würde, so werden solche grobe Articul seyn, daß es zu Spott wird. Doch ist alles in Gottes Hand;

---

2) Aliena manus adscripsit ann. 1546.

*) Epist. d. 7 Maii scripta ad Landgravium Hassiae.

der wolle aller Regenten und Lehrer Herzen zu seinem Lob der Christenheit Seligkeit leiten. Amen.

E. Chf. Gnad.
unterthänige
[Martinus Luther D.]*)
Johannes Bugenhagen Pommer D.
Caspar Creutziger D.
Georgius Maior D.
Philippus Melanchthon.

No. 3466. 16. Maii.

Inscriptio.

† Ex autogr. bibl. regiae Berolin. dictum Melanthonis libro cuidam memoriae causa inscriptum.

(Manu sua folio disiecto Philippus Mel. inscripsit haec:)

Iohannis 14. inquit filius dei, dominus noster Iesus Christus —

Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum, et veniemus ad eum et mansionem apud eum faciemus.

Hanc dulcissimam promissionem semper in mente nobiscum circumferamus et sepe cogitemus eaque primum praecipi nobis sciamus, ut hanc ipsam de deo doctrinam per prophetas, Christum et Apostolos traditam. deinde promitti hos dei domicilium et vera ecclesiae membra esse, qui legunt, audiunt, discunt, amant et propagare student hanc doctrinam. Hi exaudientur, gubernabuntur, adiuvabuntur et servabuntur eruntque heredes vitae aeternae. His tantis promissionibus confirmati legamus et dicamus hos libros, nec deleri hanc doctrinam sinamus.

Pilippus Melanthon.
1546.

(Alteri parti eiusdem folii inscripsit Bugenhagius sequentia:)

VIII. Amos.

Ecce erit, dicit Deus Dominus, quando mittam famem super terram, non famem panis aut sitim aquae, sed audiendi verbi domini, ut circumcursitent ab uno mari ad alterum, ab aquilone ad orientem, quaeritantes verbum domini, et tamen non invenientes.

Hoc est quod Esa. LV. dicitur. Quaerite dominum dum inveniri potest, invocate eum dum prope est. Suscipiamus verbum dei, quando nunc deus illud tanta luce gratiae suae nobis offert, ne, si non susceperimus, auferatur a nobis regnum dei, id est verbum salutis, quemadmodum ablatum est a Iudaeis, ut minatur deus hic nobis Amos propheta. Itaque oremus cum Ieremia. (Iere. XV.). Contine nobis, domine, verbum tuum, cum illud acceperimus, et hoc ipsum verbum est, gaudium et consolatio cordis nostri. Sumus enim utique vocati nomine tuo, Domine Deus Zebaoth. —

Iohannes Bugenhagius Pomeranus.
d. MDXLVI. 16. Maii.

No. 3467. 18. Maii.

Rodiis.

† Ex autographo in cod. Goth. in fol. No. 123. pag. 77. Alia quidem manu scripta, sed Philippi manu emendata et mutata quibusdam in locis est, unde colligo eam, quanquam caret subscriptione, Philippi esse. Est commendatio, cui praeter Philippum haud dubie et alii doctores Vitebergenses nomina subscripserunt.

Den ehrbaren und weisen Herrn, Herrn Conrad Roden Bürgermeistern, Jacob Heinrich Roden, und der ganzen Freundschaft des ehrbaren alten Geschlechts der Roden zu Meidburg sämtlich und sonderlich, unsern günstigen Herren und lieben Freunden.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn, unsern Heiland, Jesum Christum, zuvor. Ehrbare, fürsichtige, und weise, günstige liebe Herren. Ew. Weisheit wollen kein Mißfallen ob diesem unsern Ansuchen haben, welches wir nicht haben umgehen können, dieweil wir in dieser Kirche und Schule der Jugend dienen, und derselben nach ihrem Besten fördern müssen, wo wir ersucht werden. Nun hat uns Conradus von Emden, Herrn Ulrichs von Emden, Bürgers zu Meideburg, Sohn berichtet, wie die Ehrbaren des Geschlechts der Roden zu Meideburg zu St. Johannes in der alten Stadt ein Lehen hätten zu verleihen einem aus der Freundschaft, der desselben nothdürftig wäre, und zum Studiren tauglich. So wäre auf dießmal keiner von der Roden Geschlecht, der dasselbige Lehen zum Studio brauche oder in solchem Alter, daß es ihm mit

---

*) Apographon in cod. Goth. habet quidem nomen Lutheri, sed ex errore, quum hoc iudicium post mortem Lutheri scriptum esse dubio careat.

Nutzen angetreuet [anvertrauet] seyn möchte. Dieweil nun aber die von Emden den Ehrbaren des Geschlechts der Roden nahe mit Sippschaft verwandt, und er, Conradus, eine Hülfe zu Vollziehung seines angefangenen Studii nothdürftig wäre, dieweil sein Vater, Ulrich von Emden, in etliche Schuld und Geringerung seiner Nahrung gekommen, der ihn doch allhie zwei Jahr zu der Universität erhalten, aber in dieser geschwinden, theuern Zeit nicht länger vermöchte nach jetziger seiner Gelegenheit allhie zu verlegen [unterhalten], [so] würde er gedrungen, eine ehrbare Freundschaft der Roden um Verleihung gemeldetes Lehns bittlich anzusuchen, oder aber vom Studio ganz abzutreten, und hat uns derowegen gebethen, wir wollten ihm an Ew. Ehrbare Weisheit eine schriftliche Zeugniß von seiner Lernung und Leben geben, und neben ihm eine freundliche Fürbitte thun, welches wir ihm aus angezeigter Ursache nicht haben gewußt abzuschlagen. Und nachdem wir, nach Befragung, unter welches Magistri Zucht und Lehr Conradus diese zwei Jahr allhie gewest, befunden, daß er erstlich bei Magistro *Paulo Ebero* ein Jahr, und nachmals, als gedachter Magister seine Privatschüler alle von sich zu thun bedacht gewesen, zu Magister Johann Stolzen kommen, haben wir gemeldete zween Magistros vor uns gefordert, und mit Fleiß nach gedachtes Conradi von Emden Geschicklichkeit, Fleiß und Sitten geforscht, die uns mit hoher Betheurung einhällig berichtet haben, daß dieser Knabe, so lang er hie bei beeden gewesen, solchen Fleiß in den Künsten, die ihm jederzeit vorgegeben sind worden, habe vorgewendet, und also proficirt, daß er unter ihren andern Schülern gleiches Alters fast alleweg das vornehmste Lob gehabt, und in Widerholung der vorigen Lection am geschicktesten und fertigsten hat können antworten. So spüren sie auch an ihm gute Geschicklichkeit vom Ingenio und andern Gaben, die zur Lernung gehören. Sie zeigen auch an, daß er von ihm selbst ungezwungen großen Fleiß und Emsigkeit erzeige, in der Lernung sich selbst besserer Gesellschaft entschlage, mit jederman friedlich, und sonst allenthalben züchtig, bescheiden und gottfürchtig lebe.

Auf solchen beeder Magister Bericht haben wir den Jungen auch selbst gehört, und seine Schrift gesehen, und daraus befunden, daß er diese zwei Jahr grammaticam, arithmeticam und catechismum wohl gelernt hat, und ziemlich Latein redet und schreibet. Dieweil wir nun vernehmen, daß die von Emden Ew. Ehrbaren Weisheit nahe verwandt sind, und dieses Knaben Vater, Ulrich von Emden, in etlichen Jahren in einen Unrath kommen, daß ihm will unmöglich seyn, seinen Sohn in dieser schweren Zeit so viel Jahr in Universitate zu verlegen; so bitten wir neben denen von Emden die ganze Ehrbare Freundschaft des Geschlechts der Roden ganz dienstlich und freundlich, sie wollen diesen wohlgeschickten, züchtigen, fleißigen Jungen ihren Oehmen günstiglich bedenken, und ihm vorgedachtes Lehen zu St. Johanns zu besserer Unterhaltung ein Jahr fünfe oder sechse mildiglich verleihen, damit er seine wohl angefangene Lernung, dazu gute Hoffnung ist, ohne Verhinderung könne fortbringen, bis er endlich mit Nutz mag in Diensten gebraucht werden. Für solche Wohlthat werden sich die von Emden, und sonderlich der junge Conradus, mit der Zeit ohne Zweifel gegen der Ehrbaren Freundschaft der Roden, ihren Oehmen, dankbar erzeigen. So wird auch Gott der allmächtige dafür den Euern gnädige und reiche Belohnung geben, wie er zugesagt, daß solche Elemosynen, die zu Erhaltung christlicher Lehre gegeben sind, gewißlich sollen belohnt werden. Wo wir auch nach unsern geringen Vermögen Ew. Erbare Weisheit dienen können, wollen wir uns zu jeder Zeit willig erzeigen, thun also hiermit Ew. Weisheit samt den Ihren in Gottes Gnad und Schutz befehlen. Datum Wittenberg, Dienstag nach Iubilate des 1546. Jahres nach Christi unsers Seligmachers Menschwerdung.

No. 3468. 21. Maii.

N. N.

Edita a Pezelio in Melanth. christlichen Bedenken p. 278. — Apographon in cod. Mehn. II. p. 215 b.

Ein Trostbrief Philippi Melanthonis in hoher geistlicher Anfechtung, anno 1456. 21. Maii.

(Inscriptio apud Pezelium. — In codice: Eine Trostschrift Phil. Mel. — Cui inscripta fuerit non dicitur, nec definiri potest.)

Wiewohl viel und mancherlei kleine und große Anfechtungen seyn, so ist doch wohl zu merken, daß der Teufel durch alle, kleine und große, Betrübniß dahin endlich will, der Mensch solle von Gott abfallen, verzweifeln und Gottes ewiger Feind werden. Als da er David zu Fall brachte, war es nicht seine Meinung, daß es bei dem Ehebruch und Todtschlag bleiben sollte; sondern er wollte David ewiglich verstürzen, wie den Saul

Auf diesen geschwinden Tuck[1]) des schrecklichen Feindes soll man acht haben, und sich nicht dazu treiben lassen, daß das Herz in Verzweiflung falle, sondern allezeit wissen, daß dies Geboth das größte und höchste ist, daß wir an den Sohn Gottes glauben sollen, daß uns um seinetwillen unsre Sünden gewißlich vergeben sind, ob sie gleich grob[2]) und viel sind; und wir sollen wissen, daß uns Gott nicht wegen unsers Verdienstes, sondern um Christi willen annehmen will, und soll dieser Spruch Pauli uns allezeit im Herzen und Gemüth[3]) seyn: die Gnade ist viel reicher und stärker denn die Sünde.

Du sprichst aber: ich höre solches alles, und bleibt dennoch gleichwohl[4]) Angst und Furcht. Antwort: Davon ist dieser Bericht[5]): das heißt glauben, daß man wider solche Angst strebe, und sich mit der Verheißung tröste, und wisse, daß Gott mit uns in der Verheißung redet, und sollen † nicht andere weitere Zeichen und Erscheinung haben wollen, sondern sollen"[6]) am Wort hangen bleiben. Und ist wahr, dieser Kampf wird einem Menschen schwer; aber in diesem Kampf lernet man, was glauben heißt. Dies alles ist wohl zu bedenken; denn das menschliche Herz sucht allezeit außer dem Wort andre Zeichen und Erleuchtung, und kann an dem Wort schwerlich hangen. Hie gedenke nun, daß es Gottes unwandelbarer Wille ist, daß wir sollen und müssen an den Herrn Christum glauben. Diesem Geboth sollen wir gehorsam seyn, und die Sünde nicht größer als Christum achten.

Ich habe einen Mann in Thüringen gekannt, der sagte, der Teufel hinge sich an seinen einen Backen wie eine Bleikugel, und treibe ihn mit solchen Gedanken für und für: er solle sich selber tödten. Aber er ließ sich mit Gottes Wort unterweisen, daß er derselben Anfechtung los ward, und lebte hernach in gutem Gewissen und christlich.

Wir dürfen nicht gedenken, daß ein Mensch auf Erden, und besonders der gerne gottselig seyn wollte, ohne große Anfechtung seyn werde. Darum müssen wir solchen Streit wissen, und uns lernen darein schicken, und sind diese Streit in den Psalmen uns wohl fürgemahlet, als in dem sechsten: Ach Herr straf mich nicht in deinem Grimm ꝛc. Wie ich selber gesehen, daß einer in großer Schwachheit diesen Psalm oft sprach und sich also stärkte. Ich habe selbst gesehen, daß der Herr D. Martin Luther[7]) oft in großer Angst gewesen ist, und hat sich an diesen Spruch Pauli gehalten: Gott hat alles unter die Sünde geworfen oder beschlossen, daß er allen Gnade erzeige. Also muß ein jeder Glaubiger lernen, was Glaub ist, und muß fechten wider das Zweifeln und Zappeln, und wissen, daß Gott seinen Sohn nicht vergeblich gesandt hat; item, daß man Gottes Sohn nicht lästern soll; item, daß er sich oft den Menschen geoffenbaret hat; item, daß Gottes Sohn darum Mensch worden, daß er alle Werke des Teufels zerbrechen will, wie im Johanne geschrieben stehet; item, wie er selbst sagt: niemand wird meine Schafe aus meinen Händen reißen. † Und hie sollt ihr wissen, daß ihr auch der Schafe eine seyd"[8]); denn er nennet allhie Schafe, so sein Wort hören, nicht verfolgen, sondern demselben wollen anhangen, und heben an zu glauben. Solche Sprüche werdet ihr befinden, daß sie Trost bringen. Denn Gott ist kräftig durch sein Wort, wenn man zu ihm seufzet und Trost suchet[9]).

No. 3469. **24. Maii.**

(*Gustavo Regi Sueciae.*)

† Ex apographo in cod. Monac. 90. No. VII. p. 390b.

(Gustavo Regi Sueciae.)

Petivit a nobis *Thychius Asimundus* ex Scandia, ut sibi testimonium daremus de suis studiis et moribus, et simul ut, quia propter egestatem magna cum difficultate hic in studiis versatur, ipsum commendemus R. M. V. Cum igitur nostra consuetudo sit, ut nemini honesto hoc officium abnegemus, non inviti dedimus ei has literas ad R. M. V. Quare rogamus, ut R. M. V. pro bonitate, quam audimus praedicari inter caeteras virtutes vestras, virtutes dignas laudatissimo principe et heroë, boni consulat hoc tenue scriptum, quod pietatis causa huic homini non duximus negandum esse. Cum igitur hic *Thychius* in nostra Academia per biennium studiorum causa vixerit, dili-

1) Pez. Tücke.
2) Pez. groß.
3) Gemüth] Cod. Mehn. Mund.
4) gleichwohl non habet Pez.
5) Cod. Mehn. Unterricht.
Haec exciderunt ex textu Pez.
7) Pez. daß D. Luther.
8) Haec exciderunt ap. Pez.
9) Cod. Mehn. tantum: Sprüche werdet ihr finden, daß sie Trost und Leben seyn. *Anno* 46. *die* 26. *Maii.*

genter inquisivimus eius rationes in studiis et vitam eius, ac comperimus, ipsum praeclare profecisse in bonarum artium studiis, quibus et ad vitae humanae usum, et ad doctrinae christianae explicationem et propagationem maxime opus est. Nam latina lingua expedite et egregie utitur et graece didicit ea facilitate, ut in sacris literis multa propter eius linguae cognitionem maiori dexteritate iudicare et explicare possit. Et quoniam opus est in docendo recta ratione, et eruditorum hominum disputationes de rerum natura ex causis virtutum et civilium officiorum diligentissime cognovit, ac eruditam tenet distributionem ac seriem temporum ab initio mundi usque ad hanc nostram aetatem. In qua doctrina simul necesse fuit eum complecti noticiam antiquitatis et memoriam rerum gestarum in republica et in Ecclesia, et praecipuarum mutationum et causarum, propter quas illae in Imperiis et in Ecclesia accidunt. Harum rerum doctrina non solum ornamento est ipsius ingenio, sed etiam permagnum usum ei affert in iudicandis multis controversiis quae in hac vita de religione et de omni genere officii usu venire solent. Accedunt mores, ut accepimus, honestissimi, et animus virtutis et pietatis studio flagrantissimus. Nam magna assiduitate et summo ardore audivit hic praeceptores, quorum virtutem et in omni officio moderationem cum summa pietate erga Deum coniunctam, etiam rerum divinarum et religionis doctrinae christianae*) scimus V. R. M. esse notissimam et probatissimam. Quare nihil dubitamus doctrinae christianae praecipua capita eum exquisite didicisse, eumque cognitione semper ipsum ad verum timorem Dei et agnitionem et amorem filii Dei, domini nostri Iesu Christi pectus suum accendisse, ac abhorrere eum ab omnibus fanaticis et prophanis opinionibus, quae cum prophetarum et apostolorum scriptis ac verae Ecclesiae Christi consensu pugnant.

Cum igitur proposuerit se nobis hic cum magnis miseriis amore coelestis doctrinae et aliarum artium, quibus vita humana carere non potest, vixisse, optaremus eum habe.e uberiores sumptus, quibus ad pleniorem usum reipublicae et Ecclesiae se diutius in Academia aliqua praeparare possit. Et quoniam scimus, R. V. M. ante contulisse aliquid huic *Thychio* ad studia, pro eo beneficio ipsius nomine gratias R. V. M. agimus, et rogamus, ut porro huic *Thychio* aliquid adiiciat R. V. Maiestatis liberalitas, unde his piis studiis et necessariis commodius vacare possit. Faciet R. M. V. in hac re opus Deo gratum, qui haud dubie propter vestras reliquas virtutes et tales eleemosynas muniet R. M. V. regnum, non solum pace et praesidiis ac ornamentis civilibus, sed et donabit copiosas divitias in filii sui noticia, quae in hac vita et futura perpetuam foelicitatem offert. Quod superest, R. M. V. commendamus aeterno Patri domini nostri Iesu Christi, ut perpetua fortuna et virtute floreat, quod ut fiat precamur ex animo. Bene valeat R. M. V. Datae Wittebergae die 24. Maii 1546.

*) Desideratur *scientiam* vel simile.

No. 3470. 25. Maii.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. No. VII. p. 889b.

Testimonium M. Iodoci Eichhorn, Arnstadiensis.

Petivit a nobis venerabilis Magister *Iodocus Eichorn*, Arnstadiensis, testimonium de vita, studiis et gradu suo, quod ei non gravatim duximus impertiendum esse. Vixit enim apud nos fere sexennium cum summa modestiae fama, eaque diligentia in studiis, ut illas artes, quibus ad conservationem doctrinae religionis et aliarum rerum, quarum cognitione vita humana carere non potest, optime didicerit, ita, ut iam iuventus ab eo praeparari et institui possit. Itaque in artibus docendis diligenter se exercuit, ut dextre et erudite possit explicare res utiles Ecclesiae et communi hominum societati, et diligentissime percepit commentationes usitatas scholis de rerum natura, et pulcherrimas illas et utilissimas descriptiones virtutum ac utilium officiorum, earumque causas, quae a philosophis traduntur, egregie tenet. Ad haec adiunxit acerrimum studium doctrinae christianae in qua discrimen legis et Evangelii et alios praecipuos locos ita intelligit, ut Deo volente cum magno fructu de iis Ecclesiam erudire possit, praesertim cum pietatis studio et amore flagret, ac vita etiam exprimat doctrinam, quae de timore Dei et remissione peccatorum propter Christum gratuita nobis per prophetas et apostolos, aliosque docto-

res Ecclesiae omnium temporum uno et perpetuo consensu concionatur. Quare et in hac Academia et honestissimus gradus Magisterii cum approbatione singulari doctorum hominum est ei tributus, quod his literis testamur, eumque vobis commendamus, ut virum doctum et pium vestra benevolentia et officiis, quibuscunque potestis, amanter complectamini. Erit hoc officium Deo gratum, quod hoc genus beneficentiae solet remunerare florente statu reipublicae et Ecclesiae, quem nos etiam vobis precamur, et vicissim officia nostra pollicemur. Dat. Vitebergae sub sigillo nostri Rectoris. die 25. Maii 1546.

No. 3471. 26. Maii.

Alberto Duci Pruss.

Ex apographo (nam autographon Staphylo ex mandato Ducis est traditum) edita a Fabro in epist. p. 116. ep. 32.

(Alberto Duci Prussiae.)

S. D. Illustrissime et clementissime Princeps. Magno usui nobis fuit in Academia nostra *Fridericus Staphylus*, et multorum studia foeliciter rexit et adiuvit. Est enim recte eruditus et iudicii dexteritate excellit, tum propter ingenii sanitatem tum vero quia multos doctos homines in diversis gentibus audivit, suumque iudicium collatione sententiarum confirmavit. Est et in vita moderatus et gravis ac coelestem doctrinam colit, primum ut Deum recte agnoscat et invocet, Deinde ut mores suos ad normam divinam gubernet, et Ecclesiae Dei prosit. Quanquam igitur in nostra Academia honestus ei locus fuit, tamen eum hortatus sum, ut ad Cels. vestram proficisceretur, ac primum oro Deum aeternum Patrem domini nostri Iesu Christi, ut studia Academiarum in omnibus Ecclesiis regat et defendat, deinde et Celsitudinem v. precor reverenter ut hunc *Staphylum* clementer excipiat et tueatur, quod certe virtute et gravitate in omni officio merebitur*).

De Conventu Ratisbonensi nihil adhuc praeter initia audimus. Ante paucos dies Dux Saxoniae *Mauricius* Ratisponam profectus est. Pagellam tertiae Sessionis *Tridentinae* Synodi mitto Cels. v. ut videat, quae fundamenta iacta sunt damnandae doctrinae Ecclesiarum nostrarum. Sed quod est ex Deo non dissolvetur. Deus aeternus Pater domini nostri Iesu Christi servet Cels. v. incolumem Datae Witebergae die XXVI. Maii 1546.

Cels. v.

addictissimus
Philippus Melanthon.

No. 3472. 28. Maii.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 93 sqq.

Iusto Ionae.

S. D. Ut qui navigant turbato mari saevis tempestatibus, varias habent deliberationes de suo cursu, ita existimo, nunc quoque omnes, qui aliquam gubernationis partem sustinent, saepe quaerere consilia, quibus pericula aut difficultates leniant, ac ne potest quidem consilium unum esse. Sed nobis, qui vocatos nos esse ad doctrinae explicationem videmus, sit hoc praecipuum consilium, ne temere stationem relinquamus, in quam collocati sumus, etiamsi profecto singulis magna impedimenta obiiciuntur. Sed Romae Neronis tempore plus teterrimorum exemplorum vidit Paulus, quam ego, aut tu in his nostris oppidis, ac bonitatem Dei celebremus, qui ex hac tam inquinata massa generis humani sibi colligit Ecclesiam, nec nos vocati essemus ad Evangelii lucem, nisi alii Doctores in media multitudine malorum vixissent. Feramus igitur nos quoque Politiarum vi-

---

*) (*Addidit Faber haec:*)
D. Johann Bugenhagen empfahl gleichfalls den Staphilus dem Herzoge mit den Worten:
Obsecro vero tuam Cle. ut si quid accideret istbic huic Magistro *Friderico*, quod aliis accidisse audimus, tu velis ei esse Patronus et defensor, est enim vir candidus et sincerus, amator veritatis, quem nos in veritate amamus.
Es ist glaublich, daß solche Empfehlungen den Herzog schon im Voraus für Staphilus einnehmen mußten. Er bezeigte dem Melanthon auch seine Freude, daß Staphilus durch ihn überredet sey nach Preußen zu kommen, und schrieb: „er gefalle ihm sehr wohl, habe mit Beifall seine Lectiones angefangen, und der Herzog wolle sie selbst fleißig besuchen; denn so alt er auch sey, scheue er sich doch nicht, ein Schüler in der heil. Schrift zu seyn und danke Gott der ihn dazu berufen."
Die gute Meinung Melanthons von Staphilus wurde aber von diesem nicht bestätigt. Er machte mit der Verketzerung des Gnaphäus den Anfang und veranlaßte dessen Vertreibung. In den Streitigkeiten Mörlins und Osianders war er ein besonders thätiger Gegner des letztern. Im Jahr 1553. trat er zur Röm. katholischen Kirche über, schrieb und handelte wider die Protestanten.

tia, nec te solum istic existimes inter homines vivere. Habent et aliae Politiae multos, magnos et saevos morbos, ut ego magno cum dolore experior, quorum si conspectu fracti deseremus nostram stationem, quales, quam multiplices erunt dissipationes Ecclesiae? Maneo igitur, et maneo invitus, sed vinco multos magnos dolores cogitatione publicae necessitatis. Sed haec tota disputatio multo longior est, quam ut epistolae pagellis comprehendi possit. Verum haec scripsi, ut nostro exemplo te utcunque adhortarer, ne dolori tuo indulgeas. Ecclesiam tua voce constitutam in tanta perturbatione omnium rerum ne relinquas. De filio primum oro Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut te et ipsum servet et regat. Appetenti Italiam non adversandum esse censeo. Nam locus et consuetudo alligabunt eum ad id doctrinae genus, quod discere instituit, et proderit homini ingenioso, audire illarum gentium iudicia. Spero autem, Deo iuvante, paulo post magnum usum eius in Repub. fore. Sed instructus sit viatico. Bene vale. Die 28. Maii.

Philippus Melanthon.

No. 3473. 29. Maii.

Io. Giganti.

† Ex apogr. in cod. Paris D. L. 54[3].

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Giganti, pastori Ecclesiae Dei in oppido Silesiae Freistad, amico suo cariss.

S. D. Venerande et carissime Gigas. Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut ministerium tuum gubernet, semperque tibi adsit, ac reprimat furores anabaptisticos et omnes verae doctrinae corruptelas. Cum *Paulo* nuper colloquutus sum, qui ostendit, se audacter a nobis dissentire. Respondi ei placide, etsi magno in dolore sum, tam varias Ecclesiae dilacerationes intuens. Saepe mecum confero omnium aetatum iudicia et testimonia, nec invenio simplicius doctrinae genus hoc nostro, quod amplectimur, idque non dubito perpetuum esse consensum piorum et eruditorum in Ecclesia Dei.

De sponsalibus in tertio gradu cum prohibitio tantum sit humani iuris, si sunt honesti homines et nolunt divelli, concedas aperte, ut coniungantur. Ante sponsalia fuissem dissuasor, sed nunc mitigemus ἐπιειχείᾳ hanc legem. Non prodest, diu pendere tales causas sine diiudicatione, quia dubitatio conscientiarum impetit invocationem Dei, et parit odium aut contemptum religionis et alia scandala. Adhibetis igitur sanioribus ex senatu pronuntia iuvante filio Dei. Bene vale, die 29. Maii, quo ante annos 93 capta est Constantinopolis, quo tristi exemplo moniti oremus Deum, ut Ecclesias nostras et earum hospitia regat et servet.

Philippus Melan.

No. 3474. 31. Maii.

C. Heresbachio.

Epist. lib. II. p. 897. (edit. Lond. lib. II. ep. 409.).

D. Conrado Heresbachio

S. D. Hunc nuncium cum adolescentes aliquot istuc mitterent, dubitabam an domi esses. Ratiocinabar enim te profectum esse ad ripam Danubii, quia fama erat ibi de sponsalibus Ducis *Iuliacensis* deliberationes fore*). Sed profecto opto, ut liceat tibi domi manere, et frui domestica consuetudine honestissimae coniugis et amicorum, imo et liberis. Nostras philosophicas opiniones rident aulae. Sed haec alias. Dei beneficio recte valet iam *Iohannes* filius tuae sororis, cumque sit indoles ad literas et virtutem praeclara, optarim eius ingenium melius habitare; Textum enim corporis imbecille esse video. Sed et temperantia tuetur valetudinem, et in caeteris rebus moderatus est. Te magnopere oro, ut sumptus necessarios mittas. Rationes expensae pecuniae cognosces ex ipsius literis, quae fragilitatis ipsius testes erunt, valetudo adversa auxit sumptus aliquanto ante. Mitto tibi pagellas de tertia Synodi *Tridentinae* Sessione, in quibus iudicii secuturi, de doctrina, fundamenta iacta sunt. Sed Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut te et nos regat et servet. Bene vale. Pridie Calendas Iunii, Anno 1546.

---

*) Duxit Gulielmus, Dux Cliviae, Mariam Ferdinandis Regis filiam Ratisbonae in conventu. Vid. Sleidan. p. 528.

No. 3475. 31. Maii.

N. Amsdorfio.

E cod. Seidelii Dresd. edita in Wegscheid. Progr. I. ep. 4.

Reverendissimo domino Nicolao ab Amsdorf, Episcopo Naumburgensi, doctrina et pietate praestanti, domino et patrono suo colendo.

S. D. Reverendissime domine. Etsi ne aulae quidem omnino consilia oeconomica honestae matronae viduae Reverendi d. doctoris *Martini* placent, tamen postquam ipsa hic emptionem fecit fundi *Munsterorum* *), Illustrissimus Princeps Elector duo millia aureorum ei dedit. Nunc adhuc opus est ad solvendum ducentis. Hos vult ipsa per Tutores quaeri. Nos centum conferemus, oro autem, ut alios centum aut mihi des mutuo aut liberis doctoris dones. Oro, ut boni consulas hanc meam[1]) impudentiam, non usitatam mihi, sed profecto duriter exercemur. Si est possibile, non iam deseras nos, vel mutuando vel donando centum aureos, non amplius. Et mitti eos † per tuum ministrum ad me"[2]) ante pentecostem vellem. Bene et foeliciter vale. die ultimo Maii 1546.

Reverendiss. dominationi
tuae addictiss.
Philippus Melanthon.

No. 3476. (m. Maio.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 565. (ed. Lond. lib. IV. ep. 712.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Bamb. amico suo et fratri carissimo,

S. D. Etsi multa acciderunt his viginti annis, quae nollem, *καὶ οὔτε αὐτὸς ἀθῷος εἶναι καυχῶμαι, οὔτε ἄλλους ἀνεγκλήτους ἀποφαίνω*, tamen motis controversiis, verum est, magnam partem doctrinae celestis recte illustratam esse, et id officium postulari divinitus non dubium est. Hac me consolatione sustento, in his periculis, quae non nunc primum impendent. Sed nunc aliquanto atrocius denunciantur, quam antea. *ὁ ὑμέτερος* ***)** *ἔγραψε τῷ μακεδόνι, ὅτι ἐθέλει διαιτητὴς ἢ διαλλάκτης γίνεσθαι.* Sed *Macedo* respondet graviter. Te oro, ne iter litterarum tuarum his tumultibus impediri sinas.

Franciscus Hispanus, ut matri dolorem leniat, Italiam petere decrevit. *Staphylum* scias mox post mercatus Lipsici *πανήγυριν* ad Balticum littus**) profectum esse.

De lite miratus sum tuas litteras. Nam ego *περὶ ἔριδος* citavi Homeri versum a Virgilio redditum. Non dixi *περὶ λιτῆς*. Etsi vel errore accersitum optarim Liten. Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi et te et domesticam Ecclesiam tuam et honestissimam coniugem, et harum regionum Ecclesias servet. *Laterensi* mittam hac septimana *προοίμιον* quod petit. Nam aula me impedivit reversum.

Philippus Melanth.

No. 3477. (fortasse m. Maio.)

(De licita defensione.)

† Ex apographo in cod. Servest. p. 119. nobis descripta a Cl. Sintenisio. Dubio vix caret, quin Melanthon haec anno 1546. scripserit.

Utrum Armenii recte fecerint, defendentes se armis contra Maximianum, bellum eis inferentem propterea, quod contra edictum Imperatorium amplexi erant Evangelium, de vero cultu Dei, authore Domino Ph. Melanthone.

In hac quaestione primum necesse est sciri hanc regulam: Evangelium esse doctrinam de reconciliatione cum deo et adferre lucem, iusticiam et vitam aethernam in mentibus et accendere veram agnitionem et invocationem dei. In vita vero politica concedere, ut veris legibus naturae et forensibus, quae cum legibus naturae congruunt, utamur. Sicut enim Evangelium non delet Arithmethicam in humanis mentibus, sic non delet leges naturae et alias, quae ex his bona consequentia extinctae sunt de moribus politicis. Imo clare ap-

*) Vid. ep. ad Ionam d. 5. Iun. h. a.
1) Wegsch. mendose: *nostram*.
2) Praetermissa sunt haec in textu Wegsch.

*) Mauritius.
**) Regiomont.

probat legem et magistratum, ut de lege dicitur: Lex est bona legitime utenti. Et certum est, legem naturae lumen esse divinitus conditum in mente hominis, congruens cum mente divina et magistratum esse ordinationem dei, Paulus expresse affirmat. Non igitur dubium est Christianum uti posse legibus politicis cum lege naturae congruentibus, sicut numeris, cibo, potu, arte medica, Architectonica uti licet. Interea tamen fulget in corde lux de Deo. Imo in his externis actionibus in societate civili, vult deus exerceri fidem et invocationem et vult conspici confessionem nostram ut alii doceantur et exemplo inviteutur, vult deus et dilectionis officia exerceri, ut David in periculis invocat et defendens suam ecclesiam ostendit, quod genus doctrinae amplectatur, alios docet, invitat et confirmat. Est et dilectionis officium, quod suis laboribus tegit populum dei, Sacerdotes, mulieres, pueritiam et piae doctrinae studia.

Haec opera in credente placent Deo, et sunt veri cultus Dei.

Haec regula cognita et recte et dextre intellecta, multae quaestiones civilibus officiis iudicari possunt. Sit igitur haec prima conclusio. Cum defensio vere et non sophistice intellecta, sit iuris naturae, non dubium est, eam concessam esse Christianis. Quare, si quem latro in via adoritur, licet Christiano, se adversus eum tueri, et si latro in ea pugna interfectus fuerit, fecit Christianus opus iustum et concessum. Sic de patrefamilias sentiendum est, defendente domum, coniugem, liberos.

Quod vero hic opponitur dictum: Si quis percusserit te in dextram, obverte et alteram: Respondeo: Totum illud cap. Matth. V. oportere sic intelligi, ne aboleat vitam politicam et manifestum est, nullam fieri ibi mentionem Magistratus, sed praecepta traduntur, ad spiritualem et aethernam iusticiam pertinentia, videlicet de fide et pacientia. Si quis te percutit, toleres propter deum. Hic non vetat, quominus magistratus faciat suum officium, aut tu utaris legitima defensione. Imo, alibi praecipit, ut magistratus defendat innocentes, sed si magistratus erit negligens, aut crudelis, ut Ecclesia plerumque tristem servitutem sustinet, rursus iubet Christus, ut obvectas et alteram maxillam, id est ut hanc iniuriam quoque toleres propter Deum, et scias te propter calamitatem non abiectum esse a Deo, sicut ratio humana iudicat, homines aerumnosos non esse Deo curae, imo Deo invisos esse. Ita in eo loco non solum praeceptum de pacientia traditur, quae non excludit officium magistratus, sed etiam consolatio proponitur, qua exercenda est fides, quae statuit nos etiam in aerumnis respici a Deo, imo Deum fore defensorem orphanorum.

Aliud dictum est Rom. XII.: Non iudicantes vosmetipsos.

Hoc dictum non prohibet officium Magistratus et officium legibus ordinatum, sed privatam vindictam, hoc est, eam quam non Magistratus exercet ipse, nec leges approbant. Et aliud est loqui de vindicta, id est, de poena post iniuriam, aliud de defensione, arcente atrocem iniuriam, ut adolescens, qui interfecit tribunum in Marii castris defendens pudiciciam, vere defensor fuit et recte fecit, eumque non privata cupiditas, sed lex armavit ipsa, quae in tali causa defensionem ei concedit. Quare et Marius adolescentem absolvit eique inspectante exercitu coronam imposuit, cum quidem exercitus totus manifesto plausu iudicium comprobaret.

Quod autem ea defensio et vindicta, quae legitime sit per magistratus, aut quae sit legibus concedentibus, sit opus iustum, ex hoc fonte confirmatur, quia Deus approbat Magistratum et legem naturae.

Aliud dictum Rom. XIII. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit et iudicium sibi acquirit. Haec sententia praecipue videtur prohibere defensionem contra Magistratum; sed ipsa sese declarat. Vetat enim resistere in casu iustae iurisdictionis, quia manifeste inquit, ordinationi Dei resistit. Violentia autem iniusta, non est ordinatio Dei, ut Thebani, cum excusserunt Lacedaemonios, qui rapiebant civium coniuges et liberos, non resistebant ordinationi Dei, sed manifestis furoribus Diaboli et manifesto latrocinio.

Modus autem aliquis et meta certa huic defensioni constituitur. Ut enim aliqua parentum vicia ferenda sunt, ita aliquae magistratuum iniuriae leves et in casu ambiguo tolerandae sunt. Sed manifestam et atrocem iniuriam depellere, iustum est, quia talem defensionem lex naturae et Magistratuum leges ipsae concedunt. Supra autem dictum est, non aboleri in Evangelio leges naturae et leges magistratuum cum iure naturae consentientes, ut iuste fecerunt interfectores Aure-

liani, qui invento Cathalogo de ipsis interficiendis, prius eum sustulerunt.

Ac in genere hactenus dictum est de defensione, quam etiam privatae personae exercent. Non enim dubium est cuilibet homini concessam esse defensionem sui corporis, coniugis et liberorum, adversus manifestam et atrocem iniuriam, seu a paribus, seu a superioribus illatam. Et indignissimum est viro in eo casu non ostendere suum dolorem, cum videamus omnes bestias imo et gallinas pro natis pugnare. Et Herculis liberos iuste defendit adversus dominum patruus Iolaus. Hanc στοργὴν hominum menti Deus impressit, ut monitrix sit de amore ipsius erga filium et erga nos. Postea etiam de imperiis dici potest, quae etiamsi aliis subiecta sunt certa conditione, tamen habent suam iurisdictionem et administrationem gladii, ut principes certa conditione subiecti sunt regibus. Cum autem politicas ordinationes congruentes rationi approbat Deus, manifestum est, his quoque defensionem concedi, iuxta ipsorum pacta. Ideo in iure multa de mutuis obligationibus domini et Vasalli, ut vocant, tradita sunt, quae vera sint, sed illa, quae supra diximus, ex lege naturae sumpta, illustriora et indubitata sunt.

Addo tamen et hanc manifestam regulam, ut iudex inferior iuste uti iurisdictione sua debet, ut iudices oppidi, in quo erat Naboth iuste pronuntiare debebant et scelerate fecerunt, sua sententia iugulantes Naboth in graciam regis, ita gladium gerens, iuste uti gladio debet ad defensionem suorum, nec sit administer alienae crudelitatis, sicut Doech adiuvat Saulem. Quare et Michaeas obiurgat reges et iudices colludentes: princeps postulat et iudex assentitur. Et Traiani vox dextre intellecta congruit cum hac regula, qui tradens gladium magistro equitum inquit, si iusta imperabo, pro me utaris gladio, si iniusta, contra me utaris, videlicet in defensione proprii sui corporis, aut eorum, quorum tibi commendata est defensio. Non enim concedit ei potestatem in aliis privatis delictis in eum [?se] animadvertendi. Rex mandans alicui inferiorem magistratum, sine ulla dubitatione mandat ei defensionem suorum, sicut patri liberorum defensio mandata est. Ideo adversus manifestam et atrocem iniuriam tueri suos debet.

Sicut in foederibus semper exceptus est casus necessariae defensionis, etiamsi nulla eius casus facta sit mentio, quia naturae vox manet immota, ita in hac civili subiectione intelligatur casus necessariae defensionis exceptus. Nam iuramentum non minus obligat foederatos, quam ordo imperiorum obligat inferiores.

Multa igitur exempla defensionum iusta colligi possunt; ut quamquam Thebani erant socii Lacedaemoniorum, tamen recipiebant et iuvabant Athenienses contra edictum Lacedaemoniorum, cum triginta Tyranni manifesta violentia grassarentur, quos Lacedaemonii nolebant defensos. Hic Thebani decretum fecerunt, se omnes portas et omnes domos in Boeotia Atheniensibus patefacere. Imo rex Laconicus *Pausanias*, cum accusatus esset propterea, quod non adiuvisset triginta Tyrannos, ut Ephori decreverant, pares tulit calculos, quia ipsi iudices senserant, iniustam crudelitatem non fuisse adiuvandam.

Sic et Constantinus iustum bellum movit adversus Licinium collegam et affinem foedere coniunctum. Cum enim Licinius non faceret finem saevitiae adversus Christianos et Ecclesiae peterent a Constantino defensionem, Constantinus petivit, ut Christianis parceret. Quod cum facere nollet, armis eos texit. Haec defensio iusta fuit iuxta illud Rom. XIII.: Magistratus dei minister, vindex est, ut puniat malefacientem. Ita possunt multa exempla vetera recitari.

Alexandri Pheraei in Thessalia tanta fuit crudelitas, ut homines insueret in pelles ursorum et aprorum et canes incitaret ad eos dilacerandos; item ut vivos defoderet. Hunc postea coniugis fratres interfecerunt, cum sororem et fratrem magnis contumeliis affecisset. Hi iuste fecerunt, cum liberarunt a saevitia sororem, fratrem et cives. Postea cum et fratres illi, occupato imperio, in Thessalia crudelitatem exercerent, iuste fecerunt Thessali, qui accersiverunt Philippum Macedonem.

Sic Syracusani iuste excusserunt Dionysium propter crudelitatem accersito Timoleonte. Sic Helvetii iuste excusserunt Austriacos, inusitatam crudelitatem exercentes.

Haec quae dixi de iure defensionis, non dubium est, vera esse. Sed videat unusquisque, ut principalis causa capiendorum armorum sit necessitas defensionis. Nam homines saepe odiis aut avaritiae praeferunt titulum defensionis. Hic suam quisque conscientiam exploret, nec condemnent alii suscipientem defensionem; his constet, non esse necessariam defensionem et impelli eum aliis cupiditatibus.

Non dubito Thrasibulum iuste fecisse pellentem triginta Tyrannos, qui tum erant ordinaria

potestas Athenis. Idem sentio de Pelopida et Epaminonda, qui Spartanos Tyrannidem exercentes ex Thebis eiecerunt. Idem de Dione sentio, qui Dionysium Syracusis expulit. Ac multae magnae mutationes in omnibus imperiis acciderunt, quarum multae ita factae sunt, cum viri fortes iustam defensionis causam habuerunt, quae non est condemnanda.

Quod vero David toleravit multas et magnas iniurias Saulis, qui coniugem eius alteri dedit et ipsum ac parentes eius patria expulit et sacerdotes propter ipsum interfecit et magno cum exercitu eum persecutus est, ut vitam ei eriperet; prorsus affirme, Davidem iuste potuisse Saulem interficere, sed ideo pepercisse, nec in populo Dei autor esset exempli interficiendorum regum, quod alii postea per ambitionem imitaturi fuerant. E contra populus iuste expulit Antiochum et expellere debuit, idola coli mandantem, quamquam tunc eius populi Dominus erat. Id enim non erat certamen inter duas tantum personas, sed de tota forma illius reipublicae ad cuius defensionem Idolatriam universus populus et singuli obligati erant iure divino iuxta primum praeceptum: Non habebis deos alienos; item: destruetis lucos et aras Idolorum.

Philippus Melanthon.

No. 3478. 1. Iun.

Praefatio.

Praefatio Melanthonis in „Tomum secundum omnium operum Reverendi Domini Martini Lutheri, Doctoris Theologiae" etc., qui prodiit „Witebergae per Iohannem Lufft. 1546." fol. — Recusa in Melanth. Declamatt. T. IV. p. 546.

Philippus Melanthon Pio Lectori. S. D.

Spem nobis fecerat Reverendus vir Martinus Lutherus, et curriculum se vitae suae, et certaminum occasiones in praefatione huius partis suorum monumentorum narraturum esse, Quod fecisset, nisi priusquam officinae typographicae hoc volumen absolverunt, Autor ex hac mortali vita ad aeternam Dei et Ecclesiae coelestis consuetudinem evocatus esset. Utilis autem esset et privatae ipsius vitae consideratio luculenter scripta, Plena enim fuit exemplorum, quae ad confirmandam pietatem in bonis mentibus profutura essent, et ocasionum recitatio, quae posteritatem de multis rebus commonefacere posset, Deinde et calumnias refutaret eorum, qui vel incitatum a principibus viris aut aliis, ut labefactaret Episcoporum dignitatem, vel privata ipsum cupiditate inflammatum servitutis monasticae vincula rupisse fingunt. Haec prodesset ab ipso integre et copiose exposita et commemorata esse. Etsi enim malevoli vulgare illud obiecturi erant, αὐτὸς αὐτὸν αὐλεῖ, tamen et in ipso tantum gravitatis fuisse scimus, ut optima fide historiam recitaturus fuerit. Et multi boni et sapientes viri adhuc vivunt, quibus cum sciret seriem harum rerum notam esse, fuisset ridiculum, aliam historiam, ut fit interdum in poëmatis, comminisci. Sed quia editionem huius voluminis fatalis ipsius dies antevertit, nos iisdem de rebus ea, quae partim ex ipso audivimus, partim ipsi vidimus, bona fide recitaturi sumus.

Vetus familia est, et late propagata mediocrium hominum, cognomine *Luther*, in ditione inclytorum comitum Mansfeldensium. Parentes vero *Martini Lutheri* primum in oppido Isleben, ubi Martinus Lutherus natus est, domicilium habuerunt. Deinde migrarunt in oppidum Mansfelt, ubi Pater *Iohannes Lutherus* et magistratus gessit, et propter integritatem omnibus bonis viris carissimus fuit. In matre *Margarita*, coniuge Iohannis Lutheri, cum caeterae erant virtutes honestae matronae convenientes, tum vero praecipue lucebant, pudicicia, timor Dei, et invocatio, intuebanturque in eam caeterae honestae mulieres, ut in exemplar virtutum. Haec mihi aliquoties interroganti de tempore, quo filius natus est, respondit, diem et horam se certo meminisse, sed de anno dubitare. Adfirmabat autem, natum esse die decimo Novembris, nocte post horam undecimam, ac nomen *Martini* attributum infanti, quod dies proximus, quo infans per baptismum Ecclesiae Dei insertus est, Martino dicatus fuisset. Sed frater eius *Iacobus*, vir honestus et integer, opinionem familiae de aetate fratris hanc fuisse dicebat, natum esse anno a natali Christi 1483.

Postquam aetas doctrinae capax fuit, Parentes filium Martinum ad agnitionem et timorem Dei, et ad aliarum virtutum officia domestica institutione diligenter adsuefecerunt, et ut est consuetudo honestorum hominum, curaverunt, ut literas disceret, gestavitque in ludum literarium adhuc

parvulum *Georgii Aemilii**) pater, qui cum adhuc vivat, testis huius narrationis esse potest. Florebunt autem eo tempore Scholae Grammaticae in Saxonicis urbibus mediocriter, quare cum Martinus ingressus esset annum quartum decimum, una cum *Iohanne Reineck*, cuius postea virtus fuit excellens, et virtute parta autoritas in his regionibus magna, Magdeburgam missus est, fuitque mutua benivolentia inter hos duos, Lutherum et Reineckum, semper eximia, seu ab aliquo naturae consensu, seu ab illa puerilium studiorum societate orta. Nec tamen diutius anno mansit Lutherus Magdeburgae. Deinde in Schola Isennacensi quadriennio audivit Praeceptorem rectius et dexterius tradentem Grammaticen, quam alibi tradebatur, Nam huius ingenium memini a Luthero laudari[1]). In eam autem urbem missus est, quod[2]) mater in iis locis honesta et veteri familia nata fuerat. Hic absolvit grammaticum studium. Cumque et vis ingenii acerrima esset, et in primis ad eloquentiam idonea, celeriter aequalibus suis praecurrit, et verbis et copia sermonis in loquendo, et in scribenda[3]) soluta oratione, et in versibus, caeteros adolescentes, qui una discebant, facile vicit.

Degustata igitur literarum dulcedine, natura flagrans cupiditate discendi appetit Academiam, tanquam fontem omnium doctrinarum. Et omnes artes ordine percipere tanta vis ingenii potuisset, si Doctores idoneos invenisset, et fortassis ad leniendam vehementiam naturae mitiora studia verae Philosophiae, et cura formandae orationis profuissent. Sed incidit Erfordiae in eius aetatis Dialecticen satis spinosam, quam cum sagacitate ingenii praeceptionum causas et fontes melius quam ceteri perspiceret, cito arripuit. Cumque mens avida doctrinae, plura et meliora requireret, legit ipse pleraque veterum Latinorum scriptorum monumenta, Ciceronis, Virgilii, Livii et aliorum. Haec legebat, non ut pueri verba tantum excerpentes, sed ut humanae vitae doctrinam, aut imagines, Quare et consilia horum scriptorum et sententias propius aspiciebat, et ut erat memoria fideli et firma, pleraque ei lecta et audita in conspectu et ob oculos erant. Sic igitur in iuventute eminebat, ut toti Academiae Lutheri ingenium admirationi esset. Ornatus igitur gradu magisterii philosophici, cum natus esset annum vicesimum, de consilio propinquorum, qui hanc tantam vim ingenii et facundiam iudicabant in lucem et ad Rempublicam educendam esse, inchoat iuris studium. Sed brevi post, cum natus esset annum unum et vicesimum, subito praeter parentum et propinquorum opinionem venit ad colloquium Monachorum Augustinianorum Erphordiae, seque recipi petit. Receptus, iam non solum acerrimo studio doctrinam Ecclesiae discit, sed etiam summa disciplinae severitate se ipse regit, et omnibus exercitiis lectionum, disputationum, ieiuniorum, precum, omnes longe superat. Erat autem natura, quod saepe miratus sum, in corpore nec parvo nec imbecilli, valde modici cibi et potus, vidi continuis quatuor diebus, cum quidem recte valeret, prorsus nihil edentem aut bibentem, vidi saepe alias multis diebus quotidie exiguo pane et halece contentum esse.

Occasio autem fuit[4]) ingrediendi illud vitae genus, quod pietati et studiis doctrinae de Deo existimavit esse convenientius, haec fuit, ut ipse narrabat, et ut multi norunt. Saepe eum cogitantem attentius de ira Dei aut de mirandis poenarum exemplis subito tanti terrores concutiebant, ut pene exanimaretur. Ac vidi ipse, cum in quadam doctrinae disputatione propter intentionem consternatus, in vicino cubiculo se in lectum collocavit, ubi hanc sententiam crebro repetitam miscuit invocationi: conclusit omnes sub peccatum, ut omnium misereatur. Hos terrores seu primum, seu acerrimos sensit eo anno, cum sodalem, nescio quo casu interfectum, amisisset. Non igitur paupertas, sed studium pietatis eum in illud vitae monasticae genus induxit, in quo etsi doctrinam in scholis usitatam quotidie discebat, et Sententiarios legebat, et in disputationibus publicis labyrinthos aliis inextricabiles, diserte multis admirantibus explicabat, tamen quia in eo vitae genere non famam ingenii, sed alimenta pietatis quaerebat, haec studia tanquam parerga tractabat, et facile arripiebat illas scholasticas methodos. Interea fontes doctrinae coelestis avide legebat ipse, scilicet scripta prophetica et apostolica, ut mentem suam de Dei voluntate erudiret, et firmis testimoniis aleret ti-

*) i. e. *Georgii Oehmleri*, cuius pater *Nicolaus Oehmler* Mansfeldiae vixit.
1) *laudari*] Decl. *probari*.
2) *quod*] Decl. *quia*.
3) Decl. *scribendo*.

4) *fuit* praetermiss. in Decl.

morem et fidem. Hoc studium ut magis expeteret illis suis doloribus et pavoribus movebatur. Et senis cuiusdam sermonibus in Augustiniano Collegio Erphordiae saepe se confirmatum esse narrabat, cui cum consternationes suas exponeret, audivit eum de fide multa disserentem, seque deductum aiebat ad symbolum, in quo dicitur[5]): credo remissionem peccatorum. Hunc articulum sic ille interpretatus erat, non solum in genere credendum esse, aliquibus remitti, ut et daemones credunt, Davidi aut Petro remitti, sed mandatum Dei esse, ut singuli homines nobis remitti peccata credamus. Et hanc interpretationem confirmatam dicebat Bernardi dicto, monstratumque locum in concione de Annunciatione, ubi haec sunt verba: sed adde, ut credas et hoc, quod per ipsum peccata TIBI donantur. Hoc est testimonium, quod perhibet Spiritus sanctus in corde tuo, dicens: dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus, gratis iustificari hominem per fidem.

Hac se voce non solum confirmatum esse Lutherus dicebat, sed commonefactum etiam de tota Pauli sententia, qui toties inculcat hoc dictum: fide iustificamur. De quo cum multorum expositiones legisset, tunc et ex huius sermonibus et suae mentis consolatione[6]) animadvertisse interpretationum, quae tunc in manibus erant, vanitatem. Paulatim legenti et conferenti dicta et exempla in Prophetis et Apostolis recitata, et in quotidiana invocatione excitanti fidem, plus lucis accessit. Tunc et *Augustini* libros legere coepit, ubi et in Psalmorum enarratione, et in libro de spiritu et litera, multas perspicuas sententias reperit, quae confirmabant hanc de fide doctrinam et consolationem, quae in ipsius pectore accensa erat. Nec tamen prorsus relinquit[7]) Sententiarios. Gabrielem et Cameracensem pene ad verbum memoriter recitare poterat. Diu multumque legit scripta Occam, Huius acumen anteferebat Thomae et Scoto. Diligenter et Gersonem legerat. Sed omnia Augustini monumenta et saepe legerat et optime meminerat. Hoc acerrimum studium inchoavit Erphordiae, in cuius urbis collegio Augustiniano commoratus est annos quatuor.

5) *dicitur*] Decl. *legitur*.

6) Decl. *consolationem*.

7) Decl. *reliquit*.

Eo autem tempore, quia Reverendus vir *Stupicius*[8]), qui exordia Academiae Wittebergensis adiuverat, studium theologicum in recenti Academia excitare cupiebat, cum ingenium et eruditionem Lutheri considerasset, traducit eum Wittebergam anno 1508., cum iam ageret annum vicesimum sextum. Hic inter quotidiana exercitia scholae et concionum, magis etiam lucere eius ingenium coepit. Cumque eum attente audirent[9]) viri sapientes, Doctor *Martinus Mellerstadius* et alii, saepe dixit Mellerstadius, tantam[10]) esse vim ingenii in hoc viro, ut plane praesagiret mutaturum esse vulgare doctrinae genus, quod tunc in Scholis unicum tradebatur.

Hic primum Dialecticen et Physicen Aritotelis enarravit. Interea tamen suum illud studium legendi scripta theologica non omittens. Post triennium Romam profectus propter Monachorum controversias, cum eodem anno reversus esset, usitato more Scholarum, Duce Saxoniae Electore *Friderico* praebente sumptus, ornatus est gradu doctorum, ut usitate loquimur. Audierat enim concionantem, et vim ingenii et nervos orationis, ac rerum bonitatem expositarum in concionibus, admiratus fuerat. Et ut quadam quasi maturitate iudicii videas gradum ei Doctorum attributum esse, scias fuisse eum annum aetatis Lutheri tricesimum. Ipse narrabat, sibi admodum defugienti et recusanti mandatum esse a *Staupicio*, ut hoc gradu ornari se sineret, Eumque per iocum dixisse, multum negociorum Deo iam in Ecclesia fore, ad quae ipsius usurus esset opera. Cui voci, etsi ioco tunc emissa est, tamen eventus respondit, ut multa praecedunt mutationes praesagia.

Postea enarrare epistolam ad Romanos coepit, deinde Psalmos. Haec scripta sic illustravit, ut post longam et obscuram noctem novae doctrinae[11]) lux oriri videretur, omnium piorum et prudentum iudicio. Hic monstravit Legis et Evangelii discrimen, hic refutavit errorem, qui tunc in scholis et concionibus regnabat, qui docet mereri homines remissionem peccatorum propriis operibus, et homines coram Deo iustos esse disciplina, ut Pharisaei docuerunt. Revocavit igitur Lutherus hominum mentes ad filium Dei, et, ut

8) Decl. *Staupicius*.

9) Decl. *audierant*.

10) *tantam*] Decl. *totam*.

11) *doctrinae* Decl. non habent.

Baptista, monstravit agnum Dei, qui tulit peccata nostra, ostendit gratis propter filium Dei remitti peccata, et quidem oportere id beneficium fide accipi. Illustravit et caeteras partes doctrinae Ecclesiasticae. Haec ei exordia rerum optimarum magnam autoritatem circumdederunt, praesertim cum mores congruerent cum oratione docentis, videreturque oratio non in labris nasci, sed in pectore. Haec vitae admiratio magnas efficit inclinationes in animis auditorum, ut Veteres etiam dixerunt, *σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, κυριωτάτην ἔχει πίστιν τὸ ἦθος.* Quare postea cum quosdam receptos ritus mutaret, honesti viri, qui eum norant, minus vehementer adversati sunt, eique propter autoritatem, quam et rerum bonarum illustratione et sanctitate morum antea pepererat, in iis sententiis adsenserunt, quibus magno cum dolore videbant orbem terrarum distrahi.

Nec Lutherus tunc in ritibus quidquam mutabat, imo tetricus disciplinae custos inter suos erat, nec miscuerat aliquid opinionum horridiorum. Sed illam communem et prorsus necessariam doctrinam omnibus magis magisque illustrabat, de poenitentia, de remissione peccatorum, de fide, de veris consolationibus in cruce. Huius doctrinae dulcedine[12]) pii omnes valde capiebantur, Et eruditis gratum erat, quasi ex tenebris, carcere, squalore educi Christum, Prophetas, Apostolos, conspici discrimen Legis et Evangelii, promissionum Legis et promissionis Evangelicae, Philosophiae et Evangelii, quod certe non extabat in Thoma, Scoto et similibus, iustitiae spiritualis et rerum politicarum. Accedebat huc, quod *Erasmi* scriptis tam invitata erant iuventutis studia ad latinae et graecae linguae cognitionem, Quare monstrato iam dulciore genere doctrinae, multi bonis et liberis ingeniis praediti abhorrere a barbarica et sophistica doctrina Monachorum incipiebant. Ipse etiam Lutherus graecae et ebraicae linguae studiis se dedere coepit, ut cognita sermonis proprietate et phrasi, et hausta ex fontibus doctrina, dexterius iudicare posset.

In hoc cursu cum esset Lutherus, circumferuntur venales indulgentiae in his regionibus a *Tecelio* Dominicano impudentissimo sycophanta, cuius impiis et nefariis concionibus irritatus Lutherus, studio pietatis ardens, edidit Propositiones de Indulgentiis, quae in primo Tomo monumentorum ipsius extant, Et has publice Templo, quod arci Witebergensi contiguum est, affixit pridie festi omnium Sanctorum anno 1517. Hic Tecelius nihil sui dissimilis, ac sperans etiam gratiam se apud Romanum Pontificem initurum esse, suum senatum convocat, Monachos aliquot et Theologos sophistica sua utcunque[13]) leviter tinctos, hos componere aliquid iubet adversus Lutherum. Ipse interea ne esset *κωφὸν πρόσωπον,* non iam conciones, sed fulmina in Lutherum torquet, vociferatur ubique hunc haereticum igni perdendum esse, propositiones etiam Lutheri et concionem de Indulgentiis publice coniicit in flammas. Hi furores Tecelii et eius satellitum imponunt necessitatem Luthero de rebus iisdem copiosius disserendi, et tuendae veritatis.

Haec initia fuerunt huius controversiae, in qua Lutherus nihil adhuc suspicans aut somnians de futura mutatione rituum, ne quidem ipsas indulgentias prorsus abiiciebat, sed tantum moderationem flagitabat. Quare falso eum calumniantur, qui a plausibili causa exorsum[14]) dicunt, ut postea mutaret Rempublicam, et vel sibi vel aliis potentiam quaereret. Ac tantum abest, ut ab aulicis subornatus aut incitatus sit, sicut scripsit Dux Brunsvicensis, ut doluerit etiam Dux *Fridericus* moveri certamina, longe prospiciens, quanquam exordium esset de re plausibili, tamen paulatim latius vagaturam esse hanc flammam, ut de lite apud Homerum dicitur: parva metu primo mox sese attollit in auras. Cumque unus omnium nostrae aetatis principum *Fridericus* et tranquillitatis publicae amantissimus fuerit, et minime *πλεονεκτικὸς,* maximeque solitus sit referre consilia ad communem salutem orbis terrarum, ut ex multis rebus intelligi potest, nec incitator Luthero, nec adplausor fuit, suumque dolorem saepe significavit, quem assidue circumtulit metuens discordias maiores. Sed vir sapiens et non tantum prophana iudicia sequens, quae tenera initia omnium mutationum celerrime opprimi iubent, sed etiam normam divinam in consilium adhibens, quae iubet audiri Evangelium, et vetat agnitae veritati adversari, ac blasphemiam vocat horribiliter damnatam a Deo pertinaciam veritati adversantem, fecit quod multi alii pii et sapientes fecerunt, Deo cessit,

12) Decl. *dulcedine doctrinae.*

13) Decl. *sua sophistica utrunque.*

14) *exorsum*] Decl. *exarsum.*

studiose legit ea, quae scribebantur, et ea quae iudicavit vera esse, delere non voluit[15]). Scio etiam saepe eum sciscitatum de rebus ipsis eruditorum et sapientum sententias, et in eo conventu, quem in urbe Agrippina Colonia egit Imperator Carolus V. post coronationem, *Erasmum* Roterodamum amanter orasse, ut libere diceret, num errare Lutherum in iis controversiis iudicaret, de quibus praecipue disseruisset. Ibi Erasmus plane dixit, recte sentire Lutherum, sed lenitatem se in eo desiderare. Qua de re gravissime postea Dux Fridericus ad Lutherum scribens, valde eum hortatus est, ut styli asperitatem moderaretur. Constat etiam Lutherum Cardinali *Caietano* promissurum fuisse silentium, si adversariis etiam silentium indiceretur. Qua ex re perspicue intelligi potest, tunc quidem nondum eum decrevisse, alia se deinceps moturum esse certamina, sed tranquillitatis cupidum fuisse, sed paulatim ad alias materias pertractum esse[16]), undique lacessentibus eum indoctis scriptoribus.

Secutae sunt igitur disputationes de discrimine legum divinarum et humanarum, de tetra prophanatione coenae Domini, in venditione et adplicatione eius pro aliis. Hic explicanda tota sacrificii ratio fuit, et ostendendus usus Sacramentorum. Cumque iam audirent homines pii in monasteriis fugienda esse idola, discedere ex impia servitute ceperunt. Addidit igitur Lutherus ad explicationem doctrinae de poenitentia, de remissione peccatorum, de fide, de indulgentiis, deinde et has materias, discrimen legum divinarum et humanarum, et doctrinam de usu coenae Domini et aliorum sacramentorum et de votis. Et haec fuerunt praecipua certamina. Quaestionem de Ro. Episcopi potestate *Eccius* movit, non aliam ob causam, nisi ut accenderet Pontificis et Regum odia adversus eum. Symbola vero Apostolicum, Nicenum et Athanasianum purissime retinuit, Deinde in ritibus et traditionibus humanis quid et cur mutandum sit, satis copiose in multis scriptis exponit, Et quid retineri voluerit, et quam formam doctrinae et administrationis Sacramentorum probaverit, liquet ex confessione, quam Dux Saxoniae Elector *Iohannes*, et Princeps *Philippus* Landgravius Cattorum etc. in conventu Augustano Imp. Carolo V. anno 1530. exhibuerunt.

15) *et ea, quae iudicavit — voluit*] praetermissa in Decl.
16) *esse*] Decl. *fuisse*.

Liquet idem ex ipsis Ecclesiae ritibus in hac urbe, et ex doctrina, quam sonat Ecclesia nostra, cuius summa in confessione perspicue comprehensa est. Quod ideo recito, ut non solum considerent pii, quos errores taxaverit, quae idola sustulerit Lutherus, sed etiam sciant, complexum esse universam doctrinam Ecclesiae necessariam, et puritatem in ritibus restituisse, et piis exempla instaurandarum Ecclesiarum monstrasse. Ac utile est, posteritatem scire, quid probaverit Lutherus.

Illud commemorare hoc loco nolo, qui primi publice praebuerint utranque partem coenae Domini, qui primi omiserint privatas missas, ubi deserta sint primum monasteria. Nam Lutherus de his materiis ante conventum, qui fuit in urbe Vangionum anno 1521., tantum pauca disputaverat. Ritus non mutavit ipse, sed eo absente *Carolostadius* et alii ritus mutarunt. Cumque quaedam tumultuosius fecisset Carolostadius[17]), rediens Lutherus, quid probaret aut non probaret, editis suae sententiae perspicuis testimoniis, declaravit.

Scimus politicos viros vehementer detestari omnes mutationes, et fatendum est, discordiis etiam propter iustissimas causas motis, in hac tristi confusione vitae humanae semper aliquid mali misceri. Sed tamen in Ecclesia[18]) necesse est anteferri mandatum Dei omnibus rebus humanis. Aeternus pater hanc vocem de Filio edidit: hic est filius meus dilectus, hunc audite. Et minitatur aeternam iram blasphemis, hoc est, iis, qui agnitam veritatem delere conantur. Quare pium et necessarium officium fuit Lutheri, praesertim cum Ecclesiam Dei doceret, taxare perniciosos errores, quos homines Epicurei etiam[19]) nova impudentia cumulabant, et auditores recte docenti assentiri necesse fuit. Si vero mutatio odiosa est, si in discordia multa sunt incommoda, ut esse multa magno cum dolore cernimus, culpa est tum illorum, qui initio errores sparserunt, tum horum, qui nunc eos diabolico odio tuentur. Haec non modo eo commemoro, ut Lutherum et eius auditores defendam, sed etiam ut piae mentes hoc tempore et ad posteritatem cogitent, qualis sit et semper fuerit verae Ecclesiae Dei gubernatio, quomodo Deus sibi voce Evangelii aeternam Eccle-

17) *et alii ritus mutarunt — — — Carolostadius*] in Decl. praetermissa.
18) Decl. addunt *fateri*.
19) *etiam*] Decl. *et*.

siam ex hac massa peccati, hoc est, ex magna hominum colluvie excerpat, inter quos lucet Evangelium, ut scintilla in tenebris. Ut Pharisaeorum tempore tamen Zacharias, Elisabet, Maria et alii multi verae doctrinae custodes fuerunt, ita etiam ante haec tempora multi fuerunt, recte invocantes Deum, alii magis alii minus perspicue tenentes Evangelii doctrinam. Talis fuit et ille senex, de quo dixi, qui Lutherum conflictantem pavoribus saepe erexit, eique aliquo modo monstrator fuit doctrinae de fide. Ita, ut servet Deus deinceps in multis lucem Evangelii, ardentibus votis precemur, sicut Esaias pro suis auditoribus precatur: Obsigna legem in discipulis meis. Deinde haec commemoratio ostendit fucatas superstitiones non esse durabiles, sed evelli divinitus. Haec cum sit causa mutationum cavendum est, ne errores in Ecclesia doceantur.

Sed redeo ad Lutherum. Ut initio sine privata cupiditate in hanc causam ingressus est, ita etsi fuit natura ardens et iracunda, tamen semper sui muneris memor, tantum docendo praeliatus est, ac vetuit arma sumi, sapienterque distinxit officia toto genere diversa, Episcopi docentis Ecclesiam Dei et Magistratuum, qui gladio cohercent certorum locorum multitudinem. Quare cum aliquoties diabolus, qui scandalis dissipare Ecclesiam et contumelia Deum adficere studet, et ut est ἐπιχαιρέκακος, voluptatem capit ex hominum miserorum erroribus et exitio, inflammasset seditiosa ingenia ad excitandos tumultus, ut *Monetarium* et similes, acerrime illos furores damnavit, et dignitatem ac vincula omnia politici ordinis non solum ornavit, sed etiam munivit. Cum autem apud me cogito, quam multi magni viri in Ecclesia saepe in hac re hallucinati sint, plane statuo, non sola humana diligentia, sed etiam divina luce pectus eius gubernatum esse, ut intra sui muneris metas tam constanter manserit. Execrabatur igitur non solum huius aetatis sediciosos doctores, Monetarium et Anabaptistas, sed etiam eos Episcopos urbis Romae, qui audacissime impudentissimeque decretis conditis adfirmarunt, Petro non tantum Evangelii docendi munus mandatum esse, sed etiam Imperia politica tradita esse. Denique erat hortator omnibus, ut quae Dei sunt, Deo darent, quae Caesaris, Caesari, id est, ut vera poenitentia, verae doctrinae agnitione et propagatione, vera invocatione, et bonae conscientiae officiis Deum colerent, suae vero politiae quisque in omnibus civilibus officiis reverenter propter Deum obtemperaret. Ac talis quidem *Lutherus* ipse fuit, quae Dei sunt, Deo dedit, recte docuit, Deum recte invocavit, Habuit et alias virtutes necessarias in homine, qui placet Deo. Deinde in politica consuetudine constantissime vitavit omnia sediciosa consilia. Has virtutes tanta esse iudico decora, ut alia maiora[20]) in hac vita expeti non possint.

Et quanquam ipsius Viri virtus etiam laude digna est, qui Dei donis reverenter usus est, tamen praecipue Deo gratias agi necesse est, quod per eum restituit nobis Evangelii lucem, et ipsius doctrinae memoria retinenda et propaganda est. Nec moveor clamoribus Epicureorum aut Hypocritarum, qui aut rident aut damnant manifestam veritatem, sed vere statuo consensum perpetuum esse catholicae Ecclesiae Dei hanc ipsam doctrinae vocem, quae sonat in Ecclesiis nostris, et huius doctrinae agnitione necessario regendam esse invocationem et vitam. Denique hanc ipsam esse doctrinam, de qua filius Dei inquit: si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et veniemus ad eum, et mansionem apud eum faciemus. Loquor enim de summa doctrinae, ut in Ecclesiis nostris a piis et eruditis intelligitur et explicatur. Nam etiamsi alii magis, alii minus proprie et concinne interdum aliquid explicant, aut alius alio horridius interdum loquitur, tamen de rebus in summa inter pios et eruditos consensus est.

Ac mihi saepe multumque cogitanti de omnium temporum doctrina, inde usque ab Apostolis post primam puritatem secutae videntur mutationes doctrinae insignes quatuor. *Origenica* aetas, etsi aliqui fuerunt recte sentientes, qualem fuisse *Methodium* arbitror, qui deliramenta Origenis improbavit, tamen in animis multitudinis inflexit Evangelium ad Philosophiam, hoc est, offudit hanc persuasionem, mediocrem rationis disciplinam mereri remissionem peccatorum, et esse iustitiam, de qua diceretur: iustus ex fide sua vivet. Haec aetas pene amisit totum discrimen legis et Evangelii, et sermonem apostolicum dedidicit. Non enim retinuit nativam significationem vocabulorum[21]) literae, spiritus, iusticiae, fidei. Et amissa verborum proprietate, quae rerum[22]) no-

20) *maiora* abest a Decl.
21) *vocabulorum* abest a Decl.
22) *rerum*] Decl. *verborum*.

tae sunt, alias confingi res necesse est. Ex his seminibus ortus *Pelagii* error, qui late vagatus est. Itaque cum Apostoli puram doctrinam seu limpidos et saluberrimos fontes Ecclesiae dedissent, multum infudit coeni Origenes.

Huius aetatis[23]) errores ut emendarentur, saltem aliqua ex parte, *Augustinum* Deus excitavit, hic mediocriter fontes repurgavit, nec dubito, si hic iudex esset controversiarum huius aetatis, habituros nos[24]) eum prorsus *ὁμόψηφον*. Certe de remissione gratuita, de iusticia fidei, de usu sacramentorum, de adiaphoris expresse nobiscum sentit. Etsi autem alibi magis, alibi minus diserte seu proprie exponit quod vult, tamen si Lector candorem et dexteritatem in iudicando ad eum adferet, sentire eum nobiscum agnoscet. Quod enim adversarii nostri interdum sententias ex eo decerptas contra nos citant, et ad Patres magno clamore provocant, id non faciunt veritatis et antiquitatis studio, sed sycophantice praesentibus idolis autoritatem veterum praetexunt, quibus haec idola postremae aetatis adhuc ignota erant. Sed semina superstitionum tamen in illa Patrum aetate extitisse adparet. Ideo et de votis quaedam constituit Augustinus, etsi de his quoque minus horride loquitur quam caeteri. Semper autem aliquid ineptiarum singulis etiam bonis aspergunt contagia suae aetatis, quia ut patriae, ita praesentibus ritibus favemus, quibus innutriti sumus, verissimumque est illud Euripidis: *πᾶν σύντροφον γλυκύ.* Utinam vero omnes, qui Augustinum sequi se iactitant, perpetuam sententiam, et ut ita dicam, pectus Augustini referrent, non tantum mutila dicta calumniose[25]) detorquerent ad suas opiniones.

Ac restituta lux Augustini scriptis posteritati profuit, Nam deinde *Prosper Maximus*, *Hugo*, et aliqui similes, qui studia gubernarunt, usque ad *Bernardi* aetatem, propemodum Augustini normam sequuntur. Interea tamen crescentibus imperiis et opibus Episcoporum, secuta est velut Gygantum aetas, Prophani homines et indocti regnarunt in Ecclesia, quorum aliqui aulae Romanae artibus aut forensi doctrina exculti fuerunt.

Exorti igitur sunt Dominicani et Franciscani, qui cum viderent luxum et opes Episcoporum et prophanos mores detestarentur, modestiorem vitam instituerunt, seque quasi disciplinae carceribus incluserunt. Sed primum inscitia superstitiones auxit, Deinde cum viderent hominum studia in Scholis ad solam forensem doctrinam converti, quod Romae iam lites multis augerent autoritatem et opes, ipsi revocare homines ad theologica studia conati sunt, sed consilium defuit. *Albertus* et similes, qui dediti fuerant *Aristotelis* doctrinae, transformare Ecclesiae doctrinam in Philosophiam coeperunt. Et haec quarta aetas non tantum coenum, sed insuper venena, id est, opiniones probantes manifesta idola in fontes Evangelicos infudit, Tantum labyrinthorum et falsarum opinionum est in *Thoma*, *Scoto* et similibus, ut semper saniores theologi desideraverint aliud genus doctrinae planius et purius.

Nec sine insigni impudentia dici potest, non fuisse opus eius doctrinae mutatione, cum manifestum sit, magnam partem Sophismatum in illis disputationibus ne ab iis quidem intelligi, qui in eo doctrinae genere consenuerunt, Deinde aperte confirmantur *εἰδωλομανίαι*, ubi docent applicationes sacrificii ex opere operato, ubi statuarum invocationes excusant, ubi negant, gratis remitti peccata fide, ubi ex ceremoniis humanis carnificinam faciunt conscientiarum, denique multa sunt alia magis tetra et *δύςφυμα*, quae cogitans toto corpore cohorresco.

Gratias igitur agamus Deo aeterno patri Domini nostri Iesu Christi, qui Martini Lutheri ministerio ex fontibus Evangelicis rursus eiici coenum et venena voluit, et Ecclesiae puram doctrinam restituit, qua de re cogitantes omnes pios toto orbe terrarum coniungere vota et gemitus decet, ac petere ardentibus pectoribus, ut Deus confirmet hoc quod operatus est in nobis, propter templum sanctum suum. Tua est haec vox et promissio, vive et vere Deus, aeterne pater Domini nostri Iesu Christi, conditor omnium rerum et Ecclesiae, Propter nomen meum miserebor vestri, Propter me, propter me faciam, ut non blasphemer. Te oro toto pectore, ut propter gloriam tuam et Filii tui semper tibi inter nos quoque Ecclesiam aeternam voce Evangelii tui[26]) colligas,

23) *aetatis* abest a Decl.
24) *nos*] Decl. *eos*.
25) *calumniose*] Decl. non habent.
26) *tui* abest a Decl.

et propter filium tuum, Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, *μεσίτην καὶ ἱκέτην*, nostra pectora Spiritu sancto regas, ut te vere invocemus, et officia tibi placentia praestemus. Rege etiam studia doctrinae, et guberna ac serva has politias et earum disciplinam, quae sunt hospicia tuae Ecclesiae et studiorum. Cum ideo [27]) genus humanum condideris, ut ab hominibus agnoscaris et invoceris, quare et illustribus testimoniis te patefecisti, non sinas deleri haec agmina, in quibus doctrina tua sonat. Cumque filius tuus Dominus noster Iesus Christus aditurus agonem suum precatus sit pro nobis: Pater, sanctifica eos in veritate, sermo tuus est veritas, ad huius nostri Sacerdotis precationem nostra vota adiungimus, et petimus una cum ipso, ut tua doctrina semper luceat in genere humano, et nos gubernet.

Haec quotidie precantem et Lutherum audiebamus, et inter haec vota anima eius ex mortali corpore placide evocata est, cum iam ageret annum sexagesimum tertium.

Habet posteritas multa monumenta et doctrinae et pietatis ipsius. Edidit scripta *διδασκαλικὰ*, in quibus doctrinam complexus est salutarem et necessariam hominibus, erudientem bonas mentes de poenitentia, fide, et veris fructibus fidei, de usu sacramentorum, de discrimine Legis et Evangelii, de discrimine Evangelii et Philosophiae, de dignitate politici ordinis, denique de praecipuis articulis doctrinae, quam in Ecclesia extare necesse est. Deinde addidit *ἐλεγκτικὰ*, in quibus refutavit multos errores perniciosos hominibus. Edidit *ἐξηγητικὰ*, id est, enarrationes plurimas in Prophetica et Apostolica scripta, quo in genere etiam inimici fatentur eum superare omnium enarrationes, quae extant. Haec merita esse magna, omnes piae mentes intelligunt. Sed profecto utilitate et labore aequat haec opera, interpretatio veteris et novi Testamenti, in qua tanta est perspicuitas, ut vice commentarii esse possit ipsa germanica lectio, Quae tamen non est nuda, sed habet adiunctas eruditissimas annotationes, et singularium partium argumenta, quae et summam doctrinae coelestis monstrant, et de genere sermonis erudiunt lectorem, ut ex ipsis fontibus bonae mentes firma testimonia doctrinae sumere possint.

27) *ideo*] Decl. *igitur*.

Volebat enim Lutherus non detinere in suis scriptis, sed ad fontes deducere omnium mentes. Ipsam vocem Dei audire nos voluit, hac voluit in multis accendi veram fidem et invocationem, ut Deus vere celebraretur, et multi fierent haeredes vitae aeternae. Hanc voluntatem et hos tantos labores et grata mente praedicare decet, et exempli causa meminisse, ut nos quoque pro suo quisque modo ornare Ecclesiam studeat. Nam ad hos duos fines praecipue tota vita, et omnia vitae studia et consilia referenda sunt, primum, ut Dei gloriam illustremus, deinde, ut Ecclesiae prosimus. De quorum altero dicit Paulus, Omnia ad gloriam Dei facite. De altero Psalmus CXXII., Rogate quae ad pacem sunt Ierusalem. Et additur dulcissima promissio in eodem versu, Eos, qui diligunt Ecclesiam, felices et beatos fore. Haec coelestia mandata et hae promissiones invitent omnes, ut Ecclesiae doctrinam recte discant, ament ministros Evangelii, et salutares doctores, et conferant studium et operam ad verae doctrinae propagationem et ad verae Ecclesiae concordiam tuendam. Bene vale Lector, Witebergae, Calendis Iunii,

Anno M.D. XLVI.

No. 3479. 8. Iun.

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 204. (edit. Lond. lib. II. ep. 195.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime Princeps et Reverendissime Domine, Fui aliquandiu occupatus scribenda recusatione synodi *Tridentinae**), de qua tamen non multa dixi, sed causas recitavi, quare omnes debeant amplecti hoc doctrinae genus quod profitemur. Ideo iusseram quendam meum amicum componere orationem mittendam C. V. Sed ille nimis longam scripserat. Scripsi igitur aliam brevem, et, ut ego iudico, convenientem illi congressui, in quo C. V. dictura est**). Sed iudicium de ea C. V. permitto. Officia vero mea et

*) Est scriptum publice editum: „Causae quare et amplexae sint et retinendam ducant doctrinam" etc., quam dabimus in libris Melanthonis.

**) Vid. eam infra d. 18. Oct.

labores defero reverenter et Ecclesiae Dei, et C. V. D. Doctor *Augustinus* promisit se curaturum esse, ut fideliter ad C. V. haec scripta perferantur. Ideo ea ipsi commendavi. Ac oro, ut significet C. V. an ea acceperit. Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi servet C. V. et regat eam. Die quo celebratur memoria triumphi Filii Dei, quo ascendit in coelum spectante Ecclesia.

No. 3480. 5. Iun.

Studiosis.

Scripta publ. Witteb. I. p. 169 b.

Philippus Melanthon (Studiosis).

Hodie hora prima conveniant in domo Academiae, in qua est auditorium Iurisconsultorum, delecti ex Voitlandis ad stipendia. Sciunt enim, nomina eorum, qui ad examen venerunt, Illustrissimo Principi mittenda esse. Et studiis utilem esse hanc inspectionem doctrinae et ad disciplinam prodesse speramus. Decet autem omnes bene moratos amare nervos disciplinae. Nec nomen tantum gentis Variscae, a veritate factum, sed etiam res magnae olim, pro defensione libertatis Germanicae gestae, significant, magna virtutis exercitia in ea gente fuisse, quae imitari posteros necesse est. Datum 5. Iunii, anno 1546.

No. 3481. 5. Iun.

I. Ionae.

† Ex apographo Bavari Vol. I. p. 964.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti D. Iusto Ionae Doct. Theol., Episcopo Ecclesiae Dei in Salinis Saxonicis amico suo cariss. Philippus Melanthon.

S. D. Imago Ecclesiae, quam pingit Esaias, quotidie mihi ob oculos versatur, in qua ait, puerum in aspidum specu sedentem inter aspides tamen servari. Huius me εἰκόνος cogitatione confirmo, ut tranquilliore animo pericula feram, et expectem coelestem defensionem. Nec dubito, quin similibus consolationibus te quoque sustentes. Nam humana quam sint infirma satis experimur. Certe ut aspidum saevitiam pueri nec cavere possint nec depellere, sit nos technis hostium, quorum varia sunt genera, occurrere non possumus. Unum igitur hoc agamus: faciamus officium nostrum, et exitus Deo commendemus.

Filius docet magna cum laude *). Dedi Doctori *Chiliano Aquilae* epistolam, ex qua cognosces τὴν ναογεώργου μανίαν. Deus regat Ecclesias nostras, et in eis haereditatem filio suo Domino nostro Iesu Chr. extremam colligat. Decrevi expatiare ad principem *Georgium* in viciniam vestram, quo spero te quoque venturum esse. Nam quod significas, te huc expatiaturum esse, scis non sine magno sumtu tale iter, quamvis non longum, a te fieri posse. Vidua **) fecit emtionem duobus millibus et ducentis. Satis exercemur. Bene vale, die tuo natali, quo Graecis duae victoriae clarissimae partae sunt Leuctrica et Gervestana ***).

No. 3482. 8. Iun.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 121.

Antonio Lauterbach, Pastori Eccles. Pirnensis.

S. D. Venerande D. Antoni. Utile est Ecclesiae Dei, bona et moderata ingenia uberiore doctrina excoli et instrui. Cum igitur indoles *Iosephi* praeclara sit, opto, ut in Academia diutius manere possit, ubi adhuc Dei beneficio florent literarum studia, ac tibi eum commendo. Non aderat *Christophorus Kittel*, cum tabellarius vester huc venit. Iussi igitur eum accersi. Interea neminem Senatui vestro indicavi; volo enim prius et hunc *Christophorum* audire [1]). Caeteri *Birnenses* qui adsunt omnes habent cur in Academia manere malint. In Ecclesia crescunt pericula; recens enim legi epistolam *Campani*, qui vagatur in *Iuliacensi* ditione, in qua minitatur, se labefacturum

---

*) Incoepit Ionas filius publice docere in Acad. Witebergensi exeunte anno 1544. Anno 1546. docuit dialecticen. Vid. Scripta publ. T. I. p. 147.

**) In margine manu Bavari adscriptum est: M. L. (Martini Lutheri). De hac emtione vid. epist. ad Amsdorfium d. 31. Maii 1546.

***) *Gervestana* non descripserat Bavarus, haud dubie quia non legere potuit. Addidi nomen ex epistola ad Fabricium d. 6. Iun. 1548.

1) Vid. ep. ad Senat. Pirnens. d. 16. Iun. 1546.

doctrinam Ecclesiae de filio Dei et alios veros ac praecipuos articulos [2]). Interea venditat se *Gropppero* [3]), et diligitur ab iis, qui nostras Ecclesias oderunt, quia audacissime maledixit nostris Ecclesiis. Oremus deum aeternum patrem domini nostri I. C., ut illas diabolicas furias obruat, et non sinat extingui lucem Evangelii, sed colligat ubique sibi aeternam filii haereditatem et servet in his regionibus Ecclesias et politias, ut certo spero, quia sunt doctrinae hospitia. Bene et feliciter vale, et rescribe saepius. Die solstitii (qui fuit Medardi) 8. Iunii.

P. M.

No. 3483. 9. Iun.

Casp. Aquilae.

† Ex autographo Melanth. in cod. Rhed. Vratisl. Vol. V, mihi descripta a S. V. Dav. Schulzio.

D. Casparo Aquilae, Episcopo Ecclesiae Dei in oppido Salfeldt.

S. D. Venerande D. Aquila. Multa sunt illustria testimonia, quae ostendunt, mihi non deesse studium tuendae tranquillitatis Ecclesiarum in his regionibus. Ipsum etiam *Naogeorgum* ante sex annos oravi, ne dissidia excitaret, cum quidem ad me misisset quaestiones de multis articulis, ex quibus certamina oriri poterant. Et tunc se repressit. Postea *) a me placide admonitus de lapsibus electorum, nequaquam id placide accepit. Et habet admiratores in aula. Nunc igitur tacebo, ne dicar irritator. Vobis etiam consulo, ne cum eo rixemini **). Si principi significatum est, quid doceat, fortasse cogitabitur in aula de tuenda tranquillitate Ecclesiarum. Si stylum in nos strinxerit, dicemus ea, quae Ecclesiae profutura esse iudicabimus. Nam hec grandiloquentiam ipsius, nec tragoedias metuo. Redit ad vos *Adamus* nondum ordinatus. Iubetur enim adferre testimonia de quadam controversia matrimoniali. Bene vale, Die 9. Iunii *).

Philippus Melanthon.

2) Scripserat Campanus librum: Göttlicher und heiliger Schrift, vor vielen Jahren verdunkelt und durch unheilsame Lehr und Lehrer, aus Gottes Zulassung, verfinstert, Restitution und Besserung durch den hochgelehrten Iohannem Campanum. 1532. 8., in quo contendit filium patre minorem esse, et acerrime aggressus est Lutherum et Melanthonem. Vid. epist. ad Theodor. d. 10. Iun. 1546.

3) Cod. Goth. *Greppsio*, mendose.

*) Anno 1544.

**) Dissidia inter Aquilam et Naogeorgum iam orta erant anno 1545.; sed epistola haec data est anno 1546. Vid. ep. Melanth. ad Ionam d. d. 5. Iun. h. a.

*) Aliena manus autographo addidit: *ann.* 1546.

No. 3484. 10. Iun.

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 494. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 629.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in urbe Noriberga.

S. D. Etsi curae mihi est respubl. tamen literarum tuarum propter privatas narrationes avidior sum. Propemodum enim *τὰ μέλλοντα ἐν δημοσίοις κινδύνοις στοχάζομεν*. De te scire cupio, quo modo [1]) valeas, et Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut te Ecclesiae communi et domesticae servet incolumem.

Proficiscitur ad vos adolescens *Vitus Ennius*, qui narrat se magnis a te beneficiis adfectum esse. Nunc petit rursus se iuvari aliquorum piorum *ἐράνῳ*, qua in re quaeso, ut ei non desis; nec putemus nobis turpe esse *πτωχεύειν* pro Scholasticis, *ὅτι καὶ εὐσεβεστάτη θεοῦ ἐκκλησία πτωχή ἐστιν ἐν* [2]) *κόσμῳ καὶ πρὸς βασιλέας οἱ πτωχαλαζόνες καὶ ἅρπαγές εἰσι.*

Haec cum scriberem nondum audieram redisse *Ioachimum Camerarium* ad Mysos nostros. Mitto tibi et D. *Hieronymo* pagellas, quae continent historias *ἀξιολόγους*. *Campanum* scias in Iuliacensi ditione clam perniciosissima venena contra Filium Dei et contra Spiritum sanctum spargere, imo re ipsa delere universum Evangelium: Interea se venditat *Gropero*, et diligitur, quia audet rabiose maledicere nostris Ecclesiis. Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi, qui in baptismo filii vere patefecit se, et filium et Spiritum sanctum, regat nos, et non sinat exstingui lucem Evangelii. Salutem opto D. Hieronymo [3]).

Philippus Melanthon.

1) Scriptum est *quō*, i. e. *quo modo*; Spanh. edidit: *quam*.

2) Spanh. edidit *ἐν*, sed scriptum ob *ἐκ*.

3) Alia manus adscripsit: 10. *Iunii* 1546, quae etiam Camerar., quasi a Mel. adscripta essent, edidit.

No. 3485. 18. Iun.

Io. Hornburg.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54.

Iohanni Hornburg, Senatori urbis Rotenburg.

S. D. Hanc epistolam scripsi in aedibus d. *Ioachimi Camerarii* die laetissimo, quo celebratur memoria admirandarum patefactionum Dei, in quibus se Dei [1]) illustri testimonio ostendit generi humano ante annos 3055 in Sina, lege promulgata et postea post resurrectionem Christi misso Spiritu sancto. His nos Dei operibus confirmemus, et eius doctrinam amemus, etiamsi nos rideant Epicuraei. Praeclare igitur facis, quod Ecclesiae studia adiuvas. Et hos nostros labores Deo curae fore non dubitemus. De *Albero* tibi gratiam habeo, quod amanter eum excepistis. Locum ei in vicinia vestra [2]) fore spero. D. *Ioachimus Camerarius* amanter tibi salutem optat. Bene vale. 1546.

Philippus Melanthon.

No. 3486. 18. Iun.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 122.

Antonio Lauterbach, Pastori Eccles. Pirnensis.

S. D. Venerande Dom. *Antoni.* Plurimum refert, ut scis, recte erudiri adolescentiam in elementis doctrinae coelestis et Grammaticae. Ideo et doctos gubernatores scholae vestrae opto, et te rogo, ut sis inspector et gubernator. Tuum cognatum audivi et arbitror scholae prodesse posse, si volet diligentiam praestare, ut pollicetur. Sed ipsi quoque opus erit, ut in Grammaticis sese exerceat. Eius aetas iam ad diaconi munus alicubi in Ecclesia magis idonea esset, qua de re cogitare te optarem, et arbitror, tibi non deesse occasiones. Bene et feliciter vale. Die 18. Iunii 1546.

P. M.

1) *filius Dei?* vel: *Deus?*
2) Apogr. habet *nostra*, quod pro mendo habeo.

No. 3487. 18. Iun.

Senatui Pirnensi.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 227.

Den Erbaren, Weisen und fürnehmen Herrn Bürgermeistern und Rath zu Pirn *) meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Erbare, Weise, fürnehme, günstige Herren. Zeigern dieser Schriften *Christophorum Kittel* habe ich examinirt, und so er Fleiß thun wollte, hoffe ich, er werde in der Schule nützlich dienen. Denn er hat eine gute Uebung in grammatica; er erbeut sich auch, treulich und fleißig sein Amt auszurichten, so er von E. W. angenommen wird. Derhalben ich ihn an E. W. diese Schrift gegeben, und bitt E. W., als gottesfürchtige christliche Obrigkeit, sie wollen ihr die Schul und die Jugend Gott zu Ehren, treulich lassen befohlen seyn, und selb etlich Mal im Jahr sich um der Jugend studia erkunden. Der allmächtige Gott bewahre euch und die Euern allezeit. Datum Wittenberg, 18. Iunii 1546.

E. W.
williger Philippus Melanthon.

*) Pirna.

No. 3488. 20. Iun.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 120. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 94., cuius inscriptioni adscripta sunt: „Noribergam venit d. 1. Iul. 1546. per Andream."

Clariss. viro D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg, amico suo cariss.

S. D. Donec Deus concedet, faciam huius scholastici muneris operas studiose, quas quidem etiam eruditius facere possemus, si non ita multis parergis aula nos oneraret. Mihi crede, saepe quanquam senex de fuga cogito. sed brevi fortassis mors abrumpet has ineptas occupationes, ac spero Ecclesiae nostros labores profuturos esse, etiamsi Imperiorum mutationes saevae incident. Hac spe videmus Prophetas et Apostolos se quoque inter ruinas Imperiorum sustentasse. Quod ut tu quoque facias te hortor. Nam vides Imperia habere

fatales conversiones. Cumque aula rideat nostram Philosophiam, facio quod Chorus apud Aeschylum, [VII. Theb. v. 242.] qui ait: *σιγῶ, σὺν ἄλλοις πείσομαι τὸ μόρσιμον.*

Mitto tibi nugas novarum legum, sed addita est in fine conciuncula, quam fortassis non invitus leges [1]). Si quid de Synodo Tridentina aut actionibus Reginoburgensibus habebis, imperties nobis. Bene et foeliciter vale. Die 20. Iunii [2]).

Philippus Melanthon.

No. 3489. 21. Iun.

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in Appendice lib. IV. epistolar. p. 10. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 630.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Noriberg.

S. D. Carissime Vite. Primam accepi hanc a te epistolam, quam proxime misisti, aliena manu scriptam. Ingemui igitur intuens Epigraphen, sed tamen cum vivere te, et interdum concionari intelligerem, dolor meus nonnihil levabatur. Postea cum legerem Epistolam, vidi non ad me, sed ad *Hessum* scriptam esse, quare eam remitto. Oro autem Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem Ecclesiae aeternae, ut vires corpori tuo mediocres concedat, ut diutius Ecclesiae Evangelium vox tua interpretari possit. Nascitur enim, ut vides, alia aetas *ἀρχόντωντε καὶ θεολόγων,* ut magnae corruptelae doctrinae metuendae sint, si boni doctores, qui nunc vivunt, ex hac statione evocati fuerint.

Apud *Ioachimum Camerarium* his diebus Lipsiae [*]) fui, quo adferebantur initia Conventus Ratisponensis. Tridentina Synodus in decreto sessionis tertiae fundamenta iecit damnandae verae doctrinae. Et video astute institutam esse telam et seriem actionum. Mittes igitur *τὰ ἑπόμενα.* Me exercent negocia tutelae liberorum *Lutheri.* Bene vale. Die 21. Iunii.

Philippus Melanthon.

1) Leguntur in Scriptis publicis T. I. p. 448 sqq. cf. ep. ad Eber. d. 23. Decb. 1545.

2) Ann. 1546. alia manus adscripsit.

*) d. 19. Maii. et seqq. in nundinis.

No. 3490. 24. Iun.

Ch. Goldsteinio.

Manlii farrag. p. 346 b. — Apographa in cod. Goth. 191. p. 58. et in cod. Goth. 401. p. 26.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Chiliano Goldtstein, doctori iuris, Syndico in Salinis optime merito de republ., amico suo chariss. [1]),

S. D. Etsi multa memini sapientum dicta, quae et laetitias et moerores iubent moderari, † quale illud est venustissimi scriptoris Archilochi:

„*θυμὲ, θύμ' ἀμηχάνοισι κήδεσιν κυκώμενε,*
ἀλλὰ χαρτοῖσίν τε χαῖρε, καὶ κακοῖσιν ἀσχάλα
μὴ λίην" [2]),

tamen interdum † ita" opprimor dolore, ut paene examiner. Sed erigo me utcunque hac vera sententia, quod nec casu res humanas [3]) volvi scio, et nos filio Dei curae esse statuo. In Conventu † Carolus" Imperator hactenus contendit, ut nostri promittant, se synodo cognitionem controversiarum permissuros esse, et pollicetur, se curaturum, ne iudicet pontifex, sed homines delecti. Haec vides esse insidiarum plena. Sed oremus Deum, ut nos gubernet et regat politias, † in quibus sunt Ecclesiarum hospitia." Mitto tuis liberis precationem *Stigelii* versibus venuste comprehensam, in qua magis scio te acquiescere, † quam in" caeteris † rebus" ullis. Scire cupio, quid de epistola † mea" statueris [4]), quam † de" Schola ad Senatum scripseram [5]). Bene vale. Die Baptistae collegae nostri [6]) carissimi, qui agnum nobis monstravit, carissimum filium Dei [7]).

1) Apud Manlium inscribitur: „Clarissimo viro, D. Chiliano Goldtstein, doctori Iuris, Senatus in Salinis *συμβούλῳ.*"

2) Haec Manlius et cod. Goth. 401. praetermiserunt, sed conservavit ea cod. Goth. 191., ubi autem misere depravata sunt. Nam leguntur sic: *θυμέ, θυμι ἀμηχάνοις κήδεσσο κυκώμενε χηρτοῖς τε χαῖρε καὶ κακοῖσι ἀσχαλλε μή λοιν.* Dedi hos versus ut leguntur in Iacobsii Anth. Palat. Vol. I. p. 158., Fragm. Archilochi ed. Liebel. p. 103. Post *κυκώμενε* quatuor versus interiecti sunt, quos vel Melanthon non perscripsit vel auctor Apographi non descripsit. — Vertendi sunt:

animе noster, anime iam nunc aestuans cura gravi,
— — — — — — — —
cum modo laetare felix, cum modo infelix dole.

3) *res humanas*] c. Goth. 191.: *humana.*

4) *statueris*] c. Goth. 191. *statueritis*, quod fortasse praeferendum.

5) Manl. *scripserat.*

6) *nostri* habet c. Goth. 191. et recte. Manl. *mihi.*

7) Cod. Goth. 401. addit: 1546.

No. 3491. 24. Iun.

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 496. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 681.

D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia dei in urbe Noriberga.

S. D. Annis fere mille, in Germania nulli fuerunt Italici exercitus. Nunc eos adducit *Carolus*, et contra eam familiam adducit, a qua in hoc Imperii fastigium evectus est. *Κἂν δὲ πολλάκις ἐμεμψάμην στενάζων ἡμετέρους ἐπαχϑῇ τινα Καρόλῳ πράττοντας ἄνευ ἀνάγκης,* tamen fontes odii sunt, iudicium in *Carolo* iniquum de doctrina Ecclesiae. Quare Deum oro, ut tegat has regiones. De mea vita non sum sollicitus, sed nollem deleri hanc mediocrem doctrinae sedem. Tu nos Deo piis votis commendato.

Hanc Epistolam exhibebit tibi *Franciscus* [*Dryander*] [1]) Hispanus, meus contubernalis vir doctus, gravis et eximia virtute praeditus, in omni officio philosophicam diligentiam praestans. Te et D. *Hieronymum Bomgartnerum* videre voluit. *Hieronymo* igitur eum commendabis. Mihi gratum facietis, si eum ut me alterum complectemini. Bene vale. die Iohannis Baptistae, quo me cogitatione temporum et aerumnarum Zachariae et filii et similium quos Herodes interfecit, consolabar. Tu quoque ea te cogitatione erigito [2]).

Philippus Melanthon.

No. 3492. (h. t.)

N. Amsdorfio.

† Ex autogr. in cod. Guelpherb. in 4to. no. 30. 3. p. 22.

Nicolao ab Amsdorf, Episcopo Numburgensi,

S. D. Omnes pios saepe et diligenter de Ecclesiae periculis cogitare decet, ut pectora de precatione commonefaciant. Non dubium est, nunc conspirationem inter Pontificem et reges factam esse de bello movendo *). Stant igitur Ecclesiae nostrae, ut stabat Ecclesia Israel inter aquam, etsi nobis quoque multa patienda erunt propter nostra vitia et peccata; iudicium enim a domo Dei incipit. Tyranni nunquam atrocius minati sunt quam nunc. Sed oro filium Dei, dominum nostrum Iesum Christum, ut nos regat, et has Ecclesias et politias servet. Bene vale.

Philippus.

1) *Dryander* adscripsit alia manus.

2) Alia manus adscripsit ann. 1546.

*) Initio anni spargebatur rumor, Caesarem occulte moliri bellum, vid. Sleidan. Comment. lib. XVI. p. 479.

No. 3493. 24. Iun.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 121. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 95. Adscripsit Baumgartnerus, se epistolam accepisse d. 4. Iul. 1546. per Dryandrum.

D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg., amico suo cariss.

S. D. Etsi, ut fit, in discordiis civilibus multa acciderunt his viginti annis, quae nollem, tamen et studium doctrinae illustrandae in multis apud nos pium fuit, et multae res recte patefactae sunt. Et hanc voluntatem gratam esse Deo scio. Hac me consolatione sustento, quicunque erunt huius belli, quod nunc movetur, exitus. Nec dubito, mansuras esse aliquas doctrinae sedes, etiamsi nostrae casulae delebuntur, quas ut servet Deus etiam precor. Relinquet igitur *Carolus* imperfectum poëma, et causam praebebit maiorum distractionum orbis terrarum. Sed haec alias.

Nunc tibi *Franciscum* *) *Hispanum* commendo, qui, quia multorum audivit de tua excellenti virtute sermones, videre te voluit. Vir doctus est et gravis, et philosophica quadam diligentia, prudentia et dexteritate actiones suas moderatur. Bene vale. Die Iohannis Baptistae, quo me cogitatione temporum et aerumnarum Zachariae et filii et similium, quos Herodes interfecit, consolabar. Eadem te cogitatione erigito **).

Philippus Melanthon.

No. 3494. (hoc fere temp.)

G. Knutelio.

Epist. lib. VI. p. 301 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 307.

*) Franc. Dryandrum.

**) Alia manus adscripsit: 24. Iun. 1546.

Nobilitate et literis claro D. Guielmo Knutel, Consiliario Principis Nassaensis, suo patrono.

S. D. Mitto vobis themata nativitatum, sed sine longiore interpretatione. Haec enim non potest fieri, nisi diligentissime postea singulorum annorum curricula describantur, seu, ut vocant, directiones. Adscripsi tamen praecipuas naturae significationes, quas maxime iudico considerandas esse. Nam illae minutae supputationes singulorum annorum interdum sunt ineptae. Haec autem naturae et ingenii significatio maximam vim habet. Hinc et de moribus et de fortuna iudicari possunt plurima. Sed si requiritis integram interpretationem, sumet hoc sibi negotii Astronomus, ut addat annorum descriptiones singulorum. Paedagogum adolescentum Comitum existimo iam ad vos pervenisse *). Commendo eum tibi tuendum. Nihil volui cum eo pacisci, ne videremur diffidere humanitati ac liberalitati Principis tui. Ages Principi gratias pro munere, meque ei commendabis. Tibi quoque cupio me commendatum esse. Habeo Comitis *Ludovici Stolbergii* nativitatem, valde respondentem eius ingenio et fortunae, quam alias tibi mittam. Bene et feliciter vale.

No. 3495. 25. Iun.

Nic. Amsdorfio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Ex epistola ad Ambsdorfium.

Certum est ingens bellum parari a Carolo Imperatore contra Ducem Saxoniae Electorem et Landgrafium. Iamque magni exercitus congregati sunt in vicinia Geldriae, et expectantur copiae Italicae, quibus Pontifex det stipendium. Nec dissimulat Carolus, se bellum Duci Saxoniae illaturum esse **). Nam Ratisbonae vocavit legatos civitatum, et hortatus est, ne ducem Saxoniae iuvarent. Sed civitates honeste et constanter responderunt, se non defuturos periculo coniuncti principis. Haec de belli initio. Sicut autem Deus texit domum viduae Sareptanae, ita oro Deum, ut defendat nostros principes, qui in gubernatione iusti sunt, et multis officiis iuvant Ecclesias et studia doctrinae. Vale. 25. Iunii 1546.

No. 3496. 1. Iul.

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in Appendice libri IV. epist. p. 12. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 632.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in urbe Noriberga.

S. D. Ita fit in tantis bellis, alii alias causas narrant. Ego vero, etsi multa sunt mea et aliorum peccata; et saepe nostrorum immoderatas actiones palam reprehendi cum aliquo periculo, tamen existimo, causam praecipuam esse, odium verae doctrinae in adversariis. Hi iam Ecclesiam opprimere conantur, ut olim Antiochus. Et rem similem esse, exitus ostendet. Me quidem cum aliis consolationibus, tum vero conscientia rectae voluntatis consolor. Scio, doctrinam me veram quaesivisse, et pia studia conatum iuvare. Nec nunc abiiciam veras sententias. Exitum vero commendabo Deo. Si istuc venit Hispanus, meus contubernalis, *Franciscus Dryander*, iube, ut mihi scribat, ac optarim, eum in vestra urbe manere aliquot menses. Postea poterit iter facere, ut spero, tuto. Desiderio eius admodum teneor. Tuas literas expecto. Bene vale. Calendis Iulii.
Philippus Melanthon.

No. 3497. 1. Iul.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Goth. 127. in fol. p. 183.

(*Lectori*)

S. D. Cum in Academia nostra *Bartholomaeus Bergnerus* Ottingensis, amplius triennio commoratus esset, discessurus petivit testimonium de suis studiis et moribus, quod ei non gravatim tribui, quia et mores et studia eius probo. Testor itaque, eum modeste apud nos vixisse, eumque probari iudiciis eruditorum et bonorum virorum, cum quibus eis familiaris consuetudo et studiorum societas

---

*) Vid. epist. d. 8. Maii 1546. Videtur idem esse vir.

**) Margini adscripta sunt haec:

causae belli { propter inobedientiam. — bona Ecclesiastica. — captivos duces Brunsw. }

fuit. Dedit operam latinae, graecae et hebraicae linguae, et elementa philosophiae didicit, ut dexteritate maiore explicare doctrinam Ecclesiae possit. Studiose vero didicit summam doctrinae ecclesiasticae, et amplectitur puram Evangelii sententiam, quam Ecclesia nostra una voce, et uno spiritu cum catholica Ecclesia Dei profitetur. Cum igitur et in schola et in Ecclesia hic Bartholomaeus usui esse possit, commendo eum omnibus bonis viris, eosque oro, ut, cum plurimum prosit reipublicae, moderatos et graves viros doctrina instructos evehi ad gubernationem, hunc Bartholomaeum complectantur, et ut scholae alicui, aut Ecclesiae praeficiant. In hac tristi confusione gubernationum, cum bona ingenia et veritatis studia sint in odio, necesse est, privatim hos ipsos, qui studia gubernant, suam gregem fovere, ut literae et doctrina salutaris conserventur. Id officium Deo gratum esse certum est. Quare propter Deum hanc nostri ordinis coniunctionem tueamur, quam Ecclesiae et esse et fore salutarem non dubium est. Bene vale lector. Calendis Iulii anno 1546. Wittebergae. P. M.

No. 3498. 1. Iul.

I. Morlino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Reverendo viro eruditione et virtute praestanti, dom. Ioachimo Morlin, doctori Theologiae, Episcopo fideli Ecclesiae Dei in urbe Gottinga, amico suo.

S. Semper animos nostros oportuit paratos esse ad excipienda ea pericula, quae plaerumque Evangelii instaurationem comitantur. Ideo nunc cum bellum Antiochi adversus nostras Ecclesias motum est, non ut in re non provisa prorsus consternati succumbamus, sed erigamus nos iis consolationibus, quas nobis Deus proponit: scimus, doctrinam, quam sonat Ecclesiae nostrae, vocem Dei esse. Haec non est deserenda aut abiicienda. Feramus igitur adversa et viri fortes in Ecclesiis nostris *), ut adversus Antiochum praelientur. Et quanquam Carolus alias praetexit causas, tamen praecipue hoc agit, ut deleat Evangelium et stabiliat idola: ideo pium est defendere has Ecclesias. Oremus autem Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut nos defendat ipse et gubernet nos. Bene vale. Calendis Iulii anno 1546.
Philippus.

*) Desideratur hic aliquid. Fortasse sic restituenda sunt verba: adversa ut viri fortes, et pios in Ecclesiis nostris excitemus, ut precibus adversus etc.

No. 3499. (h. t.)

(*Praesagium.*)

† Ex apographo Ratzebergeri in cod. Goth. 114. p. 187. Apographon inveni in cod. Monac. II. p. 198., ubi adscribitur ann. 1552. Sed spectat ad ann. 1546. Vix autem putaverim, Melanthonem haec scripsisse, sed suspicor, alium quendam eius dictum calamo excepisse. Contrarium praesagium Melanthon profert in ep. ad Meienburgum d. d. 6. Iulii.

Iudicium Philippi Melanthonis de eventu praesentis belli inter Carolum V. Imperatorem et confoederatos principes.

Audio certum locum esse definitum, in quo omnes confoederati cum suis copiis conveniant, ut imperatorem Carolum V. armata manu aggrediantur, et ex imperio eiiciant. Sed de eventu (cum de futuris contingentibus non sit determinata veritas) nihil certi statuere possum. Si ex copiis iudicare volumus, certe imperator succumbat necesse est ¹), adeo enim, ut quidam existimant, nostri principes instructi sunt, ut iis nemo resistere possit. Si vero astra hac in re ²) consulantur, certum est, quod imperatori magis quam nostris faveant. Cumque plus significationibus astrorum quam magnis copiis tribuam, non possum non *Carolo* victoriam promittere, etiamsi fere omnes etiam ex iis, qui sapientes videri volunt, contrarium sentiant. Non enim robur militum, sed Deus exitum praeliorum gubernat, qui coelum stellis ideo exornavit, ut eruditi per positum earum de eventibus tantum iudicent, quantum humana ratio assequi possit. etc.

No. 3500. 4. Iul.

(*Preces.*)

Preces publicae, a Pastoribus in ecclesiis praelegendae tempore belli Schmalcaldici leguntur in libello: Ein Schrifft

1) Pro *succumbat necesse est*, cod. Monac. *succumbet.*
2) *hac in re* non leguntur in cod. Monac.

D. Johann Bugenhagen Pomerani, Pastoris der Kirchen zu Witteberg, an andere Pastorn und Predigern, von der jetzigen Kriegsrüstung. Witteberg gedruckt durch Hans Lufft. 1546. (data d. 4. Iulii 1546.), ubi in precum formula inter alia haec etiam habentur:

„Und dieweil du sihest die grosse Not unser Herrschafft, „unser aller, Man, Weib und Kinder, und wir one „deine Hülff keinen Schutz haben, Erkennest auch aller „Menschen Hertzen, und sihest, das unsre Feinde fur„nemlich suchen vertilgung rechter Lere, und aufrich„tung und bestetigung jrer schendlichen Abgötterey und „unzucht, So bitten wir dich von Hertzen, durch unsern „Heiland Jesum Christum, du wollest umb deiner Ehre „willen, unser Herrschafft, unser Kirchen, uns, unser „Kinder und Heuslin, gnediglich jtzund und allezeit schü„tzen und bewaren, wie du dein Volk Israel im roten „Meer erhalten und geschützet hast, und wollest der Fein„de rat und macht zerstören, und die mördische frembde „Nation, jre unzucht und grausamkeit nicht an unsern „Weib und Kindern üben lassen."

No. 3501. **6. Iul.**

Alberto Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in Epist. p. 119. ep. 83.

Alberto Duci Borussiae.

S. D. Illustrissime Princeps. Ante tridium accepi literas Celsitudinis vestrae, sed scriptas ante adparatum belli quod in hac parte Germaniae hostilibus sermonibus *Caroli* Imp. et pontificiis furiis accenditur, quod tamen deus clementer sedabit. *Staphylum* spero iam ad Cels. v. venisse, cuius eruditionem et gravitatem spero Celsitudini vestrae placituram esse. De bello ex principum literis celsitudo vestra omnia certius cognoscet. Imperator *Carolus* minatur aliquibus Principibus, quos tamen nondum nominavit, et ut ab eorum Societate avellat civitates, dicit se moturum bellum non religionis causa, sed propter eorum contumaciam, quia Episcopos constituerint, occuparint monasteria et teneant captivos principes. Nam hae causae nominatim ab eo recitatae sunt. Cum redierit adolescens qui Celsitudinis vestrae literas attulit, plura scribam. Si *Marchio Albertus* agnatus Celsitudinis vestrae non esset coniunctus cum hostibus ducis Saxoniae Electoris et *Landgravii* multo minus periculi in Germania esset. Sed deus erit Iudex, quem oro ut det exitum huic tanto periculo placidum. *Staphylum* et hunc *Sciurum* doctum virum commendatum a domino *Ioachimo* commendo Celsitudini vestrae. Deus servet Cels. v. Datae die 6. Iulij quo ante annos 131 Iohannes Hus conbustus est, cum proximo mense ante praecessiset terribilis Eclipsis in qua in die ceterae stellae conspectae sunt.

Celsitudini vestrae
addictissimus
Philippus Melanthon.

No. 3502. **6. Iul.**

I. Ionae.

Epistol. lib. V. p. 18.

Iusto Ionae.

S. D. Etsi ferrei ac impii animi esset, sine dolore hoc tantum orbis terrarum incendium spectare: tamen decet nos intuentes in eas consolationes, quas Deus Ecclesiae suae tradidit moderari moestitiam, nec frangi animis. Lectis igitur tuis literis, quae significant, te nequaquam consternato animo esse, et robur illud tuum probavi, et aliquanto magis acquievi ipse. Nam meus dolor eo quam aliorum maior est, quia nostra mala propius video, de quibus, cum una sumus, colloqui solemus. Literis illae querelae non sunt committendae. Praeliemur nos piis votis et petamus, ut Deus servet Ecclesiae suae reliquias, et det placidum exitum huic motui. Multis iam annis scis, me in magno dolore fuisse et esse, propterea quod quarundam controversiarum explicationem, quae necessaria est, etiam a nostris impediri videbam. Deinde quod in regenda disciplina et in fovendis Ecclesiis ac inspiciendis nostri multo negligentiores sunt, quam debebant esse. Hic dolor ita me consumpsit, ut nunc mortem minus metuam. Deo autem et me et Ecclesiam commendo. Bene vale. Die 6. Iul. quo ante annos 131 combustus est Iohannes Huss. 1546.

Philippus Melanthon.

No. 3503. **6. Iul.**

A. Lauterbachio.

† Ex apographo cod. Goth. 190. p. 122.

Antonio Lauterbach, *Pastori Eccles. Pirnensis.*

S. D. Venerande D. Antoni. Et de bello et de causis non dubito varios esse sapientum et populi sermones; sed quorumcumque culpa tanta tempestas mota est, nostri officii est, a Deo petere placidum exitum et salutarem Ecclesiae Dei. Te igitur oro, ut tua vota nobiscum coniungas. Satis diu ante haec tempora de moderatis consiliis disputavi. Nunc tantum gemitu et precatione Ecclesiam iuvare possumus. Mitto tibi adhortationem hic editam et versiculos *), quae ostendent, nos, etsi sumus in dolore, tamen lenire moestitiam cogitatione consolationum, quas Deus nobis tradidit. Tuas literas expecto. Bene vale. Die 6. Iulii, quo ante annos 131 *Iohannes Hus* combustus est. 1546.

Ph. M.

No. 3504. 6. Iul.

M. Meienburgio.

Epistol. lib. V, p. 604.

Michaeli Meienburgio, *Consuli Northusano.*

S. D. Dei beneficio salvi et incolumes, et confirmata valetudine filii vestri ad nos ante aliquot dies reversi sunt. Deum oro, ut deinceps quoque eos servet, et custodiat et regat. Etsi autem in his periculis una cum meis liberis eos vel Lipsiam vel Madeburgum mitterem, si subitus tumultus incideret: tamen vobis scribendum esse duxi, ut deliberetis, an eos ad vos accersere velitis. Spero, urbem vestram tranquillam fore, et exitum huius tumultus non fore talem, qualem optant furiae eorum, qui Idola et blasphemias restituere conantur. Et quanquam aliquibus inter nos aliquid patiendum erit: vincet tamen veritas causae nostrae. Bene valete. Die Iulii 6.

Philippus.

*) Videtur esse edictum quod legitur in Script. publ. I. p. 170. et versus Stigelii ibid. p. 171.

No. 3505. 6. Iul.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. no. VII. p. 125 b.

Testimonium Nathanaelis Balsmans Torgensis.

Cum eximia pietate erga Ecclesiam Dei motus *Nathanael Balsman*, Torgensis, in militiam proficisceretur, petivit a nobis testimonium de suis moribus. Id ei libenter impertivimus, quia et ipsum et eius fratrem, virum doctum et honestum novimus, et comperimus, eos honeste vivere. Testamur igitur, hunc Nathanaelem bona indole et virtute praeditum esse, et semper honeste vixisse in patria Torga et in Academia nostra, et optamus, ut in militia virtutem foeliciter exerceat et confirmet, praesertim cum multas causas eius militiae habeat, propter quas omnes viros fortes arma induere decet. Defensio enim nostra nunc suscipitur pro patria et Ecclesiis contra eos, qui bellum denunciarunt, ut restituant idola et blasphemias, et rapiant ad stupra honestas matronas et virgines. Et non dissimilis causa est proeliandi viris fortibus hoc tempore defensioni religionis factae ab Ecclesia Dei adversus antichristi latrocinium, quam defensionem laudavit Daniel. Quod ut ita sit, Deum patrem domini nostri I. C. oramus, ut ipse harum regionum Ecclesias protegat, in quibus vox Evangelii sonat, et gubernet duces et milites, qui ab his Ecclesiis arcere impios hostes conantur. Datae Wittebergae, 6. Iulii 1546.

Ph. Mel.

No. 3506. 10. Iul.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 292 sq.

Christophoro Pannonio (*in Acad. Franco ford.*)

S. D. Charissime Christophore. Etsi multa acciderunt his 20 annis, quae nollem, et multa sunt mea et aliorum peccata: tamen ita mihi conscius sum, cum essent controversiae intricatae de rebus maximis motae, me bono studio veritatem inquisivisse, et res necessarias recte exposuisse.

Hac me conscientia sustento, et Deo bona cum spe exitum commendo, teque oro, ut tuas preces ad nostra vota adiungas, *Carolum*, miror, hoc tempore bellum Germaniae inferre, cum latrocinium in Pannonia assiduum Turcae exercent. Nuper etiam *Pestum* ab eis igni perditum esse audio. Et ut maxime aliquos Principes in Germania profligaret Carolus, tamen fabulam imperfectam relicturus est, qua ex re maiores Imperii et religionum perturbationes secuturae existimantur. Sed de bello nunc, praeter adparatus, nihil certi habeamus. Scribam saepe, si potero. Mitto tibi pagellas hic recens editas. Bene vale. 10. Die Iulii.

No. 3507. 10. Iul.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 31. (edit. Lond. II. ep. 4.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Etsi ferrei et impii animi esset non dolere in tantis periculis publicis et privatis: tamen intueri nos decet in eas consolationes, quas Deus Ecclesiae suae tradidit, et moderari pavores et moestitiam. Scio vos necessariam Ecclesiae doctrinam bona fide inquisivisse, et multa recte a vobis explicata esse, quae antea fuerant a Monachis depravata. Spero igitur et vestros labores et vos Deo curae fore, et eventum Deo commendo. Pro tuo munere gratias ago, quod misi filiae meae miserae, exulanti in littore Baltico. De schola meum consilium est, prorsus ut eam Deo et Gubernatori, quisquis est, commendes, nec emendationem aut mutationem aliquam instituas, nisi tantus candor sit in Gubernatore, ut intelligas eum libenter audire tua consilia.

Mirae sunt ingeniorum morositates, et multa ferenda sunt tranquillitatis publicae causa. Commendo tibi hunc *Christophorum*, cui diligenter praecepi, ut tibi obtemperaret, idque se facturum esse promisit. Mitto tibi pagellas hic recens editas. Ego et amici quidem optaremus te esse in Academia *Lipsica*, etsi video quantum referat te ab Ecclesia vallis *Ioachimicae* non abduci: tamen Academiae magis consulendum esse sentio, teque oro, ut de tua voluntate mihi scribas. Bene vale, die decima Iulii.

No. 3508. 10. Iul.

Praefatio.

Praefatio Melanthonis in librum Lutheri, anno 1546. iterum editum, „Warnunge D. Martini Luther, an seine lieben Deudschen, vor etlichen Jaren geschrieben auf diesen fall, so die Feinde Christlicher Warheit diese Kirchen vnd Land, darinne reine Lehr des Evangelii gepredigет wird, mit Krieg vberziehen vnd zerstören wolten. Mit einer Vorrede Philippi Melanthon. Witteberg, Gedruckt durch Hans Lufft. 1546. 4. — Recusa est haec praefatio anno 1610. simul cum epist. Mel. ad Mauritium Ducem Saxon., quam habes d. 8. Ian. 1552.

Da unser Heiland Jesus Christus Gottes Sohn, sich am Creutz seinem ewigen Vater für unsere Sünde opfert, und nächst bei ihm stunden Maria und Johannes, hat er kurz vor seinem Tod Johanni seine Mutter Mariam befohlen, und damit angezeigt, daß er allen Menschen, und fürnemlich den Regenten, seine arme Kirche, die in der Welt Verachtung und Verfolgung leidet, wollte befohlen haben.

Nu sollen alle Menschen auf Erden, und besonders die Gliedmas der Kirche, von Anfang der Welt bis zu End, sich selb also achten, daß sie sämptlich da unter dem Creutz stehen, sehen, und betrachten dieses wunderbarliche Werk, das der Sohn Gottes, da er solchen schrecklichen Zorn seines ewigen Vaters für uns getragen hat, und die große Gnad, so uns dadurch erworben, annehmen, dafür dankbar sein, und wissen, daß all unser Leben und Sterben fürnemlich dahin gericht sein soll, Gott zu preisen, und insonderheit rechte Lehre von diesem großen Werk zu erhalten, und für diesen wunderbarlichen Rath Gottes zu danken, und darum seine Kirche, die diese rechte Lehre prediget, lernet und liebet, und den wahrhaftigen Gott in Erkenntniß Christi anrufet, helfen zusammen halten; wie Christus auch zu Petro gesprochen hat: Und so du bekehret bist, sollst du deine Brüder stärken.

Dieses alles ist bei allen Menschen, so nicht rohe gottlose Leute sind, sondern haben ein Fünklin Christlichs Verstands und Glaubens, bekannt, nemlich, daß ein Mensch nicht wie ein Bestia leben soll, allein sein eigen sanft Leben suchen, sondern dienen zu Gottes Erkenntniß und zu Erhaltung der wahrhaftigen Kirchen.

Dieses wollen jetzund in Deutschen Landen alle Gottfürchtigen bei sich ernstlich betrachten, und sich erinnern, was sie Gott in dieser schrecklichen Kriegsrüstung schuldig sind. Denn nachdem öffentlich ist, daß der Bapst zu diesem Krieg solche große Hülfe thut, mit Geld und Kriegsvolk, ist nicht Zweifel, die Sache ist von ihm fürnemlich dahin gemeinet, rechte Lehre, so in unsern Kirchen gepredigt wird, auszurotten, seine Ab-

götterey und Irthum mit Blutvergießen und Mord, und ewiger Verwüstung Deutscher Nation, und Zerreißung der Chur und Fürstlichen Häuser, widerum aufzurichten, und ewiglich zu stärken.

Was nu in solchem Fall ein jeder ehrlicher Mann zu thun schuldig ist, können sich alle Gottfürchtige leichtlich erinnern, nemlich, daß sie Gotte erstlich dieses schuldig sind, daß sie nicht Hülfe thun, Abgötterey zu stärken, wie geschrieben ist: Du sollt dich nicht fremder Sünden theilhafftig machen.

Item ij. Corin. vj. Ihr sollt den Ungläubigen nicht helfen, verstehe, Abgötterey zu stärken. Denn wie kann Christus und Belial sich zusammen fügen? Und wie ists ziemlich, daß Götzen in Tempel Gottes gesetzt werden, Ihr aber seid der Tempel des lebendigen Gottes, wie Gott spricht, Ich will in ihnen wohnen, und in ihnen wandlen, und will ihr Gott sein, und sie sollen mein Volk sein. Darum gehet aus von ihnen, und sondert euch ab, spricht der Herr rc.

Zum andern, Daß ein jeder, so er nicht Gott verachtet, seiner Meinung von Gott bekannt sein wolle; denn dazu ist das menschlich Geschlecht fürnemlich geschaffen, daß wir Gott erkennen, preisen und von ihm zeugen sollen. Und unser Heiland Christus spricht: Wer mich verleugnen wird für den Menschen, den will ich auch verleugnen für meinem himmlischen Vater.

Und soll diese Bekenntniß geschehen nach eines jeden Beruff und Vermögen. Die Prediger sollen im Lehren bekennen, die Regenten mit Abthuung der Abgötterey, und Schutz rechter Lehre, und alle, so zu solchem Schutz helfen können, mit Leib oder Gut, sollen treulich mitarbeiten, wie der Spruch sagt, Johan. 3.: Daran erkennen wir die Liebe, daß, wie Christus sein Leben für uns gegeben hat, also sollen auch wir unser Leben für die Brüder geben. Diese Erinnerung wolle ein jeder bei sich weiter betrachten, und dabey das folgend Buch mit Fleiß lesen und zu Herzen fassen.

Nu sind die Leute auf Erden ungleich. Einer achtet Gottes Ehre, rechte Anrufung und rechte Lehre, für das höhest und nöthigst, der ander nicht. Und sind die Gottfürchtigen auch ungleich; Einer ist fester denn der ander. Dieweil denn durch böser Leute Rede viel andere, so Grund der Händel nicht wissen, übel bericht werden, so ist hie diese Warnung auch zu thun.

Man sagt, die Feinde unser Kirchen geben für, sie wollen nicht von wegen der Lehre oder Religion kriegen, sondern man wolle etlicher Ungehorsam strafen, die den Bischoven und Stifften in ihre Gerechtigkeit griffen haben. Item, die die Mönche ausgestoßen haben, Item die den Herzog von Brunswig gefänglich halten rc. Es wird auch ohne Zweifel etlichen diese Vertröstung fürgemalet, man soll zuvor etliche harte Köpfe aufräumen lassen, darnach werde man zu einer guten einträchtigen Ordnung kommen mögen.

Daß aber dieses alles allein zu einem Schein fürgewendt wird, und daß im Grund Vertilgung rechter Lehre, und Aufrichtung der Abgötterey gesucht wird, das findet sich aus diesen Reden selb. Denn wozu will man die Mönche einsetzen, denn zu Aufrichtung ihrer abgöttischen Messen, und aller falschen Lehre und Heucheley? Item daß sie widerum auf die Predigstül kommen, rechte Lehre lästern, Spaltung in Städten und Landen anrichten. Wer dieses nicht für Religionsachen achtet, dem ist die Religion nicht hart angelegen. Was Abgötterey belanget, ist groß und nicht gering zu achten.

Doch wird nicht allein diese Einsetzung der Mönche gemeinet, sondern im Grund wird Vertilgung der ganzen Lehre und Mord vieler Christlichen Priester und Regenten gesucht. Denn das ist ganz gewiß, daß der Bapst mancherley Practiken getrieben hat, bis er die Sache endlich dahin gearbeit hat, diesen Krieg zu erregen, hilft dazu mit großem Geld und Volk, welches er warlich nicht aus großer Liebe zu Deutscher Nation thut, sondern, wie ein jeder Vernünftiger achten kann, daß diese Lehre vertilget werde, und daß diese Strafe ein Exempel und Stärkung sey aller seiner Abgötterey bei allen Nation.

Weiter, so den Hispaniern und Italianern die Fürstenthum eingeben werden, was für Religion und Zucht in Deutschland sein wird, das wollen ehrliche Leute selb bedenken.

Und zu setzen, daß es Ernst wäre, daß man nicht wollt rechte Lehre vertilgen, sondern dieser Krieg betreffe allein äußerliche Regiment: so ist dennoch den Deutschen zu bedenken, ob sie die Hispanier und Italianer dazu gewöhnen wollen, daß sie die Fürstenthum in Deutschland unter sich partiren lernen, wie sie Neapolin und Siciliam ausgeteilet haben.

Daß aber etliche schreien, der Kaiser wollte gern ein gute einträchtige Ordnung machen, er könne aber nicht dazu kommen, er müsse zuvor etliche harte Köpfe, Prädicanten, Fürsten und Regenten aufräumen: das ist zumal ein löblicher Anfang zu einer Christlichen Reformation, und wie die Reformation sein wird, ist leichtlich aus den vorigen Handlungen, aus dem Verbrennen, aus des Concilii zu Trident neulichsten Session, und aus den Artikeln zu Löwen gedicht, zu achten. Die alten Irrthum werden sie ein wenig färben, und die Abgötterey bestätigen.

Ist doch unser Lehre am Tage, und müssen alle Verständige, so nicht wider ihr Gewissen reden wollen, bekennen, daß viel hoher Artikel der ganzen Christenheit nöthig, recht und rein erklärt sind, davon zuvor grosse schädliche Irrthum in aller Welt gepredigt worden. Dieweil wir nu dieselbige öffentliche göttliche Wahrheit nicht verleugnen wollen, so müssen wir harte Köpfe heißen. Es schmücken sich aber und färben sich unsere Feind wie sie wollen, so ist doch im Grund kein ander Ursach, darum sie nach unserm Blut dürsten, denn allein diese, daß wir rechten treuen Fleiß mit gutem Gewissen gethan haben, rechte, nöthige, heilsame Lehre zu pflanzen; und Gott der alle Herzen erkennet wird Richter sein.

Sie sprechen aber: Wir haben selb unter uns viel Unordnung, Uneinigkeit, Unfleiß, Aergerniß, und wollen gleichwol keinen Richter und keine Reformation leiden, und könne diese Lehre nicht bleiben, dieweil kein Kirchen-Regiment, keine Einigkeit, keine Consistoria rc. erhalten werden. Darum müssen die hohen Potentat mit Gewalt dazu thun.

Darauf antworte ich: Ich will noch mehr bekennen; es ist leider wahr, daß nicht allein viel Unordnung, sondern auch viel Sünden bei uns sind, unwissentlich und wissentlich, und ist viel Unkraut unter uns, wie allezeit in der rechten wahrhaftigen Kirchen Gottes, auch viel Unkraut mit aufwächset, wie neben David, Nathan und andern rechten Heiligen in Gottes Volk waren Absalom, Ahitophel rc. Gleichwol sollen wir nicht von wegen unserer eigen und fremden Sünden und Aergerniß rechte Lehre wegwerfen, und Abgötterey willigen.

Es suchen auch die hohen Potentat nicht, daß sie Unordnung in Besserung bringen, dazu wir ihnen oft den Weg gewiesen haben, daß die Bischove rechte Lehre annehmen sollten, und dagegen sollten sie ihre Autorität als Bischove über unsere Kirchen haben, dieselben zusammen halten, daß also ein ordentlich Kirchen-Regiment sein und bleiben möcht. Darauf sie allezeit kein ander Antwort geben haben, denn Crucifige eum, man sollt uns morden und ausrotten. Gleichwol haben wir mit Gottes Hülfe mittlerzeit Christlicher Lehre und anderer löblicher Künsten Studia, und bei den Studiis Consistoria, und ziemliche Kirchenordnung und Zucht mit grosser Arbeit erhalten, dieweil sie, die Bischove und Canonici, ihre reichen Präbenden fressen, und nichts dafür arbeiten.

Es ist in diesem elenden Leben, nicht anders in aller Regirung, es sind und bleiben Sünden und Aergerniß für und für auf Erden bis zur Auferstehung. Aber wenn gleich alle Sünde und Aergerniß, die bei denen so rechte Lehre jetzund lernen und lieben, fürgefallen sind, auf einen Haufen zusammen gelegt würden, so sind sie dennoch viel geringer denn der Verfolger Abgötterey, in Messen und Heiligendienst geübet, und ihre Unzucht und Mord, welche Sünden und Aergerniß sie noch für recht und für Gottesdienst schützen und stärken wollen.

Und ist diese Unterschied zwischen beides Theils Sünden wol zu merken. In der rechten Kirchen ist und bleibt in diesem Leben Schwachheit, Sünd und Aergerniß, als die grossen Heiligen, Aharon, David haben grausame Sünd und Aergerniß angericht; aber sie verharren nicht darin, und sonderlich schützen sie nicht Abgötterey, und sind nicht wissentlich Verfolger der Wahrheit und der Heiligen Mörder.

Dieselbigen greulichen Stück, Blasphemia und Mord, sind nicht in diesem Häuslin, das rechte Lehre lernet und liebet, sondern sind des Teufels eigene Werk, der seinen Haufen damit treibet, und also seinen Grimm und Haß wider Gott ausstößet und erzeiget, wie geschrieben stehet: Ihr seid aus dem Teufel, der ist ein Lügner und Mörder.

Diese Sünden sollen alle Menschen zum höhesten fliehen, und Gott täglich und ernstlich bitten, daß er uns gnädiglich bewahre, daß wir in solch Wüthen nicht fallen.

Wer nu beide Theil für Augen stellet, und gedenkt wo er sein und bleiben wolle, und siehet auf beide Theil viel Sünden und Aergerniß, dem ist hoch von nöthen, zugleich diese Unterschied zu betrachten, daß man bey diesem Theil nicht sein soll, der Gotteslästerung und Verfolgung rechter Gliedmas Christi übet und stärket.

Und obgleich dein Leben bey dem Abel dahin gehet, so hast du doch diesen großen Trost, daß du weißest, daß Gott dich erhören, und dir gnädig sein will. Denn alle andere Sünd wird vergeben, aber Gotteslästerung wird nicht vergeben, das ist, wissentlich Abgötterey und Mord stärken.

Nu weiß Gott, daß unser sehr viel sind in unsern Kirchen, die ganz kein ander Ursach haben, darum sie die Lehre dieser Kirchen nicht verfolget haben, denn daß sie diese zwey Stück Gott zu ehren, und um ihr Seligkeit willen, haben fliehen wollen, nemlich Gotteslästerung und Mord. Und ist öffentlich, daß sie nicht Wollust, oder Geld, oder Gewalt gesucht haben, sondern haben viel Elend und Schmach leiden müssen. Ob nu solche sterben wie Abel, sollen sie solchen Tod viel lieber wollen, denn Cains Leben und alle Wollust und Gewalt

aller Bischoven und Cardinäl. Es sind doch alle Menschen in den Tod gesteckt. Dieses ist aber zu betrachten, wie wir nach diesem Leben für Gottes und der ganzen Kirchen Gericht in Ewigkeit stehen wollen! Du siehest, daß Abel, Jeremias, Johannes Baptista, Christus, Paulus von den Tyrannen auch aufgefressen sind, diese lasse dir Zeugen sein, daß hernach ein ander ewig Gericht gehalten wird, und laß es dir ein große Ehre sein, daß du also in Bekenntniß rechter Lehre von Gott, dein itzig Leben zusetzen sollt, wie Christus spricht, Ihr sollt die nicht fürchten, die allein den Leib tödten können, die Seele aber können sie nicht tödten 2c.

Dieweil denn gewißlich die fürnemste Ursach ist dieses Kriegs, daß Bapst, Bischove und Münch ihre Abgötterey und Irrthum stärken wollen, und dazu den Krieg erstlich beschlossen haben, sind also Anfaher, so sind wir gewiß, daß die Gegenwehre recht ist, diesen Trost soll ein jeder wol merken.

Und daß dagegen etliche sagen, die Gegenwehre sey unrecht wider Oberkeit, wiewol man ohn Sophisterey antworten möge, Bapst, Pfaffen und Münche sind fürnemlich Anfaher und Führer dieses Kriegs, wie man weiß, daß der Bapst Volk und Geld in Deutschland geordnet: so ist doch dieses auch gewißlich wahr, die Regiment sind ein ordenlich Ding, darin der Oberkeit gleich sowol als den Unterthan Ziel gesteckt ist, und ist natürliche Gegenwehre ein recht Werk, das Gott in die Natur gepflanzt hat, und sind sehr weit zu unterscheiden Gegenwehr und Aufruhr. So ein Mörder auf der Straßen, oder in deinem Haus dich oder dein Weib oder Kind überfallen will, so ist der Schutz und Gegenwehre ein recht Gottgefällig Werk, wenn gleich der Mörder darob erstochen wird. Denn das Evangelium, das von ewiger Gerechtigkeit prediget, will in diesem leiblichen Leben natürlich Gesetz und ordenliche Regiment nicht vertilgen, sondern wie es Ehestand, Vater und Mutter für rechte, gottgefällige Stände hält, also will es auch ordenlichen Schutz für ein recht gottgefällig Werk halten, und wie weit sich solchs streckt zwischen geordneten Grad der hohen und untern Potestat, das können Gelahrte und Verständige wol richten. Abdias hat recht gethan, da er die Propheten wider seines Königs Verbot heimlich in Hölen behalten hat. Armenii haben recht gethan, da sie ihre Kirche und Land wider den Kaiser Maximianum geschützt haben.

Victorinus ist ein großer Fürst gewesen, der zur Zeit Gallieni zu Cöllen die Kaiserlich Regirung gehabt hat, und hat löblich regirt, ist aber von seinem Schreiber, der ihn bey seinem Weib begriffen hat, erstochen worden.

Marius hat ein jungen Kriegsknecht ledig gesprochen, und ihm ein Cranz aufgesetzt, der seinen Hauptmann erstochen hat, der doch Mario Gefreund war; denn der Jung hat sich schützen müssen, und hat alles Kriegsvolk Mario für dieses Urtheil gedankt. Solcher Schutz ist recht und in Christen Gott gefällig, ja es sind besondere Zeugniß göttlicher Gericht wider unrechten Gewalt, und übermäßigen Hohmuth der Gewaltigen.

Aus diesem allem kann sich ein jeder Verständiger wol erinnern, was recht ist auch in dem itzigen Fall. Denn wider diesen Theil ist Krieg beschlossen, ohne alle billige vorgehende Erkenntniß, und ist öffentliche violentia, Ehezerreißung, Aufrichtung öffentlicher Abgötterey, und ist wol zu achten, so die Hispanier und Italianer, und vielleicht auch Türken in die Deutschen Städte kommen würden, das Gott gnädiglich verhüten wolle, da bis anher durch Gottes Gnad Zucht und ehrliche Regiment erhalten sind, sie würden darin nicht geringe Schande und Grausamkeit üben.

Dawider aber sollen erstlich alle gottfürchtige Hausväter, mit ihren Weib und Kindern, mit herzlichem Seufzen zu Gott rufen und schreien, daß er zu seiner Erkenntniß und um seiner Ehre willen rechte Lehre erhalten wolle, und wolle diese Kirchen und Land, darin sie geprediget wird, nicht zerstören lassen. Und daß solch Gebet desto ernstlicher und unverhindert geschehen möge, sollen wir alle unser Leben in Gottesfurcht, Glauben und andern Tugenden bessern, und den Spruch bedenken, Kehret euch zu mir, so will ich mich auch zu euch kehren. Warlich diese Sache ist groß, und es fall wohin es wollte, so wird gleichwol ein ewige Veränderung in weltlichen Regimenten und in der Religion folgen, das ist gewiß.

Und wundert mich sehr, daß weise Leute sich dazu haben bewegen lassen, diesen Krieg zu erregen. Aber es ist nicht allein Menschen Werk, die Teufel wüthen und wollten gern noch größer Zerstörung und Jammer in der Christenheit anrichten. Es wären die itzige streitige Sachen mit der Zeit friedlich in christliche Einigkeit kommen. Darum wäre besser gewesen, die Potestat hätten gemach gethan. Dieweil aber der Grimm in den Teufeln und in dem abgöttischen Haufen so groß ist, werden sie zu einer Veränderung Ursach geben, die ihnen selb schwer sein wird. Ich bitt aber alle Gottfürchtige, sie wollen mit Ernst Gott bitten, daß er seine Kirch, darin rechte Lehre geprediget wird, und christliche Regiment gnädiglich erhalten wolle.

Zum andern, sollen auch alle Gottfürchtigen sich erinnern, daß ein jeder nach seinem Stand und Vermögen zu Erhaltung rechter christlicher Lehre zu dienen

schuldig ist. Darum leben wir fürnemlich, und können in diesem Leben nicht bessers thun. Es sehen diese Sachen der Zeit Machabeorum sehr ähnlich, und man versucht List und Gewalt, darum mag sich ein jeder Verständiger viel aus derselbigen Historien erinnern. Datum decima Iulii, MDXLVI.

No. 3509. 14. Iul.

C. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 294.

Christophoro Pannonio, (Theologo in Acad. Francof.)

S. D. Charissime Christophore. Quod cura nostrorum periculorum angi te significas, et pietatem probo tuam, et delector benevolentia erga me tua. Scio enim, multos passim oblectari ταῖς δυστυχίαις ἡμετέραις. Nec tamen animo frangar. Vincet causa, etiamsi aliqui ex nobis interficientur. Nondum autem motum est bellum, sed utrinque magni adparatus sunt. *Palatinus* Elector, *Marchio* Elector, et *Iuliacensis* [1]) student flectere Imperatoris animum ad pacem. Sed quid impetrari possit, dubito. Pontifex enim valde contendit, ut *Carolus* pertexat inchoatam tragoediam. Spero autem, Deum mitigaturum esse poenas fatales. Certum est, in Pannoniam venisse Ducem Turcicum cum magnis copiis. Interim tamen Carolus praesidia Hispanica ex Pannoniis evocat. Bene vale. Die 14. Iulii.

No. 3510. 14. Iul.

V. Theodoro.

Appendix lib. IV. epist. p. 18. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 638.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. Dei in urbe Noriberga.

S. D. Non dubito, et opiniones de belli causis varias esse, et multo magis varias voluntates. Ego unum hunc portum teneo, oro Deum, ut sint exitus Ecclesiae salutares, et ut mitigentur poenae fatales. Optare me nostris Ducibus, ne pereant, honestum et pium est. Et iudico eos, etiamsi qua acciderunt μεμπτέα, ut sunt res humanae, tamen τὰ μέγιστα ἀρίστους εἶναι, ut olim de Cymone dictum est. Dederunt hospitium mediocre [1]) doctrinae, texerunt pia studia magno suo periculo, magnis laboribus. Et spero, Deum servaturum et defensurum esse Ecclesias in civitatibus. Quid igitur Carolus effecit, etiamsi profligaverit nostros Duces? Imperium Germanicum dilacerat, et maiores dissipationes Ecclesiarum efficit, quae aliquo nostro labore consociatae fuerunt. Bene vale. Die 14. Iulii.

Philippus Melanthon.

No. 3511. 15. Iul.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. No. IV. p. 68.

Testimonium Gervasii Marstalleri.

Cum in Academia nostra commoratus sit hic *Oribasius* *) *Marstaller*, Prisgoicus, circiter quinquennium cum magna laude modestiae et diligentiae in omni officio, et bonam philosophiae partem et doctrinam Ecclesiae Dei recte et foeliciter didicerit, in Academia nostra de Collegii sententia ornatus est gradu Magisterii Philosophici. Specimen etiam eruditionis docendi praebuit, et diu apud nos pub. literarum studia fideliter adiuvit. Postquam autem hoc anno 1546. propter belli metum alii in patriam, alii in loca tranquilliora secesserunt, hic Magister *Oribasius* una cum amico *Ioanne Mercurio* ad urbem Vangionum proficisci [decrevit].

Cum igitur virtute et eruditione antecellat hic Magister *Oribasius*, et itineris causam honestam habeat, commendamus eum omnibus honestis viris, ac petimus, ne quis de itinere eius secus suspicetur. Etiam belli tempore iustitia colenda est, et hominibus doctis, praesertim doctrinam de Deo colentibus, etiam ethnici homines parcere solebant. Speramus autem aliquanto post, restituta pace publica, hunc *Oribasium*, cum et do-

---

1) Saub. Iuliacen*ses*, ex mendo; Dux Iuliac. enim ipse Ratisbonae versabatur in conventu.

1) Saub. ex mendo: *mediocrae*.

*) In inscriptione appellatur *Gervasius*, fortasse rectius.

ctrinam coelestem recte teneat, et concordiam publicam et pacem valde amet, magno usui futurum esse. Quare hortamur etiam honestos viros, qui arma gerunt pro salute publica, ut eum defendant, et alios, qui rempublicam regunt, ut eum complectantur et adiuvent. Datae Wittembergae, die 15. Iulii, anno 1546.

No. 3512. 15. Iul.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. No. VII. p. 389.

Testimonium Petri Velbich, Haldishamensis.

Petivit a nobis *Petrus Velbich*, Haldeshamensis, testimonium studiorum et vitae, quod non putavimus ei negandum. Cognovimus autem ex iis, quibus hic ad biennium fuit familiaris, mores eius esse honestos, et diligentissime versatum esse eum in aliarum bonarum literarum studiis, tum vero praecipue sacrarum. Itaque illi, quibus notus est, praedicant nobis eius pietatem et studium in doctrina christiana, cuius praecipuos locos dicunt eum recte intelligere, atque de iis interdum pie et dextre, ubi opus est, posse apud alios dicere, tum et abhorrere ab omnibus fanaticis et prophanis opinionibus, pugnantibus cum propheticis et apostolicis scriptis, quae salutarem doctrinam continent de poenitentia, de remissione peccatorum gratuita, et propter meritum passionis Filii Dei, domini nostri I. C. omnibus credentibus donata. Quare speramus, eum Ecclesiae Christi utilem fore ad propagandam veram et salutarem doctrinam omnibus, qui pie in Christo vivere volunt. Ac commendamus eum bonis omnibus, quos ut vicissim Deus cum Ecclesia servet et tueatur in his miseris temporibus precamur ex animo. Die 15. Iulii anno 1546.

No. 3513. 16. Iul.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. No. VII. p. 388.

Testimonium Christiani Matthiae Dani.

Petivit a nobis testimonium de studiis et moribus suis vir Venerabilis, *Christianus Matthias Danus*, quod libenter ei impertivimus. Vixit enim hic sesquiannum, quo tempore cognovimus eum vita integra et inculpata esse, et in studiis magnam assiduitatem praestitisse; audivisse magno ardore professores bonarum artium in nostra Academia, et praecipue doctores, qui theologicis studiis praesunt. Itaque nihil dubitamus, eum recte tenere summam doctrinae christianae, ac de plerisque controversiis religionis posse eum dextre iudicare, et utiliter servire Ecclesiae in propaganda doctrina Ecclesiastica de poenitentia et remissione peccatorum gratuita propter Christum humano generi donata, ac scimus, eum abhorrere ab omnibus prophanis et fanaticis opinionibus, quae cum propheticis et apostolicis scriptis, [et] catholicae Ecclesiae Christi consensu pugnant. Optamus igitur, ut Deus eius mentem, sicut coepit confirmet et gubernet, ut doctrina salutari multis prosit. Eum etiam bonis omnibus et doctis viris commendamus, ut, quibuscunque officiis possunt, hunc *Christianum* propter professionem doctrinae Evangelii et studium de Ecclesia bene merendi benigne foveant et provehant. Deus aeternus pater domini nostri I. C. vicissim apud vos et ubique terrarum augeat et tueatur cum publica pace. Die 16. Iulii 1546.

No. 3514. 16. Iul.

Alberto, Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in Epistol. p. 121. ep. 84.

Alberto Duci Borussiae.

S. D. Inclyte et Illustrissime Princeps Dies quintus decimus erat Iulii cum iter hinc ingrederetur *Andreas Munczer* quo tempore nondum audieramus alia de bello, nisi apparatus ingentes. Deus gubernet hoc universae Germaniae et Ecclesiae suae periculum. In Italia magni exercitus colliguntur. Quod autem *Andreas Munczer* non citius in Prussiam profectus est, oro reverenter ut Celsitudo vestra non succenseat ipsi. quia primum hac septimana venditio fundi hereditarii ad finem deducta est. Multum negocii fuit propterea quod multi fuerunt heredes quorum deliberationes tardae fuerunt. Emptrix fuit vidua reverendi viri D. *Lutheri*. Deus servet Cels. v. incolumem et

florentem. Datae Witebergae 15. Iulii Anno 1546.

Celsitudini vestrae
addictissimus
Philippus Melanthon.

No. 3515. 18. Iul.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. No. VII. p. 388 b.

Testimonium Caspari Beckers Freystadiensis.

Hic adolescens *Casparus Becker*, Freystadiensis, petivit a nobis testimonium de studiis et moribus suis, quod non duximus ei negandum. Comperimus enim ex eius praeceptoribus, eum modeste hoc vixisse ad biennium, et in studiis literarum non solum diligentiam praestitisse dignam bono ingenio, sed etiam ita profecisse, ut spes sit, eum aliquando, si sic perget, usui reipublicae et ornamento fore. Ille propter hanc spem et operam bene positam in literis est ornatus primo gradu, quem facilius consecutus est, quod et primas artes, quae sermonis doctrinam continent studiose didicit, et adiunxit elementa Arithmetices et doctrinae coelestis de sphaeris et earum motu, de ordinatione anni, de ortu et occasu syderum, ac de Eclipsium ratione. Ad haec amat doctrinam christianam cuius studio se ad pietatem et amorem Dei accendit, ut spes sit, eum omnem vitae suae cursum ad gloriam Dei et aliorum salutem directurum esse. Quare eum commendamus bonis et doctis viris, et Deum precamur, ut in his motibus publicis pia studia reipublicae et Ecclesiae utilia benigne servet et foveat ubique. B. V. die 18. Iulii anno 1546.

No. 3516. 19. Iul.

Io. Reiffenstein ad Spangenbergium.

Manlii farrag. p. 449.

Clariss. viro, D. Ioanni Spangenbergio, etc. suo chariss. in Christo patri ac Domino, Ioannes Reiffenstein, etc.

Gratiam et pacem a Deo patre, et Domino nostro Iesu Christo. Iucundissimae mihi literae tuae fuerunt, doctissime ac clarissime *Spangenbergi*. Testantur enim, te mei memoriam, qua brevi conversatione cum his praesens apud nos esses utebaris, retinere. Accepi commendationem, de *Basilio Michael* cive Northusano. Et quod ex me consilium potissimum quaeris, intelligo tuam erga me benevolam voluntatem et humanitatem. Ego vero etsi ingenui tenuitate et ruditate tam gravium causarum satis metior: tamen explorato iudicio nostri consistorii, proposita causa confidentius tibi eiusdem consilium aperiam. Atque doleo istius boni viri calamitosam conditionem. Sed exempla illa, nova hic nobis non sunt, et coram nostro tribunali ea crebro conspicimus. Nosti hac mundi senecta Sathanam, illius tanti ordinis non levem hostem, illum miserum sexum nescio ad quae non scandala exagitare.

Caeterum quod ad rem attinet, incertum est, an nostra Ecclesiastica iurisdictio ad Northusanos extendatur: cum non dubitetur iurisdictionem istius loci secularem (ut vocant) ad Duces Saxoniae pertinere. Deinde in hoc casu non reperiuntur causae sufficientes procedendi in divortium: ita ut alteri parti, innocentiori forsitan, libera facultas relinquatur vel ducendi, vel nubendi. Oritur omne dissidium inter has partes (si recte memini) aut ex bonis dotalibus, aut ex donatione propter nuptias: et quod illa muliercula in re familiari, et cura mariti, seu etiam liberorum videatur esse negligentior. Consilium igitur adhuc esset, tentare inter eos reconciliationem certa ratione per cautionem aliquam, aut alium modum, quam circumstantiae existimabuntur requirere. Si tamen senatus Northusianus, consentientibus et compromittentibus partibus suae iurisdictioni consistorium remitterent, non denegaretur iisdem partibus iusticia: servato iudiciario processu, qui in ducatu receptus, et per constitutiones verbo Dei conformes, ac moribus his non tam commodas atque etiam necessarias ordinatus est. Credo sic tandem istius boni viri incolumitati ac saluti parvulorum suorum posse consuli. Nihil hic certi definio, charissime domine: vos perspexeritis optime, quid causae et partium ratio patiatur. Volui haec ad postulationem tuam, quantum ego quidem iudicio nostrorum superiorum edoctus, et casibus quotidianis expertus sum, breviter respondere: non quod illa tanquam Apollinis responsum amplecti, sed potius aliorum etiam sententias rogare debeas. Hinc bene valeas in Christo salvatore

nostro, quem pro me pie invoces, ac me tibi perpetuo commendatum habeas. Datae raptim, in vigilia Trinitatis, Anno, etc. 46.

No. 3517. 20. Iul.

Scholasticis.

Ex Scriptis publicis Viteberg. T. I. p. 172 b. — Melanthonem hoc edictum conscripsisse, vix dubium est. Conf. etiam epist. ad Seidemannum, quae sequitur.

Rector Academiae M. Iohannes Marcellus.

Durate et vosmet rebus servate secundis. Quam ad spem non tantum humanis rationibus erigamur, sed iis consolationibus, quas Deus proposuit. Semper fuerunt, sunt et erunt magni tumultus imperiorum, alias alibi. Inter has et Ecclesia duriter quassatur, quam tamen mirabiliter servat Deus, ut servavit stantem inter aquarum montes in mari rubro. Cum igitur certum sit, mansuras esse reliquias Ecclesiae Dei, et quidem ibi mansuras, ubicunque sonabit vox Evangelii, et doctrinae studia erunt, non abiiciamus literas, nec hanc nostram militiam deseramus, sed bona cum spe serviamus Deo, etiam inter arma et inter classica. Misceamus autem studiis gemitus et vota, et nobis hanc Dei vocem inculcemus: *convertimini ad me, et ego convertar ad vos.*

Duximus itaque vobis significandum esse, de migratione nostra nihil hactenus decretum esse, nosque deinceps, donec Deus concedet, hic operas scholasticas facturos esse. Nec tamen prohibemus, quo minus discedant, si qui malunt alibi esse quacunque de causa. Illis vero qui adsunt praecipimus; ut sint moderati, non solum ut urbs tranquillior sit, cuius rei tamen habenda est ratio, sed multo magis, ut poenitentiae significationem modestia morum ostendat.

Nam eos, qui non vere nobiscum invocant Deum, nec poenitentiae officia curant, mallemus procul a nobis abesse, quam inter nos versari. Illis vero, qui discessuri sunt, mandamus, ut, quod iustum est, satisfaciant iis, quibus debent. De locatione etiam sciant omnes, qui non extruduntur, sed sua sponte migrant, pensionem integram pro semestri solvere debere.

Postremo admonemus vos decreti veteris, de nervo iurisdictionis nostrae, ne quis discedat ex vadimonio seu aresto, ut vocant.

Cum autem his diebus contra eam legem discesserit N. nec solverit iis, quibus debet, relegamus eum de sententia consilii nostri ex hac Academia, ut absit hinc triennium. Hoc exemplo commonefacti caeteri maiore fide praestent iustitiam et alia honesta officia. Datae die 20. Iulii anno 1546.

No. 3518. 22. Iul.

M. Seidemanno.

† Ex apogr. in cod. Goth. 399. p. 194.

Clarissimo viro doctrina et virtute praestanti D. Martino Seydemanno, etc.

S. D. Fingant alii causas belli ut volunt, hanc praecipuam esse non dubium est, quae pingitur in lectione hodierna Evangelii. Sicut Pharisaeus fastidit Christum cum muliercula eius pedes blandissime osculatur et ungit: ita et nostros principes iam oderunt hypocritae praecipue ob hanc causam, quod veritatem amamus et Christi pedes nostris lacrymis lavamus. Sum in *) tranquillo animo, et spero mediocrem exitum belli, et tum, Deo iuvante, animum ad omnes casus ferendos praeparo. Nondum discedimus hinc, et adhuc mediocris frequentia est et tranquillitas. Quod vero abeunt multi aut non studiosi aut non instructi pecunia, fit etiam me hortante. Iubeas forti animo esse nostros amicos, D. *Sebastianum*, D. *Philippum*, D. *Martinum*. Mitto vobis libellum, qui magis ad consolandos pios scriptus est, quam ut de Tridentina synodo multa disputet, quae non est Ecclesiae concilium, sed ἀγορὰ κερκώπων. Bene et feliciter vale. 1546.

Ph. M.

No. 3519. 22. Iul.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 706.

---

*) *in* quidem habet cod., sed sine dubio ex mendo. Scripsitne Melanthon: *Sumus*?

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Etsi multi Principes consilia faciendae pacis quaerunt: tamen humana consilia parum profectura esse arbitror. Sed Deus aeternus, Pater Dn. nostri I. C., orandus est, ut Ecclesias, in quibus sonat vox Evangelii, et Politias, in quibus vivimus, defendat, et servet, et ut servet, oro, ac spero, mediocres fore exitus huius belli. Sed profecto consilium Caroli Imperatoris stultum *) fuit de bello movendo. Nam etiam profligatis Principibus civitates Germaniae superioris potius cum Helvetiis se coniuncturae essent, quam accepturae Hispanicum Imperium. Si in nostrum oppidum adducetur praesidium, filios mittam ad vos. Quod meae familiae hospitium offertis, et mihi pannum misistis, gratias vobis ago.

Vinum adhuc, Dei beneficio, generosum habemus. De Doctore *Dracone* malim coram vobiscum loqui. † Probus vir est, sed, ut metuo, durior, quam gubernatorem esse utile est" **). Bene valete. Die Magdalenae.

Philippus.

No. 3520. 27. Iul.

I. Lango.

Ex autographo in cod. Seid. Dresd. edita in Wegscheideri Progr. I. ep. 1.

Reverendo viro eruditione et virtute praestanti Domino Iohanni Langio, doctori, theologo, Episcopo fideli ecclesiae Dei in urbe Erfordia, amico suo cariss.

S. D. Etsi nec spem pacis, nec studia literarum obiecimus, tamen adolescentibus plerisque hortator sum, ut vel in suam quisque patriam, vel in alia loca tranquilliora hinc discedant, iis praesertim, qui non sunt instructi pecunia. Quare hunc adolescentem *Iosephum* ad vos redire facile passus sum, et promisi me curaturum, si deus restituerit pacem, ut spero, ut stipendium habeat. Haec cum scriberem, nondum audieramus, ubi Saxonici ducis et Hessi exercitus essent. Sed a Suevico exercitu audieramus oppida Episcoporum Augustani et Eichstatensis occupata esse. Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut gubernet et defendat. Mitto tibi libellum recens hic editum. Bene vale. Die Iulii 27.

Philippus Melanthon.

No. 3521. 27. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 554. (ed. Lond. IV. 708.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. Bam. amico et fratri suo cariss.

S. D. Gratiam tibi habeo, quod toties litteris lenire meam moesticiam studes, quod quidem eo mihi gratius est, quia cum sciam te quoque in magno dolore esse, videris erigere te ipse, et cogitatione earum consolationum, quas Deus proposuit, tristiciam moderari. Mihi profecto in hoc publico luctu, etiam tuus dolor saepe auget moesticiam. Sed te adhortor, ut quod facis, divinis te consolationibus sustentes. Domi etiam honestiss. coniugis tuae et dulciss. liberorum consuetudine te oblectes. Imo, inquies, hos cum aspicio, crescit dolor. Fit hoc interdum. Sed velim cogites, familias piorum Deo curae esse, etiam inter Imperiorum ruinas. Ego non nunc primum dolere incipio, nec primum iam Tyrannidas ferendas esse cogito. Iam olim non modo adversariorum furores, sed etiam nostrorum vitia et peccata multa cruciarunt animum meum, ut scis. Etsi igitur magis nunc ut in ipsa κρίσει angor, tamen ut fit in morbis longioribus animum utcunque praeparatum habeo. Cumque cogitando decurrit mens per omnia, quae de caussis belli, de Ducum ingeniis et voluntatibus, de modo belli gerendi, de exitu, de iis quae exitum secutura sunt, disputantur, acquiesco in dicto Gamalielis, quod nosti: ἐὰν ἐξ ἀνθρώπων τὸ ἔργον τοῦτο καταλυθήσεται, εἰδὲ ἐκ θεοῦ ἐστιν, οὐ καταλυθήσεται. Et vero gemitu peto exitum Ecclesiae Dei salutarem, meo periculo non valde moveor. Si interfectus praebebo cachinnos τοῖς ἐπιχαιρεκάκοις, ut ubique multi sunt, ne illa quidem laeticia eis diuturna erit. Magnum etiam solatium est tali tempore, conscientia rectae voluntatis. Et spero aliquos nostris laborib. recte eruditos esse, et nostrae explicationes magis perspicuae essent, si non essent

---

*) Sic A. D., sed Saub.: *consilium N. intempestivum.*

**) Addit A. D.

impeditae temporum confusione. Haec eo breviter scripsi, ut aliquo modo animum tuum solicitudine de me, levarem.

Venio ad alteram tuam epistolam, in qua pene expostulas mecum de nescio quorum sermonibus, quos περὶ μυσίας κοιράνου *) ἐνθάδε θρυλλεῖσθαι ἔγραψας. Affirmo vere, me nec male loqui de eo, nec audire alios male loquentes. Nec me in tanto luctu fabellis talibus delectari putes. Et perspectum esse multis animum meum erga vestros homines arbitror, qui testes esse possunt, et diligi ipsum a me, et saepe ineptos sermones refutatos esse, in quib. homines δυσέριδες καὶ φιλαίτιοι de vestris secus locuti sunt. Deinde nos qui vetera et recentia exempla novimus, plerunque periculosas fuisse συμμαχίας etiam in bonis caussis scimus. Multa igitur mihi in mentem veniunt, cur συμμαχίαν vitarit, οὐ θέλει ἴσως δορυφόρος εἶναι τῶν στρατηγῶν, ὧντινα ὕποπτα οἴεται φυλακτέα. Et ut vincerent, ne hoc quidem volet, ad horum arbitrium constitui statum vel Publ. vel suae ditionis. τοιαῦτα δὲ καὶ ἐνθύμηθῆναί τινα οἱ δοκεῖ οὔτε ἄκαιρον οὔτε ἐπίμεμπτον. ἦν δὲ βέλτιστον πανταχοῦ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν. Erunt certe alii eventus quam hi aut illi putant atque sperant. Nam omnino ingens mutatio rerum impendet: plura aliquanto nunc tecum de hac re loquor, quam cum ullo homine locutus sum. Bene et feliciter vale, V. Cal. Aug.

Philippus Melanth.

Postquam hinc reversus es Lipsiam, accersiverunt *Mansfeldenses* tuum popularem ad scholae suae gubernationem, et ipse malebat scholasticas operas facere in hac aetatis imbecillitate, quam mox ad illud fastigium Ecclesiasticae gubernationis ascendere. Sed cum redibit Mansfeldia, audiam quid de eo decretum sit.

No. 3522. 31. Iul.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 266 sq.

Georgio Buchholzero (praeposito Berolin.)

S. D. Scio in hoc tanto tumultu diversa iudicia esse de belli causis, et spes dissimilimas multorum de exitu. Sed nos Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi oremus, ut exitus sit Ecclesiis salutaris, et ne deleatur vera doctrina. Quod vero praetextus fingitur, non quaeri veritatis oppressionem: oremus etiam Deum, ut ipse, qui est inspector cordium, ostendat etiam in adversariis illum fucum sibi displicere, et ostensurum esse non dubito. Etiamsi multa his viginti annis dicta et facta sunt minus moderate: tamen non propterea veram doctrinam abiiciam, nec laudabo parricidarum consilia. Spero etiam mediocrem exitum. Gratiam vobis habeo pro pagella, quam misistis: et eam per proprium tabellarium, cui ego mercedem dedi, remitto. Bene valete. Pridie calendas Augusti, 1546.

*) Duce Mauritio. C. K.

No. 3523. (m. Iul.)

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 52.

Iusto Ionae.

S. D. Si eas pagellas, quas edidimus latine de causis, cur amplexi simus genus doctrinae, quod profitemur, legisti *), et libellum probas, oro, ut vertas, sed ita, ut te germanice loqui audiam, nec superstitiose nostram phrasin et maciem effingas. Qua de re, quidquid statues, significa. De itinere exercituum nostrorum, quae habeamus, audietis narrantem *Troschelium.* Ad vos plura scribi, quam ad nos, arbitror. Imperties igitur, si quid habetis. Iungamus autem vota et gemitus, ut Deus aeternus, Pater Domini nostri Iesu Christi, regat et iuvet nostros Duces et exercitus, et defendat nostras Ecclesias et hospitiola. Hoc certum est, recens multa millia hominum ex Stiria a Turcis abducta esse. Interea Austriaci Atridae nobis bellum inferunt. Bene vale.

Philippus Melanthon.

*) Est scriptum Principum Evangelicorum: „Causae quare amplexae sint et retinendam ducant doctrinam etc., quod habes in Mel. Opp. T. IV. p. 772., quodque a Mel. translatum in linguam latinam prodiit mense Iunio 1546. Habetur etiam lingua vernacula scriptum. Dabimus illud in libris Melanthonis.

No. 3524. (fere m. Iulio.)

Ch. Goldsteinio.

† Ex apographis in cod. Goth. 191. p. 52. et cod. Goth. 401. p. 57 b.

D. Chiliano Goldstein.

Memini olim nos una legere particulam quinti libri Ethicorum, quem cum interea in schola saepe enarraverim, et, ut arbitror, illustraverim, tibi amanti iustitiae et harum eruditarum [1]) disputationum libellum mitto, in quo *enarratio est V. libri Eth.*, quam si aliquando inspicies, spero tibi voluptati fore. Utilem quidem scholasticis et filio esse iudico. In *Actionum atticarum et romanarum collatione* [2]) multas res complecti me, cognitione dignissimas, amplitudo argumenti postulat, quam ubi absolvero vel potius ubi sylvam collegero, tibi communicabo, ut veterum civitatum mores et disciplinam cognoscas, et deplores generis humani miseriam, quod paulatim a primorum parentum et illius aureae aetatis ac bene moratae gravitate degeneravit, nunc vero in hac mundi senecta tanquam delirans vix ullos frenos legum patitur. Illud vero Deum aeternum, patrem dom. nostri I. C. oremus, ut Ecclesiae suae reliquias et aliqua studiorum hospitia servet, et ut Esaias inquit, legem in discipulis nostris obsignet. Bene vale.

No. 3525. 1. Aug.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 32. (edit. Lond. II. ep. 15.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater. In *Graeco* versu dicitur: *Dulcissimum quiddam esse*, *Esse officiosum cum quadam intelligentia et delectu*, sed Graece hoc modo melius dicitur, tibique versum notum esse volo, in quo morum tuorum imaginem pictam esse iudico:

ὡς ἡδὺ συνέσει χρηστότης κεκραμένη.

Has virtutes in *Mylio* esse comperimus: prudenter iudicat quid deceat, et honestus ac officiosus est. Ad haec decora addit veram agnitionem et invocationem Dei. Talis cum sit, consuetudo eius mihi et aliis suavis fuit. Et optarim nos semper una esse. Sed cum id fieri non possit, erit tamen perpetua animorum coniunctio, et aliquanto post in Ecclesia coelesti rursus conveniemus. Nunc oro Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, ut hunc *Wolfgangum* servet incolumem, et gubernet totius vitae ipsius curriculum. Tua ei officia scio non defutura esse. De bello non libet scribere, sed tamen cum poteris, tu nobis significa quicquid ἀξιόλογον, de *Caroli* Imperatoris itineribus et de vicinia vestra. In hac nostra vicinia colligi exercitum a *Marchione Iohanne* certum est. Bene et feliciter valete omnes. Cal. August.

No. 3526. 8. Aug.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 123.

Antonio Lauterbach, Pastori Eccles. Pirnensis.

S. D. Venerande D. Antoni. Scio de causis belli multa varie narrari; sed res non est obscura. Proponit *Carolus* aliquibus minus duris conciliationes gratas et dulces Ecclesiarum et spem facit boni status Ecclesiarum, etiam nostrarum. Sed arbitratur se talem moderationem efficere non posse, nisi duriores principes prius tollat. Ideo movit bellum. Hanc esse veram causam et ego et multi apud vos norunt. Ideo Deum aeternum, patrem domini nostri I. C. oremus, ut defendat Ecclesias et nostros principes. Ipse est cordium inspector, ac videt, quid vere spectet et velit utraque pars. Quae hactenus gesta sunt scire te arbitror, et tantum sunt initia. Nos gemitu et precibus assiduis Deum oremus, ut nobis adsit, et det salutarem exitum!

Pro piscibus et tibi et quaestori gratias ago. Quaestori etiam et tibi libellos mitto. Bene vale. Die 8. Augusti 1546.

---

1) *eruditarum* abest a cod. Goth. 191.

2) *collatione*] cod. 191. *collectione*. — Edita est illa collatio mense Sept. anni 1546. Epistola igitur scripta est fere mense Augusto vel Iulio. Liber autem Aristotelis, quem commemorat videtur esse: „Philosophiae Moralis epitomes libri II.; item enarratio aliquot librorum ethic. Aristotelis. Argent. 1546. 8." Prodierat iam anno 1537. Melanthonis Philosophiae moralis epitome, item in libr. V. Ethicor. Arist. commentarius. Witeb. 1537. 8.

No. 3527. 8. Aug.

Hier. Wellero.

Epist. lib. II. p. 282. (edit. Lond. lib. II. ep. 284.). — Apographon in cod. Monac. 37. No. V. p. 189., cum Peuceri textu conveniens.

D. Hieronymo Wellero

S. D. Etsi ubique varia sunt de huius belli causis iudicia, divinationes et spes etiam dissimiles de exitu: tamen propter imperiorum tumultus non abiiciamus veram doctrinam, neque invocationem. Sed potius in his publicis periculis ardentibus votis oremus Deum, ut Ecclesiae reliquias servet. Qua de re scio tua vota cum nostris et aliorum piorum gemitibus in tota *Germania* congruere. Moveor quidem magnitudine periculi, sed tamen spero mediocrem *καταστροφήν*. De migratione in Academiam aliquanto post deliberari posse commodius arbitror. Si tranquillitatis tuae rationem vis habere, ut honeste et pie fieri posse arbitror, ne dubita anteferendam esse eam sedem, quam nunc tenes. Academiae nostrae castra sunt plena ingentium periculorum et certaminum, *ὥσπερ παθὼν ἔμαθον*. Bene vale et rescribe. Die 8. Augusti.

No. 3528. 9. Aug.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 372 sq.

Venerando Viro, etc. domino Georgio Buchholzer, praeposito Ecclesiae Dei in Berlin, amico suo,

S. D. Venerande domine Georgi. Mitto vobis pagellam, in qua vera est series rerum gestarum quae nobis significatae sunt usque ad diem 9. Augusti. Oremus Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, ut nos gubernet, et restituat salutarem pacem. De cruce ita se res habet. Fuit magna moles minitans ruinam, dinque funibus alligata fuit parietibus. Cum autem nuper sepulchrum foderetur non procul ab ea cruce, suasit fossor, ut amoveretur crux, ne rueret. Ideo consul amoveri curavit, permittente domino pastore. Miror principem N. re tali moveri. Sed deus erit iudex omnium nostrarum actionum, qui est inspector cordium, et videt qui sincero corde veritate illustrare cupiant. *Landgravius* dixit se aut laetum in coelum iturum, aut hoc labore Ecclesiis concordiam et pacem constituturum. Bene valete, Die 9. Augusti, Anno 1546.

No. 3529. 10. Aug.

Ioachimo Anhaltino.

Edita in Beckmanni Histor. des Fürst. Anhalt. in access. p. 124.

Ioachimo, principi Anhaltino.

Illustrissime Princeps et Domine clementissime. Gratias ago C. V. quod impertiit nobis *literas Ratisponenses et libellum;* etsi enim eadem antea cognoverimus, tamen benevolentiam C. V. magnifacio. Iussi enim *Iohannem a Berg* C. V. mittere pagellam, in qua ordine annotavi ea, quae hactenus nobis significata sunt, quae quidem vera et certa esse et digna memoratu iudico. Teneamus has consolationes, quod est ex Deo, non dissolvetur; Et vera doctrina et vera invocatio non abiicienda est propter ullas res humanas, ullos errores, ulla pericula. Spero etiam mediocrem exitum, etsi profecto valde doleo, non solum mea causa, sed propter multas publicas causas, *Carolum* Imperatorem iurgiis Pontificis incitari se passum esse, ut occasionem bello praebuerit, imo denuntiaverit bellum aliquot Principibus; Sed Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi servabit verae Ecclesiae reliquias invocantes ipsum, quo in numero C. V. et has nostras Ecclesias esse certum est, quas ut servet et regat C. V. oro. Datae die Augusti X.

No. 3530. 10. Aug.

Io. Oedero.

† Ex autographo Philippi Mel. in cod. Goth. fol. No. 380.

Dem Erbaren Joachim Oeder, Burgern auf dem Annenberg, meinen lieben Suager und guten Freund.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Erbarer guter Freund und lieber Suager. Euer Buch habe ich mit Fleiß genau durchlesen, und ist mein treuer Rath und freundlich Bitt, ihr wollet diese Sach, mit ernstlichem Ge-

bet, Gott befohlen, und andere davon schreiben lassen, die solches ihrer Aemter halb zu thun schuldig sind. Darum ich auch Euer Buch nicht an das Licht geben will; und zudem, daß ich Euer Fährlichkeit halben Bedenken hab, so sind auch etliche Reden von der kaiserlichen Wahl darinnen, daraus nichts folgt, das diesen Receßkrieg belanget. Ich bitt, ihr woltet diese meine treue Schrift nicht unfreundlich verstehen. Gott bewahr euch. Datum am Tage Augustini.

Philippus Melanthon.

No. 3531. 13. Aug.

A. Osiandro.

Epist. lib. III. p. 190. (edit. Lond. lib. III. ep. 112.).

Andreae Osiandro

S. D. Ego vero et habeo tibi gratiam, et debere me profiteor, quod mihi literis tuis amantissime scriptis toties lenire moestitiam studes. Etsi enim non nunc primum dolere incipio: tamen ut fit in longis morbis, maior est in *παροξύσμῳ*, morbi vis et sensus. Iam olim me et adversariorum furores, et multa nostra, ac mea quoque errata excruciarunt. Fero igitur haec, non ut *Tyro*, sed animo mediocriter praeparato, et misceo dolori preces. De exitu cogitans cohorresco. Erunt enim tetrae et horrendae confusiones, utra pars vicerit. Sed fortassis fatalis est conversio huius Imperii, et *Platonica* illa periodus circumacta est. Deum oremus, ut mitiget poenas, et publicas et nostras. *Cardano*, si quid habes, impertias, etsi *ἀναιτιολόγητα* vaticinia legenti saepe in mentem venit, quod apud *Euripidem* in *Helena* nuncius inquit: *ἀλλά τοι τὰ μαντέων ἐσεῖδον, ὡς φαῦλά ἐστι καὶ ψευδῶν πλέα.* Certe res vatum aspexi quam improbae sint et plenae mendaciorum. Mitto vaticinium non confictum, sed a D. *Pomerano* descriptum ante annos aliquot *Brunswigae*, et habemus alia. Bene vale. Die 13. August. 1546.

No. 3532. 13. Aug.

V. Theodoro.

In Appendice lib. IV. epist. p. 14 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 684.

D. Vito Theodoro, Evangelium docenti in Ecclesia Dei in urbe Noriberga.

S. D. De tua deliberatione etiam post alteras tuas literas, idem respondeo, quod antea cogitaram. *σεμνόν ἐστι μὴ παραστρατηγεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ διδάσκοντα*, ubi sonet vox Dei vocans auditores ad poenitentiam, et praecipiens *) de invocatione. Alius locus aptior est deliberationi *περὶ τοῦ ἀμύνεσθαι ἐχθροὺς ὠμοὺς καὶ ἀσεβεῖς.* Ac credo multos, ut saepe accidit, dubitare, quid sit utilius. Nostris praecisa est dubitatio, postquam hostis denunciavit bellum satis aperte. Pugnant igitur *ἀμυνόμενοι*, et ut Deus gubernet ac iuvet eos, oro, et regat ac servet Ecclesias suas, et politias, quae sunt Ecclesiae hospitiola.

Successorem *Hieronymo Lycio* Magistrum *Nicolaum Agricolam Salveldensem*, notum Magistro *Ioachimo*, ingenio, eruditione, et bonis moribus egregie ornatum, ad te mittere decrevimus. Eruditus est in Latina et Graeca lingua, et in Philosophia, scribit carmen, et est Arithmeticus non vulgaris. Sequetur triduo post nuncium.

De *Ravensburgio* concionatore etiam cogitavi: Habemus in vicinia, in oppido *Sidonio* pastorem Ecclesiae doctum et modestum virum, non procul a Norlinga natum, qui etsi praesenti fortuna contentus est, tamen videtur adduci posse, ut in Sueviam migret. Si differri res poterit, proficiscetur *Ravensburgum*, ut Ecclesiam videat, hoc autumno.

De *Ioachimo Hellero*, et D. *Hieronymo*, et tibi gratias ago, quod eum provexistis ad docenda *μαθήματα*, et urbi vestrae propter universae Germaniae utilitatem opto, ut possessionem illarum pulcherrimarum artium, quae leges de siderum motibus continent, tueamini. Deo curae erunt hospitia doctrinarum, ubi boni et pii gubernatores vere serviunt gloriae Dei, sicut scriptum est, *ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει. καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτόν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν.* Hoc oraculum longe antefero omnibus vaticiniis, quae passim nunc mira vanitate quaeruntur et colliguntur.

Reischachero dicas, ut scribat nuncio Duci de sua conscientia et voluntate, quae sit et fuerit erga puellam. Bene vale. Die 13. Augusti.

Philippus Melanthon.

Mitto tibi pagellas.

*) Saub. mendose: *praecipuus.*

No. 3533. 16. Aug.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 377 sq.

Marco Crodelio, (gubernanti Scholam Torg.)

S. D. Charissime D. Marce. Etsi literas dedi Cygneo, tamen id simplice et candido animo factum est, nec impedio, quo minus tribuas Scholae Pelgranae gubernatorem, tuo iudicio, cuicunque voles. Si cui spem fecisti tuae commendationis, praestari aequum et honestum est. Nihil detraho de amicorum autoritate, augere eam magis studeo, ac saepe hos Euripidis versus recito: *ὅστις νέμει κάλλιστα τοῖς αὑτοῦ φίλοις σοφὸς πέφυκεν, εἰς τὸν συμφέρον.* Utiliter, inquit, illum sapere, qui amicis cedit in iis rebus, quarum possessio vel pulcherrima existimatur. Cygneo inveniemus, Deo iuvante, alium locum. B. V. Die 16. Aug. 1546.

Philippus Melanthon.

No. 3534. 16. Aug.

N. Medlero.

A Danz. in epp. ad Medler. ep. 63. edita ex cod. Bav. I. p. 1057. Nunc ex eod. cod. descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Ut David petit se abdi in tabernaculo Dei, ita nos oremus Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut nos quoque inter aras quasi abditos servet, et tegat harum regionum ecclesias. Nihil hactenus audio in utraque parte actum esse, quod sit *ἀξιόλογον*. Haec cum scriberem, audiebamus, exercitum foederatorum ad Ingolstadium accessisse, nec procul a *Caroli* castris abesse; plus vero periculi a Belgicis copiis esse iudico, quae adhuc in Rheni ripa sunt supra Moguntiam, quam ab altero *Caroli* exercitu *). Sed Deus potest suam Ecclesiam etiam in mari rubro servare, et, ut nunc servet oremus. Bene vale, die Augusti 16; 1546.

Ph. Melanthon.

*) Maximilianus a Büren, dux Caesaris, collegerat in Belgio exercitum ad quatuor, peditum ad decem millia. Is progressus e Belgio mense Augusto supra et infra Moguntiam Rhenum transmisit, et ineunte Septembri copias suas per Norimbergam et Ratisbonam profectus, cum Caesaris exercitu, qui Ingolstadii erat, coniunxit.

No. 3535. 16. Aug.

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in append. epp. lib. IV. p. 16. Apogr. in cod. Zeltn. Dresd. Nunc ex autographis in cod. Monac. I. p. 636.

Chariss. viro etc. Vito Theodoro, docenti evangelium in Ecclesia Dei in urbe Noriberga, amico et fratri suo charissimo.

S. D. Quod faustum et felix sit, proficiscitur ad vos Magister *Nicolaus *) Salveldensis*, quem *Hieronymo Lycio* successurum speramus, in quo, etsi aetatem et corporis proceritatem maiorem desiderabitis, tamen haec, quae desunt, sarcit eruditione, virtute, dexteritate, studio [1]) faciendi has scholasticas operas, quas alii grandiores fastidiunt. Profecto non misissem eum, nisi mihi ingenium et eruditio probarentur. Nam alios grandiores habebam, et quorum erat *εἶδος ἄξιον τυραννίδος*, ut dici solet, sed hunc iudicio praetuli. Te igitur oro, ut complectare et iuves. De exercitu Macedonis nihil nunc sciebamus. Tuas literas avide exspecto [2]). Bene et feliciter vale. Die 16. Augusti [3]).

Philippus Melanthon.

*) *Nicol. Agricola.*
1) Cod. Zeltn. *et* studio.
2) *De exercitu — exspecto*] praetermissa sunt in cod. Zeltn.
3) Cod. Zeltn. addit: *anno* 45. Sed male.

No. 3536. 17. Aug.

B. Schallero.

Epist. lib. II. p. 477 sq. (ed. Lond. lib. II. ep. 506.).

D. Bartolomaeo Schallero.

S. D. Etsi in hoc tanto periculo publico omnes honesti homines et de suis et de posteritate soliciti sunt: tamen et speremus mansuram esse Ecclesiam Dei, et Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oremus, ut servet nostros liberos, et eis reddat pacatam Rempublicam. Hac spe et studiis liberorum faveamus. Commendo igitur vobis filium, qui Dei beneficio et ingenio valet, et feliciter didicit omnium optimarum artium fundamenta. Quare eum et usui Reipub. et vobis voluptati fore spero. Oremus autem Deum, ut totum curriculum vitae ipsius gubernet. Eram eum missurus *Noribergam*, sed ipse institutum

studiorum cursum deserere noluit. Et ego malui eum diutius esse in Academiis. Quare ut eum adiuvetis, vos adhortor. Bene vale. Die 17. Augusti.

No. 3537. 17. Aug.

H. Wellero.

Epist. lib. II. p. 286. (ed. Lond. lib. II. ep. 289.).

D. Hieronymo Wellero

S. D. *Plato* de concordia bonorum citat hos veteres versiculos:

Οὐ χρυσὸς ἀγλαὸς,
Οὐδ᾽ ἀδάμας ἀστράπτει πρὸς ὄψεις·
Ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόησις.

Non aurum, non Adamas sic fulgurat, ut consensus bonorum virorum. Delectatus sum igitur lectione tui libelli, consensum harum Ecclesiarum agnoscens, pro quo ingenti beneficio Deo gratias agamus, et tueri ipsi in veris sententiis *ὁμόνοιαν* studeamus. Tibi quoque pro tuo scripto gratias ago. Atque utinam diu muneribus talibus inter se harum Ecclesiarum doctores certent, et simili benevolentia copulati sint. De migratione in Academiam *) arbitror tempus ipsum monstraturum certius consilium, ut dicitur, *σύμβουλος οὐδείς ἐστι βελτίων χρόνου.* Bene vale. Die 17. Augusti.

No. 3538. 19. Aug.

Seb. Stieglichio.

Manlii farrag. p. 123 sq.. — Apographon in cod. Mehn. I. ep. 211.

Venerando viro D. Magistro Sebastiano Stiglich [1]), *docenti Evangelium in Ecclesia † aulae" in Spandano, amico suo,*

S. D. Venerande domine Sebastiane: Etsi scio de meis literis et de me parum amanter, nec *ἐπιεικῶς* iudicari apud aliquos in urbe Arctoa: tamen scribam simpliciter quod sentio. Et tibi et domino *Georgio* praeposito hortator sum, ne novam doctrinae aut caeremoniarum formam componatis: et librum Electoris *Marchionis* iudico in articulis doctrinae pie et recte scriptum esse. vidi etiam illum ante editionem. Nec offendunt me additae quaedam caeremoniarum observationes: nec Princeps ubique acerbe eas exigit. Matri inclytae certe non feret leges.

De bello scias, † adhuc" Dei beneficio, *Landgravium* cum exercitu in Bavaria esse, et occupata esse aliqua [2]) oppida. In ditione Palatini ad Rhenum est exercitus Imperatoris, quem ducit *Martinus de Rossa* Geldrensis. Sed Deus, † ut spero", defendet Ecclesias in his et aliis regionibus invocantes ipsum, et reprimet crudelitatem eorum, qui interficere pios sacerdotes in nostris Ecclesiis conantur. Bene vale. Witebergae, 19. Augusti, anno 1546.

No. 3539. 20. Aug.

C. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 295 sq.

Christophoro Pannonio.

S. D. Chariss. Dn. Christophore. Et ego iudico bonum ingenium esse D. *Adami*, deque mea sententia scripsi ad *Bonnum*, commendaturus eum etiam Regi et Academiae *Hafniensi*, si ibi magis esse volet. De bello scio et de caussis varia esse iudicia, et de exitu spes et opiniones dissimiles. Nos, quoquo modo illa se habent, Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, oremus, ut det exitum salutarem Ecclesiae suae. Tot sunt honesti Principes, et tot civitates plenae gravissimorum virorum, ut non dubitem, sumpsisse eos arma, iustis et necessariis caussis coactos, etiamsi multi de nobis secus loquuntur. Sed iudicium erit Dei. Nihil hactenus audivimus praeter itinera, et paucorum oppidorum occupationem. Bene vale. Die 20. Augusti, quo ante annos 28 primum veni Lipsiam adolescens, ignarus, quam dulcis sit Patria. Sed ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Iterum vale.

Philippus Melanthon.

---

*) Vid. ep. d. 8. Aug. 1546.

1) Cod. Mehn. *Drieglich.*

2) Cod. Mehn. *aliquot.*

No. 3540. **20. Aug.**

Io. Matthesio.

Epistol. lib. II. p. 33. (edit. Lond. lib. II. ep. 16.).

D. Iohanni Matthesio.

S. D. Servabit Deus Ecclesiam suam inter fluctus Imperiorum, ut servavit in mari rubro incedentem inter undarum montes, etiamsi multi etiam castigabuntur. Nam et nos multis peccatis et scandalis Deum offendimus. Dicamus igitur cum Daniele: *Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei nostrae.* Sed tu propter nominis tui gloriam, et propter Filium tuum misearis nostri, et parcas Ecclesiis tuis, et poenas mitiges. Quod igitur tali tempore non discedis istinc, gravitatem tuam laudo, sed tamen de hac re iterum deliberari poterit. Tuam Epistolam mittam, ad amicos *Lipsicos.* De bello nihil scribo, nisi, quod facis, ut coniungas tua vota cum aliorum piorum votis, ut Deus det exitum huic bello salutarem Ecclesiae suae. Bene et feliciter vale. Die 20. Augusti, quo primum veni *Lipsiam* ante annos 28. Mitto tibi pagellas, quarum lectio fortassis aliquibus piis grata erit. Qualescunque belli vel causae sunt, vel eventus erunt, non erit abiicienda Dei invocatio. Ideo Dominum colamus. Bene vale, et rescribe.

No. 3541. **22. Aug.**

V. Theodorus ad Brentium.

Quaedam ex epist. Viti Theodori ad Brentium, edita in Strobel's Beiträgen zur Literatur, 2. Th. p. 483. — Inserenda hic esse putavi ea, quae Vitus de Melanthonis somniis scripsit, quaeque haud dubie hausit vel ex epistola Melanthonis ad ipsum nobis non servata, vel ex epistola a Crucigero accepta.

(Vitus Theodorus ad Io. Brentium.)

— — Philippus alacerrimo est animo. Habet somnia fausta. Cum *Michaele* *) scriba Northusano visus sibi est ambulare per plateam, in quam rivulus labitur Ratisbonae. Ibi videt quendam submersum. Quum accedit propius, cogniturus quis sit, deseritur a Michaele pavente et fugiente, et videt *Carolum* esse. Cum autem sublevare eum vellet, videt penitus demergi, et emergere super aquas duos annulos magnitudine et figura dissimiles. Aliud habuit somnium. Cum *Ioachimo* *) in arce quadam fuit, et interpretatus est Philippica Demosthenis. Cum autem casu prospicit de arce in Albim, videt eum multo manare sanguine. Haec recito, quia scis, divinatricem naturam in hoc Daniele nostro.

Podagra mea me prorsus fecit suum mancipium. Dubito, an unquam sim proditurus, et tentantur paullatim digiti quoque, hos lentus humor implet et ineptos facit ad motum. Tu pro me Deum ora, sicut ego quotidie pro te. Intra triduum conferent nostri castra castris Caesaris. — — Datae Dominica ante Bartholomaei 1546 **).

*) Meyenburgio.

*) Camerario.

**) i. e. d. 22. Aug.

No. 3542. **25. Aug.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 557 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 705.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Bamb. amico et fratri suo cariss.

S. D. Fuit his diebus nobiscum Iurisconsultus Francofordianus, qui annotationes veteris Romae tibi et mihi donavit. Delectatus sum non tam ruderibus ceteris, quam pictura Romani pedis, cuius etsi alia exempla etiam habemus, tamen hoc quoque videre gratum fuit. Spero hanc ipsam ob causam tibi quoque libellum iucundiorem fore. Affert autem *Paceus* et Psalmos, quos *Cruciger* inscripsit *Bornero*, quos ut ei exhibeas te etiam atque etiam oro. Quaecunque erunt ruinae Imperiorum, tamen nos et Ecclesiae consensum, et privatas amicitias tueamur, qua de re multi mei sermones etiam ante hos motus fuerunt. Sed fata Germaniam urgent, quae ut Deus mitiget, assiduis votis petamus. Nec erunt irrita vota Ecclesiae tuae domesticae. Aliquid a te litterarum expecto, etsi heri promisi Pr. *Ascanio*, brevi me tecum ad ipsum venturum esse. Bene vale et rescribe, VII. Cal. Septemb.

Philippus Melanth.

Nr. 3543. 25. Aug.

Io. Cratoni.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54[a].

Viro clarissimo, eruditione et virtute praestanti, Ioanni Cratoni, Vratislaviensi, amico suo cariss.

S. D. Doctissime et cariss. Crato. Et epistolam ad Augustanum civem et exemplum eius tibi mitto. Fortassis autem, ut olim dicebatur, τὴν τύχην ποικίλως ζωγράφειν τοὺς φίλους, ita nos in hac calamitate pauciores respiciunt. Sed tamen iudicii et amoris erga te mei testimonium erit mea epistola, etiamsi illi, ad quos scribo, non incendentur maiore studio tui. Deum autem aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, cuius doctrinam non solum philosophicam, sed alteram quoque prolatam ex arcano sinu per filium, colis, oro, ut te servet incolumem, et gubernet tua studia sitque ἡγεμὼν totius huius itineris tui et universae vitae. *Hieronymo Schreiber* et *Musculo* salutem opto. Laetum audio Noribergae esse oculos, ut opinor, vitantem *) τῶν ἱερέων οὓς κατήγαγεν ὁ αὐτοκράτωρ, qui eum acerrime oderunt: Sed salutem ei meis verbis dicito, si eum videbis. Ad virum clarissimum D. *Ioachimum Camerarium* venturum te esse non dubito, cuius familiae universae salutem toto pectore opto. Literas ad eum nostras adfert ὁ γραμματοφόρος Norimbergensis. Bene vale. 7. Cal. Sept. qui dies fuit victoriae ad Ἀρβήλας. 1546.

Philippus Melanchthon [sic?].

*) Menda suspicor in his; sed dedi ut leguntur in codice.

No. 3544. 26. Aug.

Herwarto.

† Ex apographis in cod. Paris. D. L. 54[a], cod. Monac. 88. No. IV. p. 115 b. et cod. Monac. 90. No. VII. p. 382 b. In codd. Monacensibus simpliciter inscribitur: *ad Civem Augustanum.* Sed in cod. Paris. plena est inscriptio:

Ad. D. Ioannem Henricum Herwartum, Senatorem Reipublicae Aug[ae].

S. D. Vir clarissime. Si philosophiam monitricem aliquanto diligentius audirent homines, praesertim potentes, minus esset calamitatum publicarum et privatarum; sed plurimi pene cyclopica audacia contemnunt omnia doctrinae studia, qua causa cumulari hominum miserias [1]) non obscurum est. Interea tamen et fuisse aliquos semper in bene moratis civitatibus et adhuc esse nonnullos scimus, qui et in gubernatione suae vitae in consilium adhibent philosophiam, et propter salutem multorum doctrinae studia adiuvant; quorum sapientia et virtus merito praedicanda est. Nec dubium est horum voluntatem in iuvandis studiis Deo placere. Cum autem et ex viri doctissimi *Cratonis* sermone, et ex aliorum praedicatione intellexerim, te inprimis favere philosophiae studiis, dedi *Cratoni* ad te proficiscenti hanc epistolam, ut intelligeres, apud homines studiosos virtutem tuam gratis sermonibus celebrari. Ipsius etiam philosophiae nomine gratias tibi ago, quod *Cratonem* tu, et caeteri viri ornatissimi in familia tua complexi estis. Est omnino [2]) ampla doctrina medicae artis. Sed cum accedit cognitio causarum coelestium, multo fit tota ars illustrior. Et multae sunt aliae magnae causae, cur mathematum studia necesse sit conservari. Quare cum ad communem medicorum doctrinam adiunxerit *Crato* hanc pulcherrimam et dulcissimam philosophiae partem, quae de motibus coelestibus et de syderum effectionibus disserit, tantaque in eo vis sit ingenii, ut solutam orationem et carmen feliciter scribat, et has ingenii dotes integritate morum ornet, honestissime facitis, quod eum liberalitate vestra iuvare coepistis. Vosque magnopere et oro et adhortor, et [3]) propter ipsius Cratonis ingenium, et propter rempublicam tali praesertim tempore, ne optimis artibus, neve homini flagranti studio optimarum artium desitis. Haec vestra virtus Deo etiam [4]) grata erit et ipsius Cratonis literis celebrabitur. Bene et feliciter vale. Vitebergae, Septimo Cal. Septembris [5]), quo die ante annos 1875 [6]) vicit Alexander Persas ad Arbelas [7]). 1546.

Ph. M.

1) *qua causa — miserias*] cod. Mon. 90.: *quam esse causam humanarum miseriarum.*
2) *omnino*] cod. Par. *enim.*
3) *et*] codd. Mon. *ut*, mendose.
4) *etiam*] cod. Par. non habet.
5) Cod. Mon. 88. pro *Sept.* habet *Novemb.*, mendose.
6) *annos* 1875] cod. Mon. ann. 1815, ex mendo. — Secundum Calend. Eberi pugna ad Arbel. fuit anno 239. ante Christum natum. — Camerarius in vita Melanth. ad ann. 1546 narrat Cratonem illo anno Lipsiae fuisse, instituisseque Comitem Berthamensem. Videtur igitur breve tantum iter fecisse Augustam.
7) Cod. Mon. 88. *Arbelam*, mendose.

No. 3545. 26. Aug.

Georg. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 390 sq.

Georgio Fabricio.

Saepe iam, praeterfluentem Albim aspiciens, ingemisco cogitoque, non, si tantum flumen lachrymarum fundere possem, quantum voluit Albis undarum, exhaurire meum dolorem posse, quem animo circumfero propter civile bellum, quod utinam non movisset *Carolus*. Sed fatis urgentur res humanae. Neque ego nunc primum dolere incipio, sed omissa hac commemoratione Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, oremus, ut ipse hos tantos Reipublicae motus, qui humanis consiliis iam sedari non possunt, sua sapientia et bonitate sedet, ac moderate interea suo quisque loco recta doceamus, quod facere te non dubito. Semper amavi ingenium tuum, tibique gratiam habeo, quod tam amanter ad me scripsisti. Pro Pontificia epistola mitto tibi et aliis pagellas, in quibus est *Stigelii* carmen, cuius lectionem, scio, tibi non insuavem fore *). A *Stigelio* te vere diligi et plurimi fieri scio. Bene et feliciter vale. Die 26. August.

No. 3546. 28. Aug.

B. Schallero.

Epist. lib. II. p. 478 sq. (ed. Lond. lib. II. ep. 507.).

D. Bartolomaeo Schallero.

S. D. Filio *Isaac* misi orationem habitam in eo consessu, in quo renunciatio facta est testimonii de ipsius eruditione et virtute. Deus ipsum et vos servet, et posteris Ecclesiam et Rempublicam pacatam tradat. De bello in *Bavaria* tantum haec scimus, exercitum Ducis *Saxonici* Electoris et *Landgravii* accessisse ad *Ingolstadium*, et a *Caroli* Imperatoris castris tantum abesse septem milliaribus. Deus adsit nobis et sua immensa sapientia et bonitate pacem restituat. Bene valete. Die *Augustini*.

---

*) Habes illud in Scriptis publicis T. I. p. 171.

No. 3547. (hoc mense?)

Ioach. Camerario.

Epist. ad. Camerar. p. 757 sq. (ed. Lond. IV. 704.). — Nescio an Sciurus (Eichhorn), de quo hic Melanthon loquitur, idem sit, cui dedit testimonium, quod supra d. 25. Maii h. a. habes.

Clarissimo viro virtute et eruditione praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico suo carissimo,

S. D. Litteris de *Sciuro*, quas ei dedisti ad me scriptas, quando primum huc ille venit, et iudicio tuo contentus dilexi ipsum, praestitique officia quae potui. Omnes enim commendatos mihi abs te complecti me benevolentia non est obscurum: postea perfecit *Sciurus* studio et industria sua, ut mihi inprimis carus esset. Deliberationibus de ipso nostris et tua sententia eum delectari iam non dubito, postquam ea acciderunt in his regionibus, quae omnium fere opinionem fefellerunt. Futura autem commendemus Deo, periculis, si qua mihi prae ceteris impendent, non valde terreor. Accersenda quidem illa, sicut scribis, non sunt: nam auget miserias cogitatio ἐπικτήτου κακοῦ: Sed quod vitari non potest, fortiter, vel aequo saltem animo ferendum est. Quando autem non fui in aliquo periculo iam annis plurimis? Folia, inquis, ea ceciderunt, nunc arbores cadent. Calicem igitur salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo. περὶ δὲ τῶν φαινόντων καὶ συκίνων ἀνδρῶν, quos ex Aristophane adducis, id scilicet relinquitur, ut culpa a nobis absit. Et δίκη tandem corripiet τῶν κακῶν τέκτονας. Sed de his omnibus coram plura, neque omnia sunt scribenda, te quoque autore et monitore. Dominum nostrum Iesum Christum liberatorem generis humani oro, ut misereatur parvuli gregis sui, et mitiget calamitates, et te tuosque omnes conservet. Vale.

No. 3548. 31. Aug.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 578.

Michaeli Meienburgio (Northusae.)

S. D. Humanissime vir, et amice charissime, Scitis, vocem Filii Dei esse: Omnes capilli capitis vestri numerati sunt. Et: Nemo potest oves

meas ex manibus meis rapere. Hac vera nos consolatione confirmemus et petamus, et expectemus protectionem ab ipso FILIO DEI, et petamus, ut leniat poenas. Adhuc, Dei beneficio, studia doctrinarum hic mediocria sunt. *Laurentio* commendavi *Lucam*, erudiendum in linguae latinae exercitiis, et Institutionibus, et in Dialectica. Vult et filius *Michaël* audire Institutiones, quod mihi non displicet. Sed nondum exercitia philosophica omittat. Si erit bellum, nisi oppressus fuero belli saevitia, cogito proficisci in Patriam. Et clementer ad me scripsit senex Palatinus. Oro Filium Dei, ut vox et vestros protegat, et confirmet vobis animi et corporis vires. Bene valete. Die 31. Augusti.

Philippus.

No. 3549. 1. Septb.

Ioach. Mollero.

Praefatio in librum: Collatio actionum forensium Atticarum et Romanarum praecipuarum, autore Phil. Melanthone. Witeberg. anno MDXLVI. 8. 4 plag. Adiecta est: Solonis elegia, citata a Demosthene de causis, quae adferunt exitium regnis et magnis civitatibus, conversa a Phil. Mel. [Haec *Lunzius*, qui praefationem ex hoc libro, qui est Lipsiae in Bibliotheca Senatus, descripsit.] — Contuli seriorem editionem, quae prodiit Witteb. 1551. 8.

Eruditione et virtute praestanti Ioachimo Moller, Hamburgensi, amico suo, Philippus Melanthon S. D.

Una est lex praecipua rectrix vitae hominum, quae est aeterna sapientia in mente divina et immota iusticiae regula, quam et in hominum mentes Deus transfudit, et lucem esse voluit nobiscum nascentem, et postea de rupe Sinaide illustri testimonio promulgavit, ut sciremus eam vitae normam vere divinam esse. Hac lege cum regi vitam Deus velit, quae natura lucet in omnium mentibus, quaeri solet de magistratuum officio. Cum enim lex antea divinitus lata sit, et ferre alias dissentientes omnium scelerum summum et atrocissimum sit, et haec ipsa divina nota sit omnibus, quid agunt in pace humanae societatis gubernatores? Hi vero tria munera plena dignitatis sustinent. Primum huius ipsius primae et praecipuae legis, videlicet Decalogi, vocem eos esse necesse est. Etsi enim natura lucet in mentibus, tamen illa naturae lux doctrina et voce magistratuum excitanda est. Deinde, cum homines non tantum doctrina regantur, sed poenarum metu cohercendi sint, imposuit Deus generi humano magistratus, ut huius suae legis violatores puniant. Etsi enim et Deus ipse vindex est contemtae huius normae, tamen adiunxit sibi magistratus, per quos exequi poenas plerumque voluit. Punit Deus *Antonii* libidines et ambitionem, sed punit per *Augustum*. Nec obscurum est, legem sine poenis inanem sonitum videri. Quare et dictum illud Aeschinis adeo probatum est, ut Demosthenes in suam quandam orationem transtulerit: οὐδὲν ἐστὶν ὄφελος πόλεως ἥτις μὴ νεῦρα ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἔχει, nihil valere civitatem: quae nervos non habet adversus facinorosos. Quare ut sontes ordine in iudicia vocari possent, criminum nomina distributa sunt, et accommodatae accusationum atque actionum formae. Nervi sunt igitur et legum et totius humanae societatis ipsae accusationes et actiones. Quod cum ita sit, non solum hoc intelligi potest, magnam esse vim et dignitatem actionum, sed etiam perspicitur, propter actiones maxime impositos esse generi humano magistratus, qui, cum vocantur legum custodes, non eo tantum sic appellantur, quod doctrinam, septam bibliothecis custodiant, sed quod postea severitate poenarum civium animos ad virtutis officia cogant. Ac de ipsis actionibus postea plura dicam. Prius enim et tertium munus magistratuum addendum est. Etsi necesse est legum omnium in omni gubernatione primas esse eas, quae in decalogo traduntur, dextre intellectas: tamen magistratibus dedit mandata Deus, ut ipsi leges aliquas addant, sed congruentes cum decalogo, quae aliquas circumstantias aut species explicent. Lex divina sancit in genere distinctionem dominiorum, cum ait: Non furaberis. Hic legislator modos recitat, quibus res fit uniuscuiusque propria, ostendit contractuum formas, et quando existimandum sit, perfectum esse contractum, quando imperfectum. In quibus explicationibus valet magistratuum sententia et propter rationem probabilem, decalogo congruentem, et propter auctoritatem, quam Deus magistratui attribuit, quem iussit addere in hac civili vita tum explicationes, tum adminicula divinarum legum. Sunt autem et harum explicationum, quas magistratus addit, praesidia actiones. Frustra enim legislator aequalem hereditatis distributionem verbis praescriberet, si postea non defenderet iudiciorum auctoritate eam aequalita-

tem adversus heredes rapaces aut fraudulentos, qui vel vi, vel fraude, ceteros heredes excutere conarentur. Cum igitur actionum constituendarum et discernendarum necessitas in conspectu sit, non solum amanda est doctrina, quae de eis a sapientissimis hominibus tradita est, sed etiam Philosophia in eis quaerenda. Cum enim actiones praecipue sint vitae rectrices, necesse est eas partim ex decalogo, partim ex luce naturae, quae decalogum explicat, natas esse. Hos fontes et, ut ita dicam, demonstrationes considerare certe Philosophia est non insuavis bonis ingeniis. Cum autem hos fontes adspexerimus, tum vero iuvat conferre politias et videre, ubi diutius disciplinae severitas manserit. Attica civitas initio severe punivit impiorum furores, qui providentiam negabant, libidines etiam iustis suppliciis cohercuit: postea, laxata disciplina, quanta fuit petulantia doctorum et indoctorum in deridenda providentia? quanta in moribus plurimorum turpitudo? Cum autem veteres politias, leges, legum ac disciplinae labefactationes, excidia urbium et ruinas imperiorum consideramus, manifesta testimonia praesentiae Dei in hac vitae gubernatione cernimus. Non casu, aut tantum propter corporum necessitatem confluxit hominum multitudo, nec casu societas civilis durat: sed Deus et coetus hominum consociavit, et custos est iustae societatis, et civitates ac imperia, cum disciplinae tuendae cura extincta est[1]), horribilibus exemplis evertit et dissipat. Quod, cum verissimum ac certissimum sit, assuefaciamus animos ad legum disciplinaeque reverentiam, et frenos cupiditatibus nostris iniiciamus, et moderatione animorum primum Deo placere, deinde et communem salutem, quantum suo loco quisque potest, iuvare studeamus. Hanc ipsam philosophiam in his actionibus et collatione duarum pulcherrimarum civitatum, Atticae et Romanae, etiam proponi animadvertent studiosi, qui consilia veterum intuebuntur, qui actiones ita distribuerunt. Existimo autem, vetustam illam Atticae civitatis doctrinam a Iaphet et eius filiis acceptam, et inter bene moratos posteros conservatam et propagatam esse. Nec vero, si indocti aut feri ac barbari homines, aut haec monumenta, aut ipsa vincula humanae societatis et disciplinae contemnunt, ideo a nobis quoque negligenda sunt. Cumque varii sint hominum furores in conturbando politico ordine, nunc de iis tantum dicam, qui superstitione quadam asseverant, contra Evangelium facere eos, qui aut res suas, aut defensionem in iudiciis petunt. Hunc errorem vitae communi perniciosum esse, nemo non videt. Sed hoc multo atrocius est, quod etiam adversus Deum contumeliosus est. Nam Evangelium, quod aeternam iustitiam adfert, vult nos interim[2]) in hac vita in politica societate vivere, ostendere testimonia nostrae invocationis, et exercere officia multarum virtutum: ac non solum non abolet, nec improbat civilis vitae gradus, sed multo magis ornat, quam ulla humana sapientia ornare poterat. Adfirmat enim, Dei beneficium esse politicum ordinem. Et quamquam existunt multae horrendae confusiones imperiorum, quas vel diabolus, qui est *ἐπιχαιρεκακὸς*, odio Dei et Ecclesiae, vel humana imbecillitas excitat: tamen, ne prorsus dissipetur humana societas, solus Deus efficit, qui[3]) aliqua servat et servabit Ecclesiae suae hospitia, quae legibus et iure consociata defendit, ac praecipit, ut nos nidos amemus, et legibus ac iudiciis reverenter, tanquam divinae voci, pareamus, nec ordinem vitae nostris cupiditatibus, aut nostra *πολυπραγμοσύνῃ* conturbemus. Sed de hac tota quaestione saepe alias a nobis dictum est, et explicatio ex veris et firmis fundamentis exstructa est, quam quidem bonis et prodesse et profuturam esse non dubito. Cum autem haec necessaria doctrina antea monachorum sordibus obruta, prorsus in tenebris iacuerit, nunc quae gratia nostris Ecclesiis, in quibus haec recte patefacta sunt, reddatur, videmus. Sed usitatum est in hac hominum pravitate, quod dicit Pindarus: *παλαιὰ γὰρ εὕδε χάρις*[4]), *ἀμνάμονες δὲ βροτοί*. Erit tamen Deo curae, ne veritas ab ipso monstrata deleatur, neve piorum labores inanes sint. Nunc autem haec recitavi, ut, qui discunt forensem doctrinam, haec cogitantes non solum magis studio suo delectentur, sed etiam referant suos labores ad hunc finem, ut, cum agnoscent politica officia Deo placere, in hac sua militia ei serviant. Tibi vero, *Ioachime* carissime, inscripsi hanc brevem et inchoatam tantum lucubrationem, ut meum erga te studium cum tibi, tum aliis, declararem. Ut autem nobis gratum est videre aliquos, qui recta

---

1) *est*] addit edit. altera, et recte.

2) ed. 2. *interea*.

3) edit. 2. *quia*.

4) edit. 2. mendose *ευδεια χαρις*. — Locus est Pind. Isthm. VI.

doctrina, a nobis accepta, vel bona cum spe in studiis versantur, vel reipublicae feliciter serviunt: ita vobis honorificum est, praedicari vos ab iis eruditos esse, quorum et doctrina est incorrupta, et voluntas erga rempublicam honesta. Oro autem Deum aeternum, patrem Domini nostri Iesu Christi, ut universum vitae tuae et studiorum tuorum curriculum gubernet, ut tibi et reipublicae salutare sit. Quod opto cum tua caussa, tum vero etiam propter patriam, civitatem *Hamburgam*, quae non opulentiam ac voluptates ducit esse summa decora civitatum, sed veram Dei invocationem et disciplinae sanctitatem: quare ad alia civilia ornamenta adiungit hanc curam, ut recte gubernetur Ecclesia Dei et iuventus literas et doctrinam vitae salutarem discat. Talibus civitatibus honos debetur et hoc officium praecipue, videlicet ut petamus a Deo, ut eas servet et perpetua suae doctrinae et verae virtutis domicilia faciat, sicut in Psalmo dicitur: Rogate, quae ad pacem sunt Ierusalem etc. Quare et ipse toto pectore Deum oro, ut Ecclesiam suam in patria tua et in his regionibus, et earum hospitia servet, regat, ac adversus exterarum ac barbararum nationum crudelitatem et tyrannidem defendat. Bene vale. Calen. Septem. 1546.

Nr. 3550. **2. Sept.**

C. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 296.

Christophoro Pannonio (Francofordiae.)

S. D. Lucianus in libello, cui titulus est: πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, narrat, Alexandrum in navi legentem Aristobuli historiam, in qua multa impudenter adfinxerat autor rebus gestis ab Alexandro abiecisse librum in mare et haec addidisse verba: Te quoque eodem modo praecipitem in mare deiici oportebat, sic pro me praeliantem. Tales nunc multi sunt historici, qui audacissime spargunt fabulas, quas gratas esse iis, apud quos sunt, existimant. Rectius esset, nos omnes veris lachrymis deplorare et calamitates publicas et earum caussas, i. e. peccata nostra, et petere mitigationem calamitatum a Deo. Videmus, regnorum fastigia ruere. Pannonia vestra, quae murus fuit Europae, nunc barbaris gentibus praedae est. Germaniae quid minitentur fata, videmus. Oremus igitur Deum, ut poenas mitiget. In bello nusquam adhuc quidquam gestum est ἀξιόλογον. Accessisse exercitum foederatorum ad *Ingolstadium*, scimus. Caetera nondum significata sunt. Bene vale. 2. Septembris.

Philippus Melanthon.

No. 3551. **2. Sept.**

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in append. epp. lib. IV. p. 17. Contuli autographon in cod. Monac. I. p. 687.

Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Dei in urbe Noriberga.

S. D. Scio ubique et de belli causis magnam esse iudiciorum dissimilitudinem, et de exitu spes et divinationes varias. Nos vero Deum, aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, oremus, ut tantum orbis terrarum et Ecclesiae periculum ipse gubernet. Proficiscitur istuc Magister *Fabianus Prutenus*, vir doctus es honestus, quem ante biennium quoque vidisti. Nobis propter eruditionem, candorem et fidem valde carus est; quare te quoque oro, ut eum complectare. Cupit videre exercitum foederatorum, si poterit sine periculo fieri, qua in re tuo consilio utetur. Bene vale. Die 2. Septembris.

Philippus Melanthon,

No. 3552. **2. Sept.**

Osiander ad Melanthonem.

† E cod. Wolf. in bibl. Hamburg. [O.]

Osiander Philippo Melanchthoni.

Etsi facile credam, ex aliis te ut certius, ita et copiosius, quae in bello ad Ingolstadium geruntur audire, non putavi tamen committendum ut quae hac ipsa hora audivi et verissima esse credo, non etiam ex me cognosceres. Pridie Calendas Septembris nostri recta ad Caesareana castra, acie optime instructa, contenderunt, sperantes fore, ut Caesar illis obviam iret, et pugnandi copiam faceret; Verum dum ille pugnam detrectat, et ca-

stris se continet, velitationes tamen hinc inde factae multos Caesareanos hinc orco miserunt. *Landgravius*, occasione usus, bombardas in collem, Caesari propinquum evexit, unde tantum detrimentum Caesareana castra acceperunt, ut necesse fuerit Caesari cum toto exercitu extra bombardarum iactum cedere. Quantum autem damni Caesaris milites acceperint, ab omnibus tamen asseritur quam plurimum. Itaque Caesare semel e praesidio eiecto, spero fore ut eum posthac neque quiescere, neque nimis idonea loca ad pugnam detrectandam occupare patiantur. Hispani circiter ducenti etiam in sacellum paganum fugerunt. Sacellum pulvere bombardico eversum a nostris, hostes omnes aut obtrivit, aut nostris trucitandos obiecit; e nostris aiunt non plus octo desideratos fuisse. Ingolstadium nondum oppugnatur; aiunt, *Landgravium* illi exitium minatum esse. Si eius urbis clypeum consideraveris, animadvertes imaginem *Eccii* blasphemi. Quae in proximis tuis litteris de vaticiniis asscripsisti, non admodum intellexi, ut qui nihil eorum viderim. Quare si quid admirationis habent, fac mihi describuntur. Nam tametsi nihil eis tribuam, nisi cum sacris consentiant litteris, tamen curiositate quadam libenter talia inspicio. Bene vale. 2. Sept. sub vesperam. Anno 1546.

No. 3553. 3. Sept.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Αἰδεσίμῳ ἀνδρὶ καὶ φιλοσόφῳ Ματθαίῳ Κολλίνῳ, φίλῳ γνησίῳ.

Τῷ φιλτάτῳ Κολλίνῳ εὖ πράττειν. Παρ' Εὐριπίδῃ Θησεὺς, ὡς οἶμαι, εἶπεν, ὅπερ τῇ ἀνθρώπων φυσικῇ συγγενείᾳ προσήκει, οὐκ αἰσχρὸν ἀνθρώποισιν ἀλλήλων κακά [1]). μάλιστα δὲ γείτοσι πρὸς γείτονας ἀθώους ἀδικηθέντας καὶ ὑβρισθέντας εὐμενῶς ἔχειν καλόν ἐστιν. Ἄξιοι οὖν ἐπαίνου ἐστὲ σύ τε καὶ οἱ πολῖται σου παραιτούμενοι ὅπλα φέρειν κατὰ γειτόνων οἱ ὑμετέρας ἐκκλησίας ἐτίμησαν καὶ προγόνων ἀρετὰς ἐπαινοῦντες διατελοῦσιν. Ἐγὼ δὲ σοί τε καὶ τοῖς πολίταις σου καλοῖς κἀγαθοῖς ἄνδρασι χάριν οἶδα ταύτης εὐεργεσίας, καὶ Θεὸς δικαίαν ἀμοιβὴν ἀντιδώσει, ὥσπερ γέγραπται· μακάριος ὁ συνιῶν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα, ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος. Ταύτῃ δὲ γνώμῃ ἐμμένειν τοὺς πολίτας σου παραίνει, εἴπον δυνήσῃ.

Πέμπω σοι μικρὸν βιβλίον ἔχον καὶ Ἡσιόδου ποίημα λέγοντος [2]) μέγα ὄνειαρ εἶναι ἀγαθὸν γείτονα. Ἔῤῥωσο. Πυανεψιῶνος ἱσταμένου γ̄. ἔτει αφμς.

1) Est versus Eurip. ex Hippolyto, vers. 769. (vers. 791. ed. Herm.) τί δ' αἰσχρὸν ἀνθρώποισι τἀλλήλων κακά;

2) Hesiod. Op. et d. 344. πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.

No. 3554. 7. Septb.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 703.

Michaeli Meienburgio (Northusae.)

S. D. Semper magis solicitus fui propter exercitum Belgicum *), qui ante mensem fuit in ripa Rheni, quam propter exercitum *Caroli* in Bavaria. Sed Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, oro, ut ubique depellat hostes nostrarum Ecclesiarum. A vobis etiam peto, ut de Rhenanis rebus ad nos scribatis. Nam has vobis notas esse arbitror. In Bavaria hactenus *Carolus* hoc agit, ut extrahat bellum, nec statim dimicet.

Cingularium optimo ingenio praeditum, optarim, posse in studiis retineri. Nunc inter belli mala hoc quoque est, quod pauperibus scholasticis minus opitulari possunt Respubl. et honesti homines. Oro, si qua via est eius iuvandi, ut ei consulatur. Bene et feliciter valete. Die 7. Septembris.

Philippus.

*) Maximilian a Buren dux Caesareani exercitus cum 10,000 peditum et 4000 equitum e Belgio profectus mense Augusto, Rhenum prope Moguntiam transmisit, et mense Septbr. se cum Caesare Ratisbonae coniunxit.

No. 3555. 8. Sept.

Eidem.

Epist. lib. V. p. 710.

Michaeli Meienburgio.

S. D. Honestissime et charissime Domine, et amice. Meministis multos nostros de Republica

et privatis negotiis sermones, ex quibus mea voluntas erga Rempublicam vobis potuit esse penitus perspecta. Et semper vos dilexi, et diligo propter virtutem. Si quid accidet mihi asperius, ut multa acciderant viris optimis, et in his *Bomgartnero*, Deo iuvante, feram aequo animo. Scio, haec esse usitata in civilibus discordiis, sed me conscientia rectae voluntatis et piarum sententiarum sustento. Gratias vobis ago primum pro amantissimis literis, et consolatione: deinde pro vino, etsi nollem, vos sumptus mea causa facere. Hodie a filia mea literas honestissime scriptas accepi. Deus eam servet et regat, et servet et regat vos et me. Bene valete. Die natali B. Virg. Mariae, Matris Christi.

Philippus.

No. 3556. 14. Septb.

P. Medmanno.

Edita in Gabbemae epist. clariss. viror. p. 86.

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Petro Medmanno, fratri suo carissimo S. D.

Cariss. Petre. Nos igitur ut in ventre caeti Ionas, ita in medio huius regionis sumus, in qua ingens bellum subito exarsit; in quo ut poenas mitiget Deus, toto eum pectore oro. Nondum dissipata est Academia. Sed si exercitus in haec loca accesserit, qui iam in littore vestro colligitur, haec nostra studia, quae profecto non male instituta fuerunt, in omnibus disciplinis perterrita conticescent. Me si quis casus opprimet, leniet mihi dolorem haec vera conscientia, quod scio me doctrinam utilem iuventuti tradidisse, et explicatam, cum magna esset opinionum confusio. Te quaeso, ut, donec colloqui possumus, ad me scribas. Bene Vale. XIV. Novemb. *).

Philippus Melanthon.

*) In mense error est. Nam quae scribit Mel. non nisi mensi *Septembri* conveniunt. Puto, Medmannum d. 14. Nov. epistolam accepisse, idque autographo inscripsisse, editorem autem hunc diem in fine addidisse, quod ab editore libri VI. epistolarum quoque saepius factum esse cognovimus. Neque enim 14. Septb. commode scripta videtur, quum eo tempore Mel. iam cognitum habuerit, copias Burenenses non in vicinia Wesaliae versari, sed iam Rhenum prope Moguntiam traiecisse.

No. 3557. 14. Septb.

Testimonium.[1]

Editum in consil. Mel. ed. Pezel. II. p. 178. Nunc accuratius et integre e cod. Goth. 401. p. 88 b.

Literae testimoniales Petri Caesaris, militis, scriptae a Phil. Melanthone[1]).

Eximium Dei donum pax est, petendum a Deo, et omnibus honestis officiis, et singulari moderatione cupiditatum tuendum. Sed cum saepe diaboli et impiorum hominum furoribus bella moveantur, iustum est, vim illatam depellere, et piorum obedientia in bello necessario pietas est Deo valde grata. Suntque duae causae praecipuae, propter quas viro forti gloriosum est iusta arma capere, scilicet verae doctrinae et disciplinae defensio, et protectio imbecillium. Quas causas significavit Alphonsus rex, qui pinxit symbolum pelicanum fodientem sibi pectus et sanguine suo pullos alentem, et addidit inscriptionem: *pro lege et grege.*

†„Cum igitur iam denuntiatum bellum coacti sint depellere *Dux Saxoniae* Elector, et „*Landgravius Hassiae*, et caeteri foederati, et „adversus eos susceptum sit bellum, ut simul vera „doctrina deleretur, et inducerentur in Germaniam impiae et saevae nationes, non dubium est, „foederatos iustum bellum et vero pro lege et grege gerere. Quod cum ita sit"[2]), pie faciunt milites, qui hanc defensionem fortiter adiuvant. Quare et huius *Petri Caesaris*, nati in oppido Mysorum *Geuthen*[3]), voluntas laudanda est, † qui exercitui foederatorum adiunctus est", quem testamur antea quadriennio in Academia nostra modeste vixisse et pietatis et virtutis doctrinam studiose didicisse. Precamur autem Deum, ut doceat manus horum[4]) exercituum ad praelium, ut verbis Psalmi utamur, et Ecclesias ac politias, quae sunt hospitia Ecclesiarum protegat, et placidam ac piam pacem propter adolescentiae educationem, institutionem et disciplinam restituat. Datae Wittenbergae die exaltationis crucis, anno 1546.

Ph. Mel.

1) Caret epistola hac inscriptione in cod. Goth. 401.
2) Suppressit haec Pezel. et edidit: *quoties igitur geruntur bella iusta, pie faciunt* etc.
3) Cod. Goth. 401. *Gisen.*
4) Pezel. *piorum.*

No. 3558. 15. Septb.

N. Amsdorfio.

† Ex apogr. in cod. Mehnerti No. 4. p. 54.

Reverendiss. D. Nicolao ab Amsdorf, Episcopo Naumburgensi, doctrina et pietate praestanti, suo Patrono colendo,

S. D. Reverendissime Domine. Etsi voluit aula, ut Academia secederet, tamen cum multi propter familias migrare non possent, et me fama moveret, ne vicini, quorum maledicentia infinita est, fugere nos dicerent, mansi hactenus. Nuper etiam Oeconomus Collegii mortuus est[1]), quare manere cogimur, donec volet Deus. Et adhuc Dei beneficio hic tranquillitas et frequentia est auditorum. Quare et tuos filios arbitror tantisper in schola commode esse, dum hic sumus. Bellum Deo patri orphanorum et viduarum commendo. Ecclesia enim vere vidua est, et nostri principes sunt orphani, quia Capitaneorum et multorum aliorum fides et voluntas quae sit, multa signa ostendunt. Ego etiam ante bellum de hoc periculo Principum praemonui. Deum oro, ut et contra severissimos[2]) hostes et inter homines perfidiosos protegat principes et restituat Ecclesiis piam pacem. Bene et feliciter vale. Die Septembris 15.

Philippus Melanthon.

No. 3559. 16. Sept.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 558 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 706.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camerario amico et fratri suo carissimo,

S. D. Vidi coronas prorsus palladia arte factas, manu honestissimae puellae tuae filiae, sumque gratulatus et filiae ingenii et artis venustatem, et tibi hoc decus domesticum, cui opto, quod in versu quem saepe recito, dicitur. *εὐσεβέων παιδέσσι τὰ λώϊα*, decet etiam vicissim me gratitudinis significationem ostendere. De *Suarcebergio*

1) Martinus Hopp, cui funus factum est d. 10. Sept. 1546. Vid. Scripta publica P. I. p. 178b.

2) *serenissimos* habet apographon, quod mendum est.

ita scripseram, si subito fuga fieret, tibi me adolescentem commendaturum esse, ut scirent, ubi quaerendus esset, quod de multis aliis scripsi. Emeram ei equum, et *Coburgum*, ut ipsi scripserunt, iam eum missurus eram, sed consilium mutavi, non solum periculis itinerum, sed etiam hominum iudiciis moveor, ne adiungam tali genere natum uni comiti, casu oblato. Ecclesiam et Imperia scio non tantum humanis consiliis regi, Ideo oro Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut pacem Ecclesiae salutarem restituat. Magnum *πταῖσμα* est *χαρανίδου*[1]), quod ipse fatetur, temere fides habita affirmantib. quibusdam, non futurum quod tamen accidit, *παλαιὸν δὲ ἔστιν*, ab antiquo nequam[2]), *καὶ τὸ νῆφε*[3]) *ἀλλὰ πίστεις καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας*. Sed tota res Deo curae erit. Historiam a IIII. Sept. habemus, quam et vos habere arbitror. Bene et feliciter vale, die XVI. Septemb.

Philippus Melanth.

No. 3560. 16. Sept.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 122 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 96., cui Baumgartnerus adscripsit, epistolam d. 3. Oct. 1546. allatam esse Norimbergam.

Clariss. viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori urbis Noribergae, amico suo carissimo,

S. D. Scio te virum doctum et sapientem colligere omnia quae ad levationem ingentis moestitiae conducere videntur, quae tamen omnia ad hanc summam referri necesse est, ut undecunque ortae sint hae tempestates, Deo obediamus, nec dolore fracti ab ea deficiamus, imo etiam erecti fiducia Filii ipsius petamus mitigationem publicorum et privatorum malorum. Ad has cogitationes animum flecto, nec de causis nec de eventu multa disputo, cum sciamus in hac extrema mundi senecta multo tristiores Imperiorum confusiones futuras esse, quam fuerunt antea. Dat genus hu-

1) Heraclidis C. W.

2) Moguntia C. W.

3) „Landgravius non prohibuit transitum super Rhenum, „sed illum fefellit Moguntinus. Constanter Marchio affir„mavit, Carolum non movere bellum propter religionem, „et adhuc eam sententiam multi defendunt." C. W.

manuum poenas horribilium furorum, quas ut Ecclesiae suae et posteritati mitiget Deus, ardentibus votis precemur [1]).

De iis rebus, quae in Bavaria geruntur, post vestras literas nihil acceperam, cum haec scriberem. Perfidia ducum Hessiacorum, qua ad Rhenum dimissus est Belgicus Exercitus, perscripta est, et metuo similia exempla. Proficiscitur ad Vos quispiam qui spem habet impetraturum se esse munus Diaconi in Ecclesia vestra. Bonus et modestus homo est, quare eum tibi commendo. Nomen ei est *Elias Hauschilt*. Unde ei adfulserit haec spes, ignoro. Bene vale. 16. Septembris [2]).

Philippus Melanthon.

No. 3561. 16. Sept.

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in append. epp. lib. IV. p. 18. — Hic ex autographo Melanthonis in codice Monac. I. p. 637.

D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Dei in urbe Noriberga.

S. D. Cariss. Vite. Mitto tibi viri optimi et dextre iudicantis sententiam, de usu Ebeni, seu Guaiaci, quod certe Ebenum esse, arbitror; ac prorsus ei adsentior. Tibi etiam opto, ut remedia salutaria experiaris*); et Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, oro, ut te et alios pios Evangelii ministros servet et defendat, non solum contra impias tyrannides Turcicas, sed etiam contra alios diaboli furores. †*Moguntini* perfidia congruit cum aliquo dicto: *Moguntia ab antiquo nequam*"**). Sed Deus aeternus, Pater Domini nostri Iesu Christi, defendet Ecclesias suas. Prorsus haec sunt tempora similia Maccabaeorum periculis, ubi fraudibus et manifesta violentia Ecclesia oppugnata est. Gratiam tibi habeo pro assiduitate in scribendo, et Deum oro, ut te servet.

Pagellas mitto, quas boni consulito. Die 16. Septembris.

Philippus Melanthon.

1) Spanh. edidit *precamur*.
2) Alia manus adscripsit *ann. 1546*.
*) De morbo Viti vid. eius ep. ad Brentium d. 22. Aug.
**) Haec Saubertus praetermisit.

No. 3562. 17. Sept.

C. Fischero.

† Ex collectione Ballenst. Vol. I. p. 28., qui, unde hanc epistolam hauserit, non dixit.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, Dn. M. Christophoro Fischero, praeposito Ecclesiae Dei in ......), amico suo,*

S. D. Venerande D. Praeposite. Venit huc ad Reverendum D. *Pastorem* Ecclesiae nostrae quidam civis vester, *Vicentius Neudörffer* **), qui petit consilium de secunda coniuge ducenda, cum a priore, ut narrat, desertus sit. Vide sententiam Iurisconsultorum, quae satis dura est, cum spes nulla sit reconciliationis. Peto igitur, ut nobis significetis, an prior mulier confessa sit adulterium antequam a viro discessit, et an propter adulteria vel tantum propter saevitiam discesserit, et quales sint viri mores, denique si quid aliud scire prodest, quod vobis exploratius est quam nobis. Non velim turbari ecclesiam vestram, ideo prius vobis significo hanc nostram dubitationem de negotio ad *Pastorem* allato. Et literas vestras inscribite Rever. Domino Pastori. Si potestis huc exspatiari coram melius exponere D. Pastori totam rem possetis. B. V. die 17. Septb.

Phil. Melanthon.

No. 3563. 19. Sept.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 559. (ed. Lond. lib. IV. ep. 707.).

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Bamb. amico καὶ ἀδελφῷ γνησίῳ καὶ φιλτάτῳ.

S. D. Etsi magno in dolore et fui initio belli, et nunc sum, cum pericula crescunt, tamen maiorem inde usque ab annis quindecim moestitiam circumtuli, propter multiplices doctrinae corruptelas, quibus qui debebant et poterant, mederi

*) Legere non potuit verbum qui descripsit; fuit fortasse scriptum *Bovemorum Bensen*, ut in quibusdam aliis epistolis, i. e. *Iüterbog*.
**) Vid. epist. d. 28. Febr. 1547.

noluerunt, et utrinque vidi φιλαρχίας καὶ θεοστυγεῖς αὐθαδείας impedire bona consilia. Ex illis fontibus hos oriri motus, nihil miror, meque ad ferendos omnes casus praeparo, et Deum oro, ut leniat mala publica, et tueatur alicubi doctrinae studia, nec veram invocationem et disciplinam prorsus deleri sinat. Iter litterarum nostrarum nollem impediri, donec colloqui hoc modo possumus. Acquievi aliquantulum in Generi suavissimis sermonibus. Bene vale. XIII. Cal. Octob.

Philippus Melanth.

No. 3564. 20. Sept.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 62 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Fuit hic senex, qui in vestra vicinia Ecclesiam quandam gubernat, qui exposuit nobis controversiam de quodam deserto a coniuge. †Ait: semel in synedrio hic constituto responsum esse: miror, te eas causas ad nostrum synedrion reiicere, in quo saepe hoc agi video, ut novis labyrinthis negotia implicentur, non ut piis consulatur"*). Itaque scripsi in re plana, quid mihi videretur. Si ita se res habet, et ille desertus ostendit se timere Deum, quaeso, ut pronuncies. Haec cum scriberem, dicebant deliberationes esse de pace facienda. Etsi, quid agatur, ignoro, tamen mora mihi displicuit. Et scio, nec amari a centauris causam Ecclesiae, nec in multis animi magnitudinem esse, quam haec tanta res postulat. Sed Deum oro, ut gubernet eventus, et det piam pacem. Bene vale. Die 20. Septembris.

Philippus Melanthon.

No. 3565. 23. Sept.

N. Amsdorfio.

Ex autogr. in cod. Seid. Dresd. edita in Wegscheideri Progr. I. ep. 2.

Reverendissimo viro Domino Nicolao ab Amsdorf, Episcopo Naumburgensi, eruditione et virtute praestanti, patrono suo colendo.

S. D. Reverendissime domine et Patrone colende. Hac hora nunciatum est, magno proelio superatum esse *Carolum*, et pugnam paene in conspectu eius loci factam esse, ubi Diasius a fratre parricida interfectus est *). Quem parricidam postea Iudices dimiserunt, cum allegaret, se pertinere ad forum ecclesiasticum. A vobis autem expectamus certiora **). Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut adiuvet et regat nos. Bene et feliciter valete. Die 23. Septembris.

Philippus Melanthon.

No. 3566. 25. Sept.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 375.

Venerando viro D. Georgio Buchholzer

S. D. Venerande domine Praeposite: Gratias ago vobis pro pietate vestra, quam etiam Deo gratam esse spero, ut in Psalmo dicitur: Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Intelleximus vicinorum Lusatiorum apparatus, et ex aliis. Quae autem praesidia opponant praefecti, nescio. Ego Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut poenas mitiget. Video enim impendere poe-

---

*) Addit A. D.

*) V. *Camerarii* de vita Phil. Mel. narratio. Ed. Strob. p. 235. „Omnium una voce ferebatur, Hispanum quendam familia *Diassium* et nefario dolo ob dissensionem de religione fratrem germanum obtruncandum curasse, se astante oculosque scelerato spectaculo satiante, et diligentia eorum, qui fugientem insecuti fuerant, deprehensum captumque, nihilo minus evasisse, neque tam impiae caedis poenas dedisse." Melanchthon de hoc fratricidio, prope Neoburgum perpetrato, scripsit: Ware Historia, wie neulich zu Neuburg ein Spanier Alphonsus Diasius oder Decius seinen leiblichen Bruder ermordet. 1546. 4. Prolixior vero est libellus ob raritatem summam inter deperditos fere referendus: *Claudii Senarclaei* Historia vera de morte sancti viri Ioh. Diassii, Hispani — c. praef. M. *Buceri*. 1546. 8. Quem libellum ob eximiam eius raritatem *Dan. Gerdesius* Scrinii antiquarii Tomo VIII. P. I. N. I. inseruit. [Wegscheid.]

**) Certiora haec sunt: Elector Sax. et Philippus Landgrav. Hassiae Caroli v. Imperat. castra, prope Landshutum posita, oppugnarunt, prospero cum successu. At discordia aliisque causis impediti sunt, quo minus vehementius hosti instarent. Quo factum est, ut ipsi paulo post copias recipere cogerentur. Vid. *Heinrich* Teutsche Reichsgeschichte. T. V. L. 1798. p. 596 sqq. [Wegscheid.]

nas. Sed tamen Imperator nec patriae nec Ecclesiae bene consuluit, moto hoc bello. Nam etiamsi vincet, maiores erunt Imperii et Ecclesiae confusiones: quas utinam Deus mitiget. Sum tranquilliore animo: quia mihi conscius sum, me in magna caligine opinionum veritatem sincero animo quaesivisse, nec opes nec potentiam venatum esse. Credo etiam Deum exauditurum esse gemitus nostros. Bene valete. Nuncio solvi, ut in charta scripsi, quam huic epistolae inserui. Iterum valete, 25. Septembris, Anno 1546.

No. 3567. 25. Sept.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 67 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Filium ad te mitto, quia, in vicina Lusatia milites colligi, certum est, qui dicuntur occupaturi *Dobrelocum*, et fortasse vagaturi longius. Quod si fiet, in ea trepidatione iuventus hinc dimittenda erit. Nihil dicam de aulae consiliis, quae nulla usquam praesidia firma collocavit. Tantum oro Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut nos tueatur, aut certe mitiget poenas. Donec autem iter literarum nostrarum non impedietur, scribito saepius. Spero tamen adhuc, Deum repressurum esse *Caroli* arma, etiamsi aliquibus locis aliqua detrimenta accipientur. Bene vale. Die 25. Septembris.

Philippus Melanthon.

No. 3568. 26. Sept.

B. Schallero.

Epist. lib. II. p. 479. (edit. Lond. lib. II. ep. 508.).

D. Bartolomaeo Schallero

S. D. Etsi spero Deum servaturum esse Ecclesiam suam etiam in his regionibus, quae profecto hactenus mediocri diligentia et fide propagarunt et illustrarunt piam doctrinam: tamen haec postrema senectus mundi habitura est Imperia squalidiora. Qualiscunque erit exitus huius belli, tamen semel mota Respub. non facile postea quiescit. Ideo oremus Deum, ut poenas mitiget et servet ipse Ecclesiam suam, et politias, quae sunt Ecclesiae hospitia. Filium *Isaacum* ad studia inchoata artis Medicae remittite. Mitto vobis librum recens editum. De Magistro *Nicolao Oschacensi*, quem iudico ad munus diaconi idoneum esse, scripsi ad senatum. Liberali doctrina mediocriter excultus est. Bene valete. 26. Septembris.

No. 3569. 26. Sept.

Isaaco Schallero.

Epist. lib. II. p. 480. (ed. Lond. II. ep. 510.).

D. Isaaco Schallero

S. D. Charissime *Isaac*, Arbitror utramque partem in hoc bello experiri, verum esse quod dixit *Thucydides*, ἥκιστα ἐπὶ ῥητοῖς προχωρεῖ πόλεμος. Nemo enim ex nostris tantam tarditatem rerum in *Bavaria* futuram esse existimavit. Sed Deo commendo et Ecclesiam suam, et causam. In vicinia nostra *Heneti* et *Lusatii* armantur, ut faciant irruptionem in vicinam *Torgae Mysiam*. Sed mediocria praesidia opposita sunt. Scholae frequentia et tranquillitas Dei beneficio adhuc mediocris est. Et haec cum scriberem, in mea habitatione explorabatur eruditio quorundam, qui nunc magisterii gradum petunt. Bene vale. 26. Septembris. Anno 1547. [1546.]

No. 3570. 27. Sept.

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 628 sqq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano,

S. D. Dei beneficio hactenus in nostro oppido, et in vicinia, mediocris fuit tranquillitas. De Bavaricis castris post diem duodecimum Septembris nihil accepimus literarum, querelas tantum de mora legi. Et video, dissimilitudines esse consiliorum, ut coram disputabamus. Totam rem Deo commendo, quia nostris consiliis regi non potest. Ego eventum aliquem his diebus expecto.

De *Georgio Moro*, Concionatore Lipsico, scitote, me literas per peculiarem nuncium ad eius uxorem misisse. Nam ipsum, audieram, vocatum esse a Consiliariis Principis, propterea quod non vult probare voluntatem *Caroli* Imperatoris de bello. Expecto autem responsum, quod cum accepero, mox ad vos mittam.

In vicinia nostra plebecula Lusatiorum armatur, ut irrumpant in ditionem Ducis Saxoniae, Electoris. Etsi spero, repelli posse: tamen, si quid erit tumultuum, filios vestros ad vos mittam. Cras, [h. est, die 27. Decemb.*)] Conventus erit *Ulmae*, quem ut Deus gubernet, precemur. Si nihil fecerunt exercitus nostri dignum fortibus viris, interea magnae civitatum querelae erunt. Spero, Deum servaturum esse Ecclesiam suam, et, ut servet, oro eum. Sed quomodo servaturus sit, ipsius Sapientiae permitto. Voluntates Principum et Equitum quales sint, non est obscurum. Quaeso, si quid acceperitis dignum memoratu, significate. Bene valete. 27. Die Septembris.

Philippus.

No. 3571. 6. Oct.

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in append. epp. lib. IV. p. 19. — Nunc ex autographo Melanthonis in cod. Monac. I. p. 689.

D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Dei Noribergae.

S. D. Hanc epistolam sexto die Octobris scripsi, cum de exercitibus in Rhetia nihil audivissemus, nisi Neuburgum occupatum esse, quod tu quoque scripsisti; et Dux Saxoniae *Mauritius* diceretur Pragam profectus. Nunquam ullo tempore, arbitror, tantas fuisse negotiorum tenebras. Nemo scit, quomodo subito hic motus exarserit, etiamsi odium adversus doctrinam vetus et notum est, ἀφορμὴ tamen belli admodum obscura est. Sed omitto haec, et Deum precor, ut det salutarem pacem. Huic adolescenti Norlingiacensi *Iohanni Hermano* des consilium, quomodo in patriam Norlingiacum pervenire tuto possit. Nam cum ex Rhetia nunc pecunia scholasticis non sit missa, meo consilio proficiscitur, ut sibi et comilitonibus Rheticis pecuniam petat. In hac tota re eum consilio tuo gubernes. Bene vale. 6. Octobris.

Philippus Melanthon.

*) Septembris? — Conventus Evangelicorum Ulmae fuit d. XVII. Octobris. Vid. Sleidan. p. 553. et p. 556. Puto editorem verba: „hoc est die 27. Decb." vel alium adscripsisse, non vero Melanthonem.

No. 3572. 7. Oct.

C. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 298 sqq.

Christophoro Pannonio (in Acad. Francof.)

S. D. Hodie scripsi *Sabino*, ac scripsi brevissimam narratiunculam de praecipuis rebus in ripa Danubii gestis, quas hactenus audivimus. Eam pagellam et tibi describi iussi. Nihil adhuc quidem est ἀξιόλογον, unde iudicari posset inclinationem in alterutram partem factam esse. Scio, varia hominum studia esse, et dissimiles spes. Sed nos oremus Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut salutarem pacem Germaniae reddat.

Mitto tibi libellum tenuem *de forensibus actionibus*. Dices, me ineptum esse, qui tales materias edam. Non refuto, sed edidi, quia alicubi illustrat Graecorum Oratorum lectionem, et vetustatem disciplinae considerare utile est. Vident etiam adolescentes, ex divina lege ortas esse actiones, et quasi praesidia disciplinae esse. Sed propter benevolentiam mitto, non ut te doceam. Bene vale. 7. Octobris 1546.

Philippus.

Sequitur praememorata pagella, continens praecipuas res in ripa Danubii gestas.

Cum ad *Ingolstadium* semel atque iterum praelia facta essent ab exercitu *Caroli* Imperatoris et exercitu foederatorum, *Carolus* Imperator fodit locum castris ad moenia Ingolstadii, quo propter paludes nec machinae nec equites adduci potuerunt. Quanquam igitur aliquot diebus ibi foederatorum exercitus mansit, dimicationem expectans: tamen, cum appareret, *Carolum* Imperatorem non dimicaturum esse, regressi sunt foederati ad *Newburg*, et inde ad *Donowerd.* Interea pervenit ad *Caroli* Imper. castra exercitus Bel-

gicus, qui robur est copiarum Caroli. Discessit igitur et Carolus a moenibus *Ingolstadii*, et occupavit oppidum *Newburg* dedentibus iis, qui in praesidio fuerunt. Ubi Carolus Imperator et machinas multas invenit. Deinde recepit et oppidum *Rhain* in confluente *Danubii* et *Lyci*. Postea castra utriusque exercitus non procul dissita esse audivimus. Plura non audieramus. Die 7. Octob.

Philippus.

No. 3573. 7. Oct.

Fr. Staphylo.

Edita in Schellhornii Ergötzlichkeiten, Vol. I. p. 630. (Lunz.)

Clarissimo Viro, eruditione et virtute praestanti, Domino Friderico Staphylo in Academia Regiomontana amico suo carissimo.

S. D. *Andreas* *) tuis praecipue literis attrahitur in illam oram Baltici litoris, senex pius et amans tranquillitatis. Erit igitur tuae fidei comiter et amanter eum excipere, praesertim cum iuvandorum studiorum causa tam longum iter susceperit. De tua valetudine literas, ad D. Pastorem ecclesiae nostrae scriptas, legi, qui mecum de te revocando locutus est. Meministi autem illud: σύμβουλος οὐδεὶς ἐστι βελτίων χρόνου. Ambo censebamus, nunc in hoc tanto bello differendam esse deliberationem, donec inclinatio in alterutram partem fieret: quam ut gubernet Deus, ardentibus votis eum oramus. In urbe *Augusta* recens matrona quaedam moritura praedixit diem et horam mortis suae, et addidit, *Carolum* Imp. adducturum exercitum ad Augustae moenia, ac futurum, ut ibi profligetur *Caroli* exercitus. Etsi autem nihil adfirmo de ea praedictione, tamen coniecturis moveor, ut existimem, *Carolum* accessurum esse brevi ad Augustam. Deus servet ecclesiam, in qua vox Evangelii vere sonat. Bene vale et rescribe. 7. Octobris.

*) Videtur esse *Andreas Muneser*, de quo vid. epist. Mel. ad Albertum Ducem Prussiae d. 15. Iul. huius anni.

No. 3574. 9. Oct.

Alberto Duci Pruss.

Edita ex autographo a Fabro in Epistol. p. 122. epist. 35. — Pagellae adiectae aliena manu scriptae sunt.

(Alberto Duci Prussiae.)

S. D. Illustrissime et clementissime Princeps. Semper deus servat eodem modo Ecclesiam vestram, sicut servabat stantem inter montes undarum in mari rubro, sed nos non semper omnia pericula cernimus, quia diabolus variis modis grassatur. Interdum autem oculis nostris ostenduntur pericula ut commonefacti petamus auxilium a deo, et scimus nos non solis humanis consiliis servari. Ita nunc profecto magna pericula sunt ecclesiarum nostrarum, quae ut deus mitiget, precamur et mitigaturum spero. Mitto Celsitudini vestrae pagellam descriptam ex viri gravissimi *Hieronymi Bomgartneri* Noribergensis literis, heri allatis, hoc est die octavo Octobris. Recentiora non habuimus, priora vero misi D. *Sabino*. Deum oro ut Salutarem pacem restituat. Hunc Magistrum *Bonaventuram* *) notum in oppido Celsitudinis v. Regio monte, commendo Cels. v. vixit enim honeste et mores boni sunt, et eruditione philosophica et cognitione doctrinae filii dei recte instructus est, dedere se theologico studio cupit, et servire Ecclesiae dei in munere docendi Evangelii. Talium studia fovere, pietas est. Bene et foeliciter valeat Cels. v. die Nono Octobris 1546.

Celsitudini v.

addictissimus

Philippus Melanthon.

Erste Beilage.

Mit der Aufschrift: Clarissimo viro D. *Georgio Sabino*.

Cum ad *Ingolstadium* semel atque iterum levia prelia facta essent ab Exercitu Caroli Imp. etc. (Vid. eandem narrationem in epist. ad Pannonium d. 7. Oct.)

Zweite Beilage,

mit der Aufschrift: Ex literis *Hieronymi Bomgartneri*.

Uterque exercitus ad ripas Danubii, ultra citraque subinde mutatis vicibus hactenus commora-

*) M. Bonaventura vom Stein, ward im Jahr 1548 Archipädagog und lehrte die Mathematik, ward nachher herzogl. Hofprediger, und im Jahr 1550 Pfarrer zu Rastenburg.

tus est, haud procul Werda et Neoburgo, quod nuper a Caesare receptum est. Interim velitationibus creberrimis utrinque decertatur maiore Caesarianorum clade quam nostrorum, idque ut arbitror propter locorum ignorantiam, quae Hispanis et Italis plus adfert incommodorum, quam nostris, nisi quatenus interim a satellitio Episcoporum hac in re iuvantur.

Magna lues vexat Caesarem, atque adeo, ut castra ab Ingolstadio ad Neoburgam transferre coactus sit, intervallo trium miliarium a nostris. Magni utrinque animi significationes eduntur, ardentissimi ad pugnandum animi publice vulgantur, adeo ut constans iam fama sit, hesternum diem nempe XXIX. Septemb. pugnae destinatum, de cuius eventu nuncium in horas expectamus, utinam loetum, video praeter vota nihil esse reliquum, Quae tamen non fore irrita speramus. Caesar haud dubie in Regione Wirtebergica decrevit hybernare, nisi praerepta victoria aliter cogatur legionibus suis consulere. Certe neque Hispanos neque Italos speramus in Germania hybernaturos, quae res fortassis frangat cunctatorem illum. Haec habeo quae de publico incendio ad te scriberem, scripturus uti speramus paulo post loetiora. Interim cum tota Academia foeliciter vale.

Albertus Marchio laborat Dysenteria, quare ad eum doctor *Magenbuch* ex Noriberga vocatus est, qui diutius abest, quam speraverat se abfuturum.

Hispani circiter mille praedam ex monasterio Keyssheim avecturi, trucidati sunt a militibus Landgravii.

No. 3575. **11. Oct.**

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 137. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 112.

D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae etc.

S. D. Quod non abiicitis deliberationes de Ecclesia in tanto bello, pietas vestra Deo grata est, et animorum firmitas laude digna. Etsi autem nondum belli finis est, tamen non dubito gemitus Ecclesiae vestrae exaudiri a Filio Dei, qui inquit, *Omnes capilli capitis vestri numerati sunt.* Vidimus humana praesidia incerta esse. Quare oremus Deum, ut ipse pacem restituat et protegat familias nostras, sicut inquit: *Liberavit pauperem, cui non erat adiutor.*

Adfert nuncius literas ab *Aurifabro*, sed quia iudico copiosius scriptam esse epistolam quam ad me misit, hanc etiam vobis mitto. Existimo autem deliberationem vestram differri posse. Mitto vobis pagellas meo more. Bene vale. Die undecimo Octobris *). Philippus.

No. 3576. **12. Oct.**

Eidem.

Epist. lib. VI. p. 123.

Hieronymo Bomgartnero.

S. D. Vere, ut tu scribis, praeter vota nihil consilii aut auxilii nobis reliquum est. Hanc igitur consolationem, quae extat in historia Regis Iosaphat, teneamus, in qua dicitur, Cum nescimus quid sit agendum, oculi nostri te, Deus, intuentur. Inde petamus et expectemus Ecclesiae et politiarum [1]) mediocrem *κατάστασιν.* Principes in utraque parte, cum in pace multa peccarint, quid facturi sunt armati, quocunque inclinatio fiet? Sed servabit interea Deus semen aliquod sanctum, ut Esaiae verbis utar, etiam inter tumultus Imperiorum [2]). Hac nos consolatione sustentemus praecipua. Deinde leniat dolorem hoc quoque, quod bono studio doctrinam de Filio Dei didicimus, et propagavimus, quo labore non alius ducendus est melior aut potior. Nunc palam ferunt *Mauricium* occupaturum esse oppida nostri Ducis, et dioeceseos Madeburgensis, qua de re fortasse prius certiora audies, quam hae literae ad vos perveniunt [3]). Bene vale 12. Octobris *).
Philippus.

No. 3577. **13. Oct.**

M. Meienburgio.

Edita in Mel. epist. lib. V. p. 685. — Autographon (?) epistolae, quod nobis collatum est, habetur glutine infixum

---

*) Adscripsit alia manus *ann.* 1547, sed scripta est *a.* 1546.

1) Spanh. mendose: *politiae.*

2) Spanh. mendose: *superiorum.*

3) Spanh. *pervenient*, ex emendatione.

4) Alia manus adscripsit: *anno* 1546.

in exemplum Corporis doctrinae christianae, a Mel. editi, in Bibliotheca Scholae Portensis. Inscriptione autem caret.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Hodie ex castris, quae sunt in ripa Danubii, allatae sunt literae, scriptae die Dionysii, in quibus mentio est deliberationum de pace, quam ut deus nobis concedat, veris votis et gemitibus precandum est. Video multa insulse geri, idque initio metui futurum esse. Nunc maius malum in vicinia ortum est constat enim iam vicinos bellum illaturos esse Electori Saxonico. Haec res ante hoc tempus subornata est. Iussi igitur filios, adolescentes honestos et bene moratos, cum praeceptore ad vos proficisci, qui post biduum iter ingredientur. Humanis consiliis hae tempestates sedari non possunt. Ideo deum oremus, ut servet Ecclesiam suam, et honestas politias. Et servaturum esse non dubito, etiamsi magna sunt nostra vicia, et in utraque parte gubernatores multum peccant. Sed crudelitatem et libidines Italorum in castris Caroli deus cito puniet. Venit mulier Bavarica in castra Foederatorum et narravit filio parvulo brachia et pedes praecisos esse, sibique hunc summum dolorem fuisse, quod ita excruciaretur [1]) infans, ne subito mori posset. Deus respiciat et iuvet nos. Bene valete. *Morus* non venit huc, et doctor *Plicardus* ait se hortatorem fuisse, ut maneret [2]) Lipsiae. Scripsi igitur Hammonio et ab ipso [3]) literas expecto. Bene valete. Die Lucae.

Philippus [4]).

No. 3578. 10. Oct.

I. Ionae.

Epistol. lib. V. p. 54.

Iusto Ionae.

S. D. Hodie allatae sunt literae ex castris, quae sunt in ripa Danubii, scriptae die Dionysii. In quibus mentio est deliberationum de pace, quam utinam Deus nobis clementer concedat. Nam tarditas et aliae multae ἁμαρτίας eorum, qui sunt in ripa Danubii, novum ac vicinum bellum accenderunt. Sed res iam olim ita artibus astutissimorum hominum instructa est. Quid agatur, non difficile est iudicare. Cum animadvertet Carolus, duos hos Principes, Electorem et *Macedonem* in quibusdam sententiis firmiores esse, tollendos esse censuit, ut postea qualemcunque διαλλαγὴν faciat. Filium hoc tempore malim apud te esse, quam vagari per oram Franciae, ubi magna saevitia est Francicorum Equitum. Bene vale. Die Lucae *).

Philippus Melanthon.

1) Mst. Portense: *cruciaretur*. De crudelitate militum vid. Sleidan. in comment. p. 551.
2) Mst. Port. *maneat*.
3) Mst. Port. *eo*.
4) Mst. Port. *Philippus Melanthon*.

*) Saub. *Luciae*, quod mendum est.

No. 3579. 19. Oct.

Georgio Anhaltino.

† Ex apographo in cod. Servestano p. 174. mihi descripta a Clariss. Sintenis.

Georgio, Principi Anhaltino,

S. D. Illustrissime Princeps et Reverendissime Domine. Tabellarium hunc oppidi nostri ad Cels. V. mitto, ut adferat concionem de dicto Esaiae, quod extat capite 59.: Spiritus meus, qui est in te, et verba mea, quae sunt in ore tuo, non recedent ab ore Seminis tui. Quaeso, ut Cels. Vestra mihi significari curet, an nuncius exhibuerit eam orationem fideliter, ut iussi. Consolatio est, quam mihi ipsi saepe propono. Arbitror, et Celsitud. Vestrae et aliis piis gratum fore. Cum enim imperia tantos tumultus excitent, angi certe animos nostros de posteritate, de Ecclesia, de doctrinae propagatione, necesse est. Sed deus hos fluctus moderabitur. Ex castris, quae sunt in ripa Danubii accipimus literas, die Dionysii [1]) scriptas, quae mentionem faciebant deliberationum de conditionibus pacis, quam, nisi deus flexerit animos utrimque ad aequiora consilia, vix posse fieri metuo. Sed deum oremus, ut hos motus sedare, et regere Ecclesiam et Principes spiritu sancto velit. Bene valeat Celsit. Vest. Postridie Lucae.

V. Celsit.

addictissimus

Phil. Melanthon.

1) i. e. d. 9. Octob.

No. 3580. 20. Oct.

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 603.

Michaeli Meienburgio (consuli Northus.)

S. D. Arbitrabar, una ituros esse fratres, idque mihi placere ostenderam. Sed *Erasmus* mansit, ut res suas componeret, quem tamen cum *Christophoro* ad vos mittam, quam primum audierimus, colligi exercitus vicinorum. Honestissima est constantia Pragensium, et aliorum in Boiemia, qui negant, se nobis bellum illaturos esse. Ex castris, quae sunt in ripa Danubii, expectari literas animadverto. Sed Deo commendo haec negotia. Si moderata consilia vel antea audivissent, vel nunc admittere illi possent, quibus plurimum est periculi, et Resp. tranquillior esset, et ipsi essent salvi. Bene valete. Die 20. Octob.

Philippus.

No. 3581. 21. Oct.

A. Lauterbachio.

† Ex apographo in cod. Goth. 190. p. 174.

Antonio Lauterbach, Pastori Eccles. Pirnens.

S. D. Reverende D. Antoni. Gratias tibi ago pro pomis et mitto libellum, in quo dolores nostros et gemitus cognosces, teque oro, ut nos tuis votis apud Deum adiuves. Bene vale. Die 21. Octobris 46.

Ph. M.

No. 3582. 28. Oct.

Io. Hesso.

Epist. lib. III. p. 225. (ed. Lond. lib. III. ep. 133.) — Hic accuratius edita ex autographo in cod. Rehdig. Vol. V. — Est ultima Mel. ad Hessum epistola.

Iohanni Hesso

S. D. Ego horator fui huic Magistro *Iohanni Pecelto Suidnicensi*, ut ad vos proficisceretur, ubi existimabam in locis tranquillioribus facilius inventurum munus Ecclesiasticum, quam hic in his regionibus, in quibus metuimus ἐμφύλιον πόλεμον [1]). Sed tamen Deum oramus, ut poenas mitiget. Integritas autem et eruditio huius Magistri *Iohannis* eximia est, et diu nobis cognita et spectata. Feliciter docuit *Torgae* [2]). Postea praecipuam scholam *Brunsvicensem* gubernavit, delectus ad eam rem singulari consilio. Nunc cum aetas sit matura Ecclesiae gubernandae, optarim eum praefici alicui Ecclesiae, quam ad rem vobis eum commendo. Bene valete. Die 28. Octob. (MDXLVI.) [3]).

Philippus Melanthon.

No. 3583. 28. Oct.

Ambr. Moibano.

Epist. lib. III. p. 229. (edit. Lond. lib. III. ep. 138.).

D. Ambrosio Moibano (Pastori Vratislaviensi)

S. D. *Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua, sed venientes adferebant manipulos suos*, inquit Psalmus, ut scis, significans inter magna pericula propagari doctrinam, et colligi aeternam Ecclesiam. Sed Deus aliquem coetum, a quo invocatur, proteget, et servabit reliquias, quas quidem pii Doctores fovere etiam debent. Hic Magister *Iohannes Peceltus Suidnicensis* vir honestus et doctus est: Feliciter olim *Budissinae* et *Torgae* docuit, postea *Brunsvigae* praecipuam scholam gubernavit, et ad id munus singulari consilio delectus est. Nunc me hortatore in loca tranquilliora proficiscitur, et suasi, cum aetas, eruditio, mores congruant Ecclesiasticae gubernationi, ut potius serviat in ministerio Evangelii. Quare vos Ecclesiam ei aliquam commendare optarim. Bene vale. Die 28. Octob. Anno 1546.

No. 3584. 28. Oct.

A. Lauterbachio.

† Ex apographo in cod. Goth. 190. p. 124.

---

1) „*quam hic* etc." Pezel. suppressit.
2) Pez. edidit *Budissinae et Torgae*. Vid. ep. seq.
3) annum addidit Pezel.

Antonio Lauterbach, Pastori Eccles. Pirnens.

S. D. Crescunt nobis, ut vides, pericula, quae, et Deus mitiget, nobiscum vota facito, ut facere te non dubito. Ut enim *Ieremias* dolebat, pulcherrimam toto orbe terrarum politiam deleri, ita nos dolemus, harum regionum statum et ornamenta venire in discrimen, quae omnibus necessariis bonis nunc quidem antecellunt aliis gentibus, statu Ecclesiarum, literis, iudiciis, disciplina civitatum. Haec si omnia consideres, invenies praestantiora nusquam alibi. Utinam principes haec bona tueri mallent, quae quidem, si domesticum bellum movebitur, manere integra non possunt. Ego de mea vita non sum sollicitus, sed de harum regionum et Ecclesiae et posteritatis salute angor. Bene vale. Die 28. Octobris anno 1546.

P. M.

No. 3585. 29. Oct.

Alberto, Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in Epist. p. 126. epist. 36. cum quo apographon in cod. Monac. 90. No. VII. p. 71. convenit. — Sed aliud apographon in cod. Goth. 191. p. 69. tantum differt, ut optimum mihi visum fuerit, eius textum integrum hic adiungere.

A) Epistola, ut Faber eam edidit.

Alberto Duci Prussiae.

S. D. Illustrissime princeps, Domine clementissime. Heri accepimus ex Castris Suevicis literas, scriptas die Octobris decimo quinto, in quibus significabatur *Carolum* Imp. accessisse ad oppidum *Gengen*, non procul ab *Ulma* situm, et quaerere opportunitatem transeundi in Ducatum Wirtebergensem, ubi exercitum suum collocet in hibernis. Sequitur eum exercitus foederatorum et impedivit ne ad Ulmam accederet. Levia proelia aliquot tunc commissa sunt secundiora foederatis. Etsi autem mora nocet foederatis, tamen si uno tantum in loco bellum esset, spes esset magis placidos exitus fore. Nunc aliud bellum in hac vicinia ad Albim accedit. Rex *Ferdinandus* copias invasurus Mysiam ad Albim quae tamen non essent formidabiles, nisi Dux *Mauricius* ostenderet se occupaturum esse ditionem Electoris. Inde maius incendium in hac germaniae ora metuo. Res ostendit hoc bellum, quod subito exarsit ex causis veteribus et notis, sed ex occasione levi et obscura, magnam et fatalem poenam esse, quam ut deus mitiget precemur. Et quanquam aliquibus principibus impendent sevae mutationes, tamen non delebuntur Ecclesiae dei funditus, quibus ut deus alicubi tranquilla hospitia concedat, opto, ne lux doctrinae extinguatur.

De theologico professore indicando locutus est vir doctissimus D. *Sabinus* cum D. *Camerario* et mecum. utrique nostrum videtur idoneus Victorinus, vir honestus et doctus ac D. *Staphylo* notus. Nec voluntas eius abhorret a profectione in Prussiam, sed nondum promisit, quia ante hoc tempus literas ad suos misit, a quibus responsum sibi expectandum esse inquit. Sed deo iuvante vel hunc *Victorinum* mittemus, vel alium idoneum hominem indicabimus.

Quod autem Celsitudo vestra singulari clementia tuetur D. *Sabinum*, generum meum carissimum, gratias ago Celsitudini vestrae, et reverenter oro, ut deinceps quoque simili clementia eum tueatur. Nam et virtutem eius et eruditionem spero reipublicae usui et ornamento fore. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi servet Cels. v. incolumem et salutarem pacem in ditione Cels. v. tueatur, et in his regionibus restituat. Datae die 29. Octobris.

Celsitudini vestrae
addictissimus
Philippus Melanthon.

B) Epistola ex apographo Gothano.

Duci Prussiae.

Illustrissime Princeps, domine clementiss. Heri accepimus ex castris, quae nunc sunt in Suevia, literas scriptas die Octobr. 15., in quibus significabatur, *Carolum* imperatorem accessisse ad oppidum *Gengen*, non procul ab *Ulma* situm. Et existimatur quaerere opportunitatem transeundi in Ducatum Wirtenbergensem, ubi exercitum suum collocet in hibernis. Sequitur enim exercitus foederatorum, et eo ipso die, quo literae scriptae sunt, narrant circiter 500 interfectos esse utrinque. Etsi autem mora nocet foederatis, tamen, si uno tantum in loco bellum esset, spes esset, non tetros exitus fore. Nunc aliud bellum excitatur in *Mysia.* Rex *Ferdinandus* copias habet, sed Deo iuvante facile reprimi possent. Nunc vero *Mauritius* ostendit, se occupaturum esse di-

tionem Electoris. Inde maius incendium in hac Germaniae ora metuo. Res ostendit, hoc bellum, quod subito ex obscuris causis exarsit, tristem poenam esse, quam, ut Deus mitiget, precemur. Et quanquam aliquibus principibus magnae calamitates impendent, tamen *Carolus* imperator relinquet fabulam imperfectam. Interea ut Deus servet Ecclesiam suam eique mediocria et tranquilla hospitia alicubi concedat, et ut Celsitudinis vestrae ditio diu maneat, et floreat disciplina honesta, oro.

De theologiae professore indicando locutus est vir doctissimus D. *Sabinus* cum D. *Camerario* et mecum. Utrique nostrum videtur idoneus *Victorinus*, vir honestus et doctus ac D. *Staphylo* notus, cuius voluntas non abhorret a profectione in Prussiam. Sed non promisit propterea, quod ante hoc tempus literas misit ad suos, a quibus responsum sibi expectandum esse inquit. Sed Deo iuvande vel hunc *Victorinum* mittemus, vel alium idoneum hominem indicabimus. Quod autem Celsitudo Vestra singulari clementia tuetur D. *Sabinum*, generum meum carissimum, gratias ago Cels. V., et oro, ut deinceps eum complectatur. B. V. Cels. V. 1546.

No. 3586. 29. Oct.

Ioachimo Marchioni Elect.

Edita a Pezelio in Melanthons christl. Berathschlagungen u. Bedenken p. 281.

„An Marggraf **Joachim** zu Brandenburg, Churfürsten ꝛc., von dem deutschen Krieg anno 46 und 47."

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland, zuvorn. Durchleuchtigster, Hochgeborner Churfürst, gnädigster *) Herr. Ew. Churfürstl. Gnaden danke ich in Unterthänigkeit, daß sie sich so gnädiglich gegen mir hat vernehmen lassen, so ich aus Wittenberg weg ziehen würde. Nun wollte ich meine Gefährlichkeit nicht achten, so man uns allhie dulden könnte; aber wie es stehet, das werden E. Chfl. G. durch Andre berichtet. Ach, dieser Krieg ist eine große Strafe, und wird nicht Einigkeit in der Religion, sondern vielmehr größer Zerrüttung bringen, das Gott gnädiglich verhüten wolle. Es wird kein Theil ausrichten das sie gedenken, darum ich erstlich auch, und noch, ein herzlich Betrübniß gehabt und habe. Der allmächtige Gott wolle gnädiglich die Strafe lindern und Euer Churf. Gnade allezeit bewahren. Datum Wittenberg, 29. Octobris 1546.

E. Chf. G.

unterthäniger

Philipp Melanthon.

*) Pezel. habet: Durchleuchtiger — gnädiger; sed Melanthon semper superlativo utitur si scribit ad Principes Electores.

No. 3587. (fere hoc t.)

I. Ionae.

† Ex apogr. in cod. Goth. 191. p. 89.

Iusto Ionae.

Miror filium et sine meis literis et me prorsus ignorante, et cum adesset *Camerarius* subito discessisse. Mihi 5 Ioachimicos dedit, et spem commorationis non iucundae ostendit. Sive autem aliquis *πανικὸς* terror eum hinc expulit, sive cupiditatem itineris ad Danubium non potuit vincere, tribuamus et hoc temporibus. Nunc et sapientes de multis magnis rebus errant, etsi hi furores poenae sunt praeteritorum errorum et multarum cupiditatum, quae ita confirmatae sunt in animis potentum, ut medicina iis fieri non possit. Non recentibus odiis ardent vicini, sed nunc magis erumpunt animorum *πάθη*. Ego Ecclesiam et nos Deo commendo, et mihi et aliis, quantum possum, dolorem communem iis consolationibus lenio, quas Deus nobis proposuit; quod eo facilius facio, quia nunquam potentiam aut gratiam principum firmum praesidium Ecclesiae esse duxi. Nos hinc expellimur, et fortassis haec nostra Troia non instaurabitur. Haec sunt exordia defensionis. Mitto tibi interpretationem tuam, cui praefationem addidi, significantem nostrum luctum *). Sed de bello huius temporis nihil dixi, quod tamen facere decreveram. Nam ut in corporibus ita in scriptis deformia tegenda sunt. Etsi autem multa mihi errata Ducum displicent, tamen adhuc ad Danubium exitus spero non tetros. In his regionibus *ἐμφύλιος πόλεμος*, et ut metuo diuturnus malum erit. Pugnemus igitur veris precibus, ut Deus mitiget poenas. B. V. et rescribe.

*) Cuius libri interpretationem significet nescio, nisi est illud scriptum Mel., de quo in ep. ad Ionam supra exeunte mense Iulio loquitur.

No. 3588. (fere mense Oct.)

Gr. Pontano.

Manlii farrag. p. 352 sq. — Apographa in cod. Goth. 401. p. 102. et in cod. Mehn. III. p. 70 b.

Gregorio Pontano.

Etsi nihil novi est [1]), (nam urbs Dei beneficio tranquilla est) tamen cum diutius nostra opinione abes [2]), dedi has ad te literas, ut interim haberes meae diligentiae specimen. Nos Dei beneficio recte valemus: et Deum precamur, ut tu quoque foelicissime [3]) valeas, et quam primum salvus et incolumis domum [4]) redeas. Nihil enim nobis tua salute prius aut antiquius est. Atque hoc quidem tempore magis te requirimus: nec [5]) sineremus te a nobis divelli in his periculis, nisi te Respublica avocaret: cui quoniam servis, spero Deum, qui haec a te officia requirit, defensurum te esse. Idque ut faciat, eum ex animo precamur. † Bene et feliciter vale et redi".

No. 3589. 1. Nov.

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in append. epp. lib. IV. p. 20. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 640.

D. Vito Theodoro, Evang. docenti in Ecclesia Dei in inclyta urbe Noriberga.

S. D. *Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος ἔστω ἐκεῖνος, ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου.* Plane Sinoniis artificiis excitatum est civile incendium in ripa Albis, quod Deus sua immensa misericordia iterum restinguat.

Schola propter metum obsidionis dissipatur. Igitur *Hieronymus* cras iter ingredietur. Sed huic nostro civi hanc dedi epistolam, ut literas *Ulmam* mittas, quas de scholastico quodam ad senatum Ulmensem scripsi, si tabellarius Ulmam pervenire propter castra *Caroli* Imp. non poterit. Literas a te exspecto, quas mittes *Ioachimo*, qui, etiamsi migrabimus in vicinam Parthenopen, ad me mittere poterit. Bene vale. Die omnium Sanctorum.

Philippus Melanthon.

No. 3590. 1. Nov.

Eidem.

Edita a Sauberto in append. epp. lib. IV. p. 21. Hic ex autographo Melanthonis in cod. Monac. I. p. 641. — Binas epistolas Melanthon eodem die et de eadem re scripsit ad Theodorum. Vid. ep. anteced.

D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Dei in inclyta Noriberga.

S. D. Toties Deus praedicit, magnas fore ruinas Imperiorum, et tamen inter has mansuram Ecclesiam velut paucas olivas. Agnoscamus has praedictiones hoc tempore, et inter fragores mundi mansuram esse Dei Ecclesiam, speremus. Vestram urbem, spero, nunc tranquilliorem et esse et fore, postquam exercitus longius a vobis discesserunt. Arbitror autem, *Carolum* ad Argentoratum accedere, teque oro, ut diligenter nobis eius itinera et praelia significes. Nostrae regiones, ut metuo, civili incendio ardebunt, quod Deus restinguat, qui solus potest nos servare.

Scholam tandem dimittimus. Ideo *Hieronymus* istuc redit, quem ut complectare et ornes, te adhortor. Spero, eum magno usui et ornamento fore Ecclesiae Dei. Nam et ingenio valet, et gravitas morum sanctitasque eximia est. Et recte eruditus est. Bene vale. Die Omnium Sanctorum.

Philippus Melanthon.

No. 3591. 1. Nov.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 187 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 118.

Dom. Hieronymo Bomgartnero, Senatori urbis Norib. etc.

S. D. Etsi artificiis hominum certorum plane Sinoniis nunc quidem civile incendium in his regionibus excitatum est, quod Deus restinguat, tamen huius mali veteres causae multae sunt, quas saepe deploravi, nunc commemorare non necesse

1) Cod. Mehn. *haberem.*
2) C. Mehn. *abesses.*
3) C. Mehn. *rectissime.*
4) C. Mehn. *ad nos.*
5) Codd. *ne.*

est. Deum potius oro, ut in hac confusione Imperiorum servet Ecclesiam suam et alicubi studiis tranquilla hospitia concedat. Hinc expellunt nos illi ipsi, qui se gerere arma doctrinae causa profitentur. Proficiscitur ergo *Hieronymus* ad vos, quem propter eximiam in omni officio diligentiam et moderationem complecti et ornare te velim. Si quam scholam iterum habituri sumus, ad nos remitti cum etiam mea causa optarim. Animadvertes recte eruditum esse et iudicii dexteritatem probaturum te esse spero. Bene vale. Die omnium sanctorum *).

Philipp. Melanthon.

No. 3592. 1. Nov.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. No. IV. p. 348.

Des deutschen Spaniers Testimonium **).

Et necessaria sunt vitae humanae studia doctrinae de Deo, de iure et iusticia et aliis rebus bonis, et ita sunt salutaria, cum naturae discentium moderatae sunt, et simplicem veritatem amant, et ordine discunt, et a Deo aeterno patre domini nostri I. C. gubernantur. Comperi autem in hoc *Friderico Schwarz*, Sigensi, nativam esse gravitatem et eximium amorem veritatis et iustitiae, item singularem diligentiam in omni officio. Cumque se ad rempublicam praeparet, etsi praecipue se dedidit doctrinae Iurisconsultorum, tamen adiunxit etiam aliquam philosophiae et historiarum cognitionem, quarum fontes, graecos et latinos scriptores veteres, avide legit, vereque iudicat, magnum et legum et vitae lumen esse historiam. Intelligit autem, praecipue conditum esse humanum genus, ut in eo noticia Dei luceat, Deum invocet, ac ut ad normam divinae mentis tota nostra vita congruat. Ideo doctrinam de Deo illustribus testimoniis in Ecclesia catholica Christi traditam didicit, et amplectitur consensum catholicae Ecclesiae Dei. Primum igitur Deum precor, ut universum curriculum vitae ipsius et studia gubernet. Et, cum reipublicae conducat, bona ingenia ad gubernationem provehi, bonis et doctis viris, qui has literas legent, hunc Fridericum commendo, eosque oro, ut eum amanter complectantur et ornent. Quod qui facient privatim ex ipsius...... *) et suavitate magnum fructum capient, et de republica in eo ornando bene merebuntur. Dat. Calend. Novemb. 1546.

Ph. M.

*) Adscripsit alia manus *ann.* 1547. Sed est scripta anno 1546.

**) Videtur Schwarzius apud commilitones cognomen Hispani germanici habuisse ob *„nativam gravitatem"*, quam ei Melanthon hic tribuit.

*) Legitur: *vitiis*, quod mendum est. Expectasses *virtutibus* vel tale quid.

No. 3593. 1. Nov.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. No. VII. p. 124. et alio apographo in cod. Monac. 88. No. IV. p. 65.

Testimonium Tanneri [1]).

Etsi in hac mortali vita generis humani imperiorum ruinae multae et variae omnibus aetatibus propter multas causas fuerunt, sunt [2]) et erunt, tamen Deus immensa misericordia sibi semper Ecclesiam servat celebraturam ipsum in omni aeternitate. Cumque hanc voce Evangelii et doctrina colligat, non sinit prorsus extingui literarum studia, pietatemque laudat eorum, qui literas et artes Ecclesiae utiles discunt, ut suo labore professionem [3]) doctrinae coelestis tueantur. Ita Paulus iubet Timotheum custodire egregium depositum, videlicet monumenta doctrinae et Ecclesiae sententiam. Voluntas igitur *Georgii Tanneri* valde probanda est, quod iis se studiis praecipue dedidit, quae et ipsi privatim ad veram Dei agnitionem et invocationem et ad regendos mores, et deinde in munere publico prodessent Ecclesiae. Et [ut] maiore dexteritate coelestem doctrinam explicare posset instruxit se cognitione linguarum, latinae, graecae, hebraicae, et omnes philosophiae partes mediocriter didicit, quod eo fecit avidius, quia, cum natura ad musicen quasi ab ipsis musis insitis seminibus feratur, non tantum harmonias vocum, sed etiam in reliqua natura coeli, in elementorum serie, in rerum nascentium utilitatibus, denique in humanae mentis ordine concinnitatem concentumque et quasi harmonias li-

1) Cod. Monac. 88. scribit *Thauneri.*

2) C. Monac. 88. *sicut.*

3) C. Monac. 88. *possessionem.*

benter aspexit et praecepit. Quarum rerum consideratione non tantum se ad animi moderationem et quasi concinnitatem assuefecit, sed etiam vidit, quod Plato inquit: gratam Dei famam sparsam esse in artibus; et valde confirmavit hanc sententiam in suo animo, hunc mundum non casu extitisse sed a mente architectatrice conditam esse, cum numerum atque ordinem in toto opificio cerneret. Sunt igitur mores eius honesti, et propter philosophicam moderationem placidiores et suaviores. Quare cum in familia viveret viri integerrimi et in universa excellenter eruditi, *Milichii*, Doctoris artis medicae, valde ei propter honestos mores et studia probatus fuit. Cumque familiaritas in bonis illustre testimonium sit integritatis, ut in veteri versiculo dicitur: τοιοῦτος ἐστιν οἷπερ ἥδεται ξυνῶν [4]), magnum argumentum virtutis est in *Tannero*, quod domestica Tannero cum viro honestissimo consuetudo fuit. Praebuit autem et in docendis aliis eruditionis fidei et diligentiae specimen, et, quia praecipue refert studia ad gloriam Dei, pie sentit, veram de Deo doctrinam non alibi nisi in Ecclesia Christi, in qua Deus se certis testimoniis patefecit quaerendam esse. Legit igitur libros propheticos et apostolicos, et eorum interpretationes studiose audivit. Contulit etiam certamina et iudicia omnium aetatum de doctrina, et amplectitur consensum Ecclesiae Christi catholicae, et abhorret ab [5]) fanaticis opinionibus damnatis iudicio Ecclesiae Dei.

Haec de *Georgio Tannero,* quia ingenium, studia et mores eius novi, non dubito testari, et opto, ut Deus eum gubernet, et ad Ecclesiam docendam provehat. Cumque optime mereantur de republica, qui homines modestos, suavibus ingeniis praeditos, recte excultos doctrina et veris opinionibus imbutos praeficiunt Ecclesiis aut scholis, adhortor bonos et doctos viros, ut dent operam, ut huius *Georgii* ingenium alicubi reipublicae serveat. Sic Deus Ecclesiam servat, quoniam passim aliqua bona ingenia, exculta eruditione, excitat, regit et adiuvat. Quare tales, in quibus haec decora conspiciuntur, omni studio tuendi et iuvandi sunt. Datae Wittenbergae, Cal. Nov. 1546 [6]).

---

4) Cod. Monac. 88. ὥςπερ ἥδεται ξυνῶν.

5) Excidit: *omnibus seditiosis*, ut in aliis habetur testimoniis.

6) Sic cod. Monac. 88. Sed cod. Monac. 90. tantum: *Wittenb.* 1547.

No. 3594. (h. t.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 564. (ed. Lond. lib. IV. ep. 711.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camer. Bamb. amico et fratri suo carissimo,

S. D. Ego vero nec periculi mei, nec mearum difficultatum cogitatione valde excrucior, etsi his quoque moveri me pietas est: Sed alii tristissimi dolores privatas cogitationes omnes obruunt. Honestissimorum et sanctissimorum hominum sanguis exorbetur ab iis, qui haec mala Sinoniis consiliis instruxerunt. Deinde status harum regionum, Ecclesiae, scholae, iudicia, disciplina, denique omnia vera decora delentur, cum alibi nullae toto orbe terrarum fuerint florentiores politiae. Nec nulla in nobis culpa est. Sed plus culpae est nunc in his, qui faces patriae iniiciunt. Tibi gratiam habeo, quod nostro dolore afficeris, et quod filiam ad te mitti iubes, fortassis in vicinam *Parthenopen* ibimus. Sed haec me cura minime angit. Deum nobiscum orato, ut haec mala mitiget. Bene vale.

Phil. Melanth.

No. 3595. 8. Nov.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 102.

D. Antonio Lauterbach, Pastori Eccles. Birnensis.

Semper Ecclesiae exercentur; foris terrores, intus scandala, imbecillitates, insidiae. Certe aulae non multos habuerunt, qui bene consulere studuerint Ecclesiis. Senis *Constantini* animum etiam ab *Athanasio* ita alienarunt aliqui artifices aulici, ut cum summo detrimento totius orbis terrarum pelli eum ex sede Alexandrina iuberet, cum tamen antea eum gravissime defendisset. Oremus igitur Deum aeternum, patrem dom. nostri I. C., ut ipse nos suo spiritu regat et defendat. Multum autem tali tempore prodest, quasdam iniurias dissimulare et tamen interim manere in vestigio, doctrinam eandem diligenter populo tradere et incul-

care. Practicae multorum sparsae per sese ruere solent, quae interdum repugnando magis accenduntur. Bene et feliciter vale. Salutem opto D. *Rivio*, amico nostro. 3. Novembr.

P. M.

No. 3596. 4. Nov.

H. Wellero.

Ex autographo Philippi in cod. Goth. fol. No. 380., nunc descripta, edita iam, sed minus accurate, in den Unsch. Nachr. 1708. p. 309.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, Domino Hieronymo Wellero Doctori Theologiae, amico suo carissimo,

S. D. Reverende d. doctor et amice carissime. Gaudeo meam tibi voluntatem de cognato recipiendo gratam esse, ac vere adfirmare possum, me semper Ecclesiis vestris et reipub. harum gentium ex animo bene voluisse. Et constat, me mediocribus officiis et Ecclesias vestras et scholas ornare studuisse. Dixi etiam sententias saepe moderatas et utiles paci. Nunc vides, quod incendium, quorum artificiis excitatum sit, quod ut Deus restinguat oremus. Monendus autem et orandus etiam *Dux* erat, ut cognato sanguini, ut patriae ut Ecclesiis, ut pulcherrimo statui harum regionum parceret. Nusquam in toto orbe terrarum, si vere volumus iudicare, pulchrior status his annis fuit, quam in his regionibus, ubi simul Ecclesiae recte institutae sunt, et florent doctrinae studia, magna est iudiciorum gravitas et aequitas, et mediocris disciplinae cura. Haec bona si volunt delere potentes, ferrei sunt.

Quod autem interrogas, quid consilii dandum sit vocatis ad militiam? contra vim quid possumus dare consilii. Sed hoc sciant, bellum se iniustum adiuvare contra praeceptum quintum decalogi. Etsi autem obiiciunt aliqui astuti, causas belli profanas et politicas esse, etiamsi vere hoc diceretur, tamen illae ipsae causae non sunt iustae, cur patriae, cur cognatis bellum inferatur. Hac de re modeste edit iudicium suum noster Pastor. Ego non dubitarim, non solum nos ad pedes principum adiicere, petendae pacis causa in patria, sed etiam mea morte libenter harum regionum tranquillitatem redimere vellem. Deum autem assiduis gemitibus et votis oro, ut restituat salutarem pacem his gentibus. Bene vale. Die 4. Novemb.

Philippus Melanthon.

No. 3597. 6. Nov.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 86. (edit. Lond. lib. II. ep. 20.). — Apographon in cod. Monac. 87. No. V. p. 177 b.

Iohanni Matthesio

S. D. Scis infinitam esse sophisticam, et quamlibet absurdas causas plausibiliter ornari posse, sed ego verum esse non dubito, cum hae regiones nulla iniuria vicinos affecerint, iniuste nobis bellum inferri, et sanguinem nostrum expeti. Teque recte respondisse [1]) censeo. Nec licet nunc παλινωδεῖν, sed in veris sententiis tuenda est constantia. Nunc magis tuam [2]) sententiam probabis [3]), cum vides cognatos inter se mirabilibus artificiis committi; Quae potest esse iusta causa, in cognatos arma capiendi? Et nos quidem scimus, nos vera pietate amasse et coluisse vicinos, et mediocribus officiis ornasse. Nunquam igitur probabo caedem nostrorum civium, nec συμμαχίαν eorum, qui caedem adiuvant. Si istic non es in tuto, regulam Evangelicam nosti: *Si eiecerint vos ex uno loco, ite in alium.* Sed tamen ex circumstantiis istic iudicare poteris, an necessaria sit migratio. Tuae vitae consulere iuste poteris, nec te retinet provocatio, ad quam ita re offeras, si detur fides publica. Deus mitiget tibi et nobis aerumnas, et restituat piam et salutarem pacem. Bene vale, die 6. Novembris.

Philippus Melanthon.
Caspar Cruciger D.

No. 3598. 6. Nov.

C. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 297 sq.

Christophoro Pannonio, (Theologo Francof.)

S. D. Quadam spe hactenus coetum aliquem retinuimus, ac etiamnum spero exitus non tetros

1) Cod. Monac. *reprehendisse.*
2) *tuam*] cod. Mon. *nostram.*
3) Cod. Mon. addit: *ipsi.*

ad Danubium. Sed singulari arte civile incendium ad Albim excitatum est, quod Deus restinguat. Haec cum scriberem, *Cygnea* obsidione cincta erat. Ideo scholasticos, qui reliqui adfuerunt, dimittimus. Proficiscitur autem ad vos hic Magister *Paulus Creneus* Illyricus, vir honestus et eruditus, ac ad docendum idoneus. Sperat in Academiae vestrae frequentia inventurum se esse aliquos, quorum formet ingenia. Ea in re ut ipsum adiuves, te etiam atque etiam oro. Leniamus nostro gregi, inter tantos tumultus Principum, aerumnas et dolores, quantum possumus, quod officium et Deo gratum est, et Ecclesiae utile. Etsi enim nunc exarsit bellum, ut sunt fatales poenae: tamen Ecclesiarum concordiam manere prodest, et haec aliquanto post conducet ad restituendam pacem. Bene vale, charissime Christophore. Die 6. Novembris.

Philippus Melanthon.

No. 3599.1 6. Nov.

Studiosis.

Editum a Sauberto in Appendice lib. IV. epistol. p. 28. et in Scriptis public. Witteb. T. I. p. 183.

Rector Academiae Casparus Cruciger, S. Theol. Doct.

Cygneam urbem honestam, et custodem disciplinae severam, et nobis amicam, obsidione cinctam esse, certum est; quae si fuerit dedita aut occupata, exercitus hostilis huc adducetur. Etsi autem speramus, Deum mitigaturum esse has calamitates, tamen, cum hic metus sit obsidionis, utilius est tenerae aetati, hinc abesse propter multa pericula, et varios obsidionum eventus. Et Illustrissimo Principi Electori sic visum est dimittendum coetum scholasticum. Quanquam igitur dolendum est, dissipari hanc scholam, quae harum regionum Ecclesias [1]) pie erudiit, tamen necessitati pareamus. Ac liberum sit cuivis, quo volet, migrare. Sed hoc officium iustum et necessarium est, ut singuli creditoribus satisfaciant, priusquam discedent [2]). Aliqui ex lectoribus in vicinam urbem *Magdeburgam* se conferent, ubi, si quam scholae umbram habere poterunt [3]), hac hyeme operas scholasticas, Deo iuvante, facturi sunt. Oremus [4]) autem Deum ardentibus votis, ut piam et salutarem pacem restituat. Datae 6. Novemb. Anno 1546.

1) Saub. *Ecclesiam.*
2) *priusq. disc.* desideratur in Script.
3) Saub. *possunt.*
4) Saub. *oramus.*

No. 3600. 8. Nov.

Marcellus ad Langum.

† Ex apogr. in cod. Goth. 399. p. 181 b.

Iohanni Lango, doctori Theol., et gubernatori ecclesiarum Christi in inclyta Erfordia, Domino suo observando,

S. D. Eximie D. Doctor, hoc tempore tum miserabili quid aliud amici inter se scribere possunt, nisi querelas? Ubi quis dolet, aiunt, ibi manus. Nos hic non satis mirari possumus novum et inauditum genus perfidiae, quod Dux *Mauritius* coniungit se cum deterrimo monstro omnium Papistarum, rege videlicet *Ferdinando*, contra suum cognatum, vicinum et nutritorem, praeclare de ipso et patre meritum, et quidem haec scelera fucis excusare volunt, si diis placet, quod non hoc bellum pertineat ad causam Evangelii, cuius cum se amatorem perhiberi velit, tamen, ut accipimus, non minus crudeliter saevit in Evangelicos sacerdotes, quam ulli Papistae faciunt. *Zwickaviam* cinxit obsidione, et vicina loca omnia occupavit, unde si se expediverit, quid hic aliud nobis expectandum est, nisi ut nobis bellum inferat, et hanc academiam evertat, quod hactenus nullius Papistae saevitia perficere potuit. Nam nos in his periculis iussimus iuventutem discedere. Fortassis aliqui lectores recipient se Magdeburgam, si modo ibi nobis locus dabitur, quod audio eos gravatim facturos. Ita Ecclesia et pii scholastici ne quidem apud suos facile hospitium inveniunt. O Christe, respice nos miseros, et serva Ecclesiam tuam, et punias non tam papistas, quam illos qui nunc gloriantur sese evangelicos, etsi plurimum huic doctrinae nocent. Si poterit umbra quaedam scholae restitui Magdeburgae, *Philippus* eo se conferet, quem sequi decrevi. Deus restituat nobis salutarem pacem.

Hunc iuvenem honestum et bene doctum tibi commendo; quaerit scholasticam aliquam conditionem, ad quam ut sis ei adiumento te rogo. Nam hinc bellum eum cum reliquis scholasticis abigit. Bene vale. Wittebergae 8. Novembr. 1546.

Iohannes Marcellus
Regiomontanus.

No. 3601. 8. Nov.

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in append. epp. lib. IV. p. 22. Hic ex autographo Melanth. in codice Monac. I. p. 642.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Dei in urbe Noriberga.

S. D. Arbitror, nobiscum multos bonos viros in multis regionibus deplorare dissipationem scholae nostrae, in qua nunc quidem omnium artium studia mediocriter floruerunt, et quae multis Ecclesiis fideliter servivit. Sed gemens illud Esaiae saepe cogito: *iniquitates nostrae, ut venti dissipaverunt nos.* Ideo, ut exilii mala aliquibus leniantur, commendo amicis passim scholasticos egentes. Tibi quoque nunc commendo hunc *Adamum*, ministrum *Sturmii* senis, *κήρυκος*, quem nosti. Bonus et honestus adolescens est, et initia Philosophiae et summam doctrinae coelestis recte didicit. Quare functionem ei scholasticam quaerito. Bene vale. Die 8. Novembris *).

Philippus Melanthon.

No. 3602. 9. Nov.

Eidem.

Edita a Sauberto in append. epp. lib. IV. p. 24., nunc ex autographo in cod. Monac. I. p. 643.

D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Dei in urbe Noriberga.

S. D. Collectam exilio pubem, miserabile vulgus diceres esse, nostrum coetum, si hodie adesses fugae spectator. Vehuntur senes, coniuges, parvi pueri in diversas regiones, totosque currus et corpora hibernae nives obruunt. Deus aeternus, Pater Domini nostri Iesu Christi, defendat oppidum nostrum, et hanc studiorum sedem restituat, quae profecto aliquandiu hic ita floruerunt, ut merito fuerit amanda et laudanda haec schola. Me hactenus dolor retinuit, ne migrarem, et saepe mecum disputo, malle me ἐνταφήσεσθαι πτώμασι ταύτης πόλεως, quam θεραπεύειν ἐχθρούς. Sed a Deo consilium peto. Hunc iuvenem *Andream* tibi commendo, teque oro, ut, misericordia scholastici gregis, hoc tempore etiam alios amicos horteris ad tales exules iuvandos. Bene vale. Die 9. Novemb.

Philippus Melanthon.

No. 3603. 9. Nov.

Iohanni ministro.

E cod. Lang. p. 5 b. olim a Ballenstadio ep. I, 14. edita, nunc ex eodem descripta.

Integerrimo et fidelissimo Iohanni, ministro D. Phil. Melanth.

Carissime Iohannes. *Cygnea* deditione occupata est. Exercitus hostilis huc adducetur. Igitur et ego cum puella *) et matre ad *Servestam* decrevi recedere. Currus igitur conduci iussimus vel in *Coswick* vel in *Servesta*. Currus conducere venias, sed puellas istic commendato hospitibus, et dicas, nos mox affuturos esse. Bene vale. Die 9. Novembris 1546.

No. 3604. 10. Nov.

Iac. Probestae.

† Ex apographis in cod. Goth. 188. ep. 16. et in cod. Goth. 189. No. 20. sect. 8.

Reverendo Viro Dom. Iacobo (Probestae) Pastori Ecclesiae Dei in urbe Bremae **).

S. D. Tuam epistolam, amantissime scriptam, accepi. Etsi autem in tantis tumultibus horum

---

*) Additum est a Sauberto huic epistolae edictum Rectoris Academiae d. 6. Nov., quod iam dedimus suo loco.

*) Intelligitur, Iohannem praemissum esse Servestam, ut ibi Melanthoni et familiae eius hospitium quaereret.

**) In cod. Goth. 189. inscribitur: Reverendo Dom. *Iacobo*,

temporum, nec studiis, nec amicorum suavitate, frui possumus, tamen fruemur mutuis colloquiis in vita aeterna. Meministi nostros sermones, quos de principibus habuimus, cum ante aliquot annos hic apud nos esses. Nunc exempla sunt in conspectu. Quare, ut Deus leniat, oremus. In bello nihil fortiter fecerunt, et interea aliud bellum Sinoniis artificiis ad Albim accensum est, quod Deus restinguat. Pecuniam, pro adolescente missam, recepimus. Hos tuos cives, *Hofmannos*, volo, te amanter complecti. Nam et moribus optimis praediti sunt, et praeclare eruditi in doctrina ecclesiae et philosophia. Utinam Deus servet studia doctrinae in his regionibus. Bene vale, Carissime Iacobe. Nunc formidatur hic obsidio. Decima die Novembris, A. 1546.

Philippus Melanthon.

No. 3605. 10. Nov.

Testimonium.

† Ex apographis in cod. Monac. 88. No. IV. p. 67. et in cod. Monac. 90. No. VII. p. 352 b.

Testimonium Petri Perusini, Itali.

Ego *Philippus Melanthon* testor hunc honestum virum et hospitem natum in Italia, *Petrum Perusinum*, proxima aestate in Germaniam venisse commendatum a veris testimoniis honestorum ac doctorum virorum, quare et liberalitate *) Noribergensium civium adiutus est. Honeste apud nos vixit, et doctrinae coelestis studia diligenter coluit, et hanc peregrinationem suscepit, non ut cuiquam noceret, sed ut videat Ecclesias Germaniae, et audiat eruditos, et confirmet se de invocatione Dei, et de beneficiis filii Dei domini nostri Iesu Christi. Postquam autem, hoc tristi belli moto, Academia nostra in viciniam secessit, sequi lectores tantisper dum conceditur et ipse cupit. Est autem virtus Deo grata, hospitibus modestis et innocentibus, praesertim doctrinae causa peregrinantibus, hospitalia officia praestare, sicut expresse praecipitur in Deuteronomio: *Iehova Deus vester ipse est Deus, personam non aspicit, facit iudicium pupillo et viduae, amat peregrinum et dat ei victum ac vestitum.* Quare et vos amate peregrinos, et plerique sumus ipsi peregrini; quare, ut Deus nos curet, ipsi etiam non simus duri erga hospites. Oro igitur, huic *Petro* ea officia, quae modestis hospitibus boni tribuunt, amanter praestari. Datae Wittenbergae die 10. Novembr. anno 1546.

Philippus Melanthon.

Pastori Eccles. Dei in urbe Bremae; in cod. Goth. 188.: Rev. viro, D. *Iacobo Probesto*.

*) Cod. Monac. 88. *libertate*, mendose.

No. 3606. 11. Nov.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. No. IV. p. 346.

Omnibus lecturis has literas

S. D. Cum enarratio doctrinae coelestis et aliarum honestarum artium propagatio Ecclesiae Dei necessaria sit, orandus est Deus aeternus, pater domini nostri I. C., ut servet conventus eruditorum, in quibus bona fide et diligenter fit doctrinae explicatio. Nec vero dubitemus, quin Deo curae sint fideles doctores. Decet autem gubernatores in omnibus locis, ut literas, et literis deditos, si sint homines modesti, de Deo recte sentientes et veris officiis eum colentes, tueri et ornare. Ideo usitatum est, bonis et doctis viris testimonia dari. Dedimus igitur ex Academia nostra discedenti *Paulo Petro Iusto, Finlandensi*, has literas bona fide scriptas, ac adfirmamus, hunc Paulum in Academia Wittebergensi annis amplius quatuor commoratum esse, semperque apud nos et honeste vixisse, et convenientem viro bono et docto moderationem et gravitatem in regendis omnibus actionibus praestitisse. Quare et natura ad virtutem idoneum esse, et incitatum coelesti doctrina ut Deo obtemperet, animadvertimus. Didicit autem et linguas Ecclesiae necessarias, et audivit enarrationem propheticorum et apostolicorum monumentorum, et omnium Ecclesiae temporum controversias et iudicia contulit, ut cum veram de Deo sententiam traditam divinis testimoniis cognovisset, recte et ipse Deum invocaret et alios docere posset. Nam ad hos fines studia refert, ut ipse Deum recte colat, et alios suo exemplo et sua voce ad celebrandum Deum invitet. Amplectitur autem consensum catholicae Ecclesiae Christi, quem et Academia nostra uno spiritu et una voce cum Ecclesia catholica Christi sequitur

et profitetur, et abhorret ab omnibus fanaticis opinionibus, damnatis iudicio Ecclesiae catholicae Christi. Quia autem intelligit, et vitae communi et ad enarrationem doctrinae coelestis utilem esse philosophiam: non solum dialecticen et ethicen didicit, sed etiam elementa percepit physices et dulcissimae illius partis, quae de motibus et effectibus coelestibus disserit, quae ideo gratior est bonis mentibus, quia motuum ordo illustre testimonium est, hunc mundum non extitisse casu, sed a mente aeterna architectatrice conditum esse, et ideo nostris oculis propositum, ut de architecto commonefacti voluntati eius obtemperemus. In his optimis studiis cum toto quadriennio versatus sit, et modestissime vixerit, diligentius eum ipsi et *) omnibus bonis viris ubique terrarum commendamus. Valde digna res est gubernatoribus delectus ingeniorum, ut Ecclesiis praeficiantur viri boni, docti, modesti, amantes tranquillitatis et concordiae publicae. Talis cum sit hic *Paulus*, cuius virtus vere cum nomine congruit, valde oramus reverendos viros eruditione et virtute praestantes collegii Ecclesiae *Aboensis*, ut hunc *Paulum* amanter complectantur, et diutius studia eius adiuvent. Delectati sumus fausto eius Ecclesiae nomine, quod patrem significat. Quare venerandus ille coetus paterna *στοργῇ* foveat et adiuvet doctos et honestos iuvenes, quorum ingenia profutura sunt Ecclesiae Dei, quae officia et Deo grata sunt, et magnis praemiis compensantur. Et quanquam magnis periculis plerumque conflictatur Ecclesia, tamen Deus eam inter saevissimos fluctus servat, et benefacit omnibus, qui piam doctrinam tuentur; sicut scriptum est: *plantati in domo domini in atriis domus Dei nostri florebunt.*

Hoc nostrum testimonium optamus huic honesto viro *Paulo* etiam apud inclytum et serenissimum Regem Suecorum prodesse, quem summa reverentia et pietate semper coluit et veneratus est. Cumque iustus fuerit erga nos hospites patriae, etiam debitam pietatem praestitit, nec ulla in re quemquam suae gentis hominem laesit. Ne quis autem de fide harum literarum dubitet, sigillo Decani usitato obsignatae sunt. Bene vale lector. Datae Witeb. die Martini Episcopi 1546.

Ph. M.

---

*) Vel post *ipsi* aliquid excidit, vel *et* delendum.

No. 3607. 11. Nov.

Testimonium.

Manlii farrag. p. 391 sq. — Apographon in cod. Monac. 88. No. IV. p. 9.

S. D. omnibus lecturis has literas.

Ego *Philippus Melanthon* testor, hunc honestum et doctum virum hospitem, natum in Pannonia, *Christophorum Lippensem*, amplius biennio in Academia Vitebergensi, summa cum laude modestiae et diligentiae in literis commoratum esse. Studiose autem didicit Latinam et Graecam linguam: et ut fontes coelestis doctrinae ei paterent, attigit Ebraeam linguam. Ingressus igitur in studia Philosophiae et doctrinae Ecclesiasticae, in utroque genere ita profecit, ut usui Reipublicae aliis erudiendis esse possit: ac de doctrina coelesti pie amplectitur consensum catholicae Ecclesiae Dei, quem et nostra Ecclesia sequitur, ac a fanaticis et seditiosis opinionibus abhorret. Cum autem bellum ad Albim motum fugeret, et loca tranquilliora quaesiturus esset, ne quis de eius peregrinatione secus suspicaretur, hoc discedenti ex nostra Academia testimonium dedi: et adfirmo eum honestis moribus praeditum esse, et doctrina recte institutum. Quare et omnes honestos homines adhortor, ut officia modestis hospitibus debita, huic *Christophoro* etiam praestent: quod et Deo gratum est, et conveniens communi hominum societati, et naturae foederi, ut cum peregrinatio propter doctrinam et multas alias honestas causas necessaria sit hominibus, et simul plena laborum et periculorum, iuventur et tegantur exteri, qui probabiles causas habent itinerum. Sicut et veteres, qui iusticiae officia magis intellexerunt et coluerunt, diligenter praeceperunt beneficentiam erga hospites, et quidem eos Deo curae esse scripserunt. Notum est illud Homeri *),

ζεύς τ' ἐπιτιμήτωρ, ἱκετάων τε ξεινῶν τε,
ξείνιος, ὃς ξείνοισιν αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ.

Datae Vitebergae, Die S. Martini Pannonii, Anno 1546.

---

*) Odyss. IX, 270 sq.

No. 3608. (hoc fere temp.)

(*Ad Georgium Anhaltinum.*)

† Ex autographo Melanthonis in cod. Servest. p. 162. — Descripsit clariss. *Sintenis.* — Est pagella, cui Melanthon inscripsit ea, quae Mauritium Ducem flectere posse videbantur, ut parceret Wittebergae et Academiae. Sine dubio haec misit Georgio Principi Anhaltino, scripturo ad Mauritium, ut intercedat pro urbe. Solebat hoc modo subvenire huic Principi. Georgium Principem vere intercessisse pro urbe docet epistola Melanthonis d. d. 15. Nov.

Consilium Ph. Melanth. (Georgio, Principi Anhalt. Episcopo Merseburg.)

Es sind drei große Impedimenta, die Herzog Moritz anziehen mag. Erstlich, der Kaiser hab ihm diese Execution der Acht gebothen. Zum Andern, so sey diese Sache in der Landschaft berathschlagt, und sey des Hauses zu Sachsen Nothdurft, und geschehe der Religion und dem Bunde zu gut. Zum Dritten, daß bereit Andere sich als Feinde vorwahret *), und darum Herz. Moritz nicht verziehen kann.

Auf diese große schwere Ursachen ist vom Anstand nicht leichtlich etwas zu bitten.

Sollt man denn vorgeben, man wollt mittlerzeit Handlung versuchen, und sollt keine Handlung bei dem Gegentheil zu hoffen seyn, so ist davon auch nichts zu reden.

Davon aber wär Ursach zu nehmen, dieweil S. F. G. an den Landgrafen geschrieben, Handlung in der Hauptsache vorzunehmen, und sich der Landgraf hätte vernehmen lassen, daß er dazu geneiget sey: so wollten Ew. F. G. gebethen haben, S. F. G. wollten selb derselbigen Handlung zu gut die Belagerung der Stadt Wittenberg verziehen, ob Gott Gnad geben wollt, daß die Handlung mittlerzeit gewilligt, und alsdann zugleich auch die Vettern mit einander vertragen würden.

Sed mihi haec omnia videntur infirma.

Si tantum theologice agatur, simplicior est oratio et planior, etiamsi erit inutilis, videlicet:

Daß Sr. F. G. dieser armen Stadt gnädiglich und um Gottes willen schonen wolle, und entweder sie nicht überziehen, oder, so es dazu kommen sollte, daß S. F. G. ihren Zorn gnädiglich und um Gottes willen lindern und nicht die Leut darinnen umbringen und den armen Flecken plündern.

*) Sensus: alios (Ferdinandum regem) iam esse in armis contra Principem Electorem. Pro vorwahret fortasse scriptum fuit: bewehret.

Denn es seyn der Fürsten Sachen unter sich wie die sind, so bitten Ew. F. G. diesem armen Flecken um Gnad, in Betrachtung der Kirchen und Schul, so darin ist, und gewesen ist, die, obgleich beiweilen menschlich Gebrechen mit untergeloofft [untergelaufen], dennoch viel großer Arbeit mit aller Treu gethan, zu gut ganzer Christenheit.

Und Erhaltung dieser Schulen möchte noch forthin zu Einigkeit der Lehr in diesen Landen dienen, wie denn viel Personen noch darin sind und dieselbigen Verwannten(?), die zu Einigkeit allezeit treulich geredt und gerathen haben.

Ueber das wolle sich S. F. G. erbarmen des großen Elends der armen Leut, die bereit an ihre Nahrung, ohne *) Verwüstung der Güter, verloren haben.

Zum Dritten, dieweil S. F. G. sich selb also löblich vernehmen lassen, daß sie ihrer Kirch Lehr zu erhalten bedacht seind, so wäre ja erbärmlich, diesen Ort zu tilgen, und den Feinden dieser Lehre die Freude zu machen.

Zum Vierten, S. F. G. wolle doch gnädiglich der armen Stadt schonen, die bei dreihundert Jahren, ob sie gleich gering ist, dennoch die fürnehmste Stadt gewesen in der Chur Sachsen, und bei zwanzig Fürsten und Fürstin begraben liegen.

No. 3609. h. a.

(*Inscriptio.*)

Locis communibus Phil. Mel. (ed. Lips. 1546. in *Valent. Papae* officina) in bibliotheca Vratislav. inscripta a Melanthone; edita a Clariss. *Schönborn* (Ioanni Fischero die 8. Martii a. 1838. memoriam muneris ecclesiastici ante hos quinquaginta annos suscepti, pie celebranti — gratulatur D. Car. Schönborn. Vratisl. 1838. 4. p. 11.).

(*Inscriptio.*)

Paulus ad Philip. 2.

Deus est qui efficit, ut velitis et ut perficiatis, ut aliqua ipsi grata fiant.

Ubicunque accensa est haec scintilla, ut velimus et cupiamus Deum vere et recte invocare et ei servire, ibi Deus certo vult opem ferre, et haec initia suae lucis augere. Quare etiamsi magna est nostra infirmitas, et multa sunt impedimenta recte facturis in qualibet vocatione, tamen hac nos promissione confirmemus et spe auxilii divini recte facere pergamus, et ab eo auxilium petamus ac

*) i. e. ungerechnet die Verwüst. ꝛc.

eventuram *) gubernationem, sicut scriptum est: Commendo Deo viam tuam, et ipse faciet. 1546.

Philippus Melanthon.

No. 3610. (hoc anno ante exilium.)

N. N.

† Ex apographis in cod. Monac. 88. No. IV. p. 107. et in cod. Monac. 90. No. VII. p. 376.

N. N.

Etsi in hoc tristi tempore in Germania frui literarum studiis, ut cupimus, non possumus, tamen quia spes est, mansuras aliquas respublicas religione et iure consociatas, nos ducimus [1]) non prorsus abiiciendam esse curam eas artes discendi, quae virtutis doctrinam continent, et nervi sunt humanae societatis. Cum autem multi ex nostris hominibus praedicent, se et in Gallia et in Italia tua doctrina praeclare non modo ad iuris scientiam sed etiam ad virtutem [2]) institutos esse, plerique amore tui admodum accensi sunt [3]), et nostram nationem plurimum tibi debere [4]) censemus, quod cultiores nobis cives remittis.

Hac de te commemoratione motus hic adolescens, *Ludovicus Faclisius* Lipsicus, natus patre Iureconsulto, a me petivit, ut sibi ad te literas darem, quae aditum ei ad te quasi patefacerent. Etsi autem, quantum ei mea causa tribuere velis, in tua humanitate positum est, tamen intellexi ex quibusdam tuis auditoribus, te amanter interdum de me locutum esse, et [5]) ut hunc adolescentem complectaris aliae iustae causae sunt, quae in vestro ordine, qui iustitiae officia vera et gravi ratione metitur, valere plurimum debent. Honestissimum est, vos omnes, qui doctrinam iuris profitemini, communi foedere inter vos coniunctos esse, cum duces humanae societatis et omnium civilium officiorum monstratores sitis. Magnam omnino sapientiam, magnam virtutem, bonitatem, communionem illius ordinis necesse est esse, cui rei omnium optimae, legum videlicet, custodia commendata est. Quod si ita sentis, ut non dubito, patrem huius adolescentis tibi coniunctissimum esse statues. Nam ingenio, eruditione, rerum usu, denique sapientia et scientia politica, ut modeste de eo loquar, nemini Iurisconsultorum in Germania cedit; iustitia vero, gravitate et moderatione animi tanta praeditus est, ut huic doctrinae se non propter forum aut noticiam, quam ut suos mores ad certam iustitiae normam dirigeret, dedisse videatur. Nec dubito, quin, si tibi familiariter notus esset, amicitiae eius, propter ingenii ipsius magnitudinem et virtutum decus magnopere delectarere. Talis viri filium tibi commendatum non gravatim excipies, praesertim cum adolescens ipse sit modestissimus et natura ad virtutem idoneus. Quare te rogo, ut eum et propter patrem et propter ipsius indolem tueare, et studia eius adiuves. Id et tua humanitate dignum erit et patri gratissimum.

*) *eventuram?* Fortasse *salutarem.*

1) Cod. Mon. 90. mendose *religiones et societates non dicimus.*

2) Cod. Mon. 90. *virtutes.*

3) Cod. Mon. 90. *sumus.*

4) *debere* excidit e cod. Mon. 88.

5) Cod. Mon. 90. *tamen* pro *et.*

No. 3611. (hoc anno ante exilium.)

N. N.

† Ex apographis in cod. Monac. 88. No. IV. p. 103 b. et in cod. Monac. 90. No. VII. p. 374.

N. N.

Etsi, cum ante aliquot menses intellexissem, migraturum esse virum praestantem ingenio, eruditione et virtute, *Alaricum*, dolebam, ex nostra Academia tantum ornamentum avelli, tamen eum ex his miseriis dimisi, et reditum ipsi in patriam tranquilliorem et in eam urbem, quae nunc unica est in Germania doctrinae domicilium, gratulor, ac opto, ut et consuetudine suorum suavissime foelicissimeque fruatur, et studia doctrinae apud vos ornet et adiuvet. Cum autem hinc abiturus esset, suam erga te voluntatem meis literis significari tibi voluit, ut intelligeres, eum tuae amicitiae cupidum esse. Nec vero dubitabam, quin utriusque virtus, et iudiciorum de rebus bonis consensio etiam sine meis literis coniunctum [1]) unitumque amorem inter vos excitatura esset, tamen eius voluntati gratificandum duxi, si meis literis vel hoc unum tribueretur, ut primus con-

1) Pro *coniunctum*, cod. Mon. 90. habet: *vos confirmaret.*

gressus plus habeat familiaritatis. Nam postea tuo eum iudicio, quod est gravissimum complectere. Ac si quid de meo iudicio interrogas, cum consuetudo aliquot annorum fuerit, in qua οὔτε ποτ' εἰν ἀγορῇ διχ' ἐβάζομεν [2]), οὐδ' ἐνὶ βουλῇ; valde eum propter naturae bonitatem diligo. Nam virtus in eo non est iniusta aut adscita [3]) ad tempus, sed natura [4]) amat in omni officio moderationem maxime salutarem vitae, sed ita, ut constantiam gravitatemque in veris sententiis et rectis consiliis, etiam in periculis tuendam statuat. Haec bona excoluit doctrina non tantum forensi sed etiam aliarum literarum atque artium, quae vitam gubernent. Et ex illa ipsa doctrina forensi transfert ad suos mores, non calliditatem sed iusticiam [5]) et aequitatem, candorem et veritatis amorem. Spero igitur, eius coniunctionem et in privata vita suavem et in republica utilem fore [6]). Talium amicorum familiaritate lenito [7]) moesticiam, qua propter publicos motus afficeris, quos si quis solis hominum consiliis aut μεμψιμοιρίαις regi aut [8]) sedari posse existimant, nae illi multum sibi sumunt. Non deseret Deus Ecclesiam, si verae doctrinae studia et invocationem non abiiciemus. Bene vale.

Ph. M.

No. 3612. (hoc anno ante exilium.)

N. N.

† Ex apographis in cod. Monac. 90. No. VII. p. 408 b. et cod. Monac. 66. p. 210 b.

Epistola Christophoro Meienburg praescripta ad patrem, Michaelem Meienburg.

Charissime pater. Etsi motu publicorum periculorum, quae assidue sunt omnibus ob oculos valde excrucior, tamen postquam intellexi, matrem meam charissimam periculoso morbo conflictari, et te maximis curis exerceri, multo in maiore dolore esse coepi. Nam propter στοργὴν naturae insitam hi domestici dolores maiora vulnera in animis faciunt, quam publicae causae. Video autem in tantis publicis et privatis miseriis unicam hanc consolationem nobis propositam esse, quam Deus ipse nobis tradidit, cum inquit: invoca me in die tribulationis, et eripiam te, et tu glorificabis me. Toto igitur pectore Deum aeternum patrem domini nostri I. C., oro, ut servet incolumes te et charissimam matrem meam, ac ut sua immensa misericordia pacem Ecclesiis et reipublicae restituat, et quidem spero, eum gemitus nostros exauditurum esse, et impendentes calamitates mitigaturum. Instat et epithasis horribilium motuum, quam te praedicentem saepe audivi. Quanquam autem principum et regum furores minitantur exitium et Ecclesiis et earum hospiciis, et extinguere noticiam Dei in terris et lucem doctrinarum conantur: tamen, cum sciamus, filium Dei custodem esse Ecclesiae suae, et hoc officium a nobis poscere*), ut speremus, eum nobis opitulaturum esse etiam cum desunt humana consilia, erigamus nos, et ab ipso auxilium speremus, et hac spe in eo acquiescamus et moderemini dolorem. Saepe servata est Ecclesia, cum prorsus omnibus humanis auxiliis destituta fuit. Horum eventuum cogitatione spem confirmemus et nos a dolore abducamus. Haec ad te scripsi pia quadam de te ipso sollicitudine motus. Oro, ut hanc commemorationem boni consulas. Bene et foeliciter vale.

No. 3613. (hoc anno ante exilium.)

N. N.

† Ex apographis in cod. Monac. 88. No. IV. p. 117 b. et cod. Monac. 90. No. VII. p. 387.

N. N.

S. D. Difficile est etiam bonis viris in hac tanta moestitia temporum, et in bello ingenti de civilibus ornamentis, de studiis literarum cogitare. Sed tamen prudentes consolationem hanc, quae divinitus proposita est, tenere debent, Ecclesiam Dei inter haec pericula non interituram esse, et hac spe, quantum fieri potest, studia literarum tuenda et iuvanda esse. Semper enim Ecclesiae,

---

2) Cod. Mon. 88. ἐβάγομεν.
3) Cod. Mon. 90. *addita.*
4) Cod. Mon. 90, *nativa.*
5) Cod. Mon. 88. *ad* callid. — *ad* iustitiam.
6) *Spero* etc. non habet cod. Mon. 88.
7) Cod. Mon. 88. *lenire.*
8) *regi aut* absunt a cod. Mon. 88.

*) Cod. Mon. 66. *petere.*

seu turbulentis seu tranquillis temporibus, doctrina opus est, et aliquanto post emersuram esse ex iis bellis, quibus nunc concutitur, non dubito. Haec cum existimem vos quoque cogitare, non deponenda est cura rei literariae. Cum igitur auxilium a vobis cognatus vester *Christophorus* petat, magnopere vos oro, ut eum adiuvetis. Magna enim spes est, si fuerit adiutus, Ecclesiae Dei utiliter serviturum esse. Multis enim naturae dotibus ornatus est, quae in Ecclesiastico doctore requiruntur, facundia, modestia, canora voce. Ad has accedit voluntas et inductio animi, ut maxime cupiat Deo in docenda coelesti doctrina servire. Recte enim iudicat, hoc officium Deo gratissimum esse, et inter humana omnia praecipuum. Ad hoc igitur munus mediocriter se praeparavit. Didicit artes utiles ad illustrandam doctrinam coelestem; sed magna omnino res est complecti animo omnia Ecclesiae tempora, cognoscere omnia doctrinae certamina, confirmare iudicium de veris sententiis. Ideo versari diutius in studiis literarum, audire doctos, et conferre omnium aetatum sententias cupit, ut ad munus difficillimum melius instructus accedat. Hunc talem animum probare nos decet, et propter publicam Ecclesiae utilitatem, et quia virtus *Christophori* meretur laudem. Quare vos etiam atque etiam rogo, ut, cum tanta spes sit fore ut hoc vestrum beneficium praeclare collocetur, sumptus studiorum ei suppeditetis. Nec deterreamini temporibus. Etiam in mediis bellis necesse est invocari nomen filii Dei. Non igitur nunc deponenda sunt studia, sicut Ieremias in urbe cincta obsidione tamen scribebet conciones suas profuturas piis, qui tunc aderant, et posteris. Spero etiam Deum citius depulsurum esse Turcica mala, si nos ad ipsum confugiemus, et studia coelestis doctrinae diligentius tractabimus *). Vale.

(Melanthon belli Germanici causa exulat.)

No. 3614. 13. Nov. (Dessaviae.)

Consilium.

Editum a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. I. p. 659 sq. — Apographa in cod. Goth. 19. p. 95., in cod. Goth. 191. p. 6 b. (quae apographa prorsus congruunt), in cod. Mehn. II. p. 122. et in cod. Servest. p. 158. — Inscriptio apud Pezelium est: „*An et quomodo pro adversariis orandum sit? Anno* 1546. 13. *die Novemb. Philippus Melanthon haec scripsit Dessaviae.*" Sic etiam codd. Gothani, qui vero diem, annum et locum non habent. — Cod. Servest. habet: *quomodo pro aliis et pro se precandum sit.* — Pezelius argumentum accuratius indicavit sic:

*De quaestione, quae tempore belli germanici fuit ἐπιπωλάζουσα·
An in precibus Ecclesiae publicis facienda esse videatur mentio Caroli V. Imperatoris?*

Verum est illud antiquum dictum: *Precationem opus esse difficillimum.* Et multae sunt caussae, quia multa simul cogitanda sunt: Quem Deum invoces, an, et cur nos exaudiat. Haec intentio est labor. Deinde fides est labor maior, accedere ad Deum, cum nos deterrent peccata, et expectare auxilium, cum destituimur visibilibus praesidiis. Accedit et consideratio nostrae necessitatis et alienae. In tantam varietatem obiectorum animum intendere: et simul angi, et lenire dolorem fide, haec omnia difficilia esse, ostendit experientia. Sed cum invocat pius in aliquo vero dolore, haec omnia concurrunt, et talis oratio est efficax. Multi autem quaerunt:

Quomodo pro aliis sit orandum? qui nondum cogitarunt, quomodo pro seipsis orent? Et qui de seipsis non anguntur, multo levius curant aliorum salutem. Quare prodest in concionibus populum de tali seria invocatione, et consideratione necessitatis nostrae diligenter commonefacere. Oret igitur †primum" quisque pro sese, quia †primum" oportet singulos sibiipsis petere remissionem peccatorum, postea †autem" pro Ecclesia et politia.

Iam hic quantus labor est cogitare de miseriis Ecclesiae, et petere ut Deus regat Doctores Ecclesiae, defendat studia, tollat dissidia, reprimat sapientes Epicureos, et hypocritas, et contra hos edat testimonia in iuvandis piis. Postea magnus est etiam labor [1]), cogitare de miseriis in politica gubernatione, de bellis, de Principum discordiis, de egestate propria et aliena.

Inter has cogitationes etiam personae et res discernendae sunt. Paulus non orat pro †politia, non orat pro" Nerone. Sed Esaias orat simul [2])

*) Cod. Mon. 90. *curabimus*, et non habet *Vale.*

1) Pez. *magnus labor est, etiam.*
2) *simul* omittunt codd. Goth. et cod. Mehn.

pro regno, et rege Ezechia[3]). Daniel[4]) orat pro regno Babylonico, et pro Rege Nabochdonosor. Sic nos singuli debemus orare pro politia, in qua sumus et pro ipsis gubernatoribus. Qui si sunt pii, petamus, ut confortentur et adiuventur: Si sunt adversarii, et peccant ignorantia, quales multi ubique sunt, oremus ut convertantur. Sicut[5]) Daniel oravit pro Rege Nabochdonosor, qui statuam iusserat coli, et horribili supplicio puniverat contradicentes: Si autem sunt aperte blasphemi, contra eos orandum est, ut reprimantur et confundantur, ut Paulus contra Neronem precatur: Esaias contra Sennacherib: Matathias contra Antiochum.

Cum autem non volumus pro aliquo precari, primum condemnandus est in corde nostro: Hoc iudicium autem non sit temerarium: Sicut Daniel non condemnavit Nabochdonosor tanquam blasphemum, etiamsi[6]) audacissime praecipientem de cultu statuae*). Sed quaeramus, an sit manifestus † Dei" contemtus confirmatus longo tempore, audita et cognita doctrina. An vero sit error in homine, alioqui non contemnente Deum. In Nerone erat manifestus et perpetuus Dei contemtus, ideo pro eo Paulus non orat, sed orat pro Iudaeis habentibus zelum, sed non secundum scientiam.

Tristissimum omnium iudicium est, pronunciare de aliquo, quod sit blasphemus, ideo non simus in eo iudicio praecipites, donec[7]) appareat Epicureus Dei contemtus manifestus. Tutius[8]) est habere errantem pro sanabili, et pro eo precari, ut convertatur ad Deum et flectatur ad salutaria † consilia". Multi magni errores sunt † etiam" in bonis, quos quidem[9]) et pertinaciter defendunt, sed ex ignorantia. Ideo cogitemus etiam in Carolo Imperatore posse errorem esse, sed non blasphemiam, et iudicium de eo commendemus Deo. Sic sentientes de eo, oremus[10]) ut convertatur ad Deum, et flectatur ad salutaria consilia. Non est festinandum in iudicando de aliis, cum saepe magni errores haereant etiam in sanctis[11]).

3) *Ezechia* omittitur.
4) Codd. Goth. *Hieremias*, *Ezechiel orant.*
5) *Sic* codd. Goth.
6) *etiam* codd. Goth.
*) Cod. Serv. *de colenda statua.*
7) *interea dum non* codd. Goth., *interea donec* cod. Serv.
8) *Mitius* codd. Goth.
9) *quidam* codd. Goth.
10) *sentiemus de eo*, *oremus* cod. Goth. 191., *sentientes de eo oremus* cod. Goth. 19., Pezel. *sentiens de eo*, *oret.*

No. 3615. 15. Nov. (Servestae.)

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 206. (edit. Lond. lib. II. ep. 198.)

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, Etsi mihi optima voluntas vestra de pace, et erga oppidum nostrum, alioqui nota est: tamen libenter legi deprecationem plenam pietatis, scriptam pro nostro oppido*). Et C. V. publico et meo nomine gratias ago. Causas odiorum seri inter cognatos, multo ante vidi et dolui, nec dissimulavi meum dolorem, sed interdum etiam aulicos impetus reprehendi. Nunc querelas de praeteritis omittamus. Si hac hyeme non fieret obsidio, sperarem flecti posse animos utrinque ad pacem. Et proficisci ipse ad *Macedonem* vellem. Sed si erit subita obsidio, consilia nostra sera sunt. Nec, quid de defensione dicam, scio, quae, etiamsi fiet, oppido exitiosa erit. Sed Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oremus, ut haec mala mitiget et in ira sua misericordiae recordetur. Si quam etiam tempora occasionem praebebunt bonis consiliis, non desimus occasionibus. Advexi huc duos libros Celsitudinis Vestrae; Tomum editionis *Complutensis*, *et Tigurinum Catalogum Scriptorum.* Hos libros quando transmitti ad se C. V. velit, significet. Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi servet Celsitudinem Vestram incolumem, et reddat Ecclesiis, studiis, et his tuguriolis, quae sunt hospitia Ecclesiae, salutarem pacem. Datae in oppido *Servesta*, Die 15. Novembris.

No. 3616. (15. Nov.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 567. (ed. Lond. lib. IV. ep. 714.).

11) Cod. Serv. addit: *Novembr. anno* 1546.
*) Quae proferenda essent, Melanthon Anhaltino suppeditaverat. Vid. scriptum, quod post d. 11. Nov. h. a. dedimus

Ioachimo Camerario viro clariss. amico s. cariss.

S. D. Multorum hominum in hac fuga nostra rationes et spes mihi fuerunt impositae. Neque ego ullius, quantum res concessit, opinionem frustratus sum. Sed neutiquam potui tantum efficere, quantum cupiebam. Collectam quandam imbellem manum abducere longius cogitabam. Sed cum rescivissem in maximum discrimen venturos omnes, si progrederemur, neque reculas tutas, neque corpora inviolata futura, convertimus iter, et dissipati, ubi quique se inventuri sedem sperarunt, eo nos contulimus. Ego in oppido *Serbeste* commoror. Manebo quandiu potero. Nolim autem ullos *μεγαλαυχεῖν*, quasi reb. iam confectis. Adhuc enim negotia ista imperfecta sunt, *καὶ ἔτ᾽ ὄπισθεν ἀμέτρητος πόνος ἔσται*, Qui fortasse corripiet eos, qui nunc securi sunt, et deinde item alios. Magni enim et saevi fluctus commoti sunt, qui facile sedari non poterunt. Sed nos ad nostrum praesidium confugiamus, et invocemus patrem Domini et liberatoris nostri Iesu Christi, et oremus, ut nostri misereatur propter nomen suum, et conservet Ecclesiam: Cui Deo misericordiarum te quoque et tuos commendo. Vale.

Phil. Melanth.

No. 3617. 16. Nov. (Servestae.)

P. Ebero.

Epist. lib. III. p. 206. edita a Pezelio (ed. Lond. lib. III. ep. 122.). — Apographa in cod. Goth. 191. p. 68. et in cod. Lang. p. 5 b.

Clarissimo viro et eruditione praestanti, Dom. Mag. Paulo Ebero, amico et fratri cariss.

S. D. Si quid opis adferre possem patriae, nam Academiam et eius sedem vere iudico esse patriam, libenter vitam profunderem. Nunc quid consilii cui[1]) dare possumus? Princeps abest, ignotae sunt nobis aulicae voluntates, omnia plena sunt suspicionum vel etiam odiorum. Taceo[2]) igitur, et Deum oro, ut miserias istas leniat principi, populo et nobis. Misi hunc tabellarium isthuc uodam vestri desiderio, cum tamen dubitarem, an urbs pateret. Mitto et paginas *Vito* typographo[3]), addendas Meniano scripto[4]). †*Κᾂν δ᾽ ἄτοπόν ἐστιν τοιαύτας παρακλήσεις γράφειν ἐν δυστυχίαις, ὅμως οὐκ ἤθελον ἀτέλεστον λείπειν*[5]) *τὸ σύγγραμμα*, praesertim cum haec pars operis sit erudita. In *Marcelli*[6]) literis sunt historica tibi[7]) legenda et Rev. Dom. Pastori. Bene et feliciter vale. Die 16. Novembris[8]).

Ph. M.

1) Cod. Lang. *cuidam.*

2) Cod. Lang. *Lateo.*

No. 3618. 17. Nov.

C. Crucigero.

Select. Epist. p. 439. Epistol. lib. I. p. 268. (edit. Lond. lib. I. ep. 85.). — Apographon in cod. Goth. 401. p. 27 b.

Casparo Crucigero D. Theologiae,

S. D. Cum in schola sine mediocri animi tranquillitate, vel sine hilaritate potius nihil decenter fieri possit, totum consilium eorum qui nos in vicinam *Parthenopen* ablegarunt, reprehendo. Vobiscum esse malim, ubi etsi mei usus exiguus esset, tamen quia turpe mihi duco, ab illis vestris aris tali tempore discessisse, minor esset dolor. (et Expecto reditum tabellarii, quem heri ad vos misi.)*). D. *Ioachimus* adest, qui doloris societate optimam et sanctissimam voluntatem suam erga nos perspicue declarat. Si consilio aut officio aliquo etiam iuvare illam vere patriam possemus, non defugeremus et labores et pericula. Impedimur, ut scis, suspicionibus *ἢ εὐηθείας τῶν ἐν τέλει, οἱ γέμοντες ἐλπίδων*, consilia *ὀνόμασι καλὰ* proponunt, quae utinam sint salutaria. Bene et feliciter vale. Die 17. Novemb. 1546.

3) *Vito typ.* praetermittit cod. Goth. 191.

4) Scriptum Menii: von der Nothwehr, cui Mel. plura addidit.

5) Cod. Goth. 191. *λιπεῖν.*

6) *Marcelli* recte cod. Lang. Nam Marcellus cum Melanthone erat in exilio. Cod. Goth. 191. *Pauli* pro *Marcelli.*

7) *tibi* excidit e cod. Goth. 191.

8) „*Κᾂν* — 16. *Nov.*" Pezelius non habet.

*) Haec non leguntur in cod. Goth. et videntur ex margine in hunc locum, non idoneum irrepsisse. Certe *et* delendum videtur.

No. 3619. (fortasse d. 18. Nov.)

Gr. Pontano.

Edita a Ballenstadtio I. ep. 10. Apogr. in cod. Guelpherb. in 4. No. 20. 15.

D. Gregorio Pontano, Cancellario Ducis Saxon. Elect.

Amplissime et integerrime D. Cancellarie, et amice et compater carissime. Gratiam vobis perpetuam et in hac vita et futura habeo pro vestris plurimis ac maximis beneficiis erga me, et pro hac sollicitudine, quam habetis de me hoc tempore. Spero Deum daturum etiam mediocres exitus huius tumultus [1]) in his regionibus. De bello ad Danubium minus dubito. Non vincent idolorum defensores. Neque ego discedam a Duce Saxoniae Electore, nec a meis collegis, viris optimis, quorum eruditio fuit et est adhuc ornamentum horum temporum. Cras, Deo iuvante, redibo ad vos. Deus servet vos et honestissimam familiam vestram. B. V.

No. 3620. 21. Nov.

N. Medlero.

A Danz. in epp. ad Medler. p. 44. edita ex cod. Bav. I. p. 1057. Nunc ex eodem denuo descripta.

Dm. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Meministi me saepe metuentem futuras perturbationes et confusiones imperiorum, hanc spem mihi et aliis proponere: sedem ecclesiarum et doctrinarum mansuram esse in literis urbibus, qualis vestra est. Ideo et studeo, et moderatione omni fovendas esse ecclesias in urbibus censui; quod ut fiat, Deum oro. Vides nunc, quale incendium excitent in principum Saxonicorum regionibus hi, quorum artificiis bellum inter cognatos Duces accensum est. Deum autem oremus, ut restituat piam et salutarem pacem. Senatui honestissimo et amplissimo urbis vestrae meis verbis reverenter gratias agito, quod nobis hospitium obtulit. Bene valete. Die 21. Novembris 1546.

Phil. Melanthon.

1) Cod. Guelph. *huic tumultui.*

No. 3621. 22. Nov.

Io. Bugenhagio.

Manlii farrag. p. 301. Epistol. lib. III. p. 175. (edit. Lond. lib. III. ep. 101.).

Reverendo viro, D. Ioanni Bugenhagio, doctori Theologiae, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Vitebergae, patri suo charissimo,

S. D. Reverende domine Pastor. Etsi in tanta sollicitudine vestra de periculis publicis non libenter onero vos negociis: tamen causa viduae *Martini* oeconomi, indiget vestro patrocinio. Erit felicior defensio, si erga viduas et orphanos erimus benefici. Scripsi de bobus ad quaestorem, et ad consulem. Tantum hoc petimus, ut negocium illis commendetis. Rem petit iustam, ut aut emantur ibi boves, aut concedatur ut ipsa abducat eos. Bene et feliciter valete. Die 22. Novembris.

No. 3622. 22. Nov.

N. Medlero.

E cod. Bav. I. p. 1056. edita a Danz. ep. 65., nunc denuo descripta.

Dm. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Postquam hoc tristi tumultu schola armis impiis cognatorum principum perterrefacta, conticuit, vides passim vagari exulantes et doctores et auditores, planeque noster coetus Ecclesiae exilia refert. Venit autem istuc *Matthias* *) *Illyricus* vir doctus, qui Epiphanium illum Salaminium πεντάγλωττον vincit, non solum cognitione linguarum, sed etiam rerum scientia. Iudicio nostrae Academiae ei praelectio linguae Ebraeae mandata est, et est eius in interpretatione non solum diligentia sed etiam dexteritas καὶ ἀγχίνοια eximia, ut ipse iudicare poteris. Venetiis emerat codices ad usum scholae. Nunc istic vendere cupit, qua in re eum adiuvare poteris. Et ut eum complectare te etiam atque etiam adhortor. Bene Vale. 22. Novembris 1546.

Philip. Melanthon.

*) Flacius.

No. 3623. 23. Nov. (Dessav.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 560. (ed. Lond. lib. IV, 708.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. Bam. amico et fratri suo cariss.

S. D. Etsi publicarum miseriarum alia vere sunt *αἴτια*, tamen *ἀφορμὴ* est aliqua, insulsum consilium, quod quidem constanter dissuasi, etiamsi deridebar a duobus, qui caecae cupiditati frenum iniicere debuerant [1]), postea me repugnantem ad *ἀναγόρευσιν* attraxere. Interfui, vidi et audivi gemens multa, quae mihi displicuerunt. Sed cum prius affuerim, quanta nunc esset impudentia accurrere velut ad triumphum *τοῦ ἀντιδίκου*. Qui gemitus mediocrium hominum in populo futuri essent, si inter togatos vestros conspicerer? Quare et principi *Ascanio* et mihi visum est, non adeundam nunc esse illam Salae ripam. *Torgam* ire *ἱκέτης* vel in vicinum locum omnino decreveram. Neque nunc abiicio cogitationem de deprecatione, etiamsi ut in Graeco versu dicitur, navis scopulo supplex fieri videor: videt tamen lachrymas nostras Deus *ὁ καρδιογνώστης*. meo exilio non multum moveor. Sunt enim magnae et multae caussae, cur liberari ab aula omnino cupiam. Sed tamen si possem aliquid afferre momenti ad harum regionum tranquillitatem restituendam, quas non minus iudico esse patriam, quam illud solum, quod me nascentem excepit, nec labores nec pericula defugerem. Et scis me *ἄνευ πλεονεξίας* multa fecisse ac tulisse, ut hae regiones et tranquillae et ornatae essent. In tuis litteris ad Principem *Ascanium* eam partem narrationis valde miratus sum, in qua scribis et *Macedonem* et alios respondisse, ut de pace, *ἡ περὶ σπονδῶν* deliberatio suscipiatur. Tandem scilicet huc decurrunt, utinam non secundum proverbium *περὶ τῶν φρύγων*, et fata eam deliberationem adiuvent. Bene et feliciter vale, die XXIII. Novembris, Ex oppido quod *λειμὼν* est appellatione gentis Hebreae *). Honestissimam coniugem tuam et dulcissimos liberos tuos servet Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi.

Philip. Melanth.

1) „Contentio Electoris cum Mauritio, qui, abrumpens disputationem Naumburgi dixit: fodiat me potius aquila quam cornix: cornix ad Carolum ivit, et cum eo se coniunxit." C. W.

*) Dessau C. W. hebr. דְּשָׁא?

No. 3624. 23. Nov.

Io. Pfeffingero.

A Peucero edita in Mel. Select. Epist. p. 455., et in Epist. lib. I. p. 269. (edit. Lond. lib. I. ep. 90.). — Iterum a Pezelio in Melanth. Epist. lib. III. p. 180. (ed. Lond. lib. III. ep. 105.). — Apographon in cod. Goth. 191. p. 64.

D. Iohanni Pfeffingero

S. D. *Euntes ibant et flebant mittentes semina sua*, inquit Psalmus, Significans pios Doctores in magnis et variis periculis circumferre Evangelium saepe lacrymantes. Sed fontes nosti unde vera remedia haurienda sint [1]). Ex iis consolationem petito. Ferendae sunt omnino aliquae iniuriae, et hac spe ferendae, quia exitum Deus gubernaturus est, et de causa et voluntate nostra aliquanto post testificaturus, qua de re etiam mea aliqua exempla recitare possem. Sed nunc magis a me consilium, quam consolationem expectas. Primum igitur hoc rectum esse iudico, non deseri a te Ecclesiam, ad quam rite vocatus es. Eius vocationis sanctitate plus moveri te velim, quam dolore iniuriarum, quae ab iis [2]) oriuntur, qui hoc ipsum agunt, ut te extruso aliquem inveniant astute se inflectentem ad doctrinae corruptelas. Deinde censeo te, Principi tuo adsentientem [3]), qui toties adseverat, a *Carolo* Imperatore non quaeri oppressionem doctrinae, in Ecclesia tua receptae, posse tacere de Imperatoris voluntate. Etsi enim exitus monstrabit, quid agatur: tamen interea dum tali teste probatur voluntas Imperatoris, non repugnes. Nihil enim opus est iudicare de ignota cuiusquam voluntate etc. [4]). Nos iustam causam habuimus [5]) querendi de voluntate Imperatoris [6]): nobis enim bellum denunciavit, ac nominatim mentionem fecit quorundam nego-

1) *sint*] Pez. et cod. Goth. 191.
2) Cod. Goth. 191. *aliis.*
3) Pezel. *assentiri debere.*
4) Pro *etc.* cod. Goth. 191. *nec* habet; Pezel. omisit.
5) Cod. Goth. 191. *habemus.*
6) Haec Pezel. ita mutavit: *nobis, quibus Dux Elector Saxoniae praeest bellum* etc.

tiorum, quae vere[7]) ad doctrinam pertinent, nec interea ostendit nostris, se toleraturum esse sententias publ. receptas apud nos, (ut vestro ostendit.)[8]) Etsi autem video quarundam maximarum rerum oppressionem quaeri: tamen nunc quidem te de illis pugnare non velim. Mihi ipsi magna contentio fuit *Augusta* cum multis, ne insereretur Confessioni[9]) quaestio, *An Romanus Episcopus antecellat aliis;* displicent enim mihi in Ecclesia omnes de principatu rixae. Et magno cum dolore vidi aliquos sibi sumere potestatem maiorem, quam ipse Romanus Episcopus sibi sumit. Verum hoc agi volui, ut extaret doctrina necessaria recte explicata, quod ipsum impediebant aliqui, qui sibi Principes devinciebant illecebris disputationem de potentia. Potes igitur de Imperatoris voluntate, ut[10]) de re obscura, politica, et aliena a tuo munere, tantisper silere, donec tempus veritatem in lucem proferet. Saepe speciosis involucris aliquandiu veritas tegitur, quae[11]) tamen Deus postea retegit. Omissa igitur mentione harum rerum ambiguarum aliquantisper, interea tamen stationem tuebere, in qua te Deus collocavit, et in eodem vestigio propugnabis necessariam et salutarem doctrinam. Expones causas harum miseriarum esse non tantum Principum adfectus, sed potius[12]) populi et Principum multiplicia delicta, ut omnium politiarum conversiones[13]) calamitosae poenae fuerunt, et sunt, et erunt communium scelerum. Dices de poenitentia, de fide, de petenda mitigatione miseriarum. Obiurgabis maledicos, qui odia in utraque parte irritant. Flectes animos auditorum ad misericordiam erga calamitosos, hortaberis eos qui valent autoritate, ut consilia restituendae pacis in patria inter cognatos quaerant. Denique, donec possumus, Ecclesiarum concordiam et mutuam benevolentiam alamus[14]), quae etiam aliquando profutura est ad pacem inter Principes restituendam. Et Deo grata est, etiamsi lacerantur Imperia, quod fit multis de causis, quarum series tota nunc non perspicitur. Interim tamen etiam ruentibus Imperiis, vult Deus manere Ecclesiam. Hanc igitur omnibus officiis pietatis foveamus, et oremus Deum, ut ipse inter nos Filio suo Domino nostro Iesu Christo haereditatem aeternam colligat, nec sinat extingui studia doctrinae: sed concedat mediocria hospitia Ecclesiis, et disciplinam et pacem tueatur. Bene vale. Die 23. Novemb. Anno 1546.

7) ✝ *non* cod. Goth. 191.

8) *ut vestro ostendit*, neque apud Pezel. neque in cod. Goth. 191. habentur.

9) Cod. Goth. 191. *disputationi.*

10) Cod.Goth. 191. recte *ut* pro *et.*

11) *quam* cod. Goth. 191.

12) Cod. Goth. 191. *tutius*, Pez. *et.*

13) Cod. Goth. 191. *eversiones.*

14) Cod. Goth. 191. *tueamur.*

No. 3625. (h. t.)

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 158. (edit. Lond. lib. II. ep. 144.).

D. Paulo Ebero.

S. D. Exulibus quantum possumus consulamus, memores communis fortunae generis humani. Statim enim primi parentes eiecti paradiso exulare coeperunt. Vagantur passim nostri auditores, et quaerunt diversis locis hospitia. Hunc *Fabianum Mansfeldensem* commendarunt mihi, et *Marcellus*, et *Sidemannus*, Iussi ut ad te proficisceretur, citius enim aut Diaconi munus, aut functionem scholasticam inveniri posse in oppido vestro, nam ad vos scribitur. Habebo et ego eius rationem, ubi primum se offeret occasio. Et cras de eo cum Principe *Georgio* loquar. De etymologia nominis *Germanici* his diebus cogitavi, quod si ab *Hebraica* voce est גרים *) ut arbitror, peregrinos significat. Idem si *Casparo* et tibi videbitur, qui estis gnari mysteriorum *Hebraicorum*, gaudebo nos etymologiam non insulsam habere. Bene vale, et de *Marchione Alberto* mihi scribito, quem ante dies quatuor ἐν ὀνείρῳ monui, ne militaret.

No. 3626. (h. t.)

Chph. Meienburgio.

✝ Ex apographis in cod. Goth. 191. p. 77 b. et in cod. Lang. p. 8 b. Opinor, epistolam scriptam esse mense Nov. 1546., ubi Melanthon aberat Servestae et Magdeburgi, familia eius autem, et, ut videtur, etiam discipulus Christophorus Meienburg remanserant Vitebergae.

*) Peuc. edidit mendose זרים.

Adolescenti egregia ad virtutem indole praedito, Christophoro Meyenburgo.

Miror *Erasmum* praeceptorem tuum mihi non significasse, numquid pater scripserit, quod me scire referret. Tu vide, ut patri accurate scribas, ut intelligat, te proficere in literis et simul crescere in animo tuo reverentiam et pietatem erga parentes, et aliarum virtutum studium. Habes domestica exempla, quae te ad virtutem hortantur, quorum te fieri [1]) dissimilem turpissimum esset. Semper igitur hos Euripidis versus memento, quos iubeo tibi praeceptorem interpretari:

Ὅστις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει,
ὅ δ' ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῖς [2]) φίλος.
Οὐκ ἔστι παισὶ τοῦτο κάλλιον γέρας [3])
ἢ [4]) πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι.
Καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν [5]).

B. V. Si isthuc veniet Ioachimus *Camerarius*, mox [6]) id mihi significato [7]).

No. 3627. **25. Nov.**

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 561 sq.

---

1) Cod. Lang. *fore* pro *fieri*.

2) Cod. Goth. 191. *θεῷ*, fortasse ex mutatione a Melanthone facta; cod. Lang. *θεοῦ*.

3) Hunc versum praetermittit cod. Goth. 191.

4) *ἢ*] Cod. Goth. 191. *οὐκ*.

5) Consului de his versibus clariss. *Wüstemannum*, Professorem Gothanum, qui haec mihi rescripsit: „Sunt hi quinque versus ex Stobaei FloRileg. Tit. 79. Tom. III. p. 92. ed. Lips. petiti; sed non uno tenore scribendi erant, quum sint diversi loci, non ex uno scriptore desumti. Locus Stobaei sic legitur:

Εὐριπίδου Ἡρακλειδῶν.
ὅστις δὲ — — — σέβει
ὁ δ' ἐστὶ — — — φίλος.
Ἐν ταυτῷ·
οὐκ ἔστι — — — γέρας
ἢ πατρὸς — — — πεφυκέναι.
Καὶ· Τοῖς τεκοῦσιν — — — νέμειν.

Sed ipse erravit Stobaeus. Primi duo versus non sunt ex Heraclidis sed ex incerto dramate. Vid. Valcken. diatr. p. 228. Reposuit Beckius in incertis fragmentis Tom. II. p. 479. ed. Lips. — Alteri duo versus sunt ex Heraclidis Eurip., ubi leguntur vs. 298. — Quintus versus, in quo cum Euripidis editoribus scribendum est *χρὴ τοῖς τεκ.*, videtur Euripidis esse. Legitur in incertis Fragmentis Tom. II. p. 498. ed. Beck."

6) *mox*] cod. Goth. 191.: *mox, mox.*

7) Hoc postscriptum cod. Lang. non habet.

Michaeli Meienburgio, (consuli Northus.)

S. D. Hanc epistolam scripsi die 25. Nov., videlicet dicato Catharinae, quo ante annos 1709 Maccabaeus templum recuperavit et purgavit. Utinam simili felicitate nunc quoque Ecclesiam defendant nostri bellatores. Et spero mediocres exitus, etsi nos quoque propter multa vitia plectemur. Gratiam habeo vobis, quod iterum tam amanter et tam liberaliter mihi hospitium offertis. Exponam et D. *Pontano* vestram voluntatem.

Si potero, redibo *Witebergam*, et ibi reliquias scholae colligam, quae certe opimarum artium omnium studiis per hos proximos annos egregie floruit, Deus etiam restituat. *Mysi* in petenda deditione superbe et contumeliose locuti sunt, sicut Rhabsaces in petenda deditione Ierosolymae. Sed Deus respiciet gemitus nostros. Nam urbs nostra et schola non laeserunt vicinos, ego etiam ornare eos studui. Audio, *Mysos* *) tentare pacificationem inter Carolum Imperatorem et nostros. Id mirabimini. Bene valete.

Philippus Melan.

No. 3628. **25. Nov.**

Eidem.

† Ex apographis in cod. Lang. p. 12b., cod. Monac. 90. No. VII. p. 291 b. et in cod. Paris. D. L. 54ª. — Inscribitur in codd. *Adamicum*; puto ad *Michaelem Meienburgum*, consulem Northusanum, cui alteram eiusdem argumenti epistolam eodem die scripsisse videtur, per alium nuncium missam, ut, si prior epistola periret, certe haec Nordhusam perferretur.

(Michaeli Meienburg.)

Gratias ago vobis amanter pro perpetua erga me benevolentia, et quod nunc in hac tristi dissipatione nostrae Academiolae [1]), quae magnum fuit ornamentum non tantum harum terrarum, sed orbis christiani [2]), et certe his proximis annis feliciter docuit utiles artes, hospitium mihi quam liberalissime offertis. Domino *Pontano* etiam [3]) vestram voluntatem exponam. Nunc enim [4]) ex-

---

*) Nomen Mysorum in utroque loco tacuit Saubertus, habet A. D.

1) Cod. Lang. et cod. Mon. 90. *Academiae*.

2) *sed orbis christ.* cod. Lang. et cod. Mon. 90. non habent.

3) *etiam* abest a cod. Paris.

4) *enim* abest a cod. Lang. et cod. Mon. 90.

curram [5]) in vicinam urbem Parthenopen. Si dux *Mauritius* hac hyeme non [6]) obsidebit Witebergam, redibimus ad nostros nidulos. Historica vos plura scitis quam ego; sed hoc addam. Misnenses laborant, ut pacem inter Carolum [7]) Imperatorem et nostros faciant, eaque de re iam Doctor *Mordeisen* ad Marchionem missus est, et audio nostros adsentiri, ut Carolo Imperatori [8]) ostendatur, pacem eos mediocribus conditionibus petere. Etsi optanda est pax, et Deum oro [9]), ut omnium mentes flectat ad pia consilia: tamen an serio et quo animo vicini hanc rem [10]) agant, nescio. Sed brevi videbimus quid agatur. Bene valete [11]). Die 25. Novembr. 1546.

Philip. Melanth.

No. 3629. 25. Nov.

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in Append. epp. lib. IV. p. 25. Hic ex autographo Melanthonis in cod. Monac. I. p. 644.

D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Dei in inclyta urbe Noriberga.

S. D. Hanc ad te epistolam in exilio scripsi die 25. Novembris, quo ante annos 1709 Maccabaeus templum recuperavit et purgavit, quarum rerum historiam scis horum temporum imaginem esse. Ut igitur tunc Deus inter multa certamina et pericula domestica et externa servavit Ecclesiam, ita speremus, nunc quoque servaturum esse: quem quidem etiam oro, ut vires corporis tibi integras restituat, ut militiae tuae labores ferre possis. Tuo vaticinio, de Psalmo; *quicunque habitat in adiutorio altissimi*, valde sum delectatus, et spero, non fore ἀναποτέλεστον. Si longius migrandum erit, ad te veniam. Sed oremus Deum, ut nostram Academiolam restituat, in qua profecto aliquandiu omnium bonarum artium studia egregie floruerunt. Deus, qui est καρδιογνώστης, δηλώσει ὁποῖα ἐστιν αἰνίγματα γειτόνων, ὅμοια σφιγγὸς πανουργίαις. Bene et feliciter vale.

Philippus Melanthon.

---

5) *excurram*] cod. Lang. *exiturus sum.*
6) *non* abest a cod. Lang.
7) *Carol.* cod. Paris. non habet.
8) *Imper.* abest a cod. Par.
9) *Deum oro*] cod. Mon. 90. *ex animo Deum precor.*
10) *vicini hanc rem*] cod. Lang. et cod. Mon. 90. *vicem hanc.*
11) Cod. Paris. *vale.*

No. 3630. 25. Nov.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 124. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 98.

Clariss. viro D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg. amico suo praecipuo et clariss.

S. D. Post necem Socratis, Athenis exhibuit Euripides Tragoediam de Palamede, in qua hi fuerunt versus:

Ἐκάνετε, ἐκάνετε τῶν ἑλλήνων ἄριστον
Καὶ μηδένα βλάπτουσαν ἀηδόνα.
(Occidistis, occidistis Graecorum optimum
Et lusciniam neminem laedentem) *).

Etsi autem multa sunt mea quidem et aliorum peccata, tamen Academia certe fuit luscinia non nocendi cupida. Multorum studia rite gubernavit. Hanc nunc dissipari magis doleo, quam me ex meis sedibus expelli. Sed spero Deum redditurum nobis et Ecclesiae hanc Scholam. Potuissent nostri mediocribus officiis tueri vicinorum benevolentiam, si cogitassent illud Sirachi: ὥσπερ κόρην ὀφθαλμοῦ τήρησαν εὔνοιαν φίλου. Gratiam tibi habeo pro hospitio oblato. Etsi longius migrandum erit, omnino iter ad vos faciam. Bene vale. die recuperati templi Ierosolymae, hoc est, 25. Novembris **).

Phil. Melanthon.

No. 3631. 25. Nov.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 54. (edit. Lond. lib. II. ep. 37.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Reverende vir et charissime frater, Meministi nos in aliquot scriptis publicis significare, ingentes motus *Saxoniae* denunciari ipso astro-

---

*) Versio Spanhemii.
**) Alia manus adscripsit: 1546.

rum positu. Nunc cernimus initia. Oremus autem Filium dei Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resuscitatum, custodem Ecclesiae suae, et gestantem nos in sua dextra et suo sinu, ut servet in his regionibus Ecclesias et earum hospitia, et honestam disciplinam. Etsi autem et antea iudicabam mihi hoc non leve periculum fore: tamen non volui me in illas arces *Saxonicas* *) abdere, ne tuba belli civilis essem; libentius haec feram quae erunt ferenda. Mitto tibi pagellas et responsionem de adolescente qui compressit consobrinam. Et te oro, ut donec colloqui possimus, saepe scribas. Bene vale, die *Catharinae*.

No. 3632. 30. Nov. (Magdeburg.)

P. Ebero.

Manlii farrag. p. 321. Epist. lib. II. p. 140. (edit. Lond. lib. II. ep. 127.). — Apographon in cod. Goth. 401. p. 9 b.

D. Paulo Ebero.

S. D. *Οὐδὲν οὕτως εὐφραίνειν ἡμᾶς εἴωθεν, ὡς σύνειδος καθαρὸν, καὶ ἐλπίδες ἀγαθαὶ,* inquit *Nazianzenus* vere et preclare. Sed spes unde pendeant [1]) multum refert. Nobis quidem spes nostra [2]) a solo Deo aeterno Patre Domini nostri Iesu Christi pendent [3]), non a praesidiis humanis. Et exaudiet [4]) gemitus nostros Deus, ac defendet Ecclesiae suae reliquias. Si patet aditus ad vos, brevi una erimus, nam senatus in urbe *Parthenope* abhorret a consilio nostro *περὶ δημοσίων ἀκροάσεων*. Atrociter enim huic urbi minitantur quoque *οἱ τὴν πατρίδα πειρώμενοι μυσῶν λείαν ποιεῖν*. Scripsimus ad rectorem *Crucigerum* de stipendiis. Eam rem tibi quoque commendo, et tua et caeterorum amicorum causa curandam. Bene et feliciter vale. Die Andreae in urbe *Parthenope*, Hodie aderit doctor *Chilianus* pulsus ex *Salinis*. († 1547 cod. Goth.)

*) Magdeburgum?

1) *pendeat*, Manl. et cod. Goth. 401.

2) *nostrae* omisit Manl., et cod. Goth. 401. habet *nunc*.

3) Cod. Goth. 401. *pendet*.

4) Manl. et cod. Goth. 401. *exaudiet*, Peuc. *exaudit*.

No. 3633. 30. Nov.

C. Crucigero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 a.

D. Crucigero.

S. D. Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro toto pectore, ut sedem doctrinae suae in oppidulo nostro servet ac defendat, et ut tibi vires corporis restituat integras. Veni in urbem Parthenopen, ubi cum sentiam abhorrere Senatum a nostro consilio *περὶ μουσείων*, redibo ad meam familiam et ad vos, si patet aditus. Visum est autem doctori *Augustino* et caeteris Academiae *ἡγουμένοις*, qui adsunt, ut *τὰ λοιπὰ χρήματα ἐν ἀμφοτέροις ἀρχείοις ἀκαδημίας* premantur, sed ita, ut quantum in quolibet fuerit, diserte scribatur: inde primum huius quadrantis stipendia D. Pastori, tibi et P. *Ebero* reliquum curet huc transvehi quaestor nostri aerarii *καὶ τὰ χρ* ...... [1]) mittantur ..... [2]). Claves D. *Augustini* invenies [3]) in ipsius mensa in superiori conclavi: meas adferet hic *γραμματοφόρος*. Hodie aderit *Chilianus* ... . [4]) *νῦν πράττουσιν οἱ γείτονες*. Deus servet Ecclesiae reliquias. Bene vale et rescribe. Die Andreae [1547.] [5]).

Φ.

No. 3634. 30. Nov.

Iohanni ministro.

Epist. lib. II. p. 587. (edit. Lond. lib. II. ep. 616.).

Iohanni Ministro suo

S. D. Charissime *Iohannes*, Decrevi intra paucos dies ad vos redire. Nam senatus in urbe *Parthenope*, propter tumultus harum regionum, existimat nunc non esse huc adducendam frequentiam scholasticorum. Atrociter minitantur vicini huic urbi *Parthenopae*, et in *Salinis* atrocia fe-

1) In cod. Par. leguntur *χρεισεα παων*.

2) Scriptum est in cod. Par. *mteg* — integra?

3) *invenies*] cod. Par. *iuvenes*, mendose.

4) Habet cod. Par. *πολλη στασε ἀν' ειλληνι*, quae quid sibi velint definire non possum.

5) Annus ab alio additus est. Non vero anno 1547. sed anno 1546. scripta est.

cerunt. Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi, restituat piam et salutarem pacem. Adolescentem hunc tabellarium iussi ire *Witebergam*, si patet aditus, quare petas a coniuge Magistri *Erasmi Salveldensis* claves ad aerarium Academiae pertinentes, ut coniugi scripsit Magister *Erasmus*, et eas claves adolescenti tabellario tradas. Nam Witebergae opus est iis clavibus Quaestori aerarii nostri. Bene vale, et ora pro tota Ecclesia, et his regionibus, et familia nostra. Salutem opto toti familiae. Die Andreae.

No. 3635. 1. Decb. (Magdeburgi.)

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 601 sq.

Michaeli Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Honestissime et integerrime vir. Veni in urbem *Meideburg*, ut umbram scholae ibi institueremus: sed intelligo, Senatum a nostro consilio abhorrere. Ideo redibo in vicinam *Servest.* Dux *Mauritius* rursus adduxit exercitum in vicina oppida *Witebergae*, an obsidio inchoata sit, nondum scio. Sed arbitror, expectaturum finem Conventus indicti in Salinis ad diem Nicolai. Quae egerit in Salinis, scitis. Domino *Pontano* legi literas vestras, qui agit vobis gratias.

Audio, *Hammonium* non discedere ex Marchia *). Sunt autem apud nos iam honesti viri, qui propter exilium scholae quaerunt alias sedes. D. *Georgius Maior* et Magister *Marcellus*, et alii, quibus recte commendari gubernatio Ecclesiae posset, horum voluntates explorabo, et vobis significabo. Vestram etiam voluntatem mihi significate. Bene et feliciter valete. Primo die Decembris.

Philippus.

No. 3636. 1. Decb.

H. Schurfio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54ª.

*) cf. ep. ad Pannonium d. 28. April. 1546.

Cl. V. eruditione et virtute praestanti, D. Augustino Schurff, doctori artis medicae eximio, amico suo praecipuo,

S. D. Clarissime d. Doctor. Iam venit scholasticus Witebergensis, qui narrat, se heri hora 11. abiisse ex Witeberga, et ducem *Mauritium* iam esse in Kemberg, et rursus petiisse deditionem atrocissimis verbis, et mandasse civibus in Servest [1]), ut sibi hospitia parent. Ideo censeo, ut hic expectemus adhuc per aliquot dies. Bene et feliciter valete. Die 1. Decemb. 1546.

Ph. M.

Pontem Witebergae interruperunt nostri.

No. 3637. 1. Dec.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 170. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 151.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg. etc.

S. D. Omnibus aetatibus exilia Ecclesiae usitata fuerunt, has, ut opinor, propter causas praecipuas, ut commonefieret amissam esse veram Patriam, ad quam conditi eramus, nosque per Filium Dei nobiscum exulantem, in eam Patriam reductos esse, seu ut veteres loquebantur, *καταχθῆναι*. Ut autem Deus ipse exulum cura adficitur, ita vult a piis omnibus leniri aerumnas exulum.

Magno usui et ornamento esse Ecclesiae vestrae *Georgius Maior* poterit. Est enim bono ingenio et sano praeditus, et natura est placida ac nequaquam *ἐριστικὴ* aut *φιλαπεχθήμων*. Ideo te oro, ut eum Senatui vestro commendes, ut eum istuc accersant ad munus Ecclesiasticum, si, ut arbitror, locus ei in Ecclesia vestra esse poterit. Est autem in concionando Georgius disertus, ac oratio est *καθαρὰ, σαφὴς καὶ κυρία*, et doctrina est pura. Bene vale. Cal. Decemb.

Philippus Melanthon.

1) Sic scriptum est. Estne *Servest*? i. e. *Zerbst*.

No. 3638. 1. Decb.

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in append. epp. lib. IV. p. 26. Contuli autographon Melanthonis in cod. Monac. I. p. 645.

D. Vito Theodoro docenti Evangelium in Ecclesia Dei in urbe Noriberga.

S. D. Omnibus temporibus Ecclesiae usitata fuerunt exilia, ac memini, me in Aphricanis historiis legere, magna agmina piorum civitatibus pulsa esse in loca deserta, et multos ab equitibus in via conculcatos esse. Horum exemplis confirmati, nos quoque feramus exilia aequabilius. Si qui vero possunt, leniant exulibus aerumnas. *Georgius Maior*, optimo ingenio praeditus, et in concionando disertus, magno usui posset esse Ecclesiae vestrae. Quare, si ei locus est, quaeso, ut Senatui eum vestro commendes, ut accersatur. Habiturus esses παραστάτην fidelem et tuendae concordiae studiosum. Bene vale et rescribe, ac literas mitti cures ad urbem παρθενόπην, quo nunc *Georgius* adduxit familiam suam. Iterum vale. Cal. Decembris.

Philippus Melanthon.

No. 3639. (1. Decb.)

(*Maior ad*) P. Eberum.

Epist. lib. II. p. 134. (edit. Lond. lib. II. ep. 119.). — Non est Melanthonis, cuius familia illo tempore non erat Magdeburgi (vid. ep. seq.), sed fortasse Maioris, qui familiam suam secum adduxerat Magdeburgum.

D. Paulo Ebero

S. D. Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, veris et assiduis gemitibus, ut Ecclesiae suae moestissimae in oppido *Viteberga* parcat, et vos omnes servet: pene in simili periculo sumus etiam in urbe *Parthenope*, quo familiam meam duxi: dolores certe similes circumferimus ubicunque sumus. Te tamen cum tuis optarim nobiscum esse, et, si potes adhuc egredi, familiam advehito, nondum enim in hac via vagari hostes coeperunt. Mihi longius exilium propositum esse video, sed dolore de Repub. et propter Electorem maiore excrucior, quam de me. Nihil de praeteritis querar quae reprehendi possunt, corrigi non possunt. In urbe *Parthenope.*

No. 3640. 2. Decb. (Magdeburgi.)

Iohanni ministro.

Epist. lib. II. p. 585. (edit. Lond. lib. II. ep. 612.).

Iohanni Ministro suo.

S. D. Charissime *Iohannes*, Postquam hic nunciatum est, milites *Mauricianos* accessuros esse ad arcem *Gomeriam*, dimittere me amici nolunt, metuentes pericula in via. Etsi igitur omnino redire decrevi: tamen expectabo adolescentem nostrum. Interea tibi commendo familias nostras, meam, et Magistri *Pauli*. Si milites iter facerent per *Servestam*, traducendae essent familiae, vel in civium, vel in diaconorum domos, ubi aliqua autoritate tegerentur. Deus servet et defendat *Witebergam* et nos exules. Bene vale, et per hunc tabellarium, qui cras rediturus est, rescribito. Bene vale. Die 2. Decemb.

No. 3641. 2. Decb.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 637 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Honestissime et integerrime vir. Hanc epistolam initio anni 1547. accepturos vos esse spero. Quare primum vobis et universae familiae vestrae opto annum faustum, felicem et tranquillum, ac ut Deus aeternus, Pater Domini nostri Iesu Christi, servet vos incolumes, et honestissimam coniugem vestram et liberos vestros, et Ecclesiae et Reipublicae reddat tranquillitatem, toto eum pectore oro. Cum autem sciam, vos cura Reipublicae angi, vos adhortor, ut animum a moestitia abducatis, et cogitetis, non posse omnia humana sapientia provideri aut regi. Et quadam moderatione doloris tolerandas esse aerumnas, et petendam et expectandam esse a Deo mitigationem publicorum et privatorum malorum. Iam autem in hoc ipso festo proponitur mirandum et illustre testimonium, quod ostendit, iuvari homines prorsus ab omnibus creaturis desertos, Deo se offerente nobis immensa misericordia, ut iuvit Adam et Hevam post lapsum, ubi nulla creatura eos iuvare

poterat. Et cum Filius Dei copularet sibi aeterno foedere naturam humanam, testatus est, nos a Deo diligi, et exaudiri et iuvari. His consolationibus nos sustentemus, et a Deo auxilium speremus. Diu mihi displicuit Aula nostra *) eo quod rixosior esset, et nimis multa negotia moveret. Et hunc casum, qui iam accidit, metui: sed quocunque cadent Imperia, Deus servabit Ecclesiam.

Quamprimum tempestates erunt mitiores, veniam ad vos, et de multis rebus vobiscum loquar. Quod pecuniam huc misistis, agnosco vestram solicitudinem et benevolentiam erga nos. Accepi 50 Ioachimicos, de quibus Mathematico statim dedi decem. De reliquis iussi sumere filii Paedagogum, quando volet. Nam nunc nondum in una mensa sumus, quia incommode habito. Vinum adhuc habeo, ut spero, per duos menses.

Multi suaserunt, ut iam Lipsiam irem ad *Landgravium.* Scripsi ei, sed ut vitem suspiciones multorum in utraque parte, non accessi. Novi utriusque Principis Electoris et agnati voluntatem, et Consiliarios. Ideo, quantum possit obtinere *Landgravius*, dubito. Sed Deum oro, ut flectat animos Principum ad suam et populi salutem. Equites Hungarici magnam crudelitatem in nostra vicinia exercent, passim grassantur, et impediunt, ne in oppidum *Witebergam* invehi potus et aliae res necessariae possint. Deus liberet nos. Bene valete. Die 2. Decembris.

Philippus.

No. 3642. (fere d. 2. Decb. Magdeburgi.)

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 140. (edit. Lond. lib. II. ep. 126.).

D. Paulo Ebero.

S. D. Gratiam tibi habeo de scriptione *Geneseos* filii D. *Plicardi*, quam et *Erasmo* ostendi, qui posteritati gratulatus est tale ingenium. Significationes certe sunt illustres naturae capacis doctrinarum, et habiturae ad virtutem egregios impetus, et ad eloquentiam idoneae. Nec tamen sumus *Stoici*, qui ab *εἱμαρμένῃ* suspendimus Deum, ut *Iupiter* suos fratres et filios de catena apud *Homerum* suspendit. Sed vere affirmamus liberrimo consilio Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi conditorem esse naturae, et ita fore felicem naturam, cum ipse eam fovet et adiuvat, quem quidem oro, ut D. *Plicardum* et eius totam familiam, et hunc filium servet incolumes et regat. Serva quaeso locum adolescenti *Cygneo* apud M. *Sebastianum Winshemium;* pater ex *Parthenope* eum vocat. Bene vale.

*) *nostra* habet A. D., Saubertus edidit: *aula N.*

No. 3643. 3. Decb. (Magdeb.)

V. Theodoro.

Edita a Sauberto in append. epp. lib. IV. p. 27. Contuli autographon Melanthonis in cod. Monac. I. p. 646.

D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Dei in inclyta urbe Noriberga.

S. D. Nuper ad te de *Georgio Maiore* scripsi. Nunc eodem argumento epistolam ad *Philippum Gluespies* mitto, qui, cum tabellarios certos habeat ad *Georgium Romer*, poteris et tuas literas ad nos *Georgio Romer* commendare, mittendas ad *Philippum Gluespies.* Quaeramus enim in hac temporum difficultate vias literis nostris, ne, amissis tam multis aliis vitae commodis, etiam amicorum colloquia amittamus. *Georgius Maior* servire Ecclesiae vestrae cupit. Et habiturus esses *παραστάτην* fidum, et ad tuendam concordiam idoneum. Est autem disertus in concionando, et voce non infirma. Quare, si ei locus apud vos esse potest, annitere, ut accersatur. Eaque de re nobis et ipsi scribito. Literae per *Philippum Gluespies* recte mitti poterunt. Hoc negotium ut suscipias, primum Ecclesiae tuae utilitate, deinde viri optimi exilio movearis. Cum enim et recte eruditus sit, et candore ingenii eximio praeditus, et amans concordiae publicae, magno ornamento esse Ecclesiae vestrae poterit. Et pium officium est *φυγαδευθέντας διὰ εὐαγγέλιον εὖ ποιεῖν.* Bene vale. Die 3. Decembris in urbe Parthenope.

Philippus Melanthon.

No. 3644. 3. Decb.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 124 sq. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 99.

Clariss. viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg. etc.

In Esaiae querela sunt haec verba: *Iniquitates nostrae ut venti dissipaverunt nos.* Non ille fatum, non physicas causas accusat, cum ruinam regni et scholae Solymorum describit, sed scelera Principum et populi. Agnoscamus igitur et nos plecti propter nostra delicta, et a Deo veniam et calamitatum mitigationem petamus. Leniamus etiam nobis communes miserias.

Scripsi ad te de *Georgio Maiore.* Nunc eo argumento literas mitto, quibus respondere poteris, missis tuis literis ad *Philippum Gluespies,* qua in re tibi non deerit *Georgius Romer* civis virtute praestans et tibi amicus. Postquam ex nostris nidulis expulsi sumus, *Georgio Maiori* opus est alia sede, ac mallet Ecclesiae in patria servire, nec dubito futuram ornamento Ecclesiae vestrae. Nam et recte doctus est et in concionando disertus, et natura candida minimeque tincta felle, et amat tranquillitatem publicam, et tuis consiliis regi se patietur. Quaeso igitur ut annitaris, ut istuc vocetur, si quis ei, ut arbitror, locus apud vos esse poterit. Scio te libenter bonis viris benefacere. Ideo spero te huic nostro amico non defuturum esse. Bene et foeliciter vale. Die 3. Decembris *).

Phil. Melanthon.

No. 3645. 5. Decb. (Magdeburgi.)

N. Medlero.

Danz. epp. ad Medler. p. 44. e cod. Bav. I. p. 1055., e quo nunc denuo descripta est.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Inter praecipua ornamenta Germaniae esse et rempublicam vestram et urbem saepe audiverunt a nobis hi duo honesti et graves viri, alter in media Gallia natus, alter Metensis, auditores nostri. Ideo nunc, cum operae scholasticae [1]) intermittuntur, hinc ex *Parthenope* ad vos expatiati, videndi urbis vestrae causa. Quare literas eis ad te dedi, ut testimonium haberent consilii sui de hoc itinere, ne quis secus de eis, cum sint homines peregrini, suspicaretur. Quaeso te, ut amanter eos excipias [2]) et commendes probatis viris, ut cum alia civitatis vestrae decora viderint, etiam vestram erga hospites honestos humanitatem laudent. De *Illyrico* gratiam tibi habeo, quod eum tam liberaliter complexus es. Bene vale. Pridie Nicolai, in Urbe Parthenope. 1546.

Ph. Mel.

*) Annus 1546 aliena manu adscriptus est.

1) Danz. mendose: *opera scholastica.*

2) Dz. mendose: *recipias.*

No. 3646. 5. Decb.

H. Wellero.

Epist. lib. II. p. 284. (ed. Lond. lib. II. ep. 286.).

D. Hieronymo Wellero

S. D. Reverende vir et amice charissime, Scio vos exerceri cura et solicitudine de bello, quod in vicinia exarsit. Quod si utrinque peregrinae gentes in haec loca attraherentur, maius et asperius bellum multae aetates non vidissent, quam hoc futurum videtur. Itaque profecto adsiduis votis et gemitibus orandus est Filius Dei, ut leniat has poenas. Adhuc *Augustae* agitur, ut pax fiat. In *Saxonia* et *Bremensi* agro exercitus est peditum mediocris, sed aut nulli aut pauci equites eis adiuncti sunt. Oremus autem Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut propter Filium his Ecclesiis parcat. Bene vale. Die 5. Decemb.

No. 3647. (h. t. Magdeburgi.)

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 89. (edit. Lond. lib. II. ep. 22.). — Apographon in cod. Monac. 37. No. V. p. 175 b.

D. Iohanni Matthesio

S. D. *Caspar Cruciger* et *Paulus Eberus* fortiter manserunt in patria: sic enim recte vocare possumus illam nostram Academiolam, quae sedes optimae doctrinae et fuit, et, ut spero, Deo iuvante rursus futura est. Ego coetum scholasticum invitus sequutus sum in urbem *Parthenopen*, ubi literas mihi tuas nuncius reddidit, qui si acta controversiarum coniugalium huc attulisset, respon-

dissem de eis re cum collegis deliberata. Sed narrabat nuncius, se fasciculos aliquos in oppido *Iuterbog* reliquisse, quos fortassis eius Ecclesiae pastor ad *Paulum* nostrum mittet. Nunc ad praecipuam quaestionem tuam venio. Si non expellunt te Magistratus tui, censeo tibi in statione et Ecclesia tua manendum esse. Idem consilium dedi *Pfeffingero* gubernanti *Lipsicam* Ecclesiam. Hoc enim [1]) agunt nunc quidam astuti, ut [2]) excussis bonis Doctoribus quaerant praestigiatores, qui se inflectant ad doctrinae corruptelas; Quare nolim vos cedere tantisper dum manere potestis, ac velim dici plerunque de capitibus doctrinae praecipuis, de poenitentia, de causis humanarum calamitatum, de reconciliatione, de fide, de vera invocatione, de veris officiis pietatis, de vera consolatione, de discrimine cultuum piorum et superstitiosorum, ac praemunire hominum mentes adversus corruptelas, quas nunc architectantur quidam, qui praecipue hoc bellum accenderunt. Sed de bello, inquies, quid dicam? Num approbator ero ac incitator? Imo nec velim incitator esse intestina bella gerentibus vel propter iustissimas causas. Deploremus nos potius calamitatem communem Ecclesiae, dicamus causam esse harum miseriarum omnia peccata in utraque parte. Hortemur populum, ut veris et ardentibus votis pacem a Deo piam et salutarem petat. Oremus potentes, ut autoritatem conferant ad restituendam tranquillitatem. Haec graviter et utiliter dici possunt. Et exempla habes in historia Regum *Iuda* et *Israel*, ubi dissuasor est etiam iusti belli Propheta, qui vetat *Roboam* inferre bellum decem tribubus, quae ab eo defecerant. Quod si etiam iam discesserunt ab armis vestri propter brumam, tempus aliquid consilii tibi afferet. Paulatim enim magis conspici poterit, an vere affirment vestri, non quaesitam esse hoc bello moto oppressionem doctrinae Ecclesiarum nostrarum. Vides enim quantam caliginem multis offuderint hoc sophismate, ut distraherent *Germaniam*. Sed Deus iustus iudex *καὶ καρδιογνώστης* patefaciet voluntates singulorum. Si constabit quaeri oppressionem doctrinae Ecclesiarum nostrarum, facile iudicabis quid tibi faciendum sit; monebis, ut antea, eam oppressionem non esse adiuvandam. O rem tristem, horribilia parricidia astute cogitatis sophismatibus et excusantur et confirmantur! Oremus autem Deum, ut ipse veritatem patefaciat et defendat, et pacem piam ac salutarem restituat. Bene vale. die Nicolai 1546.

Philippus Melanthon [3]).

1) Cod. Monac. 87. addit: *ipsum.*

2) Cod. Mon. 87. addit: *arte.*

3) *Bene vale — Melanthon*] desunt libro II.

No. 3648. (6. Decb. Magdeburgi.)

(*Inscriptio.*)

† Ex autographo Philippi inscripto duobus foliis, quae adiecta sunt bibliis hebraicis, quae sunt Dom. *Oelsneri* Vratislaviae. Descripsit mihi S. V. Dav. *Schultzius*, Professor Vratislaviensis.

I.

Paulus ad Philippenses. (Phil. 2, 13.)

ὁ θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας.

Ubi haec scintilla fidei accensa est, ut doctrinam veram amplectaris et ames, ibi vere adest Deus, gubernat studium et vocationem, et dat felices eventus. Quare etiamsi pericula aut adversi casus nos deterrebunt a professione verae doctrinae, tamen non frangamur animis, nec abiiciamus doctrinam, invocationem et spem auxilii, quia hic traditur promissio, deum opitulaturum nobis esse, ne sint irriti labores. Ideo autem iuvat, ut aliqua ipsi grata fiant in genere humano. Epicurei, tyranni, et alii impii non faciunt grata Deo. Sed Ecclesia, etiamsi videtur inutilia facere, et varie impeditur, tamen et labores et certamina sustinet Deo grata, et salutaria multis hominibus.

II.

Ioh. 14. (v. 23.) inquit Filius Dei:

ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει, καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρὰ αὐτῷ ποιήσωμεν.

Hanc dulcissimam promissionem semper in mente et pectore nobiscum circumferamus, et certo statuamus, Ecclesiam et domicilium dei esse, nos ipsos, qui doctrinam a deo traditum per filium legimus, audimus, discimus, amplectimur et propagare studemus. Hoc domicilium suum vult Deus regere spiritu sancto suo, et defendere, et luce, iustitia et vita aeterna donare. Quaeramus igitur Deum non in aliis speculationibus extra Evangelium, sed praelucente Evangelio, nec du-

bitemus, quin vere adsit, exaudiat, regat et iuvet nos amplectentes Evangelium et obedire ei volentes. Philippus Melanthon.

1546.

(Seriori manu margini adscriptum est: die 6. Decbr. Magdeburgi.)

No. 3649. (hoc temp. Magdeburgi.)

Senatui Kemptano.

Epistola primum edita a *Luntzio* in dem Intelligenzbl. der Leipz. Litt. Zeit. 1809. No. 10. Ipse apographo sua manu adscripsit: von der Hand des Hrn. Geheimen Raths Zapf in Augsburg erhalten.

Den Erbaren, weisen und vornehmen Herrn Burgemeistern und Rath der löblichen Städt Kempten, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Erbare, weise, vornehme, günstige Herren. Wiewohl dieser thörichte Krieg eine große Strafe ist, so wissen doch Ew. Weisheit, als christliche verständige Obrigkeit, daß Gott gleichwohl seine Kirche, die ihn recht anrufet, erhalten will und wird, darum auch die Alten nicht unterlassen sollen, die Jugend in rechter Lehre und rechter Erkenntniß Gottes aufzuziehen, und wird zum Studio ander bequeme Ort und Stätte geben, obgleich in etlichen Orten Unfried ist und Zerstörung. Nun haben E. W. Bürgerkinder Andreas, Michael und Bartholomäus durch Gottes Gnade ordentlich und wohl studirt, und haben sich züchtiglich und christlich gehalten, und begehren länger bei dem Studio zu bleiben. Derohalben bitte ich, als ihr praeceptor, Gott zu Lob, E. W. wolle diesen gottfürchtigen züchtigen jungen Leuten auch fürohin väterliche Hülf zum Studio erzeigen, und sie wiederum an die Orte senden, da noch die Studia ziemlich erhalten worden, als gen Basel oder Tübingen oder Noriberg. Ich besorg, Straßburg sey jetzund [1]) auch in Unfried. Der allmächtige Gott wolle seiner Kirchen in ganzer deutscher Nation wiederum einen gnädigen Frieden geben, und das Wetter selbst stellen [2]), das böser Leute Practiken erregt haben, die es nicht dahin bringen werden, dahin sie gedacht. Auch wolle der allmächtige Gott Ew. W. Stadt und Kirche allezeit gnädiglich bewahren. Datum Meidburg. 22. Febr. 1547 [3]).

Philippus Melanthon.

---

1) Luntzius edidit verzund, quod mendose pro jetzund scriptum esse manifestum est.

2) stellen, i. e. zum Stillstand bringen, nisi est pro stillen.

3) Nil legitur in caeteris epist. Melanthonem hoc die fuisse Magdeburgi. Imo ibi fuit exeunte Nov. et ineunte Decb. 1546. Fortasse verba: 22. *Febr.* 1547, indicant tempus, quo epistola Magistratu Kemptano tradita est.

No. 3650. 7. Decb. (Dessaviae.)

Iac. Milichio.

Edita a Peucero lib. II. p. 450. (ed. Lond. lib. II. ep. 474.). Legitur vero in cod. Goth. 401. p. 180 b. et in cod. Lang. p. 12. apographon eiusdem epistolae in multis diversum, quare alteram ex adverso alterius edendam putavimus. Haud dubie binas eodem die Milichio scripsit literas eiusdem argumenti per diversos tabellarios missas, ut, si alter non perveniret ad urbem, certe alter epistolam perferret.

Clarissimo viro et praestantiss. artis medicae Doctori, Dom. Iacobo Milichio, amico et fratri suo cariss. [1])

(*Peucerus.*)

S. D. Et lacrymans heri isthinc discessi de publicis miseriis, de vestris difficultatibus, et de distractione consuetudinis nostrae, (nam animorum nulla fiet) cogitans, et hodie tuam epistolam lacrymis madefeci. Oro autem Deum aeternum patrem Domini nostri I. C., ut Ecclesiis et studiis doctrinae pacem restituat, et poenas mitiget.

Hic nondum in aula fui *), eoque hodie me non accersitum iri arbitror, quia audio, princi-

*) Videtur iterum Dessaviam profectus esse, ubi iam mense Nov. fuerat.

(*Codd. Gothani.*)

S. D. Et lacrymans heri isthinc discessi, de publicis miseriis, de nostris [2]) difficultatibus et de nostra distractione cogitans, et hodie tuam epistolam lacrymis madefeci. Deum oro, ut et pacem et studia nostra in his regionibus restituat.

Iam audiente tuo ministro narravit nobis auriga Vitebergensis, nondum fuisse cinctum obsidione oppidum nostrum, cum hodie exiret paulo

1) Inscr. in cod. Lang. Cod. Goth. 401. et Peuc. tantum: *Iacobo Milichio.*

2) Cod. Lang. *vestris.*

pem languidiorem esse quam nuper fuit cum adessem. Wittenberga hodie mane nondum cincta fuit obsidione. Ibit igitur tuus minister; sed adiungam meum adolescentem, qui ad exploranda itinera idoneus est, et fortassis ibo ipse. Etsi autem bellum et meae oeconomiae detrimentosum est, tamen, si necesse erit tibi, ab amicis aliquid sumere, a me sumito. Donec aliquid superfuerit fortunae nostrae, tibi commune erit. Bene et feliciter vale. Die 7. Decbr.

D. *Vito*, D. *Georgio*, D. *Marcello* salutem opto.

ante meridiem; sed ante biduum fuisse ibi nuntium ab hoste missum, qui, quid significaverit, narrare auriga non poterat. Tuo ministro addam meum adolescentem, cui et viae bene notae sunt, et notam [3]) rationem explorandi statum oppidi nostri arbitror. Ipse [4]) adhuc una ire cogito. Bene vale vir optime et amice carissime 1547 [5]).

P. M.

3) *notam*] cod. Goth. 401. *notavi.*

4) Cod. Goth. 401. interpungit: *nostri. Arbitror ipse.*

5) In anno error est, quem addiderunt, qui ep. descripserunt, ex arbitrio.

No. 3651. 8. Decb. (Dessaviae.)

C. Crucigero.

Epist. lib. III. p. 157. (Ed. Lond. lib. III. ep. 81.). Apogr. in cod. Goth. 191. p. 76. et cod. Goth. 401. p. 16.

Casparo Crucigero.

Ἐνδύσασθε, inquit Paulus, *σπλάγχνα οἰκτιρμῶν.* Nec vero dubito, te misericordia affici et Ecclesiae et civium et collegarum nostrorum, quorum egestas cum tibi nota sit, leniamus eis miserias, quantum possumus. Curabis igitur, mox mitti pecuniam. Clavem *Vitus* mittit, et *Paulo* dat mandata. Si viae nondum occupatae sunt ab hostibus, arbitror mox posse mitti. Sed vellem a quaestore nostro † *Iohanne Rhau*", notum et exploratae fidei hominum his tabellariis addi [1]).

Scriptum Lipsicum [2]) vidi, quod [3]) *τὰ σκληρὰ μαλθακῶς* [4]) *λέγει,* ut ille in Tragoedia inquit [5]). Non armis tantum, sed quod tristius est, *προφάσει τῆς δικαιολογίας* oppugnamur. Nos confugiamus ad invocationem Dei, ut in Psalmo inquit David: *ego vero orabam.*

Iulius alterum ex pastoribus Ecclesiae *Naumburgensis* statim coëgit abdicare functionem, quam alteri indocto mandavit, cuius concionem cum audiisset populus, fremens discessit, improbata vanitate. † Mitto pagellam addendam scripto *Menii*, et vellem ante epilogum nuper missum inseri. Sed si priora excusa sunt, haec addentur postea. Rescribe etiam de his pagellis" [6]). Bene ac feliciter vale. † D. 8. Decbr. 48. Salutem opto Reverendo Dom. Pastori" [7]).

1) Verba: *Clavem Vitus — addi* in cod. Goth. 401. non leguntur.

2) Videtur esse apologia, quam Mauritius edidit d. 16. Oct. Vid. Hortleder. III. c. 41.

3) Pezel. *vide*, *quomodo.*

4) Cod. Goth. 191. *ἀμαλθακῶς.*

5) *ut ille in Tr. inquit* in cod. Goth. 401. non leguntur.

6) *Mitto pagellam — his pagellis*] tantum leguntur in cod. Goth. 191.

7) Etiam haec tantum in cod. Goth. 191. Sed in anno, ex coniectura adscripto, manifestus est error.

No. 3652. 9. Decb. (Dessaviae.)

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 440. (edit. Lond. II. ep. 462.).

D. Iacobo Milichio

S. D. *Ὅπου τὶς ἀλγεῖ, ἐκεῖ τὸν νοῦν ἔχει.* Saepe igitur de te cogito. Nam profecto magis excrucior cura tuae incolumitatis, quam meae. Nec vos multo ante hunc mensem abducere istinc familias vestras potuissetis, neque ego istuc accedere potui. Nunc *Servestam* accedo, quod faustum ac felix sit, ut *Vito* scripsi. De *Noribergensi* negotio, quid responderit *Hieronymus*, ostendent literae quas inclusi huic Epistolae. Sed *Vitus* ipse affirmat, eum satis tempestive et invito nostri exilii admonitum esse. Verum *ἄτη* quaedam et horum amicorum consuetudinem aliquandiu distraxit. Mihi varii pene *δικανικῶς* et satis iracunde de eo negotio scribunt. Sed et ego placare *Hieronymum* studeo, et *Vito* scripsi illud *Aeschyli μέμνησο δ' εἴκειν χρόνῳ.* De te vero et ad *Camerarium* scripsi, qui *Noribergae* nunc est. Sed arbitror

et *Erfordiae* te magno tuo commodo esse posse. Sed haec coram. Bene vale. Salutem opto D. *Chiliano* et *Hieronymo*.

No. 3653. 11. Dec. (Servestae.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 561 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 709.).

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico et fratri suo carissimo,

S. D. Haec cum scriberem, utrunque audieramus, et cinctum esse obsidione oppidum nostrum [1]), et colloquium Generi [2]) petiisse *Macedonem*. Quamvis autem, nisi pax fiat cum Imperatore *Carolo*, in his regionibus tranquillitas nunc sperari non possit, et ardere iracundia animos multorum videam, tamen scripsi ad *Macedonem*, qui si est in vicinia, litteras mittes per hunc nostrum tabellarium. Si non est, remittes nuncium, et significabis, si quid scribendum esse videbitur. Si implacabiliter irascitur Imperator *Carolus*, metuo illa, quae semper metuimus, coniunctionem civitatum, quae ad Rhenum et Danubium sitae sunt, cum Alpinis gentibus, et religionum confusionem, et seditiones horribiles. Hoc fortasse nihil curant harum regionum Principes, et *βέβηλοι* homines, quorum audio magnam esse potentiam. Sed melius esset retineri coniunctionem eius partis Germaniae cum Imperatore, et impediri maiorem *σύγχυσιν* opinionum. Ideo optandum est, ut lenitate Imperatoris mala publica Publ. mitigentur, sicut Aeschinem scis dixisse. Deum, et homines *φιλανθρώπως καὶ μετρίως χρησαμένους πράγμασι, αἰτίους σωτηρίας γενέσθαι.* Sed ut hoc fiat, primum Deus orandus est, ut poenas mitiget, deinde principum accedat diligentia, quorum cum cogito dissimilitudines, toto corpore cohorresco. Si flecti ad meliora consilia non possunt, fatalem temporum sevitiam ferendam esse cogitabo, ut tulerunt Ieremias, Daniel, Apostoli, interea tamen Deus Ecclesiae aeternae reliquias servabit: ubi tuas litteras accepero, iter ingrediar quaesiturus *τὸν μακεδόνα* vel apud vos, vel in patria. Bene vale et rescribe. die XI. Decemb. Servestiae.

Philippus Melanth.

1) Vitebergam.

2) Mauritii, Ducis Sax.

No. 3654. (his dieb.)

Consilium.

† Ex apographo in cod. Servest. p. 161. descriptum et mihi missum a Clariss. *Sintenisio*. — Fere ad verbum leguntur eadem in Vita Melanthonis a Camerario scripta §. 71., qui narrat: *Hessiacos* legatos tentasse, possentne intercedendo belli impetus averti, et communicatis his cum Phil. Melanthone et quibusdam scriptis, quibus conditiones quaedam pacificationis quasi informarentur, ei ostensis, petitum esse, ut suam sententiam et ipse indicaret. Quae sententia, quam Camerarius ibi commemorat, cum hoc Melanthonis scripto conveniunt, et videtur haec exarasse in usum Principum Anhaltinorum, vel Ioachimi vel Georgii. Scripta autem haec sunt, ut ex epistolis hoc tempore intelligitur, fere d. 11. Decb. 1546.

Consilium Ph. Mel.

In omnibus deliberationibus de placando Imperatore haec incidet difficultas; si *Landgravius* et alii fient supplices, omnino petet Imperator dissolutionem foederis principum et civitatum.

Hanc dissolutionem non volet fieri *Landgravius* tantisper donec impedire poterit.

Ideo, quid responsurus sit ad literas Illustriss. Principis Ducis *Mauritii*, dubito.

Sed credo, si aliqui principes intercederent, posse impetrari pacem, si tum ostendant Imperatori suam reverentiam foederati.

Et conditiones in literis Ducis *Mauritii* diligenter cogitatae sunt. Sed unus articulus gravat conscientias, videlicet: ne doctrina contraria interim usque ad cognitionem reiiceretur.

Credo, si expresse poneretur de Episcopatibus: nullos principes aut status turbaturos esse ditiones Episcoporum aut aliquid eis ad empturos, aut oneraturos aliquo novo onere. Id magis placaret Imperatorem.

Illa sapienter et recte cogitata sunt *) de discernendis causis prophanis a doctrina. Nam fatendum est, nostros multas causas inconcinne miscuisse. Et placaretur Imperator prophanis causis, ut Brunsvicensi et aliis, si quae sunt, compositis.

Phil. Melanthon.

*) Videl. in literis Mauritii.

No. 3655. die brumae.

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 446. (edit. Lond. lib. II. ep. 469.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Iam in hospitio meo exhibui viro clariss. D. D. *Augustino* stipendia huc ex *Witeberga* missa, qui aut ipse adferet, aut mittet. Amanter curarunt rem et bona fide D. *Caspar* et *Paulus*. Etsi autem me multa in hoc nostro exilio cruciant, tamen de te saepe cogito, et cum decreverim expatiari ad *Rhenum*, ubi primum tempestates erunt mitiores, prius colloquemur. Nunc autem venit mihi in mentem desiderari ἰατρὸν in Urbe *Northusia*. Etsi tua virtus locum splendidiorem merebatur: tamen si hoc tristi tempore illud hospitiolum non aspernabere, tuam mihi voluntatem significes. Annitar ut rem perficiamus. Si etiam tibi interea pecunia opus erit; meum tibi officium non defuturum est. Videmus esse fatalem temporum perturbationem, quae augetur Principum et δημογόρων furoribus, quibus Deus punit εἰδωλομανίας. Sed has poenas mitigabit nobis invocantibus ipsum. Et nos mutuo lenire nobis dolorem studeamus. Bene et feliciter vale, Vir optime καὶ φίλε ἐλλικεινέστατε. Die Brumae.

No. 3656. die brumae.

C. Crucigero.

Epist. lib. III. p. 159. (ed. Lond. lib. III. ep. 83.) a Pezel. edita. Apogr. in cod. Goth. 191. p. 79.

Casparo Crucigero.

"Απας μὲν ἀὴρ ἀετῷ[1]) περάσιμος· ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς. Ferrei animi vox est, nec recte fit collatio aquilae et hominis. Nos enim ad societatem oeconomicam et politicam nati, non possumus nobiscum familias circumducere. Deinde amamus patriam propter amicorum consuetudinem et propter studiorum et officiornm societatem. Ego me fateor magno in dolore esse et propter calamitatem publicam et hoc meum exilium, in quo saepe cogito de communi exilio generis humani, quod primam patriam amisit. Sed agamus gratias filio Dei καταγαγόν τι ἡμᾶς, qui, ut spero, καὶ οὐ μετ᾽ ὀλίγον[2]) κατάξει ἡμᾶς in nostros alveolos. De *Meniano* scripto dicas typographo, me praefationem missurum esse et in fine additurum[3]) plura, ut *Menii* promissis respondeam[4]), libri capita. Scriptum eodem argumento editum est titulo *Regii Selini*[5]). Agnosco auctorem *Basilium*, † qui disserit, ὅσιον εἶναι ἀμύνασθαι ἐχθρούς· sed disserit more .... [6]). Interea addit" [7]) ἁμάξας λοιδορίων[8]), † quod eo est ineptius,' quia non sunt proeliati nostri". Mitto tibi pagellam de recentissimis narrationibus. Mittam certiora, ubi ex Philyra redierit noster tabellarius. Leges hanc pagellam D. *Pastori* et *Paulo*. Salutem opto † amicis" omnibus συνέργοις in Ecclesia. Bene vale. † Die Brumae"[9]). Pecuniam Academiae a vobis missam accepi et rationes *Pauli* manu scriptas, ac vobis amicorum nomine gratias ago.

1) Pezel. edidit mendose ἀνὴρ ἀετός.

2) Pezel. καὶ νῦν, praetermissis οὐ μετ᾽ ὀλίγον.

3) *additurum* non habet cod. Goth. 191.

4) Pezel. *ut autoris promissis respondeant.*

5) Cod. Goth. 191. *Sileni.*

6) Est lacuna in Msto.

7) Pezel. edidit: *Basilium, qui inepte cumulat.*

8) λοιδορίων] Pez., qui totum locum mutilavit, dedit βλασφημιῶν.

9) Cod. Goth. 191.: „*Die Brumae*, 47." Sed annus ex coniectura adscriptus est.

No. 3657. die brumae.

Ioachimo Anhaltino.

† Ex apographo in cod. Servestano p. 186. mihi descripta a Clariss. *Sintenisio.*

Georgio, Principi Anhaltino,

S. D. Illustrissime Princeps. His proximis annis omnium doctrinarum studia egregie floruerunt in Academia nostra, dei beneficio, et nos in scholis, qui iuventutem erudiebamus, moderate docuimus doctrinam Ecclesiae. Talem scholam nunc deleri, et quidem ab iis, qui tot vinculis nobiscum coniuncti sunt, non possum non dolere. Sed cogito, hoc esse poenas multorum peccatorum, et cum propheta dico: *iram domini portabo.* Sed tamen tu, domine aeterne, pater domini nostri Iesu Christi, mitiga poenas et nos libera ex tantis aerumnis. Doleo autem et hoc, non proficere

nostras deprecationes, quia hostis interea ab armatis magis irritatur. Quod autem Cels. V. iudicat, fore commodius, si nunc proficiscar Dessam, et ibi congressum principum expectem, decrevi, hinc non proficisci, nisi prius literas a *Camerario* accepero. Nec ita propero, ut in eum locum, ubi principes colloquentur, veniam. Reputo etiam apud animum meum, quantum sit periculi, de conciliatione doctrinarum quicquam pacisci aut minime cum aulis loqui, quarum iudicia dissimilia sunt. Etsi autem et opto concordiam Ecclesiarum, et dedi operam, ut quasdam horridiores disputationes lenirem, tamen saepe cogito, exilia et mortem anteferendam esse talibus compositionibus, quales in conventibus vidi antea institutas esse. Deum scio opitulaturum esse suae veritati, et ut opem ferat Ecclesiae propter suam gloriam, oro. Bene et feliciter valeat Cels. Vestra. Die Brumae, anno 1546.

Celsit. V. addictissimus
Phil. Melanthon.

No. 3658. 12. Decb.

Ioach. Camerario.

Epist. ad. Camerar. p. 553 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 702.). — Argumentum epistolae satis docet, potissimum quod de imminente obsidione Lipsiae scribit, eam scriptam esse postridie solstitii non aestivi, sed hyemalis.

Clariss. viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Versus tuos optimos: *Turbati erigimus Deus ad te lumina cordis, etc.* Cogitemus in hac confusione Reip. et in privatis miseriis. Ad Principem *Ascanium* *) accessimus, ut de *Stancari* controversia colloqueremur. Sed ita aegrotat, ut bona valetudo non, nisi divinitus, restitui posse videatur. Initia sunt τῆς παραλύσεως, ut de viro optimo *Stibaro* etiam significasti.

De *Casparis* negotio, si itinera litterarum non intercludentur, existimo dominam rursus ad me scripturam esse. Nam dum *Caspar* tardius suam voluntatem nobis significavit, Iurisconsulti sine meis litteris, de *Frisio* quodam scripserunt, cuius non erit usus in aula aut foro. Scribam ad te donec potero. Nam ego etiamsi erit bellum in his locis, ab aegrotante uxore non discedam, σοὶ δὲ σκεπτέον, εἰ βούλῃ μένειν ἐν πόλει πολιορκουμένῃ. Oro filium Dei, ut te et tuos et nos protegat, quod quidem sperare nos iubet, ut scriptum est. Circumvallat Angelus Domini timentes eum. Si poteris vel expatiari vel secedere te ad principem *Ioachimum* vellem. Bene et feliciter vale, et rescribe. Postridie Solsticii *).

Philippus.

*) Ioachimum.

*) Videlicet *hyemalis.*

No. 3659. 13. Decb.

Marcellus ad Langum.

† Ex apographo in cod. Goth. 399. p. 182.

Clarissime viro, pietate, virtute et doctrina praestanti, Dom. D. Iohanni Lango, docenti Evangelium Christi Erfordiae, suo Domino et patrono observando.

S. D. Re ipsa experimur quod Paulus ait: incertis vagamur sedibus. Itaque nunc propter bellum ducis *Mauritii*, quod Electori et Witebergae intulit, coacti sumus secedere, ac cum *Philippo* decreveramus Magdeburgae per hanc hyemem subsistere, ac iuventutis causa scholasticas operas istic facere. Sed tempora et fortassis fatum nec ibi quietem nobis concedunt ad studia. Itaque *Philippus* regressus est ad vicinam Zervestam, ubi docere instituit eos, qui istuc ipsum sunt secuti. Deus pater domini nostri I. C. restituat ecclesiae et piis ac salutaribus studiis pacem. Quod si minus fiet, metuenda est horribilis vastitas ecclesiae et politiarum in his regionibus, quam Deus clementer avertat.

Ego cum aliquot dominis meis ac collegis Magdeburgae adhuc cum familia haereo, expectaturus, quo res sint inclinaturae, et donec spem Deus ostendat redeundi Wittebergam. Quod ut fiat precor ex animo reipublicae causa. Quod enim ad me attinet, feram, ubicunque Deus, volet esse, idque ipsi permittam. Cogitabam quidem in hoc exilii nostri tempore de Erfordia, sed metuebam, ut pro Papistarum insolentia hoc tempore possetis nos aliquandiu recipere, aut ut liceret nobis uti hospitio vestro, praesertim, si domi essent nobis docendi adolescentes, qui nostrae fidei commissi

sunt; quare optimum esse duxi, ut me hic aliquandiu continerem. Te tamen humanissime et eximie D. D. rogo, ut, si licet per occupationes, mihi aliquando significes, qui urbis vestrae sit status in his tumultibus, et si quid de nostris exercitibus ad Danubium habueris. Nam hic quasi extra mundum positi nihil audimus dignum mentione.

Videtur Dux *Mauritius* minari nobis dissipationem Academiae, quod profecto nec Papa nec Caesar perficere potuisset. Id an dignum sit illo principe, qui vult se evangelicae doctrinae sectatorem et defensorem perhiberi, alii iudicent. Certe Witteberga hactenus fuit sedes et propugnaculum praecipuum contra hostes Evangelii, non in Germania tantum, sed in tota Europa. Sed hoc seculum acrius pugnat sophistice quam armis et viribus. Te etiam rogo, ut, si quid loci apud vos his tumultuosis temporibus mihi aut mei similibus literarum studiosis esse putes, significes, simulque, si potes, consilio adiuves. Christus te vicissim tegat teque adiuvet in sanctissimo munere docendi Evangelii, quo fungeris iam diu cum multorum salute et gloria divini nominis. Bene vale et saluta Magistrum *Casparum* Decanum, et *Philippum* parochum ad praedicatores. Datum Magdeburgae Luciae in Bruma 1546.

Ioannes Marcellus.

No. 3660. 13. Decb. (Servestae.)

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. III. p. 40. edita a Pezelio (edit. Lond. lib. III. ep. 15.). — Apographon in cod. Lang. p. 11.

Illustriss. Principi D. Georgio Anhaltino et Ascanio

S. D. Illustrissime Princeps. Magno [1]) in dolore sum propter patriam, sic enim [2]) vere voco has regiones, nec video nos [3]) humanis consiliis posse [4]) multum proficere ad mitigandos hostes, qui interea ab armatis irritantur [5]). Audio inducias in Suevia [6]) quatuor mensium factas esse. Interea erunt, ut spero, deliberationes de pace, in quibus si meam etiam opinionem audire noster Princeps volet, dicam vere quod sentio. Ad *Landgravium* vel in hac regione vel in sua accedam. Sed nunc expecto [7]) *Camerarii* literas. *Iohannem* retinui ad describendam concionem, quam adferet. Bene valeat Celsitudo vestra. Die Luciae 1546 [8]).

† Celsitudini vestrae addictus
Ph. M. [9]).

1) Cod. Lang. *Etiamsi magno.*
2) *enim*] cod. Lang. addit *vos.*
3) *nec video nos*] cod. Lang. *tamen cum videam.*
4) Cod. Lang. *non posse.*
5) Cod. Lang. addit: *nescio quid agam.*
6) *in Suevia* cod. Lang. non habet.
7) Cod. Lang. *Sed expectabo*, praetermisso *nunc.*
8) *Die Luciae* 1546] cod. Lang. tantum: 1547.
9) *Celsitudini vestrae* etc. addit cod. Lang.

No. 3661. (13. Dec. Servestae.)

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 141. (ed. Lond. lib. II. ep. 128.).

D. Paulo Ebero

S. D. Amanter et ut decet viros doctos et intelligentes fecistis, quod tali tempore amicis stipendia sine contentione misistis. Accepi enim pecuniam obsignatam, et hodie doctori *Augustino* exhibui, et vobis meo et amicorum nomine gratias ago. Illud autem explicate mihi scribas, an ἐπιβάλλον μέρος vestrorum stipendiorum vos acceperitis. Hic audio quatuor mensium inducias in *Suevia* factas, quae utinam pacem parient. Ego etsi variis doloribus excrucior, tamen amicorum cura etiam angor, quare tecum colloquar quam primum expatiari potero. Nunc enim cum certo nuncietur *Lipsiam* venturus *Macedo*, literas *Ioachimi* expecto. Typographo dicas me additurum esse aliquot pagellas. Bene et feliciter vale.

No. 3662. (feri. h. t.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerarium p. 566. (ed. Lond. lib. IV. ep. 713.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario amico et fratri suo cariss.

S. D. Omnino fatalis poena est, haec Thebana historia tristissima, quam diu metui, semina in

animis gliscentia τῶν ἡγεμόνων καὶ συμβουλευτῶν considerans. Et confirmari in templis et aulis quaedam vicia dolui, quae poterant emendari, et emendari necesse erat. Sed praeterita quid repetimus? Fortassis et *Macedo* abiecit instituta consilia de pace quadam desperatione, εὖ εἰδὼς ὅτι ἑκάτερος μέλαιναν καρδίαν κεχάλκευται, οὐ ψυχρᾷ φλογί, ὥσπερ φησὶ πίνδαρος, ἀλλὰ πυρώδει. Confugiamus igitur ad consolationes, divinitus propositas, et speremus etiam in hac tristissima μητροκτονίᾳ, tamen mansuram esse Dei Ecclesiam, ac petamus, ut Deus in ira sua recordetur misericordiae, ut verbis utar divini vatis. Et constantissime statuamus vocem filii Dei veram esse: Omnes capilli capitis vestri numerati sunt. Illud autem te oro, ut si vestra urbs non est tranquilla, cum familia tua huc in coloniam veterem Soraborum *) venias, aut certe ad principem *Ioachimum*, qui cum mihi obtulerit hospitium, te multo libentius excipiet. Nec longum iter est, et tranquillum spero hospitium fore, donec Deus sedabit hos motus. Bene et feliciter vale, ac rescribe, vel veni potius.

Philippus.

No. 3663. (eod. temp.)

Eidem.

† Ex apographis in cod. Goth. 401. p. 10b., ubi ex errore epistola inscribitur *Casparo Crucigero*, et in cod. Lang. p. 9., ubi recte inscribitur Ioach. Camerario. Scripsit videlicet Melanthon hanc alteram ep. ad Camerarium, per alium nuncium mittendam, ut si altera periisset, haec tamen ad Camerarium perferretur.

Clarissimo et doctissimo viro Dom. Ioachimo Camerario, amico suo chariss. [1]).

S. D. Omnino fatalis est poena haec γιγαντομαχία, ac caeteras causas quaerere desinamus. Arbitror et *Macedonem* desperatione pacis instituta consilia omittere, praesertim cum utriusque [2]) norit [3]) αὐθάδειαν. Confugiamus igitur [4]) ad coeleste auxilium, ac a Deo aeterno patre domini nostri I. C. mitigationem poenarum petamus, et,

*) Servestam.

1) Inscriptio in cod. Lang.

2) i. e. Ioannis Friderici, Electoris, et Mauritii, Ducis.

3) Cod. Lang. *norat.*

4) *igitur* abest a cod. Lang.

ut prophetiae loquuntur, ut in ira misericordiae suae [5]) recordetur. Si non est mediocris urbis vestrae [6]) tranquillitas, valde te oro, ut et familiam tuam ad nos in urbem Saraboth [7]) traducas, et ipse huc venias, vel certe ad principem *Ioachimum*, qui mihi amanter obtulit hospitium, nec dubito, quin te multo libentius excepturus sit. Servabit Deus Ecclesiae suae [8]) reliquias, si fractus [9]) illabatur orbis. Hac nos spe sustentemus, et non dubitemus, veram esse vocem divinam, quae affirmat, inter afflictos habitare Deum, qui tamen [10]) eum in agnitione filii [11]) invocant. Περὶ πλεονεξιῶν καὶ φιλοτιμίας πολλῶν [12]) πανταχοῦ mei dolores, non novi, multis noti sunt. Deo commendo et vos et nostros. Bene vale.

Ph. M.

No. 3664. 16. Dec. (Servestae.)

Io. Marcello.

† Ex apographis in cod. Goth. 401. p. 5b. et cod. Goth. 191. p. 60b.

M. Marcello Regiomontano.

S. D. Scio nuntium apud vos fuisse, qui recens ex castris ducis Saxoniae venit. Is hic narravit εὐφημότερα *), quam qualia spargunt vicini ἐπιχαιρεκακοί. Tunc in ripa Necchari amoenissima fuit exercitus foederatorum non procul a mea patria, cum nuntius iter ingressus est. Quod si perrexit, iam Moenum Francofordiae traductus est. Ac nuntius recta Ducem Saxoniae in Thuringiam ducere exercitum aiebat. Deum aeternum, patrem domini nostri I. C. oro, ut nos respiciat et mitiget poenas, cum admirando foedere copulatae **) naturae humanae cum divina in filio testatus sit, vere nos a se diligi. Reducat etiam feliciter ***) Principem Electorem et reprimat hostes.

5) *suae* abest a cod. Lang.

6) *urbis vest.*] cod. Lang. *vobis vestra.* — Loquitur de Lipsia.

7) i. e. *Zerbst.* — Cod. Lang. *Saraborum.*

8) *suae* cod. Goth. 401. non habet.

9) *si fractus*] cod. Lang. *etiamsi.*

10) *tamen*] cod. Goth. 401. *tum.*

11) Cod. Lang. *filii Dei.*

12) πολλῶν abest a cod. Lang.

*) Cod. Goth. 401.: συφημότερα, mendose.

**) *copulatae* abest a cod. Goth. 401.

***) Cod. Goth. 191. addit: *incolumem.*

Miram crudelitatem in hac vicinia Hunni equites [1]) exercent. O impudentiam execrandam eorum, qui excusant huius belli duces et autores! De quo cogitanti [2]) veniunt mihi in mentem hi veteres versus [3]) nimis veri:

ἅπαντ' ἐν ἀνθρώποισι γηράσκειν ἔφυ,
καὶ πρὸς τελευτὴν ἔρχεται τὴν τοῦ χρόνου,
πλὴν, ὡς ἔοικε, τῆς ἀναιδείας μόνον·
αὕτη δ' ὅσωπερ αὔξεται θνητῶν γένος [4]),
τώσῳ δὲ μείζων [5]) γίγνεται καθ' ἡμέραν.

Utinam viri fortes excitarentur ad expellendam hanc barbariem ex Germania.

† Mitto pagellam a *Ioachimo* scriptam de congressu Macedonis et generi, de quo fortassis literas accepit vir clarissimus D. *Pontanus.* Ideo ei ostendas hanc pagellam. Filiam etiam feliciter peperisse dicas, et infantis generosam esse naturam, ut indicat syderum positus, quem mitto. Deus servet et regat vos et harum regionum Ecclesias et politias. Literas a te, et a *Chiliano*, et a *Vito* et *Georgio* per hunc tabellarium adferri cures" [6]). Bene vale. Die 16. Decbr. 1546. Servestae.

No. 3665. 16. Decb.

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 456. (ed. Lond. lib. II. ep. 481.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Cum integritas mihi tua et gravitas in omni officio perspecta et probata sit, metuo ne verecundius agendum in amicitia esse censeas quam tempora concedunt. Sed πρὸς τὸ εἰλικρινὲς in amicitia, pertinet etiam mediocris παῤῥησία. Quare te primum oro ut literas, quas scripsi nuper, boni consulas: deinde peto ut tuam voluntatem mihi significes. Etsi cum de aula cogito, desidero Philosophiam, ac saepe mihi illud *Theophrasti* in mentem venit θυμὸς μεθύων φιλονεικίας ὡς ἔτυχε ὁρμαῖς χρῆται: tamen nondum spem abieci de reditu nostro in Academiam. Interea hospitium in ea urbe de qua scripsi, tum commodius, tum tranquillius habiturus videor, ἕως ἂν κατέχει ὁ θεὸς μυρμηκίαν ἡμετέραν. De exercitu foederatorum et civitatum constantia a fide dignis non nunciantur tam terra, quam spargunt homines ἐπιχαιρέκακοι in vicinia. Scribe an stipendia vestra accepcritis, et literas huic tabellario, quem meo sumptu, magis tua quam *Tanneri* causa misi, tradito. *Tannero* reddito literas *Austriacas.* Bene vale. Die 16. Decemb.

No. 3666. 17. Dec.

Georgio Anhaltino.

Select. epist. p. 874. Epist. lib. I. p. 100. (edit. Lond. lib. I. ep. 47.).

D. Georgio Principi Anhaldino

S. D. Memini virum excellentem ingenio et virtute *Albertum Durerum* pictorem dicere, se iuvenem floridas et maxime varias picturas amasse, seque admiratorem suorum operum valde laetatum esse, contemplantem hanc varietatem in sua aliqua pictura. Postea se senem coepisse intueri naturam, et illius nativam faciem intueri conatum esse, eamque simplicitatem tunc intellexisse summum artis decus esse. Quam cum non prorsus adsequi posset, dicebat se iam non esse admiratorem operum suorum ut olim, sed saepe gemere intuentem suas tabulas, ac cogitantem de infirmitate sua. Tantum cum fuerit illius viri studium in arte non summa, saepe doleo et indignor, non esse similem diligentiam nostri ordinis in quaerenda simplicissima explicatione doctrinae coelestis. Equidem amo simplicitatem, et proprie dicere de his rebus studeo, quae mirando consilio Dei Ecclesiae propositae sunt. Sed tamen ipse mihi displiceo. Scripsi iam Cels. T. duas conciunculas, quarum etsi priorem reieci, tamen vobis exemplum mitto, quia fortassis erudito non displicebit enarratio hymni Angelici: *Gloria in excelsis Deo:* Sed populi auribus non est accommodata *). Arbitror Cels. T. utilius proposituram populo alteram planiorem, cuius et ordo est melior, et res ad quotidiana exercitia Invocationis magis accommo-

---

1) *equites*] cod. Goth. 401. mendose: *apud nos.*
2) *et autores de quo cog.*] cod. Goth. 191. non habet.
3) Sunt hi versus Theodecti cuiusdam, servati a Stobaeo Floril. Tit. 32. 6. Tom. II. p. 32. et Lips.
4) Cod. Goth. 191. ὥσπερ ἀνέξεται θνητῶν χρόνος.
5) *μείζων*] cod. Goth. 191. *μάρων.*
6) Haec: *Mitto pagell.* — — usque ad *cures*, tantum leguntur in cod. Goth. 191.

*) Ex epist. ad Georg. Anhalt. d. 19. Decb. 1547. scripta intelligitur Melanthonem isti Principi anno 1546. fecisse concionem in festum nativitatis Christi.

datae sunt. Bene et feliciter valeat Cels. T. die 17. Decemb.

No. 3667. 17. Decb.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 562 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 710.).

Clarissimo et opt. viro eruditione et virtute praestanti **Ioach. Cam.** *Bam. amico et fratri suo carissimo,*

S. D. Nullius hominis in vita consuetudo mihi iucundior fuit, quam tua, et spero coniunctionem nostram tum exemplo profuisse multis bonis, tum vero etiam in studiis litterarum, iudicia aliquorum rexisse. Et deinceps profuturam spero. Non enim frangor animo propter hos tumultus, quia Ecclesiam Dei mansuram esse non dubito, etiam inter ruinas regnorum, quae multas tristes mutationes multis de caussis habent. Etsi autem animorum distractio nulla erit, et amicitiâ nostra in aeterna vita fruemur, tamen nunc doleo impediri familiaritatem seu congressus nostros. Istuc enim non accedam propter sermones malevolorum in utraque parte, multi enim sunt ubique. Nec tantum meo sed etiam tuo periculo moveor. Et fortassis proderit aliquanto post Reip. nos nunc non praebuisse sermones aulis. Tibique et honestissimae coniugi tuae gratiam et habeo et debere me profiteor, quod hoc tristi nostro tempore tam amanter pollicemini nobis et officia vestra, et fortunarum societatem, Deus vicissim tibi et tuis benefaciat, ut scriptum est: Beatus vir qui intelligit super egenum et pauperem.

Redii in oppidum *Ascaniorum*, quia Senatus *Parthenopaeus* metuens frequentiam abhorrebat a Publ. praelectionibus. Urbs *Brenni* nos invitarat offerens etiam sumtus. Sed si flectet ad pacem animos principum Deus, redibo ἐς μυρμηκίαν ἡμετέραν [1]). Sed profecto cum cogito quales sint naturae principum, deinde quorum peccatorum haec mala τιμωρίαι sint, dubito quantum meus Dominus apud utrumque obtinere possit. Et tamen spero Deum mediocres eventus daturum esse. Senator quidam Parthenopaeus nuper dixit de bello foederatorum, τυφλὸν εἶναι τοῦτον πόλεμον καὶ ἔχοντας ὑγιεῖς ὀφθαλμοὺς, εἰ ἐσβλέψουσι τοῦτον πόλεμον, τυφλοὺς γίνεσθαι. Recte ille. Cum igitur nostris consiliis res obscuriss. regi non possint, Deum oremus ut ipse gubernet, et servet Ecclesiae suae reliquias: meministi me videre ἐν ὀνείρῳ, quosdam καθημένους ἐν ὑψηλῷ τείχει καὶ ὁρᾶσθαι τὸν πόταμον ἄλβιν αἱματόεντα. Et tamen sedimus illaesi, quod utinam studiis significet restituendam esse sedem tranquillam.

Scripsi subito et mitto aliam epistolam ad *Macedonem*, quam exhiberi volo, priorem mihi afferat *Ulricus*. Bene et feliciter vale. Deus servet te et honestiss. coniugem tuam. Hodie tuam graecam Epistolam accepi, et honestiss. coniugis tuae, cui respondebo brevi. Iterum vale, die XVII. Decembris. Allatae sunt litterae Argentoratenses, quae tamen adhuc sunt Vitebergae, ubi accepero tibi mittam.

Philippus Melanth.

1) Academ. Viteberg.

No. 3668. (hoc t.)

Iac. Milichio.

Edita a Ballenst. in epist. Mel. decad I. No. 8. — Apographa in cod. Goth. 401. p. 81 b. et in cod. Lang. p. 19.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti **D. Iacobo Milichio**, *artis medicae Doct. et Prof. in Acad. Viteberg., fratri suo cariss. S. D. Philippus Mel.*

Et literas tuas accepi traditas coniugi D. *Augustini* [1]), et ἀποχάς [2]) de stipendiis absolutis, quas exhibui D. Augustino. De *Lucano* scribam ad *Crucigerum*, cum rursus in oppidum nostrum hunc meum cursorem mittam, eruntque caetera mihi curae, de quibus scripsisti [3]). Aliquanto facilius fero exilium [4]) mea causa, quam vestra; sed cogitationem de nobis obruit ingens dolor, quem ex populi miseria accipio, quae finem non habitura [5]) videtur, quocunque res inclinabit. Estque [6]) haec *Mysia*, quae diu fuit florentissima

1) *Aug. Schurfil.*
2) Ball. mendose: ἐποχάς.
3) *De Lucano — scripsisti*] non leguntur in cod. Goth. 401.
4) *exilium*] excidit e textu Ballenst. et cod. Lang.
5) Ball. et cod. Lang. *habitura non.*
6) Ball. et cod. Lang. *eritque.*

nimis vere μυσῶν [7]) λεῖα.' Sed Deum oremus, ut haec magna mala mitiget, quae si stoicus essem, et tantam ἀνάγκῃ accidere putarem, fortasse minus dolerem. Nunc me causae plus etiam cruciant, quam eventus, et scis, me multos annos magnum dolorem [8]) circumtulisse διὰ τῶν διδασκάλων αὐθάδειαν καὶ αὐλικὰς πλεονεξίας. Nunc auget mihi dolorem etiam aulae miseratio. Sed quo delabor! Utinam congressus *Macedonis* cum genero vel in hac bruma ἀλκυόνεια nobis faciat. Sed cum naturas minime [9]) cicuratas [10]) duórum considero, et his boreis in brumae spirantibus vehementer, quid spei esse potest? Praeparemus igitur animos, ut tanquam tempestatum saevitiam haec mala sapienter feramus, et speremus a Deo mitigationem. Quaeso in myropolio istic cures haec remedia apparari filiae *Sebaldi*. Meus excursor tibi exhibebit ioachimicum, unde solvatur, et si quid amplius numerandum est, mittam [11]). Historica scripsi ad alios. Bene vale. 1547.

Ph. M.

No. 3669. **18. Decb.**

I. Ionae.

Epist. lib. III. p. 167. (ed. Lond. lib. III. ep. 92.). — Apographa in cod. Goth. fol. 401. p. 9b. et cod. Lang. p. 8b.

Iusto Ionae.
(In cod. Lang. inscribitur: *Ioachimo Camerario*; in cod. Goth. 401.: *Cuidam amico.*)

S. D. Cum sciamus, res humanas et imperia propter multas causas habere crebras mutationes, Ecclesiam vero Dei aeternam fore, in illam tanquam in arcem firmissimam nos quoque includamus, in qua filius Dei Emmanuel testatur, se nobiscum esse, et huic tribuet aliqua hospitia in politiis. Ideo quanquam *) nunc minae atrocissimae undique scribuntur, tamen speremus, Deum custoditurum esse has Ecclesias [1]), in quibus vox Evangelii sonat. Me etiam cogitatione Psalmi, qui nunc legitur, erigo, in quo est haec divina concio: *quare fremuerunt gentes?*

Vellem te hodie † quoque" priusquam iter ingressus es, nobiscum fuisse. Nam Argentoratenses literae sunt allatae. Illud etiam hodie nobis [2]) significatum est, *Fridericum Palatinum* senem venisse in oppidum Franciae, ubi nunc est *Carolus* Imperator [3]), quod non procul a Wirtzburg situm est [4]). Quodsi ita est, arbitror etiam *Macedonem* per eum de pace agere; sed haec aliquanto post audiemus. † Nunc te oro, ut epistolas, quas affert tabellarius, qui isthinc ad me missus fuit, exhibeas domino Cancellario, significares etiam, an *Ulricus* apud vos fuerit" [5]). Bene vale. Datae 18. Decbr. [6]) 1546.

Ph. M.

7) μυσῶν] in cod. Lang. adscripta est lectio μουσῶν, quam Ballenstad. edidit. Sed male. Ludit Melanthon cum vocibus ὁ Μύσος, *Mysius*, et τὸ μύσος, *detestabile*.

8) Qui descripsit epistolam in cod. Goth. 401. oculis lapsus verba: *Nunc me — dolorem*, omisit.

9) Cod. Goth. 401. *me*.

10) Cod. Goth. 401. *cicularcs*, Ballenst. et cod. Lang. *cicuriatas*, quod utrumque mendosum et reprobandum est.

11) *Quaeso* etc. non leguntur in cod. Goth. 401., ubi etiam in fine annus non additur.

*) Sic codices, sed Pezel. *Ideoque etsi.*

1) Sic codd., sed Pezel. *custodem fore harum ecclesiarum.*

2) *hodie nobis*] cod. Lang. non habet. In cod. Goth. 401. verba: *Vellem te hodie — Illud etiam*, praetermissa sunt.

3) *ubi nunc — Imperator*] cod. Lang. non habet.

4) Codd. addunt: *aiunt.*

5) Haec addit cod. Lang.

6) Cod. Goth. 401.: *d.* 10. *Decb.*

No. 3670. **20. Dec.**

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 146. (ed. Lond. lib. II. ep. 133.).

D. Paulo Ebero

S. D. Heri legi Epistolam doctoris *Matthaei* medici, qui comitatur Electorem *Saxonicum*, scriptam in oppido *Bensem*, quod scis inter *Edelbergam*, et *Francofordiam* situm esse, quo cum pervenerit Princeps noster incolumis, spero iam non procul eum a *Turingia* abesse. Significavit adventum etiam Princeps *Ascanius Wolfgangus*. Lipsiae convenient *Macedo* et gener. Deus flectat omnium animos ad pacem. Si tibi frumento opus est, et adhuc aliquid in meis aedibus superest, sumito inde et fruaris. Reverendo D. *Pastori* dolorem vestris officiis lenite. Meus cursor afferet typographo pagellas. Nunc expecto literas Lipsicas. Bene vale, et per hunc nuncium rescribe. Die 20. Decembris.

No. 3671. 21. Dec.

Io. Marcello.

† Ex apographis cod. Goth. 191. p. 36. et cod. Goth. 401. p. 6.

Ioanni Marcello.

Gratissimae mihi literae tuae fuerunt, et quia testes sunt benevolentiae tuae erga me eximiae, et quia [1]) de genere doctrinae, quod mediocri studio et bona fide explicare conatus sum [2]), sententiam paene ut in Synodo dicunt. Deus, qui est *καρδιογνώστης*, scit, me quaesivisse veritatem, et toto pectore odisse sophistica [3]). Atque utinam in explicando fuissem adiutus ab aliis, quia necessaria est *συζήτησις*, quam et filius Dei sua voce nobis commendat, inquiens ad Petrum [4]): *καὶ σύ ποτ' ἐπιτρέψας στήριξον τοῖς ἀδελφούς σου.* Sed haec alias, etsi non est inutile, nos etiam in his privatis literis relinquere nostri iudicii testimonia. Nunc fortassis propter bella, quae odio veritatis a diabolo excitata sunt, nostri labores paucioribus probantur. Sed speramus, Ecclesiae *ἐπιψήφισιν* nobis non defuturam esse. Horum etiam bellorum eventus reget Deus, qui se nobis tunc quoque opitulari, cum nulla sunt auxilia humana, illustri exemplo testatus est, quando post Evae et Adae lapsum ex illa sua arcana sede prodiit [5]), immensa misericordia decretum reconciliationis proferens, et recepit Adam et Evam, cum suo et omnium creaturarum iudicio prorsus in aeternis miseriis mansuri existimarentur. Magnam ex hoc exemplo consolationem capio, quod eo commemoro, ut te quoque et alios exuscitem, ut tali testimonio confirmati petatis et expectetis nunc quoque a Deo auxilium. De republica [6]) haec audimus. Hodie, quod faustum et foelix sit, convenire dicuntur *Macedo* et gener. Macedo his diebus Gothae inspectionem militum factam a Duce *Iohanne Wilhelmo* adiuvit, quod signum est *ὁμόνοιας*. Literas vidi Medici, Doctoris *Matthaei* [7]), scriptas in oppido *Bensem* [8]), quod super Francofordiam tantum quinque miliaribus situm est, et erant scriptae die 8. Novembris. Spero igitur [9]) Deo ducente iam non procul a Thuringia abesse Electorem. Certe opus est Witebergae maturata liberatione, quia commeatus impediuntur, ac populo ac militibus potus deerit, si non aliquanto post depellentur hostes. Bene et feliciter vale. Die 21. Decb. 46. Clarissimo viro D. *Pontano* salutem opto [10]).

1) *quia*] cod. Goth. 191. *quod.*
2) *sum* a cod. Goth. 191. abest.
3) Cod. Goth. 401. *sophisticen.*
4) *ad Petrum*] cod. Goth. 191. non habet.
5) Cod. Goth. 191. addit: *imo ut.*
6) *De republica* et quae sequuntur usque ad verba: *die* 8. *Novembr.*, in cod. Goth. 401. praetermissa sunt.
7) Matth. Ratzenberger.
8) *Weinsheim?*

No. 3672. 24. Dec.

Strigelius ad Melanthonem.

Edita a Hummelio in Epistolarum historico-Ecclesiastic. seculo XVI. semicenturia p. 56. et quidem ex apographo in cod. Monac. 90. No. VII. p. 145 b.

Clarissimo et Doctiss. viro, D. Philippo Melanthoni, praeceptori suo Victorinus Strigelius, Kaufbeurensis, S. D.

Quemadmodum Deus curavit praesepe nascenti Christo, ita semper praebuit Ecclesiae aliquod hospitium, et semper praebebit alias magis alias minus tranquillum. Quanquam igitur spero, Deum in his quoque regionibus servaturum esse ac defensurum aliqua literarum ac doctrinae domicilia, ne triumphent adversarii et blasphemi glorientur, suas opiniones veras esse, doctrinam Dei esse commentitiam, ut Esaiae 48. dicitur: *propter nomen meum amovebo iram meam;* item: *propter me faciam ne blasphemetur nomen meum, et gloriam meam alteri non dabo:* tamen cum hoc tempore perspicuum responsum D. *Sabino* dandum sit de mea profectione in Prussiam, te etiam atque etiam, humanissime domine praeceptor, oro, ut pro tua erga omnes studiosos pietate et singulari erga me benevolentia mihi consulas, quid ea de re statuendum sit. Nam patriae et Wittenbergae amor me diu cogitantem in hanc sententiam potissimum ducit, ut existimem, non deserendam esse hanc qualemcunque stationem, in qua utriusque rei cum discendi tum docendi occasio datur. Quod vero ad patriam adtinet, ipsa pietas me hortatur, ut huic ipsi, quantum in me situm est, et opem et salutem feram. Cum autem videre licet acutiora ingenia et ad intelligenda

9) *igitur*] cod. Goth. 401. non habet.
10) *Clariss. — opto*] absunt a cod. Goth. 401.

aptiora eorum, qui terras incolunt eas, in quibus aër sit purus ac tenuis, quam illorum, qui utantur crasso coelo atque concreto: ipsa me pericula tum ingenii tum valetudinis deterrent, quo minus iter suscipiam in oram littoris Balthici,

> Pigris ubi rara campis
> Arbor aestiva recreatur umbra,
> Quod latus mundi nebulae *) malusque
> Iuppiter urget.

Haec cum ita sint vehementer a te peto, ut quid faciendum esse censeas mihi significes; etenim divina spe fretus et tuo paterno consilio, quod mihi salutare semper fuisse intelligo, aut in his regionibus tantisper manebo, dum vel Vitebergae aliqua tranquillitas concedatur, vel in patriam mihi reditus pateat, aut hortante te in Prussiam proficiscar. Quanquam enim physicae causae multorum ingeniis et valetudini officere solent, tamen a Deo mitigationem et repressionem causarum illarum petam, et expectabo, id, quod ubique terrarum pios ipsa necessitas periculorum et vox divina facere cogit.

Nunc ad alteram epistolae partem venio, in qua tabellarii huius, *Christophori Forstenhäuseri* ingenium tibi a me commendatum est. Pater non modo literis ad se revocat filium *Christophorum*, sed insuper ei adiunxit comitem itineris. Cum enim scholae nostrae miserabilis dissipatio facta est, et magni belli rumor sub veris initium impendeat, pater eum ablegare in Italiam aut Galliam discendi iuris et linguae causa decrevit. Quare iterum a te peto, fretus tua in omnes studiosos benevolentia, ut hunc Christophorum patri diligenter commendes. Nam eum vitae cursum tenuit, tantamque in literis Iurisconsultorum et aliis bonis artibus operam consumpsit, ut omnium bonorum et recte iudicantium, tuoque inprimis testimonio ornandus sit. Hoc de ipso praeconium nequaquam **) facturus eram, nisi et mores eius et studia mihi perspecta fuissent ex quotidiana et domestica consuetudine. Etenim tres menses et paulo amplius familiarissime et modestissime vixit. Denique quae summa laus est in homine bonis parentibus nato, doctrinam pietatis diligenter didicit, et quotidie a Deo ardentissimis votis petivit, ut legem in pectore ipsius obsignaret. His igitur virtutibus atque inprimis pietate ornatum ad te, humanissime praeceptor, mitto, et quod

*) *nebulae* praetermisit Hummel.
**) Humm. *neque*.

antea precatus sum idem nunc quoque precor, ut honesto *) testimonio patri eius commendes. Vale, humanissime praeceptor **), meque paterno amore, meaque studia amplectere. Die 24. Decembris 1546.

No. 3673. 25. Dec.

V. Strigelio.

Edita a Peucero in Mel. Epist. lib. II. p. 127. (ed. Lond. lib. II. ep. 112.). — Nunc integre prodit ex autographo in cod. Rehd. Vratislav. mihi descripta a S. V. *Schulzio*. — Habetur etiam apographon in cod. Goth. 401. p. 20. quod cum autographo in omnibus congruit.

D. Victorino Strigelio.

S. D. Etsi in tantis reipublicae tumultibus quaerendae potius latebrae videntur, quam Academiae, ubi in luce, imo tanquam in acie in assiduis certaminibus versari doctrinae gubernatores necesse est: tamen, cum Ecclesiae serviendum sit, non defugiamus Academias. Et in his maxime prodest regi doctrinae studia a Viris bonis, eruditis, moderatis, non furentibus *φιλονεικίᾳ καὶ δοξομανίᾳ*, praecipuamque principum curam esse oportebat, ut talium virorum collegia essent academiae. Cum autem et ingenium tuum et studia probarem, teque viderem propter iudicii dexteritatem et placidos mores magno usui futurum esse Ecclesiae Dei in frequenti eruditorum conventu, et antea [1]) tibi hortator fui et adhuc sum, ut ad hunc finem consilia tua dirigas, ut in academia aliqua vivas. Si Deus nobis felicem *κάθοδον* in nostram *μυρμηκίην* et alveolos nostros concederet, tibi quoque consuetudinem eorum, cum quibus hactenus vixisti, gratam fore censerem. „† De Brussis [2]) quid re-„spondeam tibi, non [3]) valde dubito; *πολλὰ δοκεῖ* „*μοι ἀνεπιτήδεια εἶναί σοι, ἡ χώρα, καὶ ἡ ἔθνους* „*δίαιτα, καὶ τὰ ἤθη φύσεων ἀνόμοια τῶν τῆς* „*πατρίδος σοῦ.* Nec illud Aeschyli in talibus de-„liberationibus negligere soleo: *ἄλλος πρὸς ἄλλην* „*πόλιν τεταγμένος.* Sed haec ita scribo, meam „ut opinionem tibi significem, non ut tibi legem „feram. Vinci incommoda illa consilio et dili-

*) *cum*] addit Humm.
**) *human. praec.*] Hummel. praetermisit.
1) Peucer. *ante*.
2) Vid. supra epist. ad Albertum Ducem d. 29. Octb.
3) *tibi non*] abest a cod. Goth. 401.

„gentia posse scio. Pertinet autem ad fidem in „dando consilio pericula indicare, quae nunc iu„veni leviora videntur, sed aetas grandior fortas„sis magis ea metueret [4])." Statues igitur [5]) ipse de tua sententia, et Deum oro, ut mentem tuam in hoc deliberatione regat. Didicimus enim et ex divinis testimoniis et ex multis eventibus, consilia nisi gubernante Deo non esse felicia. Censeo autem, et diutius differri deliberationem posse. Bene vale et rescribe. Die natali filii Dei [*]).

Phil. Mel.

No. 3674. 25. Dec.

Iuterbocensibus Pastoribus.

Edita a Pezel. in lib. III. Epp. Melanth. (edit. Lond. lib. III. ep. 87.). — Apographa in cod. Goth. 401. p. 12., cod. Lang. p. 11 b. et cod. Monac. 90. No. IV. p. 65.

Praepositis Ecclesiae Iuterbocensis.

Reverendi viri et amici carissimi. Nescio quid responderit D. *Georgius*, non enim licuit colloqui; sed meum consilium est, ut et maneatis in Ecclesia, et ut aliquantisper compescatis violentiam. Ita [1]) has iniurias toleretis [2]) taciti,, sicut et Abraham et alii multi aliquantisper tacuerunt, cum iniuria afficerentur et ipsi et alii [3]). Nam omnino aliquas ferri [4]) necesse est, ac semper Ecclesia aliquam servitutem alias magis alias minus duram patitur. Speramus, brevi ex vestra civitate [5]) discessuros esse hostes nostros [6]). Nam dux Elector iam cum exercitu est in urbe [7]) Gothana. Deus det piam et salutarem pacem. Bene valete. Die natali filii Dei anno 1546.

No. 3675. 25. Dec.

P. Ebero.

Manlii farrag. p. 198 sq. — Apographa in cod. Goth. 191. p. 42. et in cod. Goth. 401. p. 1. — Partem epistolae inde a verbis: *Scriptum Menii absolvi* etc. edidit Peucerus quoque in libro II. epist. p. 131. (edit. Lond. lib. II. ep. 114.).

Clarissimo viro, eruditione, et virtute, et fide praestanti, M. E b e r o, amico et fratri suo charissimo, Philippus Melanthon

S. D. Ut initium fuit Ecclesiae Dei de semine salutari edita post Adae lapsum: ita concinne εὐφημίας χάριν annuum orditur nobis tempus, quo semen illud salutare ex virgine natum, et nobis exhibitum est: quod quidem oro ut faciat, ut hic veniens annus tranquillus sit, et Ecclesiae et eius hospitiis et nobis faustus et felix. Sed magnum bellum paratur, quod nisi caput serpentis conculcabitur a semine salutari filio Dei, magnam vastitatem faciet in tota Germania, quae sola in terris retinet mediocre decus doctrine et disciplinae. Itaque magno in dolore sum, quem in hac solitudine [1]) minus etiam ferre possum.

Georgius [2]) vocatur Norimbergam, et datur *Hieronymo Besoldo* stipendium. Ibi etiam collectae sunt aliquae nostrae scholae reliquiae. Aliquot enim pauperibus scholasticis nostris hospitium et victus datur in xenodochio, et *Vitus* enarrat Esaiam. Ita confugient literae in urbes honestas, desertis Principum regionibus, qui perniciosis tumultibus et Ecclesias concutiunt, et sua fastigia evertunt.

Scriptum *Menii* absolvi: addidi etiam προλεγόμενα nescio qualia. Quid enim hoc tempore scribi potest, cum non tantum supplicia nobis metuenda sunt, ut olim Timaeus ab Agathocle in crucem actus dicitur, et pulsus in exilium Theopompus, sed hoc quoque formidandum, ne irritati scriptis, vel incensi, Principes magis in Rempublicam saeviant. Scis quam saepe doluerim incendi eos ab iis, quos oportuerat frenum iniicere eorum cupiditatibus. Pagellas adferet meus cursor, dandas typographo. Bene vale. In feriis natalitiis, 1547. † Servestae" [3]).

Illud quoque adscribendum esse duxi, quod petiturus eras, ne ligna in aedibus meis absumant milites: ne petito, sine ut lignorum usu frigus arceant, et cibos coquant. Frumentum et vinum tibi commendo, quibus te et socerum uti volo [4]).

Reverendo D. *Pastori*, et *Crucigero*, et collegis salutem opto.

---

4) Totum hunc locum Peucerus suppressit.
5) Peuc. *sed statues.*
*) Cod. Goth. 401. addit.: *anno* 1546.

1) *Ita* non habet Pez.
2) Cod. Lang. et cod. Goth. 401. *tolleritis.*
3) Cod. Goth. 401. *ipse et alii multi.*
4) Cod. Goth. 401. et cod. Mon. *ferre.*
5) Cod. Goth. 401. *vicinia.*
6) Cod. Goth. et cod. Mon. *vestros.*
7) Cod. Lang. et cod. Goth. 401. *arce.*

1) Peuc. mendose: *sollicitudine.*
2) Peuc. addit: *Maior.*
3) *Scriptum Menii — cupiditatibus* non leguntur apud Peucerum, sed in codd. Goth.
4) *Illud quoque* etc. non leguntur in codd. Goth. neque ea edidit Peucerus.

No. 3676. 25. Dec.

Georgio Anhaltino.

Select. epist. p. 378. Epistol. lib. I. p. 98. (edit. Lond. lib. I. ep. 45.).

D. Georgio Principi Anhaldino

S. D. Ut initium Ecclesiae exorsa est promissio in Paradiso de Semine salutari édita, ita recte nobis annum orditur tempus, quo Semen illud salutare ex Virgine natum est, quod toto pectore oro ut faciat, ut hic veniens annus Ecclesiae et hospitiis piae doctrinae et Cels. T. faustus, felix, et tranquillus sit. Ad congressum Principum *) ne accederem, multae fuerunt causae. Mea omnis oratio futura erat deprecatio, quae apud ardentem ira nihil profutura erat, cum alter diceretur de Iure disputaturus. Dolore etiam retentus sum. Quid enim sperem, cum tantam saevitiam audiam in vicinia exerceri, quae non convenire videtur ei, qui se defensorem patriae vult perhiberi? Nec existimavi ullas de Ecclesiis futuras esse deliberationes. Utinam nostra consilia antea non aspernati essent hi, cum quibus nunc nos quoque in miseriis sumus. Confugio igitur ad unum hoc praesidium, videlicet ad Semen salutare, natum ex Virgine. Non sum Epicureus, sed spero nostros gemitus Deum exauditurum esse, et mitigaturum publicas et privatas calamitates. Non libenter me ingero Principum deliberationibus, quorum nec sensus cum nostra Philosophia congruunt, nec negotia penitus novi. Et nunquam unum agunt negotium, sed semper multa involuta sunt in uno, quae res et his bellis causam praebent, quibus sedatis utinam Deus pacem restituat. *Pancratium* Cels. T. reverenter commendo; Vir bonus est et doctus. Bene et feliciter valeat Cels. T. die Natali Filii Dei. Anno 1547. (1546.)

No. 3677. 25. Dec.

Ioachimo Anhaltino.

Beckmanni access. hist. Anhalt. p. 119.

Ioachimo, Principi Anhaltino.

Illustrissime Princeps et Clementissime Domine. Ago gratias C. V., quod nuper non solum D. *Camerarii* literas misit, sed etiam adiunxit proprias, in quibus lenire meum moerorem C. V. studuit. Ego vero, etsi sum in magno dolore, tamen consolationes mihi divinitus traditas propono. Scio Ecclesiam Deo curae esse, ac mansuram esse, etiamsi imperia varia quassantur; oro autem Deum, primum ut servet Ecclesiam, deinde ut propter eam mitiget politiarum tumultus, et servet Principes eos, qui magis fovere Ecclesiam studebunt, de quibus iudicium Deo permittendum est. De hoc germanico bello, quod hac aestate motum est, nunc aliud non scribam, nisi dictum cuiusdam Senatoris Meideburgensis, qui his diebus dixit: Dieser Krieg ist ein blinder Krieg, und wer Augen hat, und darein siehet, der wird auch blind. Vident Sapientes obscuras esse causas, et modum ferendi et adhuc incertum esse exitum, quem ut Deus gubernet, toto pectore eum oro. Mitto istuc pagellas Illustrissimo et Reverendissimo Principi Domino *Georgio*, Fratri C. V., transmittendas quam primum; quaeso igitur, ut C. V. per certum tabellarium perferri eas ad ipsum statim curet. Hanc diligentiam scio ei gratam fore. Deus aeternus, pater Domini nostri Iesu Christi, qui illustre testimonium ostendit sui amoris erga genus humanum, cum voluit in filio suo, Domino nostro Iesu Christo, divinam et humanam naturam aeterno foedere copulari, propter filium, et amorem erga nos suum ac immensam misericordiam servet et regat C. V. et Fratres, et defendat has regiones, et det faustum ac tranquillum annum venientem C. V. et his regionibus *).

*. Landgravii Hassiae et Ducis Mauritii, qui mense Decbr. Lipsiae convenerant.

*) Puto *anno* 1546. *fere d.* 25. *Dec.*

No. 3678. 25. Dec.

(Greg. Pontano.)

† Ex apogr. in cod. Goth. 401. p. 14 b.

Cancellario (Pontano).

Clarissime D. Cancellarie et amice carissime. Omnia Dei opera miranda sunt, sed omnium maximum mirandum est foedus divinae et humanae naturae in filio Dei, domino nostro I. C. Et celebrari vult in Ecclesia; etsi non intelligimus, tamen vocem doctrinae de re tanta vult nos sonare, ut Psalmus inquit: *ex ore infantium et lacten-*

tium perfecisti laudem. Hanc vocem servabit Deus etiam furentibus tyrannis, sicut Psalm. 2. dicit: *quare fremuerunt gentes*; et propter illum filium pro nobis crucifixum et resuscitatum speremus, Deum protecturum esse harum regionum Ecclèsias et politias, quae sunt Ecclesiae domicilia. Annum et faustum et felicem et tranquillum vobis et reipublicae toto pectore opto propter filium Dei. His vale.

P. M.

No. 3679. 29. Dec.

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 447. (edit. Lond. lib. II. ep. 471.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Gratiam tibi habeo quod remedia apparari curasti, sed antequam allata sunt, puella cum longo tempore conflictata esset morbo periculoso, ut vidisti, et iam hydropem metueremus, subito liberata est: docuit eam tua adfinis, quae in hoc oppido habitat, *κενταύριον* in cerevisia coquere. Haec potio cito sine molestia *προέτρεψε τὰ ἔμμηνα.* Tanta vis est in parvis rebus, et iure succenset ignaviae hominum *Hesiodus*, non considerantium, *ὅττι καὶ ἐν μαλάχῃ καὶ κενταυρίῳ ὄνειαρ.* Sed haec coram. Copiae hostiles abductae sunt ex vicinia *Witebergae* undique et laxamenti aliquid contingit nostro oppido. Deus caetera gubernet. *Georgio* alias scribam, et mittam Epistolas quas ad me misit. Bene vale. Die 29. Decemb. et rescribe.

No. 3680. 29. Dec.

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 131. (edit. Lond. lib. II. ep. 116.).

D. Paulo Ebero

S. D. Quocunque consilio ex vicinia vestra abductus est hostium exercitus, aliquid laxamenti contigisse vobis gaudeo, ac Deo gratias ago quem spero servaturum esse Ecclesias suas et studiorum *μυρμηκίας*, ut ipse inquit, non in arcu aut gladio, sed in Domino Deo nostro: et ut servet toto eum pectore oro. Mitto et praefationem *Meniani* scripti, et postremam partem quae continet, ut videbis, *πάρεργα.* Sed quid scriberem? Pudet fortiter disputare, cum nihil ad *Danubium* fortiter fecerint nostri, et bellum in patriam attraxerint. Verum fatales poenas esse haec mala agnoscamus, et lugeamus communes aerumnas generis humani, una cum *Abel* et caeteris Ecclesiae Principibus, et a Filio Dei consolationem petamus et expectemus. Bene vale. Die 29. Decemb.

No. 3681. 29. Dec.

C. Crucigero.

Select. epist. p. 441. Epistol. lib. I. p. 264. (edit. Lond. lib. I. ep. 86.). — Apographa in cod. Goth. 191. p. 75. et in cod. Goth. 401. p. 15.

Casparo Crucigero D. Theologiae,

S. D. Utinam, ut anni initio aliquid laxamenti vobis contingit, avocato hostili exercitu ex vestra vicinia, ita hic annus veniens totus sit faustus et felix nostro oppido, quod fuit hospitium optimorum studiorum, et adhuc est Ecclesiae Dei alveolus. Flectere animum *Caroli* Imperatoris ad pacem nonnulli conantur. Sed humana sapientia, quam certa habeat consilia, saepe iam experti sumus. Nec de nihilo est, quod inquit *Xenophon*, *ἥγε ἀνθρωπίνη σοφία, οὐδὲν μᾶλλον οἶδε τὸ ἄριστον αἱρεῖσθαι, ἢ εἰ κληρούμενος ὅτι λάχοι τοῦτο τὶς πρήττει*, quod certe verum est de iis consiliis, in quibus non necessaria suscipiuntur, quod utinam aulae considerarent. Sed haec alias. Mitto reliquas paginas *Meniani* scripti, quarum censores vos esse volo. Sunt *πάρεργα* ut videbis. Reverendo D. Pastori et collegis salutem opto. Die 29. Decemb.

No. 3682. 30. Dec.

Crucigero et Ebero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54ᵃ.

Viris optimis D. Crucigero et Paulo Ebero.

S. D. Tanto afficior dolore intuens hanc miserabilem dissipationem et fugam, ut mansisse me optarim. Et, si quod erit intervallum, redibo.

Vos oro, ut meae coniugi literas ad me detis. Bene valete. Die 30. Decemb. in Servesta. [1547.] *) Habeo gravem causam consilii mei de reditu.

Φ.

No. 3683. (mense Dec.)

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 228.

Antonio Lauterbach, pastori Ecclesiae Dei in oppido Birna, amico suo.

S. D. Reverende D. Antoni. Ut Esaias inquit de calamitatibus Ecclesiae: *angeli pacis amare flebunt*; ita nunc profecto te, et multos pios doctores et verae pacis angelos magno in luctu et dolore esse scio in utriusque principis ditione. Spero autem, Deum respecturum esse lacrumas tuas et aliorum piorum, et redditurum Ecclesiis tranquilla hospitia, et ut reddat, toto eum pectore oro.

Fui hortator *Iosepho* nostro, adolescenti erudito, pio et modestissimo, ut Ecclesiae apud vos serviat. Etsi enim aetatem fortassis aliqui maiorem desiderabunt, tamen eruditione, gravitate et sanctitate morum ita ornabit ministerium, ut optimi quique eum valde probaturi sint, et ad eum illud accommodaturi, quod ad Timotheum iuvenem, regentem magnam Ecclesiam Ephesi, scripsit Paulus: *nemo iuventutem tuam contemnat.* Tu quoque eum complectere, ut Timotheum Paulus, et consiliis tuis regito. Non dubito, fore obsequentem, ac Deum oro, ut tali praeditos ingenio et simili eruditione ac modestia ἐργάτας in Evangelii Messem multos in his regionibus mittat. Bene et feliciter vale. In exilio nostro in oppido Zervesta.

Philippus Melanthon.

No. 3684. (mense Dec.)

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 160. (edit. Lond. lib. II. ep. 146.). — Apographa in cod. Goth. 401. p. 1.

D. Paulo Ebero

S. D. Gratum mihi fecit *Sylvester*, quod cum *Ioachimus Philyra* discessisset, eum apud *Ascanium* quaesivit. Attulit autem et a *Ioachimo*, et a *Macedone* literas, quarum utraeque nihil nisi querelas continent, οὔτις δὲ δακρύων πρᾶξις. Sed tamen lenit dolorem illa inter amicos quasi laxatio animi. Rescribam *Ioachimo*, eumque hortabor, ut animum a summo dolore abducat, primum, quia Deus nos non vult indulgere moestitiae, sed in expectatione coelestis auxilii aliquantulum acquiescere, et discere, non omnia regi humanis consiliis. Deinde si quaerimus τὰ κατὰ λόγον, nobis plus periculi est. Nam et alter dux adducet peregrinas gentes, et noster, ut in pace, ita nunc quoque negligit μετριότητα. Sed haec coram. Bene vale. De mea uxore scribas, quando reditura sit. Iterum vale. † Euripides: amicum videre tristi tempore perinde est ac si quis in saevis tempestatibus portum prope videat." (Desunt haec in Manlio, qui addit: Salutem opto Casparo Crucigero, cui et Ioachimi literas ostendito.)

No. 3685. (mense Dec.)

Io. Aurifabro.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[1].

Doctissimo viro M. Ioanni Aurifabro, amico suo carissimo. Magdeburgae.

S. D. Doctissime M. Iohannes et amice carissime. Huic *Iosepho*, auditori vestro, tradidi Biblia hebraea vobis reddenda. Simul autem peto, ut Magister *Vitus* et vos hic cum M. *Wilhelmo* aut Pastoribus agatis, ut vel in schola munus hypodidascali commendetur huic *Iosepho* vel παιδαγωγία apud civem aliquem. Bonum ingenium est adolescentis et mores πάνυ ἤθικοι καὶ θεοσεβεῖς. Bene valete. 1546.

---

*) Annum literis inclusi quippe ex coniectura additum. Est potius scripta epistola anno 1546.

No. 3686. (2. Ian. Servestae.)

C. Crucigero.

Edita a Pezelio in Mel. Epist. lib. III. p. 156. (ed. Lond. lib. III. ep. 79.). — Apographa in codd. Gothanis 191. p. 48. No. 401. p. 15. et No. 28. p. 161.

D. Casparo Crucigero.

Et dolore et ira pene consumor cogitans † et" de calamitatibus publicis et de parricidii crudelissimi auctoribus [1]), et de aliis causis communium miseriarum. Nec dubito, te quoque in magno moerore esse, qui vides utriusque oppidi [2]) calamitatem, quorum utrumque [3]) tibi patria est. Cum Dessae nuper [4]) essemus, ibique *Ioachimus* esset una, somniabam me supplicem a Duce *Mauritio* petere, ut parceret nostrae Sareptae. † Hic ille torvo vultu me adspiciens ac minitabundus respondit: faciam ἐρείπια" [5]). Recitavi [6]) in lecto somnium *Ioachimo* et *Erasmo*, † et tunc [7]) cogitabamus, illum [8]) facturum esse ἐρείπια nostras casulas. Sed ille suas etiam urbes nunc ἐρείπια facit." [9])

Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut mitiget poenas et pacem clementer restituat. † D. *Augustinus* mittit isthuc literas Academiae nomine ad comitem *Albertum* *) scriptas, quas obsignabis. Historica sunt in literis ad Paulum scriptis." **) Bene vale. Die 2. Ianuar. 1547.

1) Pez. tantum: *cogitans de publicis malis et eorum auctoribus.*

2) Videlicet Lipsiae tunc a Ioanne Friderico Elect. obsessae, et Wittebergae.

3) Codd. Goth. *quarum utraque.* — Fieri potuit, ut scribendi animo obversaretur *urbs.*

4) Pez. *nuper Dessae.*

5) Pez. haec praetermisit.

6) Cod. Goth. 401. et cod. Goth. 28. *Recitans.*

7) Cod. Goth. 401. *et cum*; cod. Goth. 28. *et tunc* non habet.

8) *illum* scripsi pro *tamen*, quod habet cod. Goth. 191. — Cod. Goth. 28. *Mauritium*; cod. Goth. 401. habet lacunam, quasi non potuisset qui descripsit legere verbum.

9) Haec iterum praetermisit Pezel.

*) Albertum comitem Mansfeldensem, qui numerare debebat academiae. Vid. ep. ad Eber. d. 15. Febr.

**) Pez., cod. Goth. 401. et cod. G. 28. haec non habent.

No. 3687. 2. Ian.

Camerarius ad Melanthonem.

Edita in Manlii farrag. p. 489., ubi inscripta est: *Querela de bello.* At est epistola Ioachimi Camerarii ad Melanthonem, ut adscripsit Buchholzer suo exemplo libri Manliani. — Idem testatur apographon in cod. Monac. 88. No. IV. p. 3., quod contulimus, et ubi recte inscribitur:

„*Epistola Ioachimi Camerarii ad D. Philippum.*"

S. D. Nihil accidit novi hoc mihi tempore a tua sollicitudine et voluntate, quam [1]) saepissime maximam [2]) et singularem erga me [3]) perspexi, cum quidem aliquando commoverim [4]) curas de me tuas [5]), et laborem [6]) tibi obiecerim [7]), officiis tuis gratiam retulerim [8]) nunquam. Sed haec omittamus.

Quod in trepidatione incredibili [9]) et perturbatione omnium rerum et confusione extrema actionum atque consiliorum urbem reliquerim [10]), et

1) Manl. *voluntate. Nam.*

2) Manl. *maximum.*

3) Manl. addit: *amorem tuum*; ex coniectura.

4) Manl. *commoverint.*

5) Cod. Mon. 88. *de te meas.*

6) Cod. Mon. 88. addit: *meum.*

7) Manl. *abiecerint.*

8) Manl. *retulerint.*

9) Cod. Mon. 88. *credibili.*

10) Manl. *reliquerint.*

quae occasio fuerit discessionis meae, et quod huc[11]) venerim cum familia mea, cognovisti, si quidem, ut spero, nostri familiares isthuc pervenerunt. Nunc in urbe, ut ad spem defensionis omnia sunt explicatiora et paratiora, ita maior est miseria, et calamitas gravior civium inter munitionum et militum damna. Nihil possum de his scribere praeterea. Vincit enim res omnis narrationis [12]) atrocitatem, et *Sylvester*, cum Lipsiae fuerit, referre poterit, quae ipse vidit ac audivit. *Franciscus Cramius*[13]), vir optimus, apud principem in urbe est [14]) a quo heri literas accepi honeste scriptas. Sed honestis consiliis locus neque antea relictus fuit, neque nunc fere relinquitur. Idem ad me transmisit literas *Landgravii*, quibus respondet tuis. Additae erant et [15]) alterae ad Principem *Georgium*, quarum exemplum inclusimus his literis. Tuas, dubitans sane multum ac diu, me tandem cohortante [16]), resignavit princeps, et perquam sollicite mandavit mihi, ut hoc factum excusarem literis meis. Cui quidem dixi, me arbitrari, nisi factum hoc fuisset, te moleste fuisse laturum, atque omnino existimare, excusatione apud te non egere. Me contemplatio tam horribilis irae divinae, grassantis [17]) indies latius, et respectus meorum, et metus praesentium atque impendentium insuper periculorum mirifice perturbat[18]), atque sentio motus interdum animi, quales minime vellem, interdum consternor conscientia *ἁμαρτημάτων* [19]) *τε καὶ παραπτωμάτων*, et tamen [20]) sustento, ut possum, teque oro, ut tuis sanctissimis precibus commendes nostram salutem Christo, mihique veniam des, quod sine dubio dolorem tuum augeo *ταύτῃ τῇ ὁμολογήσει*. Mea sive fuga sive discessio data est familiae meae, quorum perculsione molliebatur animus [21]), *ὥςτε πεσεῖν ἐνίοτε παρὰ ποσίν*.

Sed et [22]) alia mihi ingentem formidinem iniiciebant, de quibus scribendum non est, et occultus [23]) et ignotus terror me vehementer exagitavit. Quid statuam prorsus non habeo. Nam in patriam devehi, quod vellem, quomodo familia mea, de qua maxime sollicitor, possit, non video. Dicuntur etiam Caesareae copiae illa loca tenere et per ea transire, subsidio [24]) venturae duci *Mauritio*. Etiam ex Bohemia † magnae copiae" adduci ferunt. In his igitur latebris [25]), donec desaeviat paululum † haec tempestas" apud optimum principem † *συνείλας ἐμαυτὸν* [26]) *διαμενῶ*". Sed quando erit hoc tempus? Hoc nimirum permittendum Deo est. Heri putabatur aliquid copiarum huc venturum esse, sed traductae dicuntur omnes in Salinas. Latae autem sunt conditiones, de quibus et deinde de nobis quid futurum sit, nescio. Optimus princeps *Georgius* ingentibus curis plane conficitur, et sua benignitate dum prodesse quam plurimis [27]) studet, † magnis" periculis sese involvit. Non enim est nunc ullus virtuti, humanitati, moderationi locus. Literas misit ad utrumque principem, quas in quam partem accepturi sint[28]), sane veremur. Nos adhuc inter tam multorum afflictiones et in publica quadam clade protexit benigne [29]) Deus, quos etiam [30]) posthac misericordia sua defensurum esse, quantum possum confido, et ago ei [31]) qualescunque gratias cum meis, et illi commendo rempublicam, cui utinam possem [32]) opis aliquid adferre interitu meo. Nihil fere quod scriberem amplius in mentem mihi veniebat. Transibit *Sylvester* tuas copias Electoris; nihil, spero, ei periculi fore, etsi a militari manu hoc tempore omnia sunt metuenda. Vale mi suavissime Philippe. Nostra familia te et tuos salutat. *Bornerus*, vir optimus et pietatis ac studiorum amantissimus, mirificam operam navat Lipsiae, quem hoc nomine a te magis † etiam" quam antea amari cupio. Datae Mersburgi die 2. Ianuarii, anno instauratae salutis 1547. † T. Ioachimus Camerarius."

---

11) *huc* non habet cod. Mon. 88. Intelligit Merseburgum, quo se contulerat Camerarius.
12) Cod. Mon. 88. *omnium narrationum*.
13) Cod. Mon. 88. *Crammius*.
14) i. e. Lipsiae apud Mauritium Ducem.
15) *et* abest a cod. Mon. 88.
16) Cod. Mon. 88. *hortante*.
17) Cod. Mon. 88. *gravantis*.
18) Manl. *perturbant*.
19) Cod. Mon. 88. *ἁμαρτῇ*.
20) Excidisse videtur: *me*.
21) Cod. Mon. 88. addit: *meus*.
22) *et*] Manl. *te*, mendose.
23) *et occultus* in cod. Mon. 88. desiderantur.
24) Cod. Mon. 88. *subito*.
25) Manl. *latebis*.
26) Cod. Mon. 88. mendose: *συσειλας ἐμαν τ.* — Manlius graeca praetermisit.
27) *prodesse quam plurimis*] Manl. *avertere pericula*. Fortasse scriptum fuit: dum prodesse q. plurimis et avertere pericula. — Lectionem codicis praetuli, quia prodesse aliis *benignitati* magis convenit quam avertere pericula publica.
28) Manl. *sitis*.
29) *benigne*] Manl. *quidem*.
30) *quos etiam*] cod. Mon. 88. *quem et*.
31) *ei*] cod. Mon. 88. *huic*.
32) Manl. *possim*.

No. 3688. 4. Ian. (Servestae.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 568. (ed. Lond. lib. IV. ep. 715.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. amico et fratri suo cariss.

S. D. Etsi sero fortassis moneo, tamen hunc meum nuncium misi, quem sine periculo per agmina Hunnorum equitum, et aliorum militum iter facere posse arbitrabar. Quanquam per Principem *Ascanium*, qui in castris est Electoris, et per Comitem Oldenburgium, qui te propter eruditionem complectetur, spero potuisse perfici, ne quid a te vel principe *Georgio* peteretur, quod gravatim facturi essetis, tamen dubito, ut istic manere potueritis, tu et Princeps. Certe ἀσφαλέστερον est in hac vicinia in oppidis Ascaniorum, hoc tempore esse. Quare ut vel Dessam, vel huc transvehas familiam iterum te adhortor, et hodie διαῤῥήδην te invitavit Princeps *Iohannes*, meque ut tibi id significarem iussit. Video te magnis doloribus conflictari, quibus Deus haud dubie medebitur, quem scio non deserturum hunc nostrum gregem scholasticum. Nota sunt autem tibi omnia, quae non solum a philosophis de tolerandis fatalibus motibus traduntur, sed etiam quae divinitus proposita sunt de causis humanarum calamitatum, et veris remediis. Si humana argumenta colligimus, plus periculi est Electori et eius gentibus, quam alteri parti. Habet enim alter [1]) συμμάχους potentes, ardentes odio caussae et hominis. Et noster multos alienat [2]), nec illud Cyri unquam cogitavit: θηρατέον συμμάχους, ἀγαθοῖς καὶ λόγοις, καὶ ἔργοις. Denique astra metuo. Sed cum Deus promiserit se Ecclesias servaturum esse, et eis aliqua attributurum hospitia, petamus et expectemus a deo auxilium, vel si fractus illabatur orbis. Si te Oeconomicae curae exercent, deo iuvante, remedia invenientur. Sed hoc ipsum est miserum, spectare tantum patriae, et earum civitatum, quas simili amore, ut patriam complectimur, incendium. Est omnino. Sed tamen vult Deus, ut animos a moesticia abducamus, et aliquo modo in expectatione celestis auxilii acquiescamus. Meministi enim Pauli vocem: ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν ἐν χριστῷ Ἰησοῦ. Si fatemur promissiones divinas non esse irritas, aliquo modo in eis acquiescendum est. Desino, ac litteras tuas expecto. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi te et honestiss. tuam coniugem et dulciss. liberos servet. IIII. Ianuarii.

Phil. Melanth.

1) Mauritius.

2) „insolentia Electoris." C. W.

No. 3689. 5. Ian.

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 451. (edit. Lond. lib. II. ep. 475.).

D. Iacobo Milichio.

S. D. Heri rediens mea coniunx ex oppido nostro, nihil attulit nisi calculi dolores satis atroces, et fasciculum literarum, in quo haec fuit Epistola tibi inscripta. Etsi autem vos expectabam, tamen istuc meum Adolescentem misi, ut literas vel tibi vel coniugi tuae honestissimae redderet, cui credo hanc μετοίκησιν molestam esse. *Macedo* gravissime mihi scripsit de iis impedimentis, quae ipsum ad *Danubium* remorata sunt, et de pertinacia cognatorum, inter quos pacem facere conatus est. Vincit igitur vis fati, quod saepe metui. Ego Deo et Ecclesiam, et nostra agmina quae pars sunt Ecclesiae, commendo. Cumque moderatis consiliis in pace non fuerit locus, minus miror nunc sumptis armis non audiri eos, qui mallent utrosque aliquid de suo iure remittere, quam parricidiis polluere patriam. Nosti illud, καὶ ναῦς γὰρ ἔντα θεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ ἔβαψεν, ἔστη δ' αὖθις ἢν χαλᾷ πόδα, μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὰς ἄγαν προθυμίας μισοῦσι δ' ἀστοί. Sed haec Sycophantae, qui armant Principum furores, non curant. Ex *Lipsia* scribit *Bonerus* omnia in collegiis ibi nunc ad exemplum *Witebergense* fieri, reliquiae Scholae secesserunt in oppidum *Mysiam. Ioachimus Camerarius* familiam transvexit ad Principem *Georgium.* Ipse an apud *Ascanium* Principem manserit, nondum scio. Sed heri ad eum nuncium misi. De caeteris rebus optarim vos colloqui, ac nisi adfuturus es, istuc ad vos veniam. Bene vale et rescribe. Die 5. Ianuarii. Anno 1547.

No. 3690. 5. Ian.

Ioach. Mollero.

Edita a Ballenstadt. I. 1. ex apographo in codice Lang. Gothano. p. 11 b. — Apographa etiam in cod. Goth. 401. p. 12., cod. Goth. 191. p. 81.

Honesti et gravi viro, D. Ioachimo Mollero, Hamburgensi [1]).

Etsi naturalis στοργὴ facit, ut nostra et liberorum causa doleamus, nos veluti extorres [2]) eiici nostris nidulis, tamen sensum profecto omnem privatarum miseriarum obruit indignatio et ira, cum [3]) et adspicio tetra parricidia principum, et futilissimas sycophantias cogito, ex quibus incendium imminet [4]). Sed deo rempublicam et Ecclesiam commendo. Gratiam tibi habeo, quod pecuniam misisti, quam *Christophorus*, eques auratus, mittere debebat. Sed quaeso, ut beneficium inchoatum perficias. Nos enim nondum accepimus, et *Vito Winshemio* mandata dedi [5]). Mitto tibi imaginem somnii nostri [6]), quod erat illustrius quam hi versus. Salutem opto honestissimo viro [7]), patri tuo, et D. *Aepino* [8]), et tuo fratri [9]). Bene vale. 5. Ianuarii anno 1547.

Ph. M.

No. 3691. 6. Ian.

V. Winshemio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [3].

Vito Winshemio.

Etsi arbitror tui silentii causam tantum moestitiam esse, tamen velim te interdum ad nos scribere. Quanquam enim nostrae literae mederi publicis miseriis non possunt, tamen lenitur dolor nonnihil vel amicorum colloquio vel ipsis querelis, ut Demosthenes inquit: ἔχει τινὰ ῥαστώνην τοῖς ἀλλοισι στενεῖν. Scribas igitur saepius. *Cruciger* voluit tibi significari, ex hac vita mortali evocatum esse ad aeternam Dei et Christi et prophetarum et apostolorum consuetudinem amicum nostrum, virum integerrimum *Sebastianum* pictorem, cui gratulemur intueri iam vivos vultus atque ora eorum, quos toties non modo penicillo et coloribus pinxit, sed etiam mente contemplari solitus est in invocatione Dei et cogitatione de hac ipsa consuetudine, quam semper appetivit, et vera fiducia filii Dei expectavit. Nunc mens eius libera curis discit non modo corpora sed mentes etiam pingere, et Dei conspectu fruitur et de doctrina, quam hic didicit, cum ipsis prophetis et apostolis disserit. In quam scholam utinam mox traducar et ipse. Bene vale et rescribe. Die congressu Macedonis et Aiacis. Nam in hac nocte ὄνειρον vidi, Aiacem, et supra eum montem, in quo stabat Christus resuscitatus ex morte, et in montis latere angelos crucem gerentes. Iterum vale.

Ph.

No. 3692. 6. Ian.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 87. (edit. Lond. lib. II. ep. 21.). — Apographon in cod. Monac. 87. No. V. p. 178.

D. Iohanni Matthesio

S. D. Non indulgeas dolori [1]), sed cogites in tanta sophistica mundi saepe etiam cautos homines decipi. Non est iustus in terra, inquit *Salomon*, qui cum multa recte faciat, non interdum tamen etiam hallucinetur. Et in tuo casu nullum est erratum doctrinae, ideo minus doleas. Tantum deceptus es, ut *David* a *Siba* deceptus fuit. Illi affirmant se propter causas politicas bellum gerere; Hoc cum dicunt, Deus iudex cordium scit, quid revera moliantur: si fallunt, ut arbitror, fallunt

1) Epistola eiusdem argumenti ad Mollerum per alium tabellarium misit d. 6. Ian. — In cod. Goth. 191. epistola nullam habet inscriptionem.

2) Sic recte cod. Goth. 191. Sed. cod. Lang. *ex terris*, et cod. Goth. 401. *exteros*.

3) Cod. Lang. *indignatio. Ita* etc.

4) *imminet*] Ball. *hoc ortum est.* Et sic etiam cod. Goth. 401.

5) *Gratiam tibi habeo — dedi* praetermissa sunt in cod. Goth. 401.

6) Est carmen in Melanth. Epigramm. p. 40. Cf. epist. ad Mollerum. d. d. 6. Ian.

7) Cod. Lang. *honestissimis viris*.

8) *et D. Aepino* cod. Goth. 191. non habet.

9) *Salutem opto — — fratri* in cod. Goth. 401. non leguntur.

1) Hanc epistolam et eam quae legis infra (25. Decb.) Pezelius consiliis inseruit, sed in unam contraxit, praetermissis quibusdam eius partibus.

ipsi se et alios. Nos stulta credulitate eis assentientes excusati sumus. Sed Deus puniet eos si mentiuntur. Nec ego de singulorum cordibus iudico, fortassis aliquibus vere persuasum est, tantum propter politicas causas motum esse bellum. Sed tamen quae voluntas sit *Caroli* Imp. et fratris multa sunt testimonia. Sed omittamus disputationem, ac potius Deum oremus, ut hoc parricidiale bellum ipse clementer sedare velit. Fortasse laetantur aliqui, quod parricidia in his regionibus excitarunt. Sed Deus puniet autores etiam postea. Bene vale et rescribe. Mitto responsionem explicatam ad tuas quaestiones, quas nimis breviter proposuisti. Si igitur nondum satisfeci tibi, scribe narrationem eorum casuum longiorem. Deus adsit tibi et te gubernet. Iterum vale et ora Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi nobiscum, ut pacem his regionibus piam et salutarem restituat. Rescribe; Salutem, et felicem, faustum ac tranquillum annum tibi optamus ego et *Erasmus Salveldensis* exules. † Datae Cervestae Trium Regum 1547." [2])

Philippus Melanthon.

† *Prima quaestio* [3]).

An adultera per magistratum regium absoluta admittenda sit ad coenam domini?

Responsio: Si petit, et promittit emendationem vitae, admittenda est ad coenam domini. Quod autem de publica absolutione interrogas, considerandum est, an in Ecclesia tua in tanta tyrannide institui possit. Exemplum utile est; sed tamen illa ceremonia publicae absolutionis non est res necessaria.

Secunda quaestio: an adultera nondum a Senatu absoluta admittenda sit ad coenam domini?

Responsio: Si publicam absolutionem institueres, oporteret satisfactum esse senatui, vel certe oporteret ipsam ibi clare profiteri, se paratum esse animo, ut obtemperet senatui. Semper vera conversio animi facit membrum Ecclesiae; nec ad eam pertinent poenae politicae, sive accedant sive non accedant. Fortasse senatus morae causa fuit. Quod si ita est, satis est, personam ream mente paratam esse, ut obtemperet et fiat reconciliatio. Sed si non institues publicam absolutionem, et persona rea petit admitti ad coenam domini, et promittit emendationem vitae, et offert se, ut obtemperet senatui: tu ipse hoc exponas senatui, et ita admittas eam ad coenam domini servato more usitato privatae absolutionis. Mihi videtur non difficilis esse diiudicatio harum quaestionum, si personae sunt tales, ut spes sit, secuturum esse mox emendationem. Tales certe non sunt excludendi ex Ecclesia. Quod si obiiciunt, neminem admittendum esse nisi facta reconciliatione cum fratre, verum est, oportere reum mente paratum esse ad reconciliationem, sed si alter differt eam, reus excusatus est. Quid enim si aliquis, iniuria affectus, sit implacabilis, ut sunt multi? Scio difficilem esse gubernationem Ecclesiae in hoc temporum confusione; ideo prudentia, dexteritate, et ἐπιείκειᾳ in multis quaestionibus explicandis opus est.

Tertia quaestio: an liceat coniungi moechum cum ea quam polluit, vivo marito?

Responsio: Concedo, ut Bethsaba vere fuit Davidis coniunx, etiam divinitus approbata, quanquam David vivente marito eam compressit et maritum interfecit, et, si tuum casum recte intelligo et non sunt alia impedimenta, praeter ea quae scripsisti, concedendum esse eis coniugium iudico. Et utinam in coniugio pie vivant! Id monebis eo diligentius. Qui ignorant [4]), magistratus poenam negligunt."

No. 3693. 6. Ian.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 487. (edit. Lond. lib. II. ep. 517.)

D. Ioachimo Mollero.

S. D. Charissime *Ioachime*, Meministi me saepe quasi praesagientem has γιγαντομαχίας Principum, dicere: *Civitates bene moratas hospitia fore aliquanto post doctrinae et Ecclesiarum, cum Principum oppida bellis vastata essent.* Ita-

---

2) Diem et annum addit cod. Monac. 87.

3) Haec quae sequuntur servavit nobis cod. Monac. 87. Sunt quaestiones, quas Matthesius miserat, cum responsionibus Melanthonis. Peucerus eas non habet.

4) Incertus sum an sic recte legerim.

que cum videamus initia, magnopere te et alios honestos Viros in Civitatibus adhortor, ut Ecclesiam et studia literarum foveatis. Magno in dolore sum aspiciens parricidia cognatorum in his terris. *Macedo* dedit operam, ut sedarentur haec domestica bella, sed vel fatum, vel Sycophantiae vincunt bona consilia. Quod pecuniam, quam mittere *Suecus* D. *Christophorus* Eques debebat, curas numerari, gratias tibi ago *), teque oro, ut beneficium perficias ac mandata des, ut *Vito Winshemio* numerentur 150 Ioach. illi, sed ita, si hoc sine damno vestro fiet. Quod hospitium promittitis, certe expatiari ad vos decrevi. Salutem opto et integerrimis viris, tuo patri, et D. *Aepino*, et tuo fratri *Eberhardo*. Bene vale. In Epiphaniis 1547. Mitto *Somnii imaginem*. Non est fictum argumentum.

Imago Somnii.

(Hoc carmen legitur etiam in cod. Bav. I. p. 588. in Script. publ. T. III. p. 257. et in Melanth. epigr. p. 40.)

Aiacem vidi stantem iuvenilia membra,
Qui fulvi indutus pelle leonis erat.
Fraxineamque hastam cum fortis dextra teneret,
Laevum ipsi clypei texerat umbo latus;
In quo magna boum dicuntur tergora septem,
Artificis docta iuncta fuisse manu.
Sed supra caput *Aiacis* mons eminet [1]) altus,
Floribus et laeto gramine ubique virens.
Cuius in excelso victor stat vertice *Christus*,
Unicus aeterno de genitore satus,
Signa gerens, reducem superata morte triumphi
Qualia tunc comitum ferre caterva videt.
Huius sub pedibus medioque in monte Trophaeum,
Angelica crux est aurea fixa manu.
Multa quidem pavidae simulacra fugacia mentes,
Quae caeca volitant irrita nocte, vident.
Sed tamen haec si non lusit fallacibus umbris,
Talia sollicitos forsan imago monet.
Bella duces quamvis moverunt tristia, ferro
Hei sua crudeles viscera iamque petunt [2]):
Et iam civili patria est polluta cruore,
Iustaque nos sontes opprimit ira Dei.
Ut tamen in mediis laceratas naufragus undis,
Qui superest tabulas colligit ipse sibi:
Sic aliquem eripiet coetum de fluctibus istis,
Aeterno *Christus* de genitore satus.
Estque inter dubios mansura Ecclesia motus,
Ut victor *Christus* montis in arce stetit.
Flecte precor nobis iratum *Christe* parentem,
Qui vis pro nobis supplicis esse loco.
Et quam sparsisti prolatam e mente parentis,
Deleri vocem ne patiare tuam.
Doctrinaeque tuae studium, parvamque *Sareptam*
Doctrinae hospitium protege quaeso tuae.
Et placidam clemens nobis concedito pacem,
Tuque ducum mentes; tu populique regas *).

*) Eiusdem argumenti epistolam Mollero scripserat d. 5. Ian. per alium tabellarium missam.

1) Cod. Bav. *imminet*.

2) In epigr. sic: Irati quamvis moverunt tristia bella, in sua grassantur viscera iamque duces:

*) Additi sunt serius 8 versus, qui leguntur in epigramm. l. l.

No. 3694. 6. Ian.

Io. Marcello.

Edita in Manlii farrag. p. 332. Contuli apographa in cod. Bav. I. p. 538. cod. Goth. 191. p. 49. et cod. Goth. 401. p. 19b.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti D. Io. Marcello, Regiomontano, amico suo.

S. D. Si vita hominum [1]) tantum humanis consiliis regeretur, periisse funditus et Ecclesiam et politias existimarem in hac parricidali γιγαντομαχίᾳ. Sed non dubito, Deum servaturum esse reliquias suae Ecclesiae. Hac nos consolatione sustentemus, quam cum vigilans assidue cogitem, fortassis et dormienti somnia eam cogitationem offerunt. Mitto tibi versus de somnio. Non est fictum argumentum, sed ego poëta sum pene ut tu, qui non tam illustrem picturam versibus pingere possum, ut illa erat somnii [2]). Erat enim mons plane [3]) smaragdino virore [4]), et crux rutilans auro [5]). Leges amicis D. *Ionae* et D. *Chiliano* si adhuc adsunt [6]), et dices eis, me literas ipsorum iis, quibus inscriptae fuerunt, per homines, quorum fides mihi probata fuit, misisse. † Bene vale et rescribe." [7]) In Epiphaniis 1547.

P. Melanth.

1) *hominum*] Manl. *humana*.

2) *somnii* abest a Manl.

3) Manl. *mens plena*.

4) *virore*] Manl. et cod. Bav.

5) Cod. Lang. *et cruce rutilans aurea*.

6) Videlicet Magdeburgi, ubi Marcellus commorabatur.

7) Addunt codd. Goth.

No. 3695. (6. Ian.)

I. Ionae.

† Ex apogr. in cod. Goth. 191. p. 88 b.

D. Iusto Ionae.

Faustissima dies, qua Ecclesia celebrat Epiphania, me admonet anni superioris. Meministi enim, eo die nos in aedibus tuis fuisse, ac *Lutherum* concionem de baptismo filii Dei talem habuisse, quae propemodum cygnaea ipsius cantio dici posset. Etsi autem nunc magni tumultus in republica secuti sunt, tamen huius ipsius dici historia nos consolemur, in qua Deus illustri testimonio se patefecit, ac testatus est, se cura generis humani affici. Non igitur delebit Ecclesiam γιγαντομαχία, quae nunc accensa est, et diabolicis artibus et sycophantarum quorundam technis. Sperabam autem, te iam ad Ecclesiam tuam in Salinis reversum esse cum haec scriberem. Sed si nondum abiisses ex urbe παρθενοπῇ *), quaeso, ut literarum aliquid des meo nuntio. Tuae res etiam nobis curae erunt. B. V.

No. 3696. (h. t.)

P. Ebero.

Epist. lib. III. p. 208. (edit. Lond. lib. III. ep. 125.). — Apographon in cod. Goth. 401. p. 2.

Paulo Ebero

Unus fuit *Macedo*, apud quem libere mihi de Repub. conqueri licuit. In nostra aula nemo est, apud quem tuto possem ullam edere moderatam vocem. Ita † fuerunt et adhuc" sunt omnia vanissimis suspicionibus infecta. Saepe antea fui hortator moderatorum consiliorum. Nunc fortasse serum est, de moderatione, de armis deponendis concionari, praesertim postquam *Macedo* de pace agere desiit.

Ego totam hanc [1]) lucubrationem consumpsi in quodam scripto de illa admirabili divinae et humanae naturae copulatione, quae facta est Filio Dei assumente humanam naturam. Quod haud dubie testimonium est evidentissimum nos curae esse Deo, nos inquam, qui filium venientem non aspernamur, sed audimus, et ut Psalmus inquit *osculamur*. Hunc Filium Dei fratrem nostrum, os ex ossibus nostris, Iesum Christum, oro ut servet te et coniugem tuam, et filios, et nos omnes gubernet, ut non dubito adfuturum Ecclesiis nostris. B. V.

*) Magdeburgum missa igitur est epistola simul cum antecedente ad Marcellum.

1) Haec et quae sequuntur non leguntur in cod. Goth. 401.

Nr. 3697. (10. Ian.)

C. Crucigero.

Epist. lib. III. p. 162. (edit. Lond. lib. III. ep. 86.). — Apographa in cod. Goth. 191. p. 77. et in cod. Goth. 401. p. 21 b.

Casparo Crucigero.

S. D. Charissime *Caspar*, πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ κυρίου ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέρομεθα [1]). Sustentemus autem nos fiducia misericordiae Dei, qui affirmat se inter afflictos, ipsum invocantes habitare. † Veniam ad vos post quatriduum cum D. *Augustino.*" [2]) Quod [3]) scribis de commonefaciendo Principe, nimis sera haec sunt consilia. Ruimus in fata multis erroribus. At initiis occurrere facilius erat. Sperarem autem nunc quoque flecti posse αὐτοκρήτορος animum ad pacem, εἰ ἡμέτερος ἐθέλῃ γίνεσθαι ἱκέτης. † B. V. Caetera coram." [4]) *Stigelius* huc misit nuncium ac petit stipendia solvenda pro duobus anni quadrantibus. Solvi ei aequissimum est: Et solvam, vel si de meo deducendum esset. Leniamus et caeteris tenuioris fortunae collegis miserias, quantum possumus.

Ego tanto dolore afficior, intuens hanc miserabilem dissipationem et fugam, ut mansisse me optarim. Et si quod erit intervallum, redibo ad vos. Deum autem aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro toto pectore, ut servet Ecclesiae reliquias, et sedem doctrinae suae in nostro oppidulo defendat, et tibi vires corporis restituat integras. Bene vale.

1) Cod. Goth. 191. πάντοθεν — περιφερόμεθα.

2) Cod. Goth. 191.

3) Cod. Goth. 191. addit: *vero.*

4) Sic uterq. codex. Sequentia non leguntur in codd. Goth., sed adscripta sunt in cod. Goth. 191. alii epistolae.

No. 3698. 10. Ian.

(*Apocha.*)

† Ex apographis in cod. Goth. Lang. p. 11. et cod. Goth. 401. p. 123 b. — In cod. Lang. inscribitur: „συγγραφή D. Philippi Melanthonis de pecunia a rege Danico ipsi cum aliis duobus dono missa, quam ex eius αὐτογράφῳ descripsi."

(*Apocha.*)

Ego Philippus Melanthon hoc autographo testor, me accepisse a viro clarissimo, eruditione et virtute praestanti, M. *Vito Ortel Winshemio* missos ab inclyto Rege Danico Ioachimicos 150, distribuendos iuxta regias literas honestissimae matronae, viduae D. D.[1]) *Martini Lutheri*, Reverendissimo[2]) D. Doct. *Ioanni Bugenhagio Pomerano*[3]) et mihi, quam pecuniam etiam ita distributam esse, chirographa ostendent. Data[4]) in oppido Servesta, die 10. Ianuarii anno 1547.

P. M. manu propria signavit.

No. 3699. 11. Ian.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 489. (edit. Lond. lib. II. ep. 518.).

D. Ioachimo Mollero.

S. D. Clarissime *Ioachime*, Meministi veterem formulam, Inter bonos bene agier; id velim inter nos servari. Fide et diligentia *Viti Winshemii* perfectum est, ut pecunia nobis numerata sit. Mitto igitur ἀποχήν, qua testor me a viro integerrimo tuo patre pecuniam accepisse *). Nolim cuiquam damnum dare. Quare mihi significabis, an vos pecuniam **) acceperitis. Haec cum scriberem, Elector *Saxonicus* obsidione *Lipsiam* cinxerat. Deus reddat piam et salutarem pacem Germaniae. *Ioachimus Camerarius* familiam ad Principem *Georgium Ascanium* transvexit. Vos, quos in bene moratis civitatibus Deus collocavit, retinete possessionem doctrinae et disciplinae. Nam τῶν ἀρχόντων μανίαις ornamenta civilia in suis regionibus valde labefactantur. Bene vale. Die 11. Ianuarii. 1547.

1) *D. D.*] cod. Goth. 401. *Doctoris Reverendi.*
2) Cod. Goth. 401. *Reverendo.*
3) *Pomerano* cod. Lang. non habet.
4) Cod. Goth. 401. *Datum.*
*) Vid. d. 10. Ian.
**) Vel subscribendum est ἀποχήν, vel statuendum, Mollerum pecuniam ex propriis suppeditasse.

No. 3700. (11. Ian.)

C. Crucigero.

† Ex apogr. in cod. Goth. 191. p. 77.

D. Casp. Crucigero.

Ὦ εἰλικρινέστατε φίλων καὶ ἀδελφὲ φίλτατε. *Stigelius* hunc misit nuncium, ac petit stipendia solvenda duobus anni quadrantibus. Solvi ei aequissimum est, et solvam vel si de me deducendum est[1]). Habeo autem datos a D. Doctore *Augustino* 25 aureos unius quadrantis stipendium; quaeso ut addas alios 25 pro altero anni quadrante. Malo enim hic petere, quam alibi. Flagitat autem *Stigelius* etiam προσθήκην καὶ ἐπιφοράν, quam promisit aula[2]). Sed de ea agi nunc non potest. B. V. et responde.

No. 3701. 13. Ian. (Witebergae.)

Io. Stigelio.

Danz. in epp. ad Stigel. ep. 24., cod. Goth. 188. ep. 87.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, Poetae et a Musis ipsis et a Carolo Imp. laureato, amico suo charissimo, S. D.

Chariss. Stigeli. Nec *Basilium* *) vidi, nec literas, quas ei tradidisti; iamque meo sumtu senem tibi notum ad *Kestnerum* **) mitto, eique mandata do de pecunia tibi numeranda, ut in iis literis scripsi, quas senex, civis noster, exhibebit. Spero, *Kestnerum* non gravatim facturum, quod petimus, cum quidem sine ullo incommodo gratificari nobis possit. Sed etiamsi non numeraverit, curabo, ut alia ratione accipias. Teque forti ani-

1) Eadem iam legebantur in epist. ad Crucig. d. 19. Ian. h. a. Cf. ep. ad Stigel. d. 13. Ian.
2) Vid. epist. ad Stigel. d. 5. April. 1546.
*) Basilium Monnerum.
**) Praefectum camerae, Wimariae.

fel, die Nothwehr nach eines jeden Stand, ist [30]) ein recht Werk, und in den Gläubigen Gott gefällig. Denn das Evangelium gibt zu, in diesem bürgerlichen Leben natürlich Recht und ander Gesetz, die dem natürlichen Recht [31]) gemäß sind, zu brauchen; wie St. Paulus spricht: das Gesetz ist gut dem, der es recht brauchet. Und davon ist in andern Schriften und neulich in des würdigen Herrn Justi Menii Buch nothdürftiglich geredet.

Dieweil denn dieser Grund ohne Zweifel wahr ist, ist leicht zu schließen, was unsern [32]) Herrn zu thun gebühret hat, da [33]) man in Deutschland fremde, mörderische, unzüchtige Nation [34]), Italiener, Hispanier, Hussen [35]), geführet hat [36]), und Practiken gemacht, die Blutverwandten Fürsten an einander zu hetzen, und in ihrem eigenen Vaterland Verwüstung zu machen.

Es frage ein jeder sein eigen Gewissen, so ihm solche fremde Gäste, die [37]) Weib und Kinder schänden, zu Haus kämen, so [38]) er ihr möcht los werden [39]), was er thun wollt [40]), und was er für Recht hielt?

Daß aber etliche schreien: Christen sollen Geduld haben, sollen williglich leiden, und schmücken solch ihre Rede mit einer Schrift des ehrwürdigen Herrn Doctoris Martini Lutheri, die er vor vielen [41]) Jahren gestellt, als der gern Krieg verhüten wollt, so lange es durch Gottes Gnade möglich gewesen: darauf ist in andern Schriften nothdürftiglich geantwortet.

Die christliche Kirche hat wenig Schutz von der Obrigkeit; darum, so sie verlassen ist, muß sie leiden, und so gleich etwa eine Obrigkeit ist, die ihr gern Herberge geben will, als Philemon St. Paulo Herberge gab, findet man dennoch Leidens genug, und ist allzeit Geduld nöthig. Und wird das Leiden und Kreuz nicht damit weggenommen, so man gleich ernstlich lehret, wie Gott gewißlich gebothen hat, daß eine jede Obrigkeit die Kirchen in ihren Gebiethen schützen und väterlich hegen wolle [42]); wie in Esaia [43]) geschrieben stehet: die Könige sollen der Kirchen Nährer seyn.

Dazu ist die Schrift des Herrn Doctoris Martini, die zu Leipzig neulich gedruckt [44]), nicht ohne fremde [45]) Zusätz blieben. Denn der Ehrwürdige Herr D. Johannes Bugenhagen, Pastor der Kirchen zu Wittenberg, ist die Zeit, da dieselbige Schrift gestellt worden, zu Lübeck gewesen. Darum wie sein Name [46]) dazu kommt [47]), können wir nicht wissen.

Was aber endlich des Herrn Doctoris Martini Lutheri Meinung gewesen sey, ist klar zu sehen in dem Buch, deß Titel ist: die Warnung an die Deutschen, item, in diesem Sendbrief, den jetzund der würdige Herr Georgius Rörer an Tag gibt, der höchstem Fleiß und guter Treu des Herrn D. Martini Lutheri Bücher und viel Schriften in... heit behalten und zusammenbracht hat. Welche nun guter christlicher Meinung Bericht von dieser Frag wissen wollen, denen ist davon gnug geschrieben, um welcher willen auch dieser Sendbrief ans Licht bracht ist, sie zu stärken und zu trösten.

Aber den giftigen Herzen und Zungen [48]), die allein darum uns von Geduld predigen, daß sie gern wollten, daß unsre Herren sampt der christlichen Lehr Predicanten und viel christlicher Leut vertilgt würden, will ich nichts anders antworten, denn daß Gott ihre und unsre Herzen siehet, der wird Richter seyn, welche die Wahrheit treulich gemeint haben.

Dazu wollen sie sich in ihren blutigen Practiken selbst spiegeln. Sie wissen viel besser denn wir, wie der Anfang dieser mörderischen Anschläge gemacht ist, daß man unsre Herrn überziehen sollt, und nicht allein fremde Völker in die Lande führen, sondern auch die Blutverwandten an einander hetzen. Halt ein jeder die Nothwehr unsers Theils und diese Practiken, die unsre Feind zu Unterdrückung der Wahrheit und zu [49]) Zerstörung ihres Vaterlands zuvor angezettelt haben, gegen einander, und betrachte sie fleißig, und bedenke alsdann, bei welchen sein Herz, Gebeth und Hülfe billig seyn soll. Und wiewohl etliche diese List mit schönen Farben mahlen und entschuldigen, so wird doch das alte Sprüchwort wahr bleiben: veritas temporis filia, die Zeit wird die Wahrheit ans Licht bringen, und, wie man sagt:

30) ist] Walch. non habet.
31) Walch. den natürl. Rechten.
32) Walch. unserm.
33) Walch. daß.
34) Walch. Nationen.
35) Walch. Husaren.
36) Walch. praetermisit: hat.
37) Walch. die ihm.
38) Walch. daß pro so.
39) Cod. Bav. zu Haus kommen, und er sie konnt überwältigen.
40) Walch. würde.
41) Cod. Bav. etlichen.
42) Walch. solle.
43) Walch. im Esaia C. 49. V. 23.

44) Est editio epistolae Lutheri, quae an. 1546. Lipsiae prodiit.
45) Walch. fremden.
46) In editione Lipsiensi Bugenhagii quoque nomen subscriptum legitur.
47) Walch. dazu kommen.
48) His verbis incipit scriptum in cod. Goth. 213., tanquam proprium iudicium de defensione, inscriptum: „*iudicium Melanthonis* 1530."
49) Walch. zur.

tenberg, gedruckt durch Hans Lufft. 1547." (29 Blätter in 4.). — Ex hac archetypa editione (quae est Halae in biblioth. Eccles. St. Mariae) praefationem Mel. hic dedimus. Eadem, simul cum Bugenhagii praefatione inserta est libro Hortlederi de bello germanico P. II. p. 131., unde eam hausit Walchius in opp. Lutheri T. X. p. 622. — Praeterea banc praefationem sibi olim, sed satis mendose, descripsit Bavarus, et habetur in cod. Bav. T. I. p. 592. — Posterior pars praefationis, incipiens a verbis: „den gifftigen Herzen und Zungen, die allein darum etc.", descripta etiam est in cod. Goth. 213. p. 1. — Ex Walchii textu ea missa feci, quae tantum spectant ad mutatam orthographiam; lectiones codicum, exceptis quibusdam, ut lectori exemplo sint, non addidi, quia auctores sua ex libro impresso descripserunt.

Vorrede Philippi Melanthonis.

Man lieset viel schöner Geschichten, da ehrliche [1]) tugendsame Frauen für ihre Kinder oder [2]) Ehre ritterlich gestritten haben, sich oder die Kinder zu retten, die viel zu lang wären, in diese [3]) Schrift zu setzen. Ich will aber nur eines [4]) oder zwei kurz erzählen.

Da Alexander Macedo die Stadt Thebe [5]) mit einem Sturm genommen hat, da [6]) ist eine löbliche Frau, *Timoclea*, von einem edlen [7]) Geschlecht und Stamm darin gewesen, welcher Haus ein Hauptmann eingenommen hatte in Hoffnung, die Frau und groß [8]) Geld zu erobern [9]). Die Frau hat [10]) ihn tugendlich empfangen, und ihm und seinen Gesellen Essen und Trinken reichlich geben, und hat gebethen, ihr Schutz [11]) zu halten, welches sie [12]) vertröstet [13]). Aber als der Hauptmann nun gesehen, daß es im Hause reichlich zugangen [14]), hat er, nachdem die Mahlzeit vollbracht war, nach dem Gelde und Silber und Gold gefragt. Die Frau hat sittiglich [15]) geantwortet, sie wolle ihnen [16]) nichts verhalten [17]), sie hab ihre Kleinod in einen Bron [18]) im Hause geworfen, da mögen [19]) sie solche wieder herausnehmen. Denselbigen Bron wolle sie dem Hauptmann alleine weisen. Darauf ist der Hauptmann mit der Frauen [20]) zum Bron gegangen, und da er steht und sieht hinunter, stößt ihn die Frau, daß er in die Tiefe in den Born [21]) fällt, und wirft darnach mit ihren Meyden [22]) mit Steinen zu, daß der Hauptmann todt bleibt. Dieses [23]) Geschicht gelangt an den König Alexandrum. Der thut Befehl, die Frau für [24]) sich zu bringen, und als er höret, daß sie von dem alten und löblichen Geschlecht Pelopidae, dabei sein Vater erzogen war, geboren gewesen, und daß sein Hauptmann sich ungebührlich in der Herberge gehalten, hat er ernstlich befohlen, daß die Frau Timoclea sollt geschützt und in ihren Gütern gelassen werden.

Nach den Meiländischen Kriegen hat sich vor wenig Jahren zugetragen, daß ein Hispanischer Hauptmann Herberg gehabt bei einem fürnehmen Mann von Adel, der eine schöne tugendsame Frau gehabt hat. Als nun der Hauptmann entbrannt, hat er die Frauen oft heißen Banketen zurichten, und hat sie zu ihm zu sitzen gezwungen, und hat sich mit unzüchtigen Geberden erzeigt; denn der Mann hat sich nicht dürfen finden lassen. Nun hat die tugendsame und ehrenreiche Frau ihrem Mann die Fährlichkeit vermeldet, der ihr befohlen, noch ein stattlich Banket zuzurichten, dazu er dem Gast einen besondern Trank gemacht, davon er, als er erwarmet, im Banket entschlafen ist. Also hat ihn der Edelmann schlafend erstochen. Und als diese That an den Kaiser gelanget, daß der Mann seiner Gemahl Ehre hab retten müssen, ist der Kaiser mit dieser Entschuldigung zufrieden gewesen.

Solche Exempel zeigen an, daß menschliche Vernunft aus natürlichem Licht, das Gottes Geschöpf ist, richtet, daß die Nothwehr ein recht ordentlich [25]) Werk sey, und ist solches scheinbarlich zu sehen in allen Müttern, die zu [26]) Rettung der Kinder Leib und Leben wagen.

Also hat auch Moses recht gethan, da er den [27]) Israeliten geschützt hat wider den Aegypter, der Gewalt an dem Israeliten übet [28]). Darum ist nicht [29]) Zwei-

1) Cod. Bav. etliche.
2) Cod. Bav. oder ihre.
3) Walch. dieser.
4) Walch. eine.
5) Walch. Theben.
6) Walch. mit Sturm genommen hatte,
7) Walch. von edlem.
8) Walch. viel groß.
9) Cod. Bav. erwerben.
10) Walch. hatte.
11) Cod. Bav. sie in Schutz.
12) Walch. er sie.
13) Cod. Bav. addit: ist worden.
14) Walch. zuging.
15) Walch. sittlich.
16) Walch. ihm.
17) Walch. verhehlen.
18) Walch. Born.
19) Walch. möge.
20) Walch. addit: allein.
21) Cod. Bav. Tiefe des Borns.
22) Walch. Mägden.
23) Walch. diese.
24) Walch. vor; cod. Bav. zu.
25) Walch. ordentlich scheinbarlich, et praetermisit scheinbarlich in seq. propositione.
26) Walch. zur.
27) Walch. daß er die.
28) Walch. übte. 2 Mos. 2, 11. 12.
29) Walch. ist ohne.

fel, die Nothwehr nach eines jeden Stand, ist [30]) ein recht Werk, und in den Gläubigen Gott gefällig. Denn das Evangelium gibt zu, in diesem bürgerlichen Leben natürlich Recht und ander Gesetz, die dem natürlichen Recht [31]) gemäß sind, zu brauchen; wie St. Paulus spricht: das Gesetz ist gut dem, der es recht brauchet. Und davon ist in andern Schriften und neulich in des würdigen Herrn Justi Menii Buch nothdürftiglich geredet.

Dieweil denn dieser Grund ohne Zweifel wahr ist, ist leicht zu schließen, was unsern [32]) Herrn zu thun gebühret hat, da [33]) man in Deutschland fremde, mörderische, unzüchtige Nation [34]), Italiener, Hispanier, Hussen [35]), geführet hat [36]), und Practiken gemacht, die Blutverwandten Fürsten an einander zu hetzen, und in ihrem eigenen Vaterland Verwüstung zu machen.

Es frage ein jeder sein eigen Gewissen, so ihm solche fremde Gäste, die [37]) Weib und Kinder schänden, zu Haus kämen, so [38]) er ihr möcht los werden [39]), was er thun wollt [40]), und was er für Recht hielt?

Daß aber etliche schreien: Christen sollen Geduld haben, sollen williglich leiden, und schmücken solch ihre Rede mit einer Schrift des ehrwürdigen Herrn Doctoris Martini Lutheri, die er vor vielen [41]) Jahren gestellt, als der gern Krieg verhüten wollt, so lange es durch Gottes Gnade möglich gewesen: darauf ist in andern Schriften nothdürftiglich geantwortet.

Die christliche Kirche hat wenig Schutz von der Obrigkeit; darum, so sie verlassen ist, muß sie leiden, und so gleich etwa eine Obrigkeit ist, die ihr gern Herberge geben will, als Philemon St. Paulo Herberge gab, findet man dennoch Leidens genug, und ist allzeit Geduld nöthig. Und wird das Leiden und Kreuz nicht damit weggenommen, so man gleich ernstlich lehret, wie Gott gewißlich gebothen hat, daß eine jede Obrigkeit die Kirchen in ihren Gebiethen schützen und väterlich hegen wolle [42]); wie in Esaia [43]) geschrieben stehet: die Könige sollen der Kirchen Nährer seyn.

Dazu ist die Schrift des Herrn Doctoris Martini, die zu Leipzig neulich gedruckt [44]), nicht ohne fremde [45]) Zusätz blieben. Denn der Ehrwürdige Herr D. Johannes Bugenhagen, Pastor der Kirchen zu Wittenberg, ist die Zeit, da dieselbige Schrift gestellt worden, zu Lübeck gewesen. Darum wie sein Name [46]) dazu kommt [47]), können wir nicht wissen.

Was aber endlich des Herrn Doctoris Martini Lutheri Meinung gewesen sey, ist klar zu sehen in dem Buch, deß Titel ist: die Warnung an die Deutschen, item, in diesem Sendbrief, den jetzund der würdige Herr Georgius Rörer an Tag gibt, der mit höchstem Fleiß und guter Treu des Herrn Doctoris Martini Lutheri Bücher und viel Schriften insonderheit behalten und zusammenbracht hat. Welche nun guter christlicher Meinung Bericht von dieser Frag wissen wollen, denen ist davon gnug geschrieben, um welcher willen auch dieser Sendbrief ans Licht bracht ist, sie zu stärken und zu trösten.

Aber den giftigen Herzen und Zungen [48]), die allein darum uns von Geduld predigen, daß sie gern wollten, daß unsre Herren sampt der christlichen Lehr Predicanten und viel christlicher Leut vertilgt wurden, will ich nichts anders antworten, denn daß Gott ihre und unsre Herzen siehet, der wird Richter seyn, welche die Wahrheit treulich gemeint haben.

Dazu wollen sie sich in ihren blutigen Practiken selbst spiegeln. Sie wissen viel besser denn wir, wie der Anfang dieser mörderischen Anschläge gemacht ist, daß man unsre Herrn überziehen sollt, und nicht allein fremde Völker in die Lande führen, sondern auch die Blutverwandten an einander hetzen. Halt ein jeder die Nothwehr unsers Theils und diese Practiken, die unsre Feind zu Unterdrückung der Wahrheit und zu [49]) Zerstörung ihres Vaterlands zuvor angezettelt haben, gegen einander, und betrachte sie fleißig, und bedenke alsdann, bei welchen sein Herz, Gebeth und Hülfe billig seyn soll. Und wiewohl etliche diese List mit schönen Farben mahlen und entschuldigen, so wird doch das alte Sprüchwort wahr bleiben: veritas temporis filia, die Zeit wird die Wahrheit ans Licht bringen, und, wie man sagt:

30) ist] Walch. non habet.
31) Walch. den natürl. Rechten.
32) Walch. unserm.
33) Walch. daß.
34) Walch. Nationen.
35) Walch. Husaren.
36) Walch. praetermisit: hat.
37) Walch. die ihm.
38) Walch. daß pro so.
39) Cod. Bav. zu Haus kommen, und er sie konnt überwältigen.
40) Walch. würde.
41) Cod. Bav. etlichen.
42) Walch. solle.
43) Walch. im Esaia C. 49. V. 23.

44) Est editio epistolae Lutheri, quae an. 1546. Lipsiae prodiit.
45) Walch. fremden.
46) In editione Lipsiensi Bugenhagii quoque nomen subscriptum legitur.
47) Walch. dazu kommen.
48) His verbis incipit scriptum in cod. Goth. 213., tanquam proprium iudicium de defensione, inscriptum: „*Iudicium Melanthonis* 1530."
49) Walch. zur.

es ward nie so klein gesponnen, es kam an die Sonnen [50]).

Ich weiß wohl, daß große jämmerliche Klag ist über den Krieg, und ist wahr, es ist leider ein sehr groß Elend. Es gehet aber hie wie in allen Krankheiten: von den Schmerzen klagt man sehr, und wenige meiden die Ursachen der Krankheiten. Die Weisen selbst sind die fürnehmen Haupturſach [51]) der Strafen, denn sie sind die gewaltigen Feinde [52]) der Wahrheit, deren listige Anschläge dahin endlich gericht sind, daß sie Abgötterei stärken, und rechte nöthige Lehr unterdrücken; wie zu sehen an den grausamen Edicten wider christliche Lehr [53]) in vielen Landen, item an den Practiken, so die Prälaten und Domherrn machen, ihre Abgötterei und Unzucht zu stärken. Wo nun solcher Grund ist, daß die Herzen in öffentlicher epicurischer Verachtung Gottes leben, da folget die Straf, et Satanas intravit in eum, der ruhet nicht, sondern treibet seinen Haufen für und für, Schaden zu thun. So ziehen die hohen und Weisen das unverständige Volk mit sich, daß Irrthum und viel Laster bei ihnen [54]) gestärkt werden. Zu solchem Wesen will Gott nicht allezeit [55]) stillschweigen.

So uns denn der Krieg wehe thut, sollten wir billig auch über die eigentlichen Ursachen klagen, nämlich über Stärkung der Irrthum [56]), und ein jeder sonst über seine Sünde, und sollten uns mit Herzen [57]) zu Gott bekehren, und nicht Irrthum [58]) helfen stärken, sollten uns auch sonst [59]) bessern. Und ist nicht [60]) Zweifel, wahrhaftige [61]) Bekehrung in etlichen würde ganzen Landen [62]) Fried und gut Regiment bringen; wie zu Ninive geschehen. Wiewohl Gott befohlen hatte zu predigen, daß die Stadt in vierzig Tagen untergehen sollte, hat er dennoch seinen Zorn gnädiglich gelindert.

Ach, allmächtiger ewiger Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, der du sampt deinem Sohn und heiligen Geist, Schöpfer bist aller Creaturen, und deiner lieben Kirchen, ich bitte dich, du wollest aus großer Barmherzigkeit um deines lieben Sohnes Jesu Christi willen dir eine Kirche in diesen Landen für und für sammeln und erhalten, die dich recht erkenne, recht anruffe, und mit rechtem Gehorsam in Ewigkeit preise, und wollest dieselbige mit deinem heiligen Geist durch dein heiliges Evangelium allzeit regiren. Du wollest auch derselbigen friedliche Herberg, und selige weltliche [63]) Regiment geben, daß die Jugend in christlicher Lehre und guter Zucht möge erzogen werden, und daß wir dir für solche deine Gaben herzlich und fröhlich danken können. Wir glauben ja von Herzen, daß du dir eine ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht sammelst, und daß du dieselbige gewißlich erhören willst, daß auch derselbigen Kirchen Gliedmas alle die sind, die dein Evangelium lernen, und mit Glauben annehmen und lieben, und dich in solcher Erkenntniß herzlich anruffen, in welcher Zahl auch wir sind, und daß die Verfolger deiner Wahrheit nicht Gliedmas deiner Kirchen sind.

Darum wollest [64]) uns um deines Sohnes Jesu Christi willen erhören, und erretten von allem Bösen, und uns wiederum friedliche selige [65]) Regiment geben, wie unser Heiland Jesus Christus gesprochen hat [66]): was ihr den Vater bittet in meinem Namen, das wird er euch geben. Und hat dagegen gesprochen, er wolle des Haufens Opfer nicht annehmen, der sein Evangelium hasset und verfolget, er wolle auch ihre Namen auf seine Lippen nicht kommen lassen.

Bitte für uns o Herr Jesu Christe, Gottes Sohn, daß kund werde, daß du wahrhaftiglich regirst, und deine Kirche, die dein Evangelium ehret und liebet, gewißlich erhörest und erhalten willst, und daß also allezeit dein ewiger Vater, Schöpfer aller Creaturen sampt dir und dem heiligen Geist gepreiset werde. Amen.

No. 3705. **14. Ian. (Witteb.)**

V. Theodoro.

Appendix lib. IV. epist. p. 29. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 647.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in inclyta urbe Norib.

S. D. Hanc epistolam *Witebergae* scripsi, quo expatiatus eram post fugam Hunnorum equitum,

50) Pro verbis: Und wiewohl etliche etc. Cod. Goth. 213. nil habet nisi haec: Man streich ihm wie man will eine schöne Farb an, veritas temporis filia.
51) Walch. vornehmste Ursache.
52) Cod. Goth. 213. tantum: die Weisen selbst sind die gewaltigen Feinde.
53) Walch. Lehrer.
54) Cod. Bav. ihme.
55) Cod. Bav. allweg.
56) Walch. Irrthümer.
57) Walch. Ernst pro Herzen.
58) Walch. Irrthümer.
59) Walch. selbst pro sonst.
60) Walch. ohne.
61) Walch. eine wahrhaftige.
62) Walch. dem ganzen Lande.
63) Walch. ein selig weltlich.
64) Walch. wollest du.
65) Walch. friedlich selig.
66) Walch. addit: Ioh. 16, 23.

qui prorsus Turcico more grassati sunt in hac vicinia. Sed Deus aeternus, Pater Domini nostri Iesu Christi, nos texit, ut *Solymen* depulso Assyrio. Id beneficium agnoscamus, et grati celebremus, ac ardenter oremus, ut deinceps nos protegat, et piam ac salutarem pacem Germaniae restituat. Vobis etiam gratias ago, quod reliquias nostrae Academiae, tanquam tabulas ex naufragio receptas, istic tueri studetis.

Ago gratias et de *Georgio Maiore*, qui ipse scribet istuc, cum erimus una. *Μελέτω δέ σοι καὶ τοῖς φίλοις, ἀνδρὸς ἀρίστου καὶ φύσει, καὶ διδασκαλίᾳ φιλοσόφου τοῦ Μειλιχίου.*

Mitto tibi et amicis scriptum *Menii*, in quo prior pars ipsius est propria. Nos postea in ea parte, in qua ille *λοιδορῶν φορτικώτερος* fuerat, attexuimus disputationem eruditiorem et verecundiorem.

Pesoldum, miror, mihi non scribere, quem, velim, adhorteris, ut mihi respondeat. Diligo enim eum, non solum, ut olim dicebatur, ut me alterum, sed etiam ut te alterum. Utinam coniunctio literarum possit aliquid opis adferre Reipublicae. Sed tamen, etiamsi ruant imperia, prodest Ecclesiae *τῶν διδασκόντων ὁμόνοια*. Bene vale. Die 14. Ianuarii.

Philippus Melanthon.

No. 3706. 14. Ian.

Hier. Besoldo.

† Ex apogr. in cod. Lang. p. 8 b.

Hieronymo Besoldo Noribergensi, docenti Ecclesiam Dei in inclyta Noriberga.

Meministi, opinor, saepe me praedicere *οὐ μαντικῇ, ἀλλὰ τῶν ἀρχόντων πλημμελήματα ὁρῶντα*, domicilia doctrinae et Ecclesiarum praecipua fore bene moratas civitates, sumque toti posteritati gratulatus, quoties audivi recte constitui scholas et Ecclesias in urbibus, ac precor Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut civitates defendat et guberuet. Precor etiam, ut tua studia regat. Miror, te tam diu nobis nihil scripsisse. Tempus autem nos de versu Homerico admonet:

δεῖλοι τοι δειλῶν γε, καὶ ἔγγυαι ἐγγυάασθαι [1]).

Sed te oro primum, ut rescribas ad Baronem ipsum. Hanc rem si nobis recte curaveris, promitto *ἀντίδωρον*, tibi me pertexturum esse annotationes, quas inchoavimus in primam epistolam ad Corinthios. Teneamus enim nos philosophi hoc utile praeceptum de beneficiis, quod negligunt *οἱ βασιλεῖς, τῷ ἀντιποιεῖν σώζεσθαι πόλεις.* Bene vale. Die 14. Ianuarii 1547.

Ph. M.

1) Sic haec verba in cod. leguntur, sed in Homero Iliad. *θ*. 361. sic sonant: *δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι*, de quorum verborum sensu vid. Dammius in Lexico Homerico-Pindarico s. v. *δειλός* uberius disputans. Putat sensum esse: pro malis spondere malum est.

No. 3707. 14. Ian.

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 700 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano,

S. D. Ideo sinit Deus exerceri homines periculis inextricabilibus humanae sapientiae, ut discamus, non omnia posse regi humanis consiliis, et petamus atque expectemus coeleste auxilium, sicut saepe monet vox divina. Et Filius Dei inquit: Sine me nihil potestis facere. Et Psalmus ait: Nisi Dominus custodierit civitatem. Petamus igitur a Deo auxilium et pacem.

Landgravius flectere animum Generi non potuit. Et puto, vos novisse, quid utrique Principi proposuerit, Electori et Genero.

De Ecclesia urbis vestrae audio, Doctorem *Erasmum Albertum* ad vos profecturum esse, ut petat, sibi commendari vestrae Ecclesiae gubernationem. Vir honestus est, et in doctrina integer. Sed vox fortasse non placebit populo. Et vellem esse cautiorem. Ego iterum explorabo voluntatem *Andreae*, Diaconi Ecclesiae Salinarum, qui iam, ut ego ratiocinor, libentius ex Salinis discedet, quia servitus Diaconorum erit maior. Bene et feliciter valete. Die 14. Ianuarii. Decrevi post triduum redire Servestam. Deo iuvante.

Philippus.

No. 3708. 15. Ian. (Witteb.)

Ioachimo Anhaltino.

Beckmanni accession. hist. Anhalt. p. 116.

An Fürst Johann zu Anhalt.

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Son Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchläuchter Hochgeborner Fürst, Gnädiger Herr. Unser Heiland, der Son Gottes, spricht: Selig sind die Frieden machen, dann sie werden Kinder Gottes seyn; Darum thun beydes *) E. F. G. Christlich und löblich, daß Sie zum Frieden arbeiten. Der allmächtige Gott, deß Gabe und Werke sind friedliche Regiment, wolle zu E. F. G. Arbeit Gnade und Segen geben. Es gebürt auch den hohen Personen solche Werk und Fürstl. Elemosynen fürzunemen. Ich bin ein sehr geringe privat-Person, und bin die Zeit, da noch Frieden und die Verbitterung so groß nicht gewesen, in Fährligkeit gestanden, daß ich in etlichen Sachen zur Linderung geredet; Nun habe ich gleichwol, wie E. F. G. wissen, an den Land-Grafen vor dieser Zeit geschrieben, auf Frieden zu arbeiten, welches Er doch selbst vor meinen Schriften vorgenommen. Nachdem aber Hertzog Moritz alle Handlung abgeschlagen und suchet allein seines Vettern Ausrottung, sehe ich keine Mittel zu Frieden, wo nit Kayserlich Majestät sich Teutscher Nation erbarmen will, und ein gnädigen Frieden auf demütige Ansuchung geben will. Wiewol ich nu zu diesen verwirrten weltlichen Sachen wenig zu reden weiß, so will ich doch auf E. F. G. gnädige Schrifft, so ich Fuhre haben kann, mich auf den Weg machen. Wenn die Fürsten Gottes Ehre suchten und nicht zu viel Sach in einander mengten, so wären ihnen die Regiment leichter und den Landen seliger. Der allmächtig Gott wolle E. F. G. gnädiglich bewaren und stärken und regiren, und diesen Landen wiederum einen gnädigen Frieden geben. Datum Witteberg Sonnabend den 15. Ianuarii, 1547.

E. F. G.
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

*) Puto legendum: beide; videlicet Iohannes et Georgius, principes Anhaltini.

No. 3709. (19. Ian.)

P. Ebero.

Manlii farrag. p. 199. Epist. lib. II. p. 139. (edit. Lond. lib. II. ep. 125.). Apographa in codd. Gothanis 191. p. 60 et 401. p. 2.

D. Paulo Ebero

S. D. Hunc *Pancratium Bavarum* honestum et doctum virum praefecerunt principes *Ascanii* Ecclesiae in loco vicino *Servestae.* Quare ad vos mittitur, ut vetere et divinitus tradito ritu commendetur ei ministerium Ecclesiasticum. Ut victimis manus imponebantur: ita et Ecclesiae ministri simili ritu vocantur, ut meminerint, se esse victimas. Simus igitur parati [1]) animis ad aerumnas ferendas. Et tamen speremus cum divinitus nobis impositae sint manus, nos sustentari auxilio divino, et tegi manibus Dei. Reliqui in aedibus tuis candelabrum (nostrum) [2]), et pyxidem qua sum usus in spargenda arena madentibus chartis: Haec adserves nobis aut huic *Pancratio* adferenda tradas. Bene et feliciter vale.

Adsidebat haec scribenti D. *Camerarius*, qui heri advenit cum Principe *Georgio*, Coniugem et familiam suam misit *Arnstadium*, ut inde mittat *Noribergam*. Forte enim *Daschius* venit *Mersburgum* cui adiunxit familiam. Hodie dicitur huc venturus *Marchio* Elector. Nostrae filiolae Catharinae emito βήχικας placentulas in myropolio [3]).

No. 3710. 19. Ian. (Servestae.)

C. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 305 sqq.

Christophoro Pannonio (Theologo Francoford.)

S. D. Non reprehendo equidem pietatem tuam chariss. Christophore, quod, ut ex literis tuis et ex amicorum sermone intelligo, magno in luctu ac moerore es, propter Patriae calamitates. Ac profecto eodem modo omnes bonos ubique affectos esse oportuit, cum propter vicinas Ecclesias, tum propter commune periculum. Murum enim Germaniae, Sarmatiae, Italiae iam demoliti sunt Turci, capta Pannonia. Sed nos quidem, qui non possumus opitulari Reipublicae, meminisse decet coelestia oracula, quae praedicunt, haec ultima esse Imperiorum fata. Praeparemus igitur animos ad ferendas fatales poenas, et sciamus, interim mansuram esse Ecclesiam Dei, et propter hanc studia haec nostra colenda esse. Erit alibi sedes

1) Utr. cod. Goth. *parati*, Manl. et Peuc. *paratis*.
2) *nostram* omisit Manl. et cod. Goth. 401.
3) *Nostrae fil.* etc. praetermisit Peucerus; leguntur in utroque cod. et apud Manl., qui autem mendose edidit βιχικας.

aliqua Ecclesiae, ut Christo nascenti *φάτνη καὶ σπάργανα*. Hac ut cogitatione tuum luctum aliqua ex parte leves, te adhortor. Non enim vult nos Deus succumbere moerori.

Quod de historiis vestris nihil ad me scripsisti, et doloris magnitudine te impeditum esse indico, et significabantur omnia ex Noriberga. Etsi ego quidem *τὸ ἐκβὰν* iam antea *ἐν ὀνείρῳ* videram, ut multi norunt. Deum etiam oremus, ut poenas mitiget, qui quidem etiam consolatur nos, ac testatur, nunc Filium suum dimicare pro Ecclesia, nec quintam Monarchiam futuram esse. Sed haec alias. Gratum mihi facies, si saepius ad me scribes. Bene vale. Die 19. Ianuarii.

Philippus.

No. 3711. 21. Ian. (Servestae.)

G. Maiori.

Epist. lib. V. p. 349 sqq.

Georgio Maiori (tum Magdeburgi.)

S. D. Nosti illud vetus, sacram rem esse consilium, quare simplici animo et bona conscientia, quod mihi visum est de tua deliberatione, significabo. Credo, te non libenter deserere Academiam, et ego te optarim, retineri posse, ac prorsus decreveram de nobis omnibus agere cum Principe, postquam Lipsicae obsidionis exitum felicem vidissem. Sed vides moras, et interea hostem confirmari, et crescere bellum, tanq. incendium, cernimus. Te igitur adhortor, ut plane statuas, utro in loco esse malis. Noribergaene, an Wratislaviae? Imo de *Northusia* hodie res integra est. Deinde, si Wratislaviam anteferes caeteris locis, hoc petas, ut ab Electore Senatus petat, ut tibi concedat, ut Ecclesiae in urbe sua servias. Nam, quod in his literis, quas ad *Moibanum* scripsisti, geminas conditiones affers, ut scribant ad Electorem et ad Senatum Noribergensem, videtur indecorum. Si placet Wratislavia, nos te facile Senatui Noribergensi excusabimus, nondum enim illis quicquam promisisti. Et *Vito* nuper ita scripsi, de tuo negotio nos scripturos esse, cum una erimus, ego et tu. Adhibe in consilium *Milichium*. Nam ego in hac sententia sum, te recte facturum, si cui Ecclesiae operam promittes. Nunc statuito, quam anteferas. Fortassis familia in his tumultibus toto hoc anno Noribergam non poterit transvehi. Ideo quasi divina *ἀνάγκῃ* alia loca adire cogeris. Habes mei consilii summam. Deus gubernet tuam mentem, ut eligas, quod et Ecclesiae et tibi erit utilissimum. B. V. Die 21. Ian.

Philippus Melanthon.

No. 3712. 21. Ian.

Io. Aurifabro.

† Ex apographis in codd. Gothanis. No. 212. p. 94. et No. 191. p. 84.

M. Iohanni Aurifabro[1].

Carissime et doctissime Iohannes. Ut quaeque natura est optima, ita maxime acres motus habet *τῆς φιλοστοργίας*. Quare non dubito, et honestissimae coniugi tuae mortem patris[2]) ingentem dolorem allaturam esse, et te valde ipsius luctu et tua orbitate excruciari. Sed te oro, ut illam celes mortem patris[3]) donec pepererit, et tuum animum veris consolationibus erigas. Meministi dulcissimam Esaiae vocem, gratulantis quietem[4]) piis, cum ait, eos praeripi tristissimis spectaculis publicarum calamitatum, iubetque eos in cubili suo suaviter quiescere et expectare resurrectionem. Rursus ille te et filiam[5]) et vestram filiolam complectetur et dulcissimis suaviolis vos excipiet aliquanto post. Eius temporis cogitatione nos a luctu abducamus. Ego, etsi vix a conspectu belli oculos deflectere possum, tamen etiam nunc veterem nostram consuetudinem dulcissimam et sermonis plenos sapientiae christianae, quos habebat in conventu Ratisbonensi recordor, ac desiderio eius[6]) valde afficior. Sed brevi nos futuros esse scio non in tyrannorum conventu, sed in coelesti consuetudine. B. V. *Georgio*[7]) scripsi, ut respondeat *διαῤῥήδην*. Salutem opto clariss. D. *Hofmanno*. Dat. Servestae 21. Ianuarii, anno 1547.

---

1) Erat illo tempore Io. Aurifaber lector in Acad. Witteb., et simul cum Marcello et Georgio Maiore se receperat Magdeburgum. Vid. ep. ad Maiorem d. 26. Ian. h. a.

2) Cod. Goth. 191. *matris*. Sed loquitur de morte Io. Hess, cuius filia erat coniux Aurifabri. Vid. ep. ad Kindlerum d. 25. Ian.

3) *patris* praetermisit cod. Goth. 191.

4) *quietem*] cod. Goth. 191. *pietatem*.

5) *filiam*] cod. Goth. 191. *filium*.

6) *eius*] cod. Goth. 191. *ipsius*.

7) Georgio Maiori. Vid. ep. ad eundem d. d. 21. Ian. et ad Kindlerum d. d. 25. Ian.

No. 3713. 21. Ian.

P. Ebero.

Manlii farrag. p. 355 b. — Item edita a Peucero in Mel. Epist. lib. II. p. 132. (edit. Lond. lib. II. ep. 117.). — Apographon in cod. Goth. 401. p. 2.

D. Paulo Ebero

S. D. Τὸ μέλλον ἀεὶ τυφλὸν ἕρπει, inquit *Sophocles.* Quare quis sit exitus tam horrendi belli futurus pronunciare non possumus, sed tamen quisquis erit exitus, Καδμείαν νίκην, ut veteres dicebant, fore certum est. Praeparemus igitur animos ad ferendas eas miserias, quae bella civilia comitantur. Imo et Deum, aeternum patrem Domini nostri *Iesu Christi*, oremus, ut poenas mitiget. *Marchio* Elector hinc heri profectus est, ut de pace agat, sed ne ipse quidem sperabat, *Aiacem* ad pacem flecti posse, qui confidat [1]) *Caroli* et *Ferdinandi* auxiliis. *Macedonem* existimant sibi consulturum esse. Et in Electoris castris proditiones metuuntur. Cum igitur crescant pericula, sit invocatio Dei ardentior, teque oro ut vel quotidie scribas ea quae isthic audies digna memoratu. *Bavarus* quem misimus ut publico ritu vocatio eius ad ministerium Evangelii confirmaretur, nondum rediit. *Hessum*, gubernatorem Ecclesiae Dei in urbe *Vratislavia*, ex hac mortali vita evocatum esse, certum est: doleo et Ecclesiae, et generi, et filiae causa; generi ad te epistolam mitto. *Camerarius* heri cum Principe *Georgio* hinc abiit, secuturus suam familiam. At nos hinc alii sitientes ibimus *Afros.* Pars *Scythiam*, et fortassis *Baltica* littora adimus. Deus respiciat nos. Bene vale. Die 21. Ianuarii. 1547.

No. 3714. 22. Ian. (Servestae.)

Ant. ab Isenberg.

Epist. lib. III. p. 75. (edit. Lond. lib. III. ep. 54.), ubi inscribitur: „*Comiti cuidam*". Sic etiam apographon in cod. Goth. 401. p. 11. Sed apographon in cod. Lang. p. 10 b. habet inscriptionem:

(Comiti) Antonio ab Isenberg.

S. D. Inclyte Comes. Etsi Philosophi multa de causis cur imperia mutentur disputant, tamen divina vox testatur humanorum scelerum multiplicium poenas esse bella. Id agnoscamus, et moribus emendatis confugiamus ad Filium Dei, qui servabit haud dubie reliquias Ecclesiae suae. Inter caetera vero bellorum mala hoc est, † maximum" quod literarum studia impediuntur, et discentium caetus dissipantur; quod nunc duabus florentissimis Academiis accidit, *Lipsicae* et nostrae. Est autem dignum bonitate virorum Principum, Scholasticos exulantes excipere et tueri. Quare hunc *Petrum* tibi commendo, cognatum viri honestissimi Praeceptoris tui *).

Mitto etiam brevissimam annotationem rerum in *Mysia* **) nostra hactenus gestarum. Nam longiorem Historiam circumferre non est tutum. Coniungamus autem vota, ac vera pietate Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi precemur, ut piam et salutarem pacem *Germaniae* restituat. Tibi certe ex animo opto, ut in Republica pacata et florente virtus tua conspici possit. Bene vale. Die 22. Ianuarii, Anno 1547.

No. 3715. 23. Ian. (Servestae.)

H. Besoldo.

Epist. lib. V. p. 224 sq. — Apographon in cod Lang. p. 6.

Hieronymo Besoldo, docenti Evang. Noribergae.

S. D. Charissime Hieronyme. Silentium tuum etsi tempora excusant, tamen miratus sum, ut nuper scripsi. Sed prius accepi literas tuas, testes benevolentiae tuae erga nos, quam tu meam κατηγορίαν. Munus exhibui Filiae, tibique gratias ago. Cum autem Patria te ad docendum † et" in Schola et in Templo vocarit [1]), annitere omni studio, ut ministerium omnibus virtutibus ornes. Meministi vetus illud, ὅσια πράττειν καὶ εὔφημα λέγειν δεῖ τοὺς ἱερουργοῦντας, sed coelestia dicta in eandem sententiam multo [2]) praecipiunt severius. Acuat autem curam et solicitudinem periculi magnitudo. Nisi civitates retinebunt doctrinae lucem, rursus erunt Cimmeriae tenebrae ubique.

---

1) Manl. *confidit*, cod. Goth. 401. *confidet.*

*) *Petri Medmanni.*

**) *Mysia* codd. Goth. pro *Misnia.*

1) Saub. *vocarit.*

2) Saub. *multa.*

Nam in principum regionibus studia doctrinae impediuntur bellis. Vos igitur in bene moratis civitatibus reducem Astream complectimini et colite. Bene vale. Die 23. Ian. quo anno superiore viventem Lutherum postremo vidimus.

Philippus Melanthon.

No. 3716. 23. Ian.

V. Theodoro.

Append. Epist. lib. IV. p. 80 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 648.

D. Vito Theodoro, Evangelium docenti in Ecclesia Dei in urbe Noriberga.

S. D. Priusquam tuus nuncius ad nos veniret, Witebergae ad te et ad *Pesoldum* scripsi, eumque fasciculum ad *Michaelem* Northusanum misi. Quare, cum existimem, tardius ad te perventuras esse eas literas, mitto exemplum aliud *Meniani* scripti. Pars prior ipsius est propria. Postea cum ad ζήτημα ventum est, opus ipse pertexui. Nam ille aliam θέσιν instituerat κουφοτέραν καὶ σαθρὰν καὶ γέμουσαν λοιδοριῶν. Haec nostra verecundior et eruditior, doctis lectoribus fortassis gratior erit. Postea audivimus, *Iohannem Hessum*, instauratorem Ecclesiae Dei in tota Silesia, ex hac mortali vita evocatum esse. Cohorrui. Nam et dilexi virum, et cogitare coepi, ut mortuo *Luthero* in his regionibus tristissima bella mota sunt, ita Turcicas irruptiones extincto *Hesso* secuturas esse. Deum oremus, ut calamitates publicas et privatas mitiget, et flectat Principum animos ad suam et populi salutem.

De *Georgio Maiore* scribam, cum erimus collocuti. Nunc gratias vobis ago, et egi in proximis literis, quod eum accersitis. *Lipsia* adhuc oppugnatur. Familiam suam *Ioachimus Camerarius* in Turingiam misit. Ipse adhuc apud Principem *Ascanium* est in arce Dessaensi. Bene et feliciter vale. Die 23. Ianuarii.

Philippus Melanthon.

Epistolas duas, alteram ad Bucerum scriptam, alteram Hispanum, quaeso, mittas Argentoratum.

No. 3717. 25. Ian.

Fr. Dryandro.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3], cod. Goth. 401. p. 10b, cod. Goth. 191. p. 53b. et cod. Lang. p. 9b.

Francisco Dryandro Hispano. (Argentorati, vid. epist. ad Theod. d. d. 23. Ian.)

S. D. Cum epistolam tuam legerem, in qua narras, quas Ecclesias adieris, gaudebam, te [1]) veteri exemplo multarum Ecclesiam iudicia cognoscere [2]). Sic Basilius Asiam [3]) pervagatus est, ut ipse narrat [4]). Fuit igitur ea pars literarum mihi [5]) magnae voluptati, ὅτι εὗρες συμφωνοῦντας τοὺς διδασκάλους. Reliquam vero partem [6]), in qua fratris est historia, cum legerem [7]), varie afficiebar. Ipsi gratulor [8]) hoc tantum decus, quod in confessione non fractus est animo. Sed dolebam, parentes, et te propter parentes [9]), in luctu esse. Verum te adhortor, ut fratris exemplo sis fortior. Deinde magnopere te rogo, ut in Germania maneas. Ego, quamprimum erunt tempestates mitiores, ad te proficiscar. Nam bellum in his regionibus accensum certorum hominum scelere dissipavit Academias [10]). Et, quicunque vicerit, Tyrannides barbaricae sequentur. Ego [11]) ex his locis, quae copia doctorum et bonorum virorum in utraque Academia egregie ornata [12]) fuerunt, magno cum dolore discedo [13]). Seriem eorum, quae hactenus [14]) gesta sunt, brevissime annotavi [15]). Bene vale, vir optime et carissime frater [16]).

---

1) *te*] cod. Paris. non habet.
2) Cod. Goth. 401. *agnoscere.*
3) *Asiam*] cod. Goth. 191. *etiam.*
4) *ut ipse narrat*] in cod. Goth. 191. et cod. Lang. praetermissa sunt.
5) *mihi*] cod. Paris. non habet.
6) *legens* addit cod. Paris.
7) *cum legerem*] praetermissa sunt in cod. Paris.
8) Cod. Goth. 401. *gratulabar.*
9) *et te propt. par.* in cod. Goth. 401. praetermissa. Cod. Lang. ex interpretamento: *et te propter fratrem et parentes.*
10) *Academias*] cod. Paris., cod. Goth. 191. et cod. Lang. *Ecclesias*, ex inepta emendatione. Loquitur enim de utraque Academia, Lipsica et Witebergensi.
11) *Ego*] cod. Goth. 401., cod. Goth. 191. et cod. Lang. *Igitur.*
12) Cod. Paris. *exornata.*
13) Cod. Paris. *discedam.*
14) *hactenus*] cod. Paris. praetermittit.
15) *Seriem — annotavi*] cod. Goth. 401. non habet.
16) *carissime frater*] cod. Paris. *amice carissime.*

Die XXIII. Ian.[17]) in Colonia veteri Saraborum[18]). Salutem opto viro optimo, hospiti tuo, Dom. *Oporino.* Iterum vale[19]).

Ph. Mel.

No. 3718. 23. Ian.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 125 sq. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 100. (Notavit Baumgartnerus, se epistolam accepisse d. 2. Feb. 1547.)

Clariss. viro — D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg.

S. D. Olim Mysos Homerum inquit hominum fuisse iustissimos, quorum hi recentes Mysi, qui patriae sunt ἀλάστορες, et bellum civile accenderunt, quam dissimiles sint, res ostendit. Te scio, quanquam longius abes, quam nos, tamen et audire ea, quae utrinque fiunt, et mente videre crescentes in utraque parte cupiditates et furores. *Ioachimum* velut ex incendio evasisse gaudeo, et Deo gratias ago, qui eum velut Loth eduxit. Ego quoque de fuga cogito. Erunt τυραννίδες barbaricae, quaecunque pars erit victrix. O tristem poenam scelerum multorum veterum et recentium! Iuves igitur nos piis votis, ut Deus iram mitiget. Bene vale. Die 23. Ianuarii *).

† Philippus Melanthon."

No. 3719. 25. Ian. (Servestae.)

Fab. Kindlero.

† Ex autographo in cod. Rehd. Vratisl. Vol. III. epist. 7. a S. V. *Schulzio* nobis descripta.

Clarissimo viro, eruditione, virtute et prudentia praestanti, Dom. Fabiano Kindlero, Cancellario Ducatus Vratislaviensis, amico suo.

S. D. Clarissime D. Fabiane. Etsi *Hesso* ipsi gratulandum est, quod in illam aeternam et dulcissimam consuetudinem Dei, Christi et collegarum suorum, prophetarum et apostolorum traductus est, tamen orbitate Ecclesiae nos non possumus non dolere. Valde enim probanda est pietas et Senatus et Ecclesiae vestrae, quod surrogare alium, qui idem doctrinae incorruptae genus doceat, studetis. Fui hortator *Georgio Maiori*, ut ad vos migraret. Sed lacrymis coniugis retinetur. Meum tamen consilium est, ut ampliss. Senatus vester ad Electorem de eo scribat, ac dimitti eum petat. Ego interea coram vehementius contendam, ut non defugiat Ecclesiae vestrae gubernationem. Agam et cum *Crucigero.* Fortassis aetatem maiorem requiritis quam est aetas *Iohannis Aurifabri*, cui filia *Hessi* nupta est. Sed profecto eruditio, virtus et in omni officio diligentia tanta est, ut magnum Ecclesiae ornamentum fore sperem. Quid si huic *Hessi* genero locum aliquem in Ecclesia vestra tribueretis, donec in soceri locum transferri posset? Pagellam mitto de tristissimo bello harum regionum. Bene vale. Die conversionis Pauli. 1547.

Philippus Melanthon.

No. 3720. 25. Ian.

Iach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 569 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 716.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. Pab. amico et fratri suo cariss.

S. D. Honestissimum exemplum civitatis Atticae meministi, quae Thebanis exulibus hospitium praebuit deletis Thebis, cum quidem Victor edictum proposuisset, ne in graecis civitatibus reciperentur, qui illi tristissimae cladi superfuerant. Postea Victor ipse Atticae civitatis officium laudavit. Florentia et Ferraria exules graecos Argyropylos et Gazam exceperunt. Nunc non solum nobis hospitium offert *Noriberga*, sed ut audio scholasticos etiam pauperes multos, qui ex utraque Academia illuc venerunt, alit. Deus reddat gratiam Noribergae pro hoc pio officio, et servet aliqua doctrinae et Virtutis domicilia. Mitto tibi exemplum litterarum quas ad senatum scripsi quod, si videbitur leges. Valde autem te oro, ut de tuis rebus ad nos scribas, poteris enim litteras mittere in arcem Vinariensem ad *Iohannem Kestner*, virum integerrimum et tui amantiss. decrevi

17) Cod. Goth. 401. et 191. *Die 27. Ianuar.*

18) Cod. Goth. 401. *Saraboth, anno* 1547. — In cod. Goth. 191. verba: *in Colonia* etc. desiderantur.

19) *Salutem opto* etc. tantum servavit cod. Lang.

*) Alia manus adscripsit: 1547. (exhibitum in lib. VI.).

ad te expatiari, ubi intellexero te Erfordiae aliquantisper commoraturum esse. Pertexo nunc in hac solitudine munus debitum tuo filio, dialecticen. Speremus enim deum servaturum esse Ecclesiae et doctrinarum semina, ut toties vox divina promisit, nosque curae esse Deo non dubitemus, vel si fractus illabatur orbis. Bene vale. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi servet te et honestiss. coniugem tuam et dulcissimos liberos tuos. VII. Cal. Febr.

Phil. Melanth.

No. 3721. 26. Ian.

G. Maiori.

Epist. lib. V. p. 352 sq.

Georgio Maiori, (Magdeburgae versanti.)

S. D. Laudanda est prudentia in gubernatore navis, qui non navigat foedis tempestatibus, aut cum signa sunt illustria foedae tempestatis. Sed tamen ille ipse cautus gubernator tranquillo mari navigat, et scit, exoriri interdum subito tempestates saevissimas, quae prospici non potuerunt. Talis propemodum tota vita est, etiam cum ea pericula, quae cerni humana prudentia possunt, vitavimus: tamen alia accidere possunt, quae sapienter ferenda sunt. Sequamur igitur in deliberationibus primum honesta consilia, deinde pericula mediocriter prospiciamus, nec omnia praevideri posse cogitemus, cumque statuerimus, eventus Deo commendemus. Non licet deesse Ecclesiis, etiamsi Turcici exercitus muros nostros circumsederent. Ego utrisque ita respondi, Noribergensib. et Vratislavianis, ut omnia adhuc tibi integra sint. Potes igitur habere δευτέρας φροντίδας. Ego quidem anteferrem Noribergam, sed tibi non fero leges, et optarim, consuli posse Ecclesiis Slesiacis. Deus regat mentem tuam, ut statuas, quod Ecclesiae et tibi faustum et felix erit.

Mitto tibi fasciculum literarum dandum *Christiano Pontano*, quem istic iam esse arbitror.

Missus est hic fasciculus ex Erphordia ad *Camerarium.* Nam familia Camerarii nunc Erphordiae est. Significabis autem mihi, an exhibueris hunc fasciculum *Christiano Pontano*, cui quidem et meis verbis reverenter salutem dices. Mitto tibi libellum recens editum Witebergae. Salutem opto Dn. *Milichio* et *Marcello*, et *Ioanni Aurifabro.* Bene vale. Postridie Conversionis Pauli 1547.

Philippus Melanthon.

No. 3722. (h. t.)

Io. Marcello.

† Ex apographo cod. Goth. 191. p. 77 b. Eadem legitur in cod. Goth. 401. p. 123 b. et in cod. Monac. 89. No. VI. p. 32.

Ioanni Marcello.

S. D. Clarissime [1]) Marcelle. *Πέμψον μοι ὑπομνήματα τοῦ Βοητίου* [2]) *εἰς τόπικα Κικερῶνος. Ὀφέλιμον γὰρ τεῦχος τῇ ἐκκλησίᾳ διαλεκτικὸν* [3]) *παρασκευάζω, καὶ πρέπει ὑμᾶς* [4]) *βοηθεῖν τοιαῦτα σπονδάζοντι* [5]). *Ἔρρωσο.*

Ph. M.

No. 3723. 29. Ian.

G. Maiori.

Epist. lib. V. p. 351 sq.

Georgio Maiori. (Magdeburgae versanti.)

S. D. Charissime Georgi. Mitto tibi literas *Baumgartneri*, quae testantur, tibi deliberationem de migratione in Patriam adhuc integram esse, si quaeres tibi et liberis hospitium tranquillius. Nam, postquam hae regiones civili cruore pollutae sunt, quae spes potest esse pacis? Et errata consiliorum apud nostros *προσημασίαι* sunt velut tempestatum. Posse autem aliquanto post familiam transvehi, ratiocinor. *Vitum*, miror, tam diu abesse, cum quidem Lipsiam exercitus Electoris reliquerit, quae res magnam rursus belli conversionem factura putatur. Brevi ad vos excurram. B. V. Die 29. Ian.

Philippus Melanthon.

1) Cod. Goth. 401. *Carissime.*
2) Cod. Goth. 401. *Βοετίου.*
3) Cod. Goth. 401. *διαλεκτικήν.*
4) *ὑμᾶς*] cod. Goth. 401. et cod. Monac. *ἡμᾶς.*
5) *σπονδάζοντι*] cod. Monac. *σπονδάζοντα;* cod. Goth. 401. *οὐς ταῦτα.*

No. 3724. (m. Ian.)

G. Bucholzero.

Epist. lib. VI. p. 505 sq.

Venerando Viro, eruditione et virtute praestanti Domino, Georgio Bucholtzer, Praeposito et Pastori Ecclesiae Dei in urbe Arctoa Berolinensi, amico suo.

S. D. Tota Evangelii doctrina arcanum Dei decretum est prolatum ex sinu aeterni Patris, a filio Domino nostro Iesu Christo, qui propterea magni consilii Angelus dicitur. Nec licet ulli creaturae quidquam in eo decreto mutare. Ideo nunquam volui nova dogmata gignere, sed pio studio et bona conscientia quaesivi veram et veterem Ecclesiae doctrinam. Et cum initio motis disputationibus, doctrina admodum dissipata esset, et multa a multis improprie dicerentur, miscerentur etiam quaedam horridiora, aliena ab Evangelio, collegi summam doctrinae et proprio eam sermone exponere studui, fuique caeteris hortator ad amandam proprietatem, speroque hunc meum laborem aliquamdiu etiam Ecclesiarum concordiae in multis locis profuisse, ac conscientia huius meae voluntatis ac sedulitatis mihi nonnihil dolorem hoc tempore lenit. Nec mei dissimilis ero; quicunque belli exitus erit, si vivam, dicam moderate veras sententias et Ecclesiae necessarias. Etsi autem delector officio vestro, quod ad me interdum scribitis, tamen de malevolorum sermonibus scribi nihil opus est. Miror aulam vestram tantopere delectari eorum sermonibus, qui mihi maledicunt, cum *Islebium* mediocribus officiis ornarim et vestris Ecclesiis et hominibus mei labores saepe profuerint. Si vultis plus esse certaminum, et me non desinent istic provocare aliqui, refutabo tandem publico scripto eorum maledicentiam. Quid est vanius, quam quod somnii causa me calumniantur? Nolo tales fabellas ad me scribi. De Coena Domini, si qui istic tumultuantur, me non admisceant. Extat mea sententia, quae non impedit in actione adorationem. Sed oro vos ut moneatis illos maledicos, ne causam praebeant, ut cogar me adversus ipsos publicis scriptis tueri. Potero honestissime et pro me et contra illos dicere. Iam in his periculis publicis magis decebat nos concordes esse. Nam si Synodi decreta edentur, satis negotii etiam vobis in vestris Ecclesiis erit. Mitto filiis versiculos. Bene valete. Anno 1547.

No. 3725. (m. Ian.)

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 665 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Cum istuc profecturus esset Dn. D. *Ionas*: non potui facere: quin literas ad vos darem, testificandi mei studii causa erga vos. Ego enim amicitiam vestram propter singularem virtutem et humanitatem vestram facio plurimi: ac spero, vos vicissim non abhorrere ab amicitia hominis tam amanter ac tam honorifice de vobis sententis. De Dn. Doct. *Iona* ego velut domesticus testis esse possum, summam eius erga vos voluntatem esse. Et exposui ei aliquoties, quam amanter vos operam ei vestram detuleritis, sed in illo negotio, de quo loquebamur, temporibus et iniquitate certorum hominum vos impediri. Nunc vos adhortor: ut amice et talis viri causa non nihil pugnandum esse cum malevolis statuatis, praesertim cum rem aequissimam petat *Ionas*. Et est indignum, talem virum sic exerceri ab aliis, a quibus minime oportuit. Si quid mihi tribuitis, ac mea causa facere aliquid non gravamini: ut ego quidem mihi polliceor, quaeso, ut hac in re id studium in Dn. D. *Ionam* conferatis. Bene valete. D. *Spangebergum* et Doct. *Cornarium* meis verbis reverenter salutate.

Philippus.

No. 3726. 1. Febr.

I. Ionae.

Epist. lib. III. p. 168. (edit. Lond. lib. III. ep. 93.) — Iterum in Kindervateri Northusa illustri p. 129. et in Laur. Reinhardi commentatione de vita et obitu Iusti Ionae (Altenb. 1731. 8.) cap. XI. — Apographa in cod. Goth. 191. p. 31 b., in cod. Lang. p. 11. et in cod. Goth. 401. p. 11.

Iusto Ionae docenti Evangelium in Salinis.

S. D. Meministi *Hesiodi* dictum, qui ait vicinos magis amandos esse, quam cognatos, qui procul absunt. At contra nos, vicini Principes, quos singulari studio coluimus, arma sumpserunt: Alii nos deserunt. Rex *Danicus* qui procul abest, nostris aerumnis pie adficitur. Misit ἐφόδια libe-

raliter viduae Doctoris *Lutheri*, tibi, Pastori Ecclesiae nostrae, et mihi, singulis quinquaginta Ioachimicos. Sed ex singulorum pecunia, unum Ioachimicum in itinere senex nuncius, civis noster, Vir integer, sumpsit. Exhibuit itaque singulis XLIX et ego ἐπίφοραν addidi nuncio de meo liberaliter. Sunt igitur penes me XLIX Ioachimici tibi exhibendi, quos ad te mittere decreveram per hunc tabellarium. Sed mutavi consilium metuens periculum. Mitto igitur literas Regias, et Pecuniam dabo vel tuo nuncio, si quem mittes, vel exploratae fidei homini, si quem ad te iter facere intellexero. Nuncio huic dedi mercedem. Bene vale. Calendis Februarii. 1547 *).

No. 3727. 2. Febr.

Cruciger ad Academicos.

Scripta publ. Acad. Witteb. T. I. p. 184 b.

Rector Academiae Witebergensis Casparus Cruciger, *Doctor.*

Esaias inquit, iustos colligi ne videant mala, et dulcissimis verbis eos in cubili suo quiescere ait, donec filius Dei Ecclesiam suam revocatam ex morte in triumpho suo coram universo genere humano aeterna gloria ornabit. Cum igitur fatalis mutatio orbi terrarum impendeat, Deus praeripuit venientibus calamitatibus hoc ipso anno multos viros in his regionibus virtute praestantes, Reverendum D. *Martinum Lutherum*, *Fridericum Miconium*, *Cordatum* et nuper Vratislaviensis Ecclesiae gubernatorem *Hessum*, et alios. Extincti sunt et in bello multi, quorum fuit eximia virtus, *Albertus*, Dux Brunswicensis praelians in ripa Danubii, simili aetate et fortuna, ut Pallas Evandri filius apud Virgilium, et alii quidam viri fortes, qui pio studio propter Ecclesiam militarunt.

Nunc in hoc oppido civis honestissimus *Georgius Plochinger* ex hac mortali vita evocatus est, qui Deum vera pietate coluit, et familiam habuit honestissimam, ac liberos reliquit, quorum ingenia magno ornamento Ecclesiae ad posteritatem fore speramus. Fiet autem funus Georgio cras hora duodecima, in quo pios convenire decet ad conservationem piae ceremoniae et ad precationem, ut nostram vitam Deo commendemus, ac petamus, ut publicas calamitates mitiget, et servet Ecclesiam et Ecclesiae domicilia ad posteritatem. Impendent enim magnae universi orbis terrarum mutationes, quas ut Deus clementer regat, toto pectore eum rogamus. Die 2. Februarii.

No. 3728. 3. Feb.

Io. Lindemanno.

† Ex autographo Mel. in bibl. Guelpherb. descripta ab *Olsh.* Eandem sibi descripserat *Ballenstedt* in Collect. Vol. I. p. 56.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti Domino Iohanni Lindenmanno *in porta ad Salam, amico suo.*

S. D. Olim dicitur Astraea pulsa ex urbibus aliquantisper in rure concionata esse. Nunc cum principes in suis regionibus dissipant scholas et vastitatem faciunt, spero Deum aliqua tamen hospitia studiis doctrinae, Ecclesiis et disciplinae in bene moratis urbibus concessurum esse. Et ut concedat toto eum pectore oro, ne lux agnitionis Dei in terris extinguatur. Est autem in Francia vicina Tyrigetis urbs honesta, cuius nomen est *Sueinfort;* ego *Troiam* vocare soleo, ut ipsi cives norunt. Nam *Troia* veteribus portam significabat. Ea urbs te vocat ad Ecclesiae gubernationem, et ego eruditionem, fidem et ceteras tuas virtutes eis in iis literis, quas ad senatum scriptas huic tabellario dedi, praedico, teque adhortor ne defugias hanc vocationem. Scribes igitur Senatui de tua voluntate iam per hunc tabellarium, deinde et mihi tuam voluntatem significes. Poteris enim literas mittere ad Salinas ad *Benedictum*, docentem evangelium in Salinis. Bene et pie mereri de Ecclesia poteris in urbe tam frequenti, et consilio tuo vicinia saepe utetur. Quaeso, ut mihi significes quid decreveris. Bene et foeliciter vale. Die Basilii, episcopi Caesariensis, collegae nostri, qui et ipse συναγωνίζων εὐαγγελίῳ imperatoris *) .... expertus est. Iterum vale, die 3. Februarii 1547. Philippus Melanthon.

---

*) *Calend.* etc.] non leguntur in cod. Goth. 401., et Mel. pecuniam iam acceperat d. 10. Ian., sed miserat Rex Daniel mense Ian. insuper 200 Ioachimicos.

*) Fortasse: *iram.* Respicit ad pugnam Basilii adversus Arianos, quibus *Valens* imperator favebat. Ballenst. non significavit, se habere hic lacunam.

No. 3729. 3. Febr.

Christiano, Regi Dan.

Schumacher's Briefe an den König in Dänem. Vol. II. p. 6.

(Christiano III. regi Daniae.)

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Son Jhesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Großmächtigster, durchleuchtigster, hochgebohrner, gnädigster Konig und Herr. E. K. Majestät haben nu mehr ohn Zweifel von dem hochgelahrten Herrn Doctor Melchior Kling, meinen guten Freund, Gelegenheit aller fornehmsten Sachen in Meyßen, Hessen, Rheinstrom und Suaben vernommen. Gleichwol hab ich E. K. M. ein wahrhaftig Verzeichniß gemacht, soviel jetzund zu schreiben möglich gewesen, und wiewol die Pfaffen sehr rühmen, daß numehr der Churfürst zu Sachsen, und der Landgrave zu Hessen also abgezogen sind, so wird doch der Keiser damit die Christenheit und das teutsche Reich nicht zufrieden bringen, sondern die Städt Constantia, Straßburg, Augsburg und andere, und, wie ich merk, auch Wirteberg, werden sich zu Sueitz thuen, daß also der Keiser, durch diesen erbärmlichen Krieg Kirchen und Reich mehr zerrissen hat, denn sie zuvor gewesen, wie ich im Anfange dieses Krieges besorget. Das will ich nu Gott befehlen. Wäre das Haus zu Sachsen einträchtig blieben, so wären Kirchen und das Reich nicht so sehr zertrennet worden. Ach, Gott erbarm dich deiner Kirchen, und gieb wiederumb gnädiglich Frieden und christliche Einigkeit. Gott wollt, daß E. K. M. diesen Landen näher wäre, die könnt einen Frieden zwischen den Vettern machen, und der Friede zwischen den Vettern möchte *) einen gemeinen Frieden in teutscher Nation wirken. Ich hab auch vernommen, daß des Landgraven Gemüth zu Frieden geneigt ist, und so der Keiser zu hart seyn wird, wird er große Zerrüttung anrichten.

Von E. K. M. haben der Ehrnwürdige Herr Pastor unser Kirchen Doctor *Pomeranus*, und des Herrn Doctoris *Martini Lutheri* Wittfraw, und ich empfangen hundert und funfzig Joachimsthaler, die E. K. M. durch den ehrnfesten und gestrengen Herrn *Christophorum Andream*, Ritter aus Sueden, uns verordnet.

*) möchte scribendum putavi pro mache, quod mendosum est.

Darnach wiederumb hat der Bote, genannt Slesier, gebracht zweihundert Joachimsthaler gemeldten Personen und Doctor *Ionas* auszutheilen, daher wir E. K. M. in Unterthänigkeit danken. Der allmächtige, ewige Gott bewahre und erhalt E. K. M. gnädiglich, und wolle wiederumb der Christenheit gnädiglich Frieden geben. Dat. 3. Februarii 1547.

E. K. M.

unterthänigster Diener
Philippus Melanthon.

E. K. M. sende ich hiemit ein Büchlein von der Nothwehr, darin nützlich Erinnerung zusammengezogen.

Der Ehrnwürdig Herr Doctor Johann Bugenhagen, Pomeranus, Pastor unser Kirchen, ist durch Gottes Gnaden gesund und stark, und wünschet E. K. M. von Herzen alles Gutes.

(Pagella *prima* his litteris adiecta et inscripta:)

Kurze Erzählung der Geschichten im Reich in Deutschland vom Novembr. des 1546. Jahres bis auf den dritten Tag Februarii des 1547. Jahrs.

Der Churfürst zu Sachsen, Landgrave zu Hessen, Herzog zu Wirteberg und ihre Bundsverwandten Städte, sind vom Augusto an bis in den November am Kaiser gelegen, und haben allein etlich Scharmützel gethan; aber keine große Schlacht. Da aber Herzog Moritz des Churfürsten Land angriffen, und Zwicka eingenommen, und hernach andere Städt, und ein Volk um Witteberg gelegt, da hat der Churfürst zu Sachsen mit einem Haufen Volk heimgeeilt, sein Land zu retten, und ist im neuen Jahr 1547 wiederumb in Thüringen kommen.

Auch ist der Landgrave mit einem Haufen Volks in sein Land gezogen.

Darum hat der Kaiser sein Volk auch getheilt. Den Herrn von Beuren hat er dem Landgraven nachziehen lassen.

Er aber, der Kaiser selbs, hat die Städt Norlingen und Gemünd wiederum eingenommen; Ulm hat sich selbs in Gnad ergeben, ist auch also angenommen.

Der Herzog zu Wirteberg hat auch um Gnad gebeten, und ist die Rede, er sey also angenommen, daß er dreimal hundert tausend Floren dem Kaiser geben und drei Festungen einthun sollte. Pfalzgrave Friedrich hat dem Herzoge zu Wirteberg Reuter zugeschickt; hat auch um Gnad gebeten.

Augsburg und Straßburg haben noch nit um Gnad gebeten. Straßburg gedenkt, sich zur Schweitz zu thun. Der von Büren hat dem Landgraven ein Städtlein, Darmstadt, eingenommen. Darnach als sich die Stadt Frankfurth besorgt, hat sie sich in Gnad und Ungnad ergeben, und den von Büren in die Stadt gelassen.

Der Kaiser liegt diese Zeit in Ulm; ist etlich Wochen sehr krank gewesen.

Also sind etlich Städte und Wirteberg numehr vom Bund abgesondert.

Der Landgrave zu Hessen hat sich noch bis anher gerüstet, dem von Büren Widerstand zu thun.

Als aber der Churfürst zu Sachsen in Thüringen kommen, hat er alsbald zugleich seine Stadt wiederum erobert und Herzog Moritzen Land, Thüringen, dazu eingenommen. Am Tag natalis Christi ist das Reichsvolk, das vor Witteberg gelegen, abgefordert, und ist also Witteberg die Zeit durch Gottes Hand der Belägerung ledig geworden.

Darnach ist er auf Hall gezogen und hat ihm den Rath zu Hall huldigen lassen.

Und als sich der Churfürst gegen Leipzig gewandt, ist Herzog Moritz, nachdem er Kriegsvolk bei fünf tausend Mann in Leipzig gebracht, gen Dresden gezogen, sich weiter zu stärken.

Am 13. Ianuarii hat der Churfürst Leipzig belägert und hart geschossen; hat aber nicht gestürmt, und ist am 27. Tag Ianuarii von Leipzig abgezogen, dem Herzog Moritzen zu begegnen, zu welchem Markgrave Albert von Brandenburg kommen mit fünf hundert Pferden und drei tausend Knechten. Der König *Ferdinandus* hat aufgeboten, aber die Behemen haben noch nit ziehen wollen. Soviel hab ich jetzund auf dato dieser Schrift vom Kriege zu berichten gewißt.

Der Churfürst, Markgrave Joachim, hat viel Arbeit gethan auf einen Anstand oder Frieden bei den Nachbarn zu handeln; hat auch Mittel fürgeschlagen, wie bei Kais. Maj. um Frieden anzusuchen seyn sollte, und so die Mittel, die er fürgeschlagen, gewilligt worden, erbeut er sich selb eilend zu Kais. Maj. zu postiren und etliche mehr Churfürsten mitzunehmen, nämlich Mainz und Pfalz.

Herzog Moritz hat auf des Markgraven Suchung geantwortet, er könne und müß nicht weiter gehen, denn daß zwischen ihm und des Churfürsten Söhnen etwas gehandelt werde, ihn den Vater ausgeschlossen, und läßt sich vernehmen, die Chur sey ihm zugesagt.

Also ist die Handlung bis anher vergeblich gewesen, und sind die Vettern beide jetzund nicht fern von einander bei Zwicka. Der allmächtige Gott wolle gnädiglich beider fürstl. Herze zu Frieden neigen. Geschrieben am dritten Tag des Februarii, Anno 1547. zu Witeberg.

(Pagella *secunda* huic epistolae addita.)

Aus Constantinopel durch einen frommen bekannten Christen geschrieben im Monat October des nähisten Jahres 1546.

Der türkische Kaiser ist mit großer Macht am 18. Octob. aus Constantinopel gezogen, zu Adrianopeli das Winterlager zu haben, und auf Georgii in Hungern anzukommen, und ist die Rede, er wolle wiederum vor Wien.

Zu Corona in Siebenbürgen ist vor zweien Monat die Rede öffentlich gewesen, daß der türkische Kaiser gewißlich auf Adrianopel gezogen sey.

Der türkische Kaiser hat dem Mönch in Hungern, und dem Wascha zu Ofen, und dem Weida in der Wallachei ernstliche Mandata geschickt, daß sie mit ihrem Volk zu seiner Ankunft gerüstet seyn wöllen.

Der Barbarossa, der türkische Hauptmann auf dem Meer, ist todt, und thut die Armada aus Sicilia Schaden in Africa und in Grâcia, darum der Türk auch eine große Armada gerüstet macht.

Der von Rogendorff in Oestreich ist zum Türken gefallen.

Gerardus Feldwick Kaiserlicher Gesandter und des König *Ferdinandi* Legatus haben zu Constantinopel bei dem türkischen Kaiser um Erstreckung des Anstands angesucht; haben aber nichts erlangt, und ist die Zeit Gerardus zu Constantinopel sehr krank gelegen.

Dieses ist auch aus Venedig geschrieben.

(Pagella *tertia* huic epistolae iuncta.)

Aus Noriberg.

Am zehenden Tag Ianuarii ist Berichter zu Heilbrunn in des Kaisers Kammern gewesen, und sagt, der Kaiser sey die Zeit drei Wochen krank gelegen, und aus dem Bette nicht kommen, läßt sich darinnen speisen, und hört täglich Meß in der Kammer.

Am dreizehnden Tag Ianuarii soll Kais. Maj. von Heilbrunn gen Ulm verrückt [vorgerückt] seyn; denn zu Heilbrunn ist so große Theurung, daß ein Brod, sonst für zween Pfennig, jetzund um einen Batzen verkauft wird.

Kais. Maj. handelt heftig mit denen von Strasburg, daß sie auch Frieden suchen sollen. Sie haben sich aber noch nicht ergeben, sollen von Frankreich und Schweitz Hülfe warten.

Pagella quarta huic epistolae iuncta, **(literas dialecto Saxoniae inferioris scriptas continens, quas simul dialecto Saxoniae superioris, quantum potuimus, reddidimus.)**

Wy Christoffer von godts gnaden, Ertzbisschove tho Bremen, Administrator des Stiffts Verden, Hertzogen thu Brunswigk vnd Luneborch ꝛc. Entbeden allen vnd iglicken vnser Vnderdanen, dem dett vnser apen Mandat furkhompt, sehen edder horen lesen, vnser gnade vnd alles gudt vndt fogen Iw tho weten. Wiewol wy hiebevor, wie Iw vnuerborgen, nicht allein eyn auer etlike male vnnser Mandat vnd offentlike vorbots Breue an alle vnd jeder vnser Vnderdanen vth Bevell der Romisschen Kayserlichen vnd Khoniglichen Majestaten, vnser allerg. Herrn, decernert vnd vthgan laten. Dar Inne den seluen vnsern Vnderdanen, dath sik Niemandes von ohne thu rosse vnd vothe, vther halven derselben vnse Stiftlande oder gebede, erheuen, edder In frombder hern denste begeuen scholde. by Hogester pene vnd straffe ernstlich mandert vnd verboden p. So befynden wy doch, dath solchs alles vngeachtet vnd vnangesehen, menniglich In vnsern Stiftlanden vnd gebeden sick fremder Hern denste vnderfangen. darduch in Straffe des Vngehorsams (welches wy vns vnbegeuen hebben wyllen) verfallen. Weyll sick nu allersidts Im helligen Rycke dütscher Nation (got betert) vele vpror Kriges rusting vnd geschwynde handell, thodragen vnd erregen, daroch vnser vnd vnser Stifts notorft, tho schutte vnd defension derseluen, vns sampt vnsern Vnderdanen vnd verwanthen. In redtschafft thositten. vpt Hogeste erfordert, tho begeren wy gnedichlick. dath sick nhemandes, tho perde edder Vothe, by Vormidinge vnser Vngnade vnd Straffe ock verlust aller vnd Jeder syner haue vnd guder, wo de y Jenomet, edder wo de In vnsern Stifften Landen vnd gebeden belegen, In fremder Herren denst, edder Jenige vthlendlsche. edder Inlendische Bestallninge. ohne vnssern vthdrugklichken Beuelch vnd eroffninge begeue, ouerst vnsers Beschedts, dieweyle wy ock In korten dagen seluest Rüter vnd Knechte anthonhemen, denselven gelt, vp de hant tho geuen genegt, erwarden. Dann Im Fall sick darvber Jemandes vor sick seluest In Jennige verplichtinge edder bestellinge begeuen, synen Kyndern vnd verwanthen edder ouer Jemandes von den synen solchs gestaden. Vnd denselven, das tho In eynige wege fordern, vnd also dessem vnserm Verbode weddersetten wurde, gegen dem oder demseluigen gedenken wy, mith geborlicher ernstlicher Straffe vorthofaren, Also dath wy vnns In Affwesen der Kyn-

Wir Christoph von Gottes Gnaden Erzbischof zu Bremen, Administrator des Stifts Verden, Herzog zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. entbiethen allen und jeglichen unsrer Unterthanen, dem dieß unser offenes Mandat vorkommt, sehen oder hören lesen, unsre Gnade und alles Gute, und fügen Euch zu wissen. Wiewohl wir hiebevor, wie Euch unverborgen, nicht allein ein oder etliche Male unser Mandat und öffentliche Verbotsbriefe an alle und jede unsrer Unterthanen aus Befehl der Römischen Kaiserlichen und Königlichen Majestäten, unsrer allergnädigsten Herren, decernirt und ausgehen lassen, darin denselben unsern Unterthanen, daß sich Niemand von ihnen zu Rosse und Fuße, außerhalben derselben unsrer Stiftslande oder Gebiethe, erheben, oder in fremder Herrn Dienste begeben solle, bei höchster Pön und Straffe ernstlich mandirt und verbothen; so befinden wir doch, daß solches alles ungeachtet und unangesehen, männiglich in unsern Stiftlanden und Gebiethen sich fremder Herrn Dienste unterfangen, und dadurch in Strafe des Ungehorsams, (welches wir uns unbegeben haben wollen [d. i. der wir uns nicht begeben, die wir nicht erlassen wollen]) verfallen. Weil sich nun allerseits im heiligen Reiche deutscher Nation, (Gott besser's) viel Aufruhr, Kriegsrüstung und geschwinde Händel zutragen und erregen, darob unsere und des Stifts Nothdurft zu Schutze und Defension derselben, uns samt unsern Unterthanen und Verwandten in Beritschaft zu sitzen aufs höchste erfordert; so begehren wir gnädiglich, daß sich niemand zu Pferde oder Fuße bei Vermeidung unsrer Ungnade und Strafe, auch Verlust aller und jeder seiner Habe und Güter, sie seyen in jenseitigen oder in unsern Stiftslanden und Gebiethen gelegen, in fremder Herren Dienst, oder jenseitige ausländische oder inländische Bestallungen ohne unsern ausdrücklichen Befehel und Eröffnung begebe, über unsern Bescheid, dieweil wir auch in kurzen [wenigen] Tagen selbst Reuter und Knechte anzunehmen, denselben Geld auf die Hand zu geben geneigt erwarten. Denn im Fall sich darüber Jemand für sich selbst in jenseitige Verpflichtung oder Bestallung begeben, seinen Kindern und Verwandten oder aber Jemandes von den Seinen solches gestatten, und denselben dazu in einige Wege fördern, und also diesem unsern Verbote widersetzen würde, gegen den oder dieselbigen gedenken wir mit gebührlicher ernstlicher Strafe zu verfahren, also daß wir uns in Abwesenheit der Kin-

der vnd anderer. ßo sick hiergegen vngehorsam erlegen. solchs vngehorsams An den Wedderen edder denjenigen, ßo der Affwesenden guder besitten erholen, de vngehorsamen, ock In vnsser Stifft nicht wederumb gestaden, edder laten willen, darnach sich eyn Jeder mach weten thorichten. Dat. Ruppin den xv. Tag Ianuarii anno D. Im syben vnd viertegsten.

der und anderer, so sich hiergegen ungehorsam legen, solches Ungehorsams an den Vettern oder denjenigen, so der Abwesenden Güter besitzen erholen, die ungehorsamen auch in unser Stifft nicht wieder gestatten oder lassen wollen. Darnach sich ein jeder mag wissen zu richten. Dat. Ruppin den 15. Tag Ianuarii anno D. im sieben und vierzigsten.

No. 3730. 7. Febr.

Laur. Camillo.

Manlii farr. p. 371 sq. Apographa in codd. Gothanis 19. p. 24 b., 191. p. 56. et 401. p. 2.

Magistro Laurentio Camillo, rectori scholae Stendaliae,

S. D. In primo [1]) Oeconomicorum Aristotelis citatur Pythagorae dictum: Non esse iniuria adficiendam coniugem, quia ab ara velut supplex marito adducta sit. Fuit enim vetus mos, supplices, quos vocabant *ἱκέτας*, sedentes ad aram, petere veniam, aut defensionem: et inde sublevati a victoribus aut defensoribus recipiebantur. Deinde scis, singulari religione supplices defensoribus commendatos fuisse, ut versus inquit:

μὴ ἀδικεῖν ἱκέτας, ἱκέται ἱεροί τε καὶ ἁγνοί.

Etsi autem doctrina coelestis illustriores conciones de coniugii foedere proponit, quae tibi notissimae sunt: tamen, quia hoc Pythagoricum dictum vestigia piae antiquitatis recenset, et confert sponsam ad supplicem: valde eo dicto et ipse delector, et alios eruditos delectari audivi. Ideo tibi quoque notum esse volui: et precor Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem universae naturae rerum, et generis humani, et authorem dulcissimae consuetudinis coniugalis, ut tuo coniugio adsit, et faciat ut sit faustum et felix. Nos nunc temporibus retinemur, quo minus tecum et *γαμήλια* et meum natalem celebrem. Nam meus natalis proximus est a tuis *γαμηλίοις*, videlicet 16. Februarii. Bene vale. *καὶ τῇ νύμφῃ φίλημα* dato. Meministi enim versum,

ἔστι καὶ ἐν κενέοισι φιλήμασιν ἁδέα τέρψις.

7. Februarii, Anno 1547 [2]).

1) Cod. Goth. 19. *prima pagella.*
2) Cod. Goth. 19. nec diem nec annum habet.

No. 3731. 11. Febr.

Cruciger ad Academicos.

Scripta publ. Acad. Witeb. T. I. p. 183 b.

Rector Academiae Witebergensis Casparus Cruciger D.

Saepe accidunt Ecclesiae mala inextricabilia humanis consiliis, cuius rei illustris imago proposita est in lapsu primorum parentum, qui post delictum vere ab omnibus creaturis destituti erant. In tantis miseriis cum essent, prodiit tamen Deus conditor, et voce promissionis edita ostendit, se recipere genus humanum. Quo exemplo testatus est, se nobis opem ferre etiamsi destituimur ab omnibus creaturis. Ac non solum exempla deinceps multa tradita sunt, sed praecipitur etiam, ut in aerumnis petamus et expectemus opem divinam. Ut enim conspici praesentia Dei in Ecclesia possit, in his ipsis periculis, quae non discutiuntur humanis consiliis, dextra sua Deus nos erigit ac protegit. Hac igitur fide excitati hoc tristi tempore petamus a Deo veris gemitibus ac votis, ut in ira misericordiae recordetur, ac piam et salutarem pacem huic urbi et in his regionibus, in quibus sunt Ecclesiae hospitia, restituat, et privatas calamitates mitiget, et rursus piae doctrinae studia accendat. Nam ad belli mala accessit Academiae etiam illa calamitas, quod hic unus annus tres viros nobis eripuit, qui praecipue fuerunt usui scholae, doctrinae lumen Reverendum D. *Martinum Lutherum*, deinde gubernatorem oeconomiae fidelem et foelicem, nunc *Iohannem Rhau* quaestorem, virum honestum, integrum, officiosum, et bona fide functum suo munere. Talium virorum interitus etiam propter omen nobis maiorem dolorem adfert, quod tamen ut Deus mitiget, oremus. Fiet autem funus Iohanni Rhau hodie hora quarta, ad quod convenire honestos homines pium officium est. Quare eos praesertim, qui nostrae

Academiae coniuncti sunt, adhortor, ut usitatis ceremoniis intersint, et coniungant preces cum Ecclesia, petente mitigationem communium miseriarum et pacem. Die sexto Februarii, anno 1546 *).

No. 3732. 12. Febr.

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 453. (ed. Lond. lib. II. ep. 477.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Cum aliis de causis in oppidum nostrum profecti essemus Doctor *Augustinus* et ego, casu ad funera duo venimus, *Plochingeri* et nostri Quaestoris **), cuius rationes cum postea inspiceremus diligentiae et fidei testimonium ei praebere nos iustum fuit. Aliquid pecuniae collegerat, quod Rectori tradidimus, unde stipendia solvamus, et plus collecturos nos esse speramus. Ad *Vitum* de te scripsi, etsi nec alterum quidem negotium abiiciam, nec eo deterreor, quod *Eburonum* Comes iam tenet *Francofordiam*. Restituet enim Deus aliquando tranquillitatem urbibus, quae cum videant, se et desertas et proditas esse ab ignavis Principibus, et modestiores erunt, et rectiora consilia tuendae pacis quaerent. Quod ille vir fortissimus *Philoctetes* de Ducibus ad *Troiam* inquit, esse eos κακοὺς πρὸς αἰχμὴν ἐν τοῖς λόγοις θρασεῖς tales esse nostros iam re compertum est. Reginam coniugem Regis *Ferdinandi* scito mortuam esse, victam partus laboribus. Bene vale. Die 12. Februarii.

No. 3733. 13. Febr.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 490. (ed. Lond. lib. II. ep. 519.).

*) Mendum typographicum pro: 1547. Etenim Rectoris Academiae munere functus est Crucigerus inde a festo nativitatis Christi anno 1546. usque ad Octobrem anni 1548.

**) Ioh. Ravii, vid. Script. publ. T. I. p. 183 b. et de Georgio Ploch. ibid. p. 184 b.

D. Ioachimo Mollero

S. D. Charissime *Ioachime*, Hanc epistolam scripsi die tertio decimo Februarii, quo me tempus de pulcherrima Victoria *Maccabei* admonet, qui eo die ante annos 1717 *Nicanorem*, qui Templo superbissime minitatus fuerat, acie vicit. Etsi autem gratias agere nunc quoque pro defensa Ecclesia Deo debemus, ac petere et expectare defensionem Ecclesiarum ac doctrinae: tamen magno in luctu sum, propter Principum deformitatem, qui dissimillimi sunt illorum fortium virorum, qui *Nicanorem* tunc vicerunt, cum quidem nec dissimilis causa sit, nec inferior, quam illa, de qua *Maccabeus* praeliabatur. Sed meas de Principibus querelas multas meministi. Utinam urbes bene moratae felicius tueantur et Ecclesias suas, et doctrinam, et disciplinam, quod quidem spero. Etsi enim nunc, postquam ignavia, ut mollissime dicam, eorum, qui exercitum ad *Danubium* duxerunt, superbiam hostium auxit, in metu sunt civitates: tamen Deus hoc periculum gubernabit, et respirandi spacium nobis *) concedet. De *Carolo* Imperatore si quid habebis certius significa. Nobis nihil certi significatum est, nisi tumescere eius corpus, nescio quo morbo. Reginam coniugem *Ferdinandi* mortuam esse, certum est. *Turcicos* exercitus venire in *Pannonias* multi adfirmant. Ad me ex Pannoniis exemplum literarum quae scriptae sunt *Byzantii*, missum est. Tuam epistolam hodie mittam *Pontano*. Quod iterum defers hospitium, gratias ago et patri et tibi. Etsi doleo coetum scholasticum oppidi nostri dissipatum esse, tamen eo lenitur dolor, quod multis locis iam in urbibus seminaria sunt doctrinae, et scholae frequentiores. *Brunsuiga*, *Noriberga*, *Goltberga* exceperunt multos nostri agminis exules. Veniam igitur aliquando ad vos, et adiuvabo studia scholae vestrae, quod longe malim facere, quam insulsis consiliis aularum, in quibus cum insolentia et superbia coniuncta est ignavia, interesse. Libellum de defensione tibi mitto, in quo prior pars *Iusto Menio* propria est. Alteram ego attexui, ut libellus verecundam et eruditam disputationem contineret. Nam ipse tanquam tuba classicum canens, atrocissimis conviciis reliqua compleverat. Hanc moestam disputationem prudentibus lectoribus gratiorem fore iudicavi. Nec opus est classico nostris ignavis bellatoribus. Ut *Graece*

*) Peuc. *vobis*, quod mendum videtur.

dicitur: ὑς οὐκ ἀκούει σάλπιγγος. Bene vale. Die decimo tertio Februarii, Anno 1547.

No. 3734. 13. Feb.

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 209. (ed. Lond. lib. II. ep. 201.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, Literas ad me scriptas ab Illustrissimo Duce *Megalburgensi* mitterem Cels. V. nisi heri eas apud Illustriss. fratrem C. V. reliquissem. Sed sunt graviter scriptae, et pollicetur Dux, se ad Electorem Marchionem venturum esse, quam primum ab eo certior factus fuerit, posse suscipi aliquam pacificationem. Iam existimo harum literarum exempla Electori *Marchioni* mittenda esse. Arbitror enim Electorem *Saxonicum* assentiri, ut instituatur pacificatio, et non recusare, quo minus fiat supplex Imper. Sed tamen quid *Marchioni* responderit, non scio. Nuper cum *Witebergae* essem, scripsi ad Electorem fideli animo, sed durius quam volebant nonnulli, qui metuunt aulicas offensiones. Bene et feliciter valeat C. V. Die 13. Februarii, quo ante annos 1716 *Maccabeus* acie vicit *Nicanorem*, superbe minitatum templo. Quo exemplo Deus testatus est, sibi Ecclesiam suam curae esse, quam ut nunc quoque protegat, precamur.

No. 3735. 13. Feb.

C. Crucigero.

Epist. lib. III. p. 156. (ed. Lond. lib. III. ep. 80.). Apographa in codd. Gothanis 191. p. 78. et 401. p. 21.

D. Casparo Crucigero.

S. D. Hanc Epistolam hodie cum scriberem, dies me admonebat de victoria *Maccabei*, quem scis XIII. die mensis Februarii Adar, acie vicisse *Nicanorem* superbe minitatum templo. Etsi autem gratias ago Deo aeterno Patri Domini nostri Iesu Christi, quod et tunc protexit, et servat hactenus Ecclesiam: tamen bellatores conferens magno in dolore sum. Cum causam post homines natos pulcherrimam haberent nostri, et omnium bonorum oculi in tota *Europa* in eos intuerentur, quantum sese deformarunt ipsi? Sed his exemplis commonefacit nos Deus, ut coeleste auxilium et petamus et expectemus. Hac fide miserias nostras placidius feramus.

Hic aiunt missos a *Mauritio* venisse *Aldenburgum* ad deliberationem de pace. Qua de re si quid habes, significa. Epistolas mitto, quas monstrare potes R. D. *Pastori* et Clarissimo Viro D. *Pontano* [1]).

Meministi et Propheticas et *Graecas* historias, quae narrant Respublicas spe externorum auxiliorum deceptas magnas sibi calamitates accersivisse. Nos quoque vidimus [2]) mota bella spe talium [3]) auxiliorum quae (omnia) [4]) tetros exitus habuerunt, ac miror nostros tam cito oblivisci *Iuliacense* exemplum. Sed haec coram. Magnopere te oro, ut horteris quaestorem *Iohannem Ravum* ut tenuioribus collegis aliquid corradatur. Bene vale. 13. [5]) Februarii, Anno 1547.

No. 3736. 13. Feb.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 570 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 717.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camer. Bamb. amico et fratri suo carissimo,

S. D. Hanc epistolam Idib. Februarii dedi *Michaelo Franco,* qui in Academia Pomeranica utiliter docet Elementa doctrinae de motibus coelestibus, et universam philosophiam studiose colit. Te autem quantum amet, nunc solicitudine de te sua ostendit. Prius ei nihil fuit in nostro congressu, quam ut de tua incolumitate interrogaret, ac valde laetatus est, te et familiam obsidionis pericula vitasse. Cumque speraremus te iam *Erfordiae* restitisse, tam longi itineris laborem eo sibi leviorem fore affirmabat, si te videre posset. Quare si ad te veniet, et propter communia studia, et propter tui amorem, eum complectare. Te etiam ad-

1) *Hic aiunt* etc.] non leguntur in cod. Goth. 401.
2) Cod. Goth. 401. *videmus.*
3) Cod. Goth. 401. *Gallicorum.*
4) *omnia*] omittit cod. Goth. 401.
5) Cod. Goth. 191. habet: 15. *Febr.*

hortor, ut moerorem, quem propter publicas miserias circumferimus, conspectu tuorum tibi lenias. Ego tot iam annos propter caussas horum malorum, cum quidem alii ἐμπαροινοῦντες, me deriderent, magno in luctu fui. Ac nunc, etsi excrucior propter hos eventus, tamen propter caussas magis doleo, meque fiducia misericordiae Dei utcunque sustento, qui Ecclesiae opem feret, et hospitia aliqua studiis concedet. Tuas litteras expecto. Bene et feliciter vale. Deus te et honestiss. coniugem et dulciss. liberos servet. Idib. Februariis, qui dies est victoriae Macabei qua vicit Nicanorem superbe minitatum templo.

Philippus Melanth.

No. 3737. 15. Febr.

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 147. (ed. Lond. lib. II. ep. 134.).

D. Paulo Ebero

S. D. Gaudeo tuam vocem rursus in Academia sonare, eamque opto classicum esse lectoribus, ut in alveolis apum, mane discurrit excitatrix caeterarum laboris mellifici sociarum. Oro autem Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut nostrum σμῆνος reducat. Quod interrogas de *Macedone*, scias alios narrare εὐφημότερα. Sed cum non diu fuerint concordes *Dion* et *Heraclides*, deinde etiam *Calippus* Dionem interfecerit, a quo erat *Athenis* in *Siciliam* ductus et opibus auctus, quid isti nostri facerent indocti, feri, et pleni cupiditatum insulsissimarum? Oremus Deum ut ipse servet has politias et publicis malis medeatur. Mitto paginas inserendas *Menii* libello, quare eas dabis *Vito* Typographo. Et cum *Anna* mittere tuas literas possit, cras rescribas. Dices D. Rectori et D. *Augustino Cunradum* Notarium advexisse pecuniam numeratam a Comite *Mansfeldensi*. Ea in re cum plurimum fuerit difficultatis, amanter adiutus est Cunradus a *Philippo Gluespis*. *Menii* epistolam miratus sum; nec de Repub. quidquam significat, nec de editione sui scripti. Nescio an meum consilium de mutatione scripti probet. Bene vale et rescribe. Pridie mei natalis.

No. 3738. 16. Feb.

Georgio Anhalt.

Epist. lib. II. p. 199. (ed. Lond. lib. II. ep. 190.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, Heri ad me Epistola missa est, cuius exemplum C. V. mitto, ex quo cognoscet C. V., scripsisse Electorem *Saxonicum*, se Illustrissimo *Marchioni* Electori significasse suam voluntatem de conditionibus pacis, ac assentiri deliberatis. Etsi autem audio iam Illustrissimum Electorem *Marchionem* proficisci ad Regem *Ferdinandum*: tamen si qua occasio est, oro ut C. V. iterum hortetur Inclytum Electorem *Marchionem*, ut omni studio conetur flectere Imperatorem *Carolum* et fratrem ad pacem in *Germania* restituendam. Qualis barbaries et vastitas Ecclesiarum in his regionibus futura est, si haec latrocinia erunt diuturna, quod Deus prohibeat. Et *Turcica* bella in altera Germaniae parte vastitates facturas esse valde metuendum est. Deum oro, ut summorum Principum mentes regat, ut feliciter Ecclesiae, Reip. sibi et populo consulant, ne pluris faciant coecas cupiditates suas, quam Ecclesiae, Reipub. suam, et populi salutem. Bene et feliciter valeat C. V. Die 16. Februarii.

No. 3739. 16. Febr.

C. Crucigero.

Epist. lib. III. p. 158. (ed. Lond. lib. III. ep. 82.). — Apographa in codd. Gothanis 191. p. 76. et 401. p. 21.

D. Casparo Crucigero

S. D. Meministi *Thucydidaeam* descriptionem seditiosi temporis, in qua dicitur eos videri constantissimos cives, qui accendere odia maxime studeant. Audivi ante mensem circumferri decretum *Ambsdorfianum*, quod affirmat desertores esse Evangelii ministros, qui, cum defensionem non habeant, hostibus se dedunt.

Etsi et ipse parricidia hostium detestor: tamen hanc tam duram sententiam non probo. Rectius Comes *Albertus* Quaestori *Islebiano* dixit: *Nunc cum iure belli meus sis, mihi promittito homagium* [1]), *ut loquuntur. Cum iure belli*

1) Utr. cod. Goth. 191. ὁμολογίαν.

eris alterius, *illi promittito.* Ac [2]) recte iudico discernendum esse casum deditionis a casu Confessionis. Deinde voluntas spectetur in iis, qui talia decreta condunt, et partes munire volunt. † Etsi autem dimicare cuperem in hac nostra parte, tamen" non iudico sophismata ferenda esse, et pias mentes magis turbandas, praesertim cum et frustra praecipiant *ἀδύνατα,* et multorum voluntates alienent. Satis miseriarum est in deditione, non augeamus dolorem piis. Nollem igitur scriptum *Menii* edi εἰ δευτέρα λέγει τῷ ἀμοσδορφίῳ. Deinde si deliberationes sunt de pace,* spargi convitia in vicinum non est utile. Duas vobis Epistolas mitto, quas Reverendo D. *Pastori* et D. *Pontano* leges. Bene vale et rescribe. Die meo Natali 16. Februarii, Anno 1547.

No. 3740. 17. Febr.

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 152. (ed. Lond. lib. II. ep. 139.).

D. Paulo Ebero

S. D. Iam accersitus sum ad *Ascanium* ex castris reversum *Cosvigam*, unde ad vos proficiscar, nisi de narratione *Ascanii* consilium mutandum erit. Nondum enim scio cur me vocarit, et multa suspicor. De Dialecticis scito me postremam partem operis pertexere, in qua saepe non solum libros sed etiam sermones vestros desidero. Profecto ut illud vere dicitur, *μιᾶς χειρὸς ἀσθενὴς μάχη*, ita in his nostris studiis collatione iudiciorum, sermonibus et exemplis eruditorum opus est. Placeant alii sibi quantum volent, qui gloriantur se *ἀυτοδιδάκτους* esse. Ego ingenue praedico, me de multis rebus doceri et commonefieri quotidie a multis. Quod vero scribi velles initium Dialectices, etiamsi scriberem, tempestive tibi mitti non posset. Facies igitur quod in praesentia isti exiguo auditorum numero utilius est. Explicabis praecepta ut antea fecisti, et properabis, *ὀλίγη γὰρ ἀνάπνευσις πολέμοιο*, ut inquit *Homerus.* Sed Deum oremus ut pacem restituat. *Menii* liber nondum absolutus est. Nam accommodare me scripta ad numerum chartarum officinae typographicae oportet. Et scio nondum habere typographum duos quaterniones. Volo autem mihi significari quantum habeat, ac impressas pagellas mitti. Die 17. Februarii.

2) *At* cod. Goth. 191.

No. 3741. 19. Feb.

Eidem.

Manlii farrag. p. 196. Epistol. lib. II. p. 153. (edit. Lond. lib. II. ep. 140.). — Apographon in cod. Goth. 401. p. 26b.

D. Paulo Ebero

S. D. De *Cosviga* nuper erravi. Erat enim iter faciendum in *Coten*, ubi *Ascanium* de magnis rebus loquentem, vel potius quaerentem libere et sine aulicis involucris audivi. Dixi etiam de pace, et de bello quae iudico esse dicenda. Coram vobis hos sermones exponam. Ibi etiam audivi a *Pastore* Ecclesiae, hunc annum pariter fuisse fatalem apibus et scholasticis. Itaque mitto tibi cellulas in quibus videbis iacere mortuas apiculas. Utinam, ut e tauro renascuntur apes: ita nobis ex victima Christi nostra examina renascantur. Apud *Aristotelem* est, *οὐ πρὸ ἐπιτολῆς πλειάδος γίνεσθαι μέλι.* Ergo *ἐπιτολὴ* ei est Cosmicus ortus, quo tempore [1]) mella e favis etiam apud nos eximuntur. Atque utinam habeamus *ἐπιτολὴν πλειάδος* tranquillam. De versibus nostris statues quod videbitur. Non prohibeo adscribi meum nomen. *Menii* epistola sane tragice scripta fuit, sed quod se in suo scripto cum Pontifice dimicasse ait, optarim aliis armis praeliatum esse. Senatus Noribergensis *Camerario* et mihi hospitium offert. *Viti* et *Hieronymi* literas tibi mitto. Ego non minus de te et collegis aliquot aliis quam de meipso cogito. Sed haec coram. Chartas operis *Meniani* mihi mittas. Die 19. Februarii [2]).

No. 3742. 19. Febr.

Eidem.

† Ex apogr. in cod. Langii p. 12. Convenit fere haec epistola cum priore, et videtur, quod saepius solebat Mel. facere, binas scripsisse, ut certe altera perferretur, si altera periret. Non vero etiam repugno, si quis putet, aut hanc aut priorem epistolam alii cuidam amicorum scriptam fuisse.

1) *tempore*, quod Peuc. praetermisit, legitur in Manl. et in cod. Goth. 401.

2) Manl. *Datae Servestae*, 19. *Febr.* 1547.

Clarissimo viro, pietate et eruditione praestanti Dom. M. Paulo Ebero, amico et fratri suo.

De *Cosviga* nuper erravi. Eundem enim fuit in *Coten* *), ubi Ascanium de rebus maximis loquentem audivi. Narravit multa, quae vos etiam scire proderit, eaque coram recitabo. Senatus Noribergensis *Camerario* et mihi hospitium et sumptus offert. Sed si possemus in nostris alveolis una literarum possessionem in his terris retinere, non migrarem. Cogito etiam de amicis ac de te praecipue. Sed hoc coram.

Audi prodigium. Narravit mihi pastor Ecclesiae Cotteniae, etiam apibus hunc annum exitialem fuisse. Ita similis fuit apum et scholasticorum fortuna. Scribe an *Mochavitius* pecuniam ex aula attulerit. *Marcum* non respondere miror. De somnii **) editione facies, quod videbitur. Non prohibeo adscribi nomen meum. Errata emendes in versu: *quae coena volitant irrita nocte.* Item pro *concedite* scribere cures *concedito* in versu 35. Mitto tibi favos, in quibus videbis scholasticos esse mortuos. Mitto et regis domum maiorem caeteris, ac pene tantam, ut me aut te capere possit, *καὶ στενὴ* videatur. Bene vale. Exempla epistolarum, quae mitto, des *Crucigero*, exhibenda *Pontano.* Bene vale. d. 19. Februarii 1547.

Ph. M.

No. 3743. 20. Febr.

Cph. Lasio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 233.

Venerando eruditione et virtute praestanti, Domino Christophoro Lasio, pastori Ecclesiae Dei in oppido σπονδῇ [Spandau], amico suo.

S. D. Carissime Christophore. Etsi in hac mortali vita, quam certo et iusto consilio Deus aerumnis variis exercet, nulla usquam politia sine aliquibus incommodis est, tamen nunc quidem vestra regio tranquilla est. Quare hoc tempore hanc tibi sedem gratulor; caetera, quae desideras, animi moderatione leniri possunt, et, ut lenias, te adhortor. Talis est etiam florentissimorum vita, ut scripsit *Pindarus* ad regem eo tempore in Europa potentissimum, et virtute antecellentem, *Hieronem* *):

ἓν παρ' ἐσλὸν, πήματα
σύνδυο δαίονται βροτοῖς
ἀθάνατοι· τὰ μὲν ὦν
οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν
ἀλλ' ἀγαθοὶ, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω.

Tu quoque ex incommodis excerpito commoda, iisque fruere.

Iosephum tibi commendo. *Suevicae civitates* dediderunt se *Carolo* Imperatori. Sed *Argentina*, *Constantia* et *Lindavia* cum Helvetiis se coniuncturae dicuntur. Bene vale et interdum ad nos scribito. Literas mittere poterit *Iohannes Sigefridus*, pastor Ecclesiae Dei in urbe Brandenburgo. Die 20. Febr. P. M.

No. 3744. 23. Febr.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 129 sq. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 104.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori inclytae urbis Noribergae, amico suo cariss.

S. D. Cum Thebas Alexander delevisset, vetuit exulibus Thebanis in Graecis civitatibus hospitium dari. Ibi civitas Attica, cum quidem et ipsa in metu esset, petivit tamen ab Alexandro, ut Athenis concederet recipere Thebanos exules: idque per Demadem impetratum est, laudataque est virtus civitatis Atticae. Nobis fortasse magis irascitur hic *Philippi* filius *Carolus*, quam tum Thebanis irascebatur eius aetatis Philippi filius. Saepe enim postea Alexander confessus est, se dolere quod Thebas tam inclementer aequasset solo. Magis igitur civitatis vestrae virtus praedicanda est, quae mihi hospitium tali tempore offert. Atque utinam, ut antea in Academiola nostra vestrorum civium studia mediocriter adiuvi, ita donec vivam, vel apud vos vel alibi, in Republica honesta utiliter docere adolescentiam possim. Me satis diu excruciavit carnificina aulica. Ac siquis antea dubitavit *ὁποῖαι εἰσὶν αἱ κνιψελιδῶν ἀρχαὶ,* res ge-

---

*) i. e. *Köthen.*

**) Vid. supra d. 6. Ian. h. a.

*) Pind. Pyth. III. 81 sq.

stae huius anni ostendunt, quantum ibi sit consilii et virtutis. Sed omitto haec. Ago autem gratias Deo, quod Senatus vestri voluntatem exsuscitat ad tuenda literarum studia. Et cum Senatui, tum vero etiam tibi gratias ago, quod hospitium nobis offertis. Scripsi Epistolam ad Senatum, cuius exemplum tibi mitto, ut cum legeris, statuas an Epistola exhibenda sit: si probabis, quaeso ut exhibeas. Meam familiam in hac vicinia adhuc manere malle video. Ego autem ad vos aliquando post exspatiabor, ubi de caeteris rebus coram colloquemur.

Advenit nuncius *Andreas* adferens epistolam eodem argumento scriptam, quo erat prior, quam attulit hic tabellarius, cui hanc epistolam dedi. *Ioachimus* Erphordiam profectus erat, cum nuncii vestri venissent. Sed utrunque iubebo ire Erphordiam.

Filiae connubium ut sit faustum et foelix et tibi iucundum, faciat Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi, conditor humani generis et autor dulcissimi foederis coniugum, qui promisit etiam piorum posteritatem sibi curae fore, ut scriptum est, *Generationi rectorum benedicetur*. Quod in illo Graeco versu dulcissime recitatur, *εὐσεβέων παίδευσι τὰ λωΐα, δυσευσεβέων δ' οὔ.* Nota sunt tibi quae de coniugii sanctitate divinitus tradita sunt, quaeque sapientum literis recitantur. Sed ego saepissime cogito dictum, quod Aristoteles in Oeconomicis ait a Pythagora traditum esse, duci sponsam ab ara ad sponsum, tanquam *ἱκετίδα*, ut meminerit leges *περὶ ἱκετῶν, ἱκέται ἱεροί τε καὶ ἁγνοί*, et sciat scelus esse, quod singulari nemesi Deus punit, adficere iniuria sponsam. Hanc collationem ad *ἱκετίδας* valde amo. Sic vere est Ecclesia *ἱκετὶς* sponso Christo. Et sapiens maritus imbecillem coniugem, ut *ἱκετίδα* complectitur, et scit *ἱκέτας* Deo curae esse. Erunt igitur et filiae nostrae Deo curae. Hac de re scribam ad sponsum copiosius per *Andream*. Bene vale. die Febr. 23. *).

Philippus Melanthon.

Georgii Maioris epistolam mitto, sed quaeso ut res integra maneat, donec potero cum *Georgio* colloqui.

---

*) Alia manus adscripsit: *ann.* 1547.

No. 3745. **23. Febr.**

(*Senatui Noribergensi.*)

† Ex autographo, scribae quidem manu scripto, sed a Melanthone passim mutato et sua manu inscripto in cod. Monac. I. p. 257. — Epistola scripta est Senatui Noribergensi, sed folio, in qua est epistola involuta, haec manu Melanthonis inscripta sunt:
„*Clariss. viro D. Hieronymo Bomgartnero.*
„Nuncium iussi hic expectare meum reditum; venit enim „cum mihi ad principem *Ascanium* abeundum esset. Mansit igitur dies septem." — Scripta est autem ad Senatum Noriberg. (cf. ep. ad Bomgartn. d. 23. Febr. 1547. Baumgartnerus epistolam non tradidisse videtur, quia caret nomine subscripto.)

(*Ad Senatum Noribergensem.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum unsern Heiland zuvor. Erbare, weise, fürnehme, günstige Herrn. Ich hab vor etlichen Monat vernommen, daß Ew. W. ein christlich Mitleiden habe in Zerstreuung der beiden Universitäten Leipzig und Witeberg, darin die Studia christlicher Lahr, und anderer löblicher Künste nun eine Zeit lang durch Gottes Gnade ordentlich und nützlich angerichtet gewesen, und daß E. W. aus solchem Mitleiden viel derselbigen beiden Universitäten Schülern Herberg geben haben, die jetzund in Eur löblichen Stadt in ziemlichem Frieden christliche Lahr, und andre löbliche Künste und Tugend lernen mögen. Diese Ew. W. Wohlthat ist ohne Zweifel Gott gefällig, der auch dafür gnädige Belohnung geben wird.

So dank ich auch Ew. W. von wegen der armen Jugend und von wegen gemeiner christlichen Kirchen, rc. zu gut sie aufgezogen werden. Und ist mir in diesem meinen großen Betrübniß ein Trost, daß E. W. solchen guten Willen zu Erhaltung der Studien haben, besonder zu dieser Zeit, da zum hohesten noth ist, daß die löblichen Städte darauf gedenken, daß sie rechte Lahr und Anrufung und Zucht mit Gottes Hülf erhalten, weil die Fürsten leider in ihren eignen Landen schreckliche Zerstörung machen, und täglich die Türken deutscher Nation auch näher kommen. Ich gedenk auch oft bei mir, daß Gott zu Linderung der Strafen noch in ehrlichen Städten einen Samen guter Künste erhalten wolle, wie ich solches in täglichem Gebeth betracht und bitt.

Und nachdem mir der Erbare und fürnehme Herr Hieronymus Bomgartner geschrieben, daß sich E. W. gutwilliglich erbothen, dem Erbaren und hochgelahrten Herrn Joachimo Camerario und mir Herberg zu geben, erkenn ich mich für diese und andere Wohlthaten, die mir von E. W. widerfahren sind, zur Dankbarkeit schuldig, und danke E. W. von unser beiden wegen ganz fleißig, und werden E. W. gemeldt

Herrn Camerarii Gemüth aus seinen eignen Schriften vernehmen, der mir vor wenig Tagen, ehe er gen Erfurt geritten, gesagt hat, daß er vorhabe, sich mit seiner tugendsamen Hausfrau und lieben Kindern gen Noriberg zu verfügen.

So viel aber mich belanget, ist wahr, daß ich von diesem Krieg zwischen Vettern, und von dieser schönen und wohlgezierten Lande Verwüstung herzlichen großen Schmerzen habe, und bringt mir neben andern Sachen die Zerrüttung der Studien, auch besondere große Betrübniß, daß diese Personen, so neben einander zur Erhaltung vieler löblichen Künste in beiden Universitäten einträchtiglich gearbeitet haben, wie zu besorgen, von einander kommen. So ist auch aus dieser Trennung allerlei zu besorgen. Doch so es nicht anders seyn will, müssen wir Gedult haben.

Und nachdem ich in kurz eine Reise zu etlichen alten Freunden zu thun vorhabe, gedenk ich alsdann meinen Weg durch Noriberg zu nehmen, da ich E. W. meine Gelegenheit weiter anzeigen will. Ew. W. wolle Gott zu Lobe und den Nachkommen zu gut christliche Lahr und andrer nützlichen Künste Studia helfen erhalten. Denn E. W. sehen, daß in der Unruge der fürstlichen Regiment Religion, Lahr und Zucht wenig Hülfe haben werden. Der allmächtige Gott Vater unsers Heilandes Jesu Christi wolle gnädiglich um seines Sohns willen Jesu Christi, ihm eine ewige Kirche in deutschen Landen für und für sammeln, und Eure löbliche Stadt bewahren und regiren. Datum Zervest, 23. Februarii, 1.5.4.7.

(Nomen subscriptum non est.)

No. 3746. (23. Febr.)

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 497. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 650.

D. Vito Theodoro, Ecclesiam Dei docenti in inclyta Noriberga.

S. D. Et Deo gratias ago, quod Senatus voluntatem excitat ad fovendae doctrinae studia, et ipsi Senatui ago gratias, quod cura nostri adficitur. Scripsi, ut vides, ad Senatum, teque volo legere exemplum, si placet, Epistolae, D. *Hieronymo*. Orabis eum meis verbis, ut exhibeat.

De Synodo Tridentina valde te oro, ut significes quidquid resciscés. Non dubito περὶ νόμου καὶ πίστεως monstrosum foetum parituram esse. Mitto tibi somnii mei imaginem, non ficti, sed vere ita conspecti, ὄναρ tamen est, οὐχ ὕπαρ. Nunc pertexo dialecticen in hac nostra solitudine. Plura scribam per *Andream* nuncium. De *Milichio* curam ut suscipias, te etiam atque etiam oro. Opto tibi ut fausta et felix *) — — —

No. 3747. 23. Febr.

G. Sturciadae.

Epist. lib. VI. p. 271. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 322.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Georgio Sturz, doctori artis medicae, amico suo veteri et carissimo.

S. D. Clariss. Dn. Doctor. Senatus inclytae Civitatis Noribergae hospitium viro clarissimo Dn. *Ioachimo* offert: eaque de re scripsit ad eum Dominus *Hieronymus Bomgartner*. Nuncium igitur Erfordiam misi, cumque dubitarem an ibi iam Dn. *Ioachimus* esset, iussi vobis exhiberi literas. Si adest Dn. *Ioachimus*, oro ut nuncius ad eum ducatur. Sed si non adest, vos et meas literas ad Dn. *Ioachimum* scriptas, et *Bomgartneri* epistolam legite, ac nuncio vestrum consilium ostendatis. Si apud vos aliquandiu Dn. *Ioachimus* commorabitur, expatiari ad vos decrevi. Deus servet vos et restituat salutarem pacem. Die 23. Febr. **).

Philippus Melanthon.

No. 3748. 24. Febr.

Conr. Heresbachio.

Epist. lib. II. p. 396. (ed. Lond. lib. II. ep. 408.).

D. Conrado Heresbacchio.

S. D. Fuit mihi *Rheni* ripa iucundior, ante triennium cum *Bonnae* essem, propter doctissimorum hominum frequentes congressus et sermones dulcissimos. Meministi autem ibi nostras querelas, περὶ πλεονεξίας ἀρχόντων, οἷς ἐπιθυ-

*) Reliqua perierunt. Serior manus, ut videtur Spanhemii, ita et mutavit et restituere conata est: *opto tibi omnia fausta et felicia. Bene vale*, 23. *Februar. ann.* 1547.

**) Spanb. edidit: 25. *Febr.* 1546; sed mendose.

μία ἡνιοχεῖ μάργοισι χαλινοῖς, ut vetus *Lini* versus inquit. Vestro autem Duci propter aetatem ignoscendum fuit. Nostri nunc quo rapiuntur? ut fratres *Thebani*: ita ad *Albim* inter se cognati dimicant, nec humanis consiliis reprimi furor potest. Oro autem Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, pacis autorem, ut reddat Ecclesiae, et politiis Germanicis piam et salutarem pacem. *Iohannes Nerinus*, sororis tuae filius, Dei beneficio, recte valet, ac viribus firmioribus nunc est, quam antea, quo adfuit ad Albim. Mecum in urbe tranquilla usque ad Pascha manere decrevit. Te oro ut si poteris mittere literas, ad nos scribas. Bene vale. Die natali *Caroli* Imperatoris. [d. 24. Febr.]

No. 3749. 24. Febr.

Ge. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 398. Contuli apographa in cod. Goth. 190. p. 234., cod. Goth. 191. p. 70. et cod. Monac. 90. No. VII. p. 72 b.

Venerando Viro, D. Georgio Buchholzero, †Praeposito et Pastori fideli Ecclesiae Dei in urbe Ursina" [1]), amico suo [2]).

S. D. Venerande domine Georgi. *Brentius* scribit [3]), dixisse Dominum *de Naves* [4]), cum de reditu suo ad Ecclesiam ageretur, Imperatorem †Carolum" [5]) decrevisse, tollere dissidia doctrinae et rituum, ac mandaturum, ut communi consensu amplectatur Germania decreta Synodi Tridentinae, in qua nunc acerrimae contentiones sunt de doctrina iustificationis. Proponent cothurnos, aut suos errores stabilient; sed res ostendit [6]) quid agatur. Ego de iure defensionis, quod scripsi, sentio, nec [7]) unquam locutus sum aliter. Illud deploravi et adhuc deploro, principes, qui defendere Ecclesiam debebant, non congruere inter sese. Quantum incendium in patria excitavit dux *Mauritius*! Et alia multa sunt, quae deploro. Si mihi istic maledicit noster vetus amicus [8]), qui a me saepe mediocribus officiis ornatus est, faciam, quod ait [9]) filius Dei: benedicite maledicentibus, ne plus sit publicarum dissensionum, si cum eo dimicarem stylo, quod mihi non difficile esset. Sed Deo et Ecclesiae iudicium de utroque permitto. Quod enarraturi estis Matthaeum, laudo studium et consilium, et libenter praefationem delineabo [10]). Bene valete [11]). Die natali Caroli Imperatoris, qui [12]) est [13]) dies Matthiae seu [14]) 24. Februarii, Anno 1547.

Philippus Melanthon.

1) Haec servavit cod. Goth. 190.
2) In cod. Goth. 191. et in cod. Mon. epistola inscribitur: „*Georgio Maiori*"; ex coniectura describentium.
3) Vid. epist. ad Ionam d. d. 8. Mart.
4) Cod. Goth. 191. *Nave.*
5) Addunt codd. omnes.
6) Manl. *ostendet.*
7) Cod. Goth. 191. *neque.*
8) De Ioanne Agricola loquitur. Cf. ep. d. d. 16. Febr.
9) *ait*] cod. Goth. 191.: *iubet.*
10) *Quod enarraturi delineabo*] codd. non habent.
11) Cod. Goth. 190. *vale.*
12) Cod. Goth. 190. *quae.*
13) *est*] Manl. *erat.*
14) *dies M. seu*] cod. Goth. 191. non habet.

No. 3750. 25. Febr.

Cruciger ad Academicos.

Scripta publ. Acad. Witeb. T. I. p. 185.

Rector Academiae Witebergensis Casparus Cruciger, Doctor.

Non existimemus, irritas esse preces et gemitus piorum in Ecclesia Dei. Sed revera exaudit nos Deus, et mitigabit nos calamitates publicas et privatas, si eum fiducia filii invocabimus, qui propter Ecclesiam ἱκέτης factus est aeterno patri. Quare in omnibus piis congressibus vota coniungamus ac ardenter petamus, ut Deus sibi inter nos perpetuo Ecclesiam servet ac regat, eique honesta et tranquilla hospitia concedat, et non sinat extingui doctrinae lucem ac studia. Haec hodie quoque petamus, cum ad funus venerandi domini *Nicolai Rhodae* conveniemus, qui heri ex hac mortali vita in coelestem evocatus est. Senex fuit amans doctrinae coelestis, et vera invocatione Deum coluit. Fiet autem ei funus hodie hora duodecima. Tunc igitur in plateam proximam aedibus viri honestissimi, Magistri *Lucae Edebergii* veniant magistri et scholastici Academiae. Die 25. Februarii.

No. 3751. 28. Febr.

Cph. Fischero.

Ex autographo edita a Ballenstadt. I. ep. 3.

Reverendo Viro, eruditione et virtute praestanti, D. Christophoro Fischero *), *gubernanti ecclesiam Dei in oppido Iuterbocensi, amico suo S. P.*

Rever. D. Proposite. Etsi magnae et tristes sunt imperiorum in hoc tempore confusiones, tamen nos in ecclesia concordiam inter nos tueri statuamus, quae aliquanto post etiam profutura est ad communem pacem harum regionum, quia stabat facilius principum concordia, si consensus manebit docentium. Et quaecunque erunt ruinae mundi, tamen veram Dei agnitionem et ecclesiae concordiam retineamus et conscientiis miserorum consulamus, ut invocare Deum possint.

Causam huius *Vincentii* **) novistis, quae longi temporis errata utrimque continet. Explicari tamen res potest, si conscientiae viri et miseris pueris consuletur, quod fieri posse existimamus. Nam collocuti sumus de summa negotii Reverendus D. Pater ecclesiae nostrae, et ego et alii. Sed primum omnium exploranda est voluntas mulieris *Heidae*, quae primum ei nupta fuit. Oramus igitur, ut eam mulierem Heidae primum nuptam Vincentio ad vos accersitis adhibitis duobus aut tribus honestis viris, seu collegis seu aliis, et interrogetis, an petat, aut petitura sit postea, ut apud eam vivat; de altera postea deliberabimus. Oro igitur, ut mulieris responsionem planam et perspicuam nobis mittatis. Possunt multa et maturi in controversiis veteribus et perplexis, sed nos hoc agimus, ut extricatae conscientiae Deum invocare possint, et ut parvis pueris, si fieri potest, consulatur. Bene et feliciter vale. Die 26. Febr. 1547.

Quaeso, ut responsionem mittatis Vitebergam ad aedes M. *Pauli Eberi* per hominem certum, qui et Reverendo D. Pastori et mihi eam exhiberi curabit. Iterum valete.

---

*) „*Chr. Fischerum* primum Schmalcald., dein Meinungensium Superintendentem, tum Halberst. Pastorem, et denique Cellensem Superint. Generalem epistolas VIII Ph. Mel. manu exaratas mecum servo, ἀνεκδότους." (*Ballenst.*)

**) „*Vincentius Neudorfer*, civis, ab uxore desertus erat. Igitur consilium de uxore secunda petebat ducenda." (*Ballenst.*) Vid. epist. d. 5. Mart. et d. 25. Mart. h. a.

No. 3752. (h. t., ut videtur.)

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 174. (edit. Lond. lib. II. ep. 164.). Apographa in Codd. Gothanis 191. p. 49 et 401. p. 7.

D. Paulo Ebero

S. D. Etsi mihi [1]) propono παρηγορικὰ, quae ad minuendum luctum traduntur: tamen cum cogito filiae lachrymas, cum de nobis interrogata est, mirabiliter excrucior. Omnino insanabile vulnus hoc silentium filiae et hae lachrymae in meo animo fecerunt. Sed privatum dolorem vincit publicus. Scribit *Bucerus* satis frigidam Epistolam. † Sperat enim pacem salva urbe." Nobis περὶ τῆς πόλεως, τοῦ σκάφους ὅλου, ut olim dicebatur, terror incutitur. Oremus autem Deum, ut in ira misericordiae recordetur, et publicas et privatas calamitates mitiget. Paginam mitto τῶν παραμυθίων quae institui. *Iohannem* meum ministrum adhiberi velim tuae mensae, non solum cibi, sed etiam sermonum causa. Dat ei mandata uxor mea de calceis faciendis [2]). Etsi heri multum profudi lachrymarum, et ad lectum moerorem attuli: tamen ὄνειρος fuit non insuavis. Scripserat *Capnio* dixisse *Picum Mirandulanum*, nostram Academiam fore fontem aliarum scholarum. Si non significat dissipationem, ut nunc exilia nostra multas scholas faciunt, ἀρέσκει ὄνειρος. Bene vale. [1547.]

No. 3753. (eod. temp. ut videtur.)

De afflictione.

† Ex apogr. in cod. Goth. 19. p. 105. et cod. Goth. 262. p. 185. — Videtur haec illa pagella esse, quam de consolatione in afflictione Ebero misisse dicit in epist. antecedente.

De afflictione Ph. Mel.

Quod necesse sit, animum hominis bene doctum esse et instructum, quid sit sentiendum de aerumnis generis humani, inde manifestum est, quod ratio, adiuta lege Dei, contrarium omnino ab Evangelio de afflictionibus statuit, ac prorsus perniciose et Satanice de voluntate Dei erga nos iudi-

---

1) Pro *mihi* cod. Goth. 191. *nonnunquam*.

2) *Paginam mitto* etc.] non leguntur in cod. Goth. 401.

cat calamitatibus oppressa. Nam ratio in homine christiano facile quidem concedit, mala immitti a Deo, sed tamen ita ratiocinatur: Deus est sapiens, iustus, bonus; Deus benefacit bonis, punit autem et odit malos. Haec est computationis Maior, quam probat Moses dicens: *maledictus omnis qui non manserit* etc. Sequitur Minor: Tu premeris variis malis, quae quidem, cum sentiantur, non indigent probatione. Concludit: ergo Deus te punit et odit, i. e. vult te perditum et damnatum. Hanc ratiocinationem comprobant cum alia exempla innumerabilia, cum afflictos ita contristari videmus, ut vix ullam admittant consolationem, tum vero inprimis quod iam dicam prae caeteris conspicuum est. Ipse vidi mulierem, quae ob liberorum inobedientiam eo tristitiae et desperationis pervenerat, ut dies noctesque neglectis omnibus rebus sederet et iaceret cogitabunda prout erat locata, nihil edens et bibens nisi ad os ab aliis imposita, sed continuo ex imo pectore ducens suspiria. Et haec et similia sunt talia, quae non possunt non hominem adigere ad desperationem. Quid? Ergone falsa haec sunt? Lex scripta verbo Dei et digito Dei nomine prohibet falsum testimonium. Num igitur desperandum? Neutiquam! Quin potius in consilium adhibendum erit evangelium, quod est, ut ita dicam, legi contrarium. Quamobrem sicut duplex est doctrinae genus, lex scilicet et Evangelium, ita dupliciter etiam sentiendum est de afflictionibus. Secundum legem afflictiones sunt signa irae Dei, atque supplicia. Sed secundum evangelium sunt signa misericordiae Dei et beneficia summa. Iuxta legem iuste affligimur, nec potest ulla crux esse satis magna; iuxta evangelium vero iniuste. Hoc enim testatur, Christum Iesum datum victimam pro peccatis totius mundi, eumque esse agnum, qui tollat peccata mundi. Quod si est ablatum peccatum, tollique peccati poena debet; ea est mors et mortis instrumenta. Quare ergo affligimur? Ut mortificetur vetus homo, et semper magis magisque crescat novus, qui semel coepit regenerari in baptismo, quia etiam nondum re ipsa, sed spe tantummodo salvi facti sumus. Et spes, quae videtur, non est spes. Et manent reliquiae peccati, quae non nisi crebris tentationibus et afflictionibus repurgari possunt. Quapropter veteri homini crux est poena et supplicium; illum enim oportet mori; novo vero est beneficium tantum, quantum vix in hac vita cogitari potest. Hunc enim oportet crescere. Hinc sunt illae evangelii voces: *bonum est mihi, quia humiliasti me, ut discerem iustificationes tuas. Quem dominus diligit, corripit. Cum corripimur, a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.* Et aliae innumerabiles.

Itaque duo sunt argumenta maxime evidentia, quae nos ad patientiam maxime cohortari debebant. Prius ab utili. Tantum abest, ut noceant afflictiones, ut multo magis etiam prosint. Ergo patienter ferendae. Nam quae utilia sunt illa expetuntur. Posterius ab auxilio divino, quod rhethor quidam diceret ductum a facili et possibili. Hoc modo Spiritus sanctus adest nobis afflictis, et adiuvat infirmitatem nostram, iuxta illud: *Spiritus adiuvat infirmitatem nostram.* Item 1 Ioh. 6.: *fidelis Deus, qui nos non patitur* etc. Item: *prope est dominus omnibus invocantibus eum.* Item Ps. 33.: *scis, quod hoc mihi cesset in salutem.* Ergo forti et constanti animo ferantur afflictiones. Accedat et oratio et fides, quae ita statuat de voluntate Dei, quemadmodum Spiritus sanctus in scriptura postulat et praecipit, iuxta illud: *Invoca me in die tribulationis* etc. Sed dicas: exitus acta probat, nec est malorum finis; Deus igitur cum non eripiat, derelinquit me. Oppones primum physicum hoc: caveat *) successibus opto, quisquis ab eventu facta notanda putat. Secundo exempla prophetarum et patriarcharum, Christi, Apostolorum, adeoque sanctorum omnium, quorum maior pars iudicio hominum foedissime periit. Tertio dicta scripturae, quale est Phil. 1.: *scio, quod mihi cedet ad salutem per vestram precationem et subministrationem Spiritu S. Iesu Christi.* Audi Paulum etiam habere Deum propitium in morte. Et mulier illa, cuius supra feci mentionem, tandem consolata excessit ex vivis firmissima fide. Ita nos quoque sentiamus. Quod ut possimus, aeternus pater domini nostri Iesu Christi faxit. Amen.

No. 3754. 1. Mart.

Ioannes Fridericus ad Theologos Witteb.

† Ex apogr. in cod. Goth. 28. p. 75. Hanc epistolam *Strobel.* in d. vermischten Beiträgen zur Gesch. d. Literatur, non habet, et hic, quantum scimus, primum editur.

---

*) Cod. Goth. 262. *careat.*

Dem Ehrwürdigen, Achtbaren und Hochgelahrten Herrn Johann Bugenhagen, Pomerano, Pastorn der Kirche zu Wittenbergk, Caspar Crucigern, Georgio Major, der heil. Schrift Doctoren, und M. Philippo Melan. unsern andächtigen, lieben getreuen.

Von Gottes Gnaden, Johann Friedrich, Herzog zu Sachsen, Churfürst 2c. und Burggraf zu Magdeburgk.

Unsern Gruß zuvor. Ehrwürdige und Hochgelahrte, Liebe andächtige und getreue. Welcher Gestalt und aus was Sachen wir verschienes Jahres unvermeidlich und aufs äußerst gedrungen und verursacht sind worden, uns in Kriegsrüstung zu Rettung und Schutz unsrer selbst und unsrer Einungs-Verwandten Stände zu begeben, auch wie sich darunter Annehmung und Abdringung unsrer Lande halben unvorsehnlich darzu ohne alle Ursachen wider Gott, Ehre und Recht zugetragen; solches ist euch wissentlich und unverborgen. Dieweil sich denn die Dinge nach Gottes Verhängniß dermaßen geschickt, daß bisher in dem angefangenen Kriege ohne und wider unsern Willen und Gefallen hat müssen fortgefahren werden. Denn wir anfänglich und bisher (das können wir mit Gott bezeugen) viel lieber Frieden und Ruhe gehabt, und bei unsern von Gott verliehenen und angeerbten Landen geblieben wären, da es seiner Allmächtigkeit Wille gewesen, und wir dabei aus den aufgerichteten Frieden, Friedständen, Reichsabschieden und Verträgen hätte mögen gelassen werden; so ist es bisher nicht zu enden gewesen, wie auch noch. Wir müssen aber auch bekennen, daß wir solches und die beschwerliche Strafe, so bisher und dieser Zeit fast der ganzen deutschen Nation obgelegen und obliegt, mit unser aller Sünden gegen Gott wohl verdienet. Seine Allmächtigkeit geruh's, dieselbe hinfort von uns allen abzuwenden, und wiederum Fried und Ruhe zu verleihen.

Nachdem wir denn befinden, daß durch diesen beschwerlichen Krieg nicht allein das Verheren und Verderben, sondern auch Zerrüttung und endlicher Untergang der Universität und Schulen erfolgen will, welches wir ungern erfahren, denn leichtlich zu achten, wo es dahin sollt gereichen, so hat es der Teufel durch Wegerung dieses Mittels eben zu dem Ziel gebracht, damit er vorlängst umgegangen. Da ihn aber der allmächtige Gott bisher gnädiglich gesteuert und gewehret hat, daß er dazu nicht bringen möge, hoffen auch, er soll solches nachmals nicht enden. Denn fallen oder liegen die Schulen, so können Personen, welche Gottes Wort dem Volke verkündigen und vortragen sollen, nicht aufgezogen werden, daraus denn demselben Gotteswort nicht ein geringer Fall und Entziehung befahren. Weil wir denn solchem nach unserm höchsten Vermögen durch seiner Allmächtigkeit Hülfe zuvorzukommen uns schuldig erkennen, auch mit allen Gnaden geneigt sind, zu befinden, damit unsre Universität zu Wittenbergk sobald und förderlich [als] es möglich, und der allmächtige Gott diese beschwerlichen Kriegssachen zu gnädigen Frieden und Ruhe, wie wir hoffen, geschickt, wiederum angerichtet und in vorigen Stand und Wesen möge gebracht werden; so haben wir nicht unterlassen wollen, euch als den fürnehmsten bemeldeter unsrer Universität solch unser gnädig Gemüth und Meinung durch dieses Schreiben gnädiger Meinung zu eröffnen und anzuzeigen, gnädiglich begehrend, dasselbige nicht anders zu vermerken, solches auch fürder die andern Personen der Universität zu berichten, und ihr und sie wollen auch vollends Gedult haben, und tragen in Einsehung des Zustandes und der Zeit Gelegenheit, und euch und sie sich nicht irren noch anfechten lassen. Und was vielleicht euch und ihnen vorkommen oder mit euch oder ihnen gehandelt werden mag, welches euch und sie von uns und unsrer Universität abwenden und abwenden möchte, wie wir denn zu euch und ihnen keinen Zweifel tragen, sondern uns gänzlich und gnädiglich versehen, und sind solches gegen euch und ihnen mit allen Gnaden und gutem Zuerkennen geneigt. Datum Altenburgk, Dinstags nach Invocavit, anno domini 1547.

Iohann Friedrich H. z. S. c. F. manu propria subscripsit.

No. 3755. (1. Mart.)

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 127 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 102., cui Baumgartnerus adscripsit: „14. *Martii* 1547." (videl. accepi).

Clariss. viro D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Norib. amico suo carissimo.

S. D. Haec cum scriberem in die sacri nuptialis filiae tuae, miscebam caeteris curis et cogitationibus vota pro filiae et generi et totius familiae vestrae salute, totoque pectore Deum, aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani et auctorem mirandi foederis coniugum, oro, ut faciat, ut sit faustum, foelix, tranquillum et foecundum coniugium filiae tuae et generi, quem semper iudicavi bono et placido inge-

nio praeditum esse. Nunc et tibi et ipsi coniunctionem vestram gratulor.

Venio ad argumentum tuarum literarum, Quanquam etiam mea causa Senatus liberalitate delector, meque vobis debere gratiam profiteor, tamen magis propter Rempublicam gaudeo, civitatem, quae una inter Germanicas virtute excellit, suscipere curam tuendi literas, et ad Posteritatem transmittendi, cum Principum Imperia horrendis ac tragicis exemplis ruunt. Quae quanto cum dolore adspiciam, non possum ulla ratione exponere. Doleo Ecclesiae causa, et cum de veteribus ac recentibus malis cogito, simul et nostra peccata deploro et irascor sceleri hostium, qui furias velut ex inferis evocatas immiserunt aulis harum gentium. Sed tamen inter haec mala servaturum esse Deum Ecclesiae suae reliquias non dubito, meque hac voce Filii Dei sustento, qui inquit: *τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ οὐχ ἁρπάζει τις αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου.* Hanc vocem tibi quoque proponito et nos votis tuis adiuvato. Precemurque omnes, ut Deus posteris Ecclesiam servet, nec sinat extingui lucem Evangelii in genere humano. Ages autem gratias meis verbis Senatui reverenter, quo argumento et literas ad Senatum misi, quarum Exemplum rursus mitto. Tibi quoque gratias ago respicienti nos in hac fortuna, et coram meum consilium exponam. Utinam alicubi in hoc extremo actu vitae meae utiliter possim Ecclesiae Dei servire in Republica honesta, ubi procul absim Cypselidis, *οὓς ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μαργοῖς χαλίνοισι.* Bene et feliciter vale. *ἐν τῇ ὑστέρᾳ* [1]) nuptiarum filiae tuae [2]).

Philippus Melanthon.

1) Spanb. mendose: *ἡμέρᾳ.*

2) Adscripsit alia manus: *d.* 1. *Febr.* 1547.

No. 3756. **2. Mart.**

Eidem.

† Ex apographis in cod. Lang. p. 13., cod. Goth. 191. p. 16., cod. Goth. 401. p. 13 b. et cod. Dresd. Zeltn. p. 71 sq. — Convenit quidem in multis haec epistola cum antecedente, sed tamen est alia. Opinor, Melanthonem binas litteras eodem die scripsisse et per diversos tabellarios misisse, quod turbulentis belli temporibus saepius fecit. De nuptiis filiae Baumgartneri, mense Martio celebratis, vid. supra ep. d. 28. Febr. et ep. ad Ionam d. 3. Mart.

Clarissimo viro, prudentia et virtute praestanti Dom. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Norinbergensi, amico suo charissimo [1]).

S. D. Haec cum scriberem in die sacri nuptialis [2]) filiae tuae, miscebam caeteris [3]) curis et cogitationibus vota pro filiae et generi [4]) et totius familiae vestrae salute, totoque pectore Deum, aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani et authorem mirandi foederis coniugum, oro, ut faustum, foelix, tranquillum et foecundum coniugium det filio tuo et genero, quem semper iudicavi bono et placido [5]) ingenio praeditum esse. Nunc et tibi et ipsi coniunctionem vestram gratulor.

Spero ad vos priorem tabellarium reversum esse, cui literas ad Senatum [6]) etiam [7]) dedi, quarum exemplum rursus mitto. Et quanquam mea causa etiam Senatus liberalitate delector, ac vobis debere me gratiam profiteor: tamen magis propter rempublicam gaudeo, civitatem tam honestam in his ruinis Academiarum suscipere curam propagandi literas ad posteritatem. Itaque meis verbis reverenter Senatui gratias agas [8]). Nisi me belli saevicia [9]) prius [10]) opprimet, coram vobis exponam meum consilium. Ac decreveram nunc iter ingredi; sed cum *Sabini* filiola conflictari febri coeperit, discedere ab ea non licet, meque fato retineri iudico, nec recuso *ἐνταφήσεσθαι* [11]) *τῇ ἀκαδημίᾳ,* si ita Deo visum est, etsi spero, Deum exauditurum esse gemitus piorum, et ingentes miserias harum gentium mitigaturum esse. Plane similia sunt veterum Tragoediarum haec mala inter cognatos, ipsarum furiarum consiliis excitata [12]), quorum cogitatione saepe cohorresco, sed me hac voce filii Dei consolor: *τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθήσουσί μοι, κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς, καὶ οὐ μὴ ἀπόλυνται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ*

1) Integram inscriptionem servavit cod. Lang.

2) Cod. Goth. 401. *sacro nuptialis*; cod. Lang. *sacro nuptiali.*

3) *caeteris* abest a cod. Lang.

4) Cod. Goth. 401. et cod. Lang. *pro filia et genero.*

5) *placido*] cod. Lang. *blando.*

6) Vide eas ad 28. Febr. h. a.

7) *etiam* cod. Goth. 191. non habet.

8) Cod. Goth. 191. et cod. Lang. *ages.*

9) Cod. Goth. 191. *saevicies.*

10) *prius* abest a cod. Goth. 401.

11) Sic codd. — *ἐνταφιάζεσθαι?*

12) Cod. Goth. 191. *agitata.*

οὐχ ἁρπάζει τις αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου; qua te quoque sustentes. Servabit filius Dei invocantes ipsum in his incendiis, sicut et servavit Danielis socios, teque oro, ut vota tua cum nostris coniungas, ut [13]) Deus posteritati servet Ecclesiam, et doctrinae verae lumen non sinat extingui. Et, ut filius Dei oravit, ut simus unum cum Deo aeterno patre et inter nos, idem nos quoque precemur. Quod si curae fuisset harum terrarum gubernatoribus, in has miserias non incidissemus. Sed illos, ut in veteri versu Lini scriptum est, ἡ ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μαργοῖς χαλινοῦσιν [14]). Quaeso donec per litteras colloqui possumus, ad me scribito. Bene et foeliciter vale. Ἐν τῇ ὑστέρᾳ sacri nuptialis filiae tuae [15]), 2. Martii, Anno 1547.

Ph. M.

No. 3757. 3. Mart.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 56 sqq.

Iusto Ionae.

S. D. *Brentius* scribit *), cum Senatus in Salinis de se reducendo ageret, respondisse Dominum *de Naves*, differendam esse reductionem, quia hoc agat *Carolus* Imperator, ut tollat dissidia doctrinae. Editis enim Synodi sententiis imperaturum esse, ut omnes communi consensu eas amplectantur. Iam igitur non dissimulant, quae sit moti belli causa. Interea nostri vicini, quorum Ecclesiae de doctrina nobiscum sentiunt, clamitant, motum esse bellum propter causas Politicas. Nec pudet nos hoc sophisma defendere. Etsi igitur magno in periculo sunt hae gentes et haec Ecclesiarum hospitia, tamen, cum haec belli causa sit, speremus Deum nobis adfuturum esse. Optarim etiam confirmari voluntates civium, quae essent firmiores, si Principes viderent communi saluti potius, quam privatae potentiae consulere. De his rebus brevi coram tecum colloquar, nisi iter meum magna aliqua causa impediat. Nunc valetudine filiae *Sabinae* retineor. Ostendit autem mihi filius tuus proximam tuam epistolam, in qua obiurgatio est plena paterni amoris ac doloris. Ingemui legens, cum cogitarem in his publicis miseriis filii ingenium et eruditionem tibi voluptati esse debere, et tamen eam non dico corrumpi, sed turbari aliquantulum non magnis causis. Ipsum vero et saepe antea monui et nunc, ut, ad te scribens, omnium verborum pondera praemetiatur, ne quod verbum effundat asperius. De itinere Gallico tandem te constituere prodesset, ad quod, si ἐφόδιον impetrari potest a *Comite Alberto*, ut arbitror, et si vis filium ad aulas praeparare, discere eum linguam Gallicam et studia exterarum nationum videre, utile est. Hic in publico hospitio diu eum sumptus facere non prodest, et ut revocari possit, mittendum est, unde solvat. Quantum autem debeat, ex ipso intelliges. Haec scripsi bono et simplici studio, teque oro, etiam mea causa, ut tali praeditum ingenio filium non deseras. Bene vale. Die 3. Martii.

Philippus Melanthon.

No. 3758. 3. Mart.

P. Ebero.

Manlii farrag. p. 325. Epistol. lib. III. p. 205. (ed. Lond. lib. III. ep. 121.). — Apographon in cod. Goth. 401.

Paulo Ebero.

Etsi in tanta confusione orbis terrarum optanda mors videtur [1]): tamen cum in Ecclesia Dei vivamus, non decet nos fractos metu ἀποκαρτερεῖν. Ut igitur me iubes curare valetudinem, ita vicissim te adhortor, ut quanta [2]) diligentia humana effici potest, tueare ipse tuam valetudinem: teque et Ecclesiae communi et domesticae serves. Mihi temperantia unius diei profuit: ac *Platonicum* illud sequor, quod quia tibi quoque profuturum esse iudico, adscribam: Διὸ παιδαγωγεῖν δεῖ διαίταις πάντα τὰ τοιαῦτα καθ᾽ ὅσον ἂν ᾖ σχολὴ, ἀλλὰ οὐ φαρμακεύοντας κακὸν δύσκολον ἐρεθιστέον [3]).

Mitto tibi *Ioachimi* Epistolam, ex qua intelligo incolumem pervenisse in urbem *Ieram*, quod gaudeo. Illud vero δυσχεραίνω, quod cum nec

---

13) Cod. Lang. *et ut.*
14) Cod. Lang. μάργοισι χαλίνοις.
15) ἐν τῇ — *tuae*] in cod. Zeltn. non leguntur.
*) Coll. epist. d. 24. Febr. h. a. scripta.

1) Manl. *videretur.*
2) Cod. Goth. 401. *quantum.*
3) Manl. mendose παῖδα χορεῖν — φάρμακον τὰς, et ἐρεθιστέον praetermittit.

tantas dolendi causas habeat, quantas nos habemus, nec simili in periculo sit, nimium indulget moestitiae ac iracundiae. De tuis et publicis *) rebus scribito, quoties habebis tabellarios. Bene vale. 3. Martii. Anno 1547.

No. 3759. 3. Mart.

C. Crucigero.

Edita in Mel. select. epp. p. 438. Iterum repetita in Epp. lib. I. p. 265. (edit. Lond. lib. I. ep. 87.). — Autographa in cod. Goth. 191. p. 80. et cod. Goth. 401. p. 19., satis mendosa.

Casparo Crucigero S. D.

In Tragoedia Aeschyli servus cum, monens [1]) Eteoclem, obiurgatur [2]), reprimit sese, inquiens: *σιγῶ, σὺν ἄλλοις πείσομαι τὸ μόρσιμον.* Id non nunc primum cogito. Sed tamen saepe dolor vicit, ut pro meo captu dixerim, quod videbatur illis ipsis, qui dominantur, utilius. Nunc magnitudo periculi communis, tanquam in incendio, magis nos hortatur, ut, si quid quisquam [3]) potest, moneat. Sed omnia ignoramus. Ego nec qua spe ducant bellum, nec quae habeant auxilia ac *συμμαχίαν* scio. Illud video, cum antea videretur non contemnenda potentia foederis esse, tamen nostros expertos esse sociorum infidelitatem. Sed omitto querelas. Nos, quicunque erunt exitus, consolemur [4]) nos hac vera ac firma consolatione divinitus tradita, quod non sit a Deo deficiendum, etiam inter has aerumnas; deinde levationem aliquam [5]) doloris [6]) adfert conscientia rectae voluntatis. Nam veritatem simplici studio quaesivimus, et multa utiliter patefacta sunt. Si propter hoc studium interficimur, sumus in numero istorum, qui in Psalmo dicunt: *propter te mortificamur tota die.* Servabit tamen Deus coetum aliquem harum Ecclesiarum, et aliqua [7]) domicilia. Pagellam mitto narrationis *Ascanii* [8]) exhibendam D. *Pontano*. Nam me reversum statim accessivit *Ascanius*, et dolorem suum commemorans, et pericula nostra deplorans, eratque finis orationis, ut de pace petenda cogitaretur. Posse flecti imperatorem, si noster fieret supplex, et haec me significare aulae [9]) voluit. Fuerant antea supplices *Othoni* frater, et deinde filius, *Henrico* quinto *Lotharius*, qui postea factus est imperator, *Sigismundo* Fridericus Austriacus, *Maximiliano* Philippus Palatinus, *Carolo* Veneti, Iuliacensis, et nunc alii [10]). Sed *ἱκετεύοντες* [11]) arbitrantur permittere, ut imperator mutet Ecclesiarum doctrinam. Si sic [12]) sentiunt, nimis segniter gerunt bellum. Deus, aeternus pater domini nostri Iesu Christi servet et defendat ducem Electorem Saxonicum, propterea quod primus et prae caeteris studia doctrinae fovit, et nostros gemitus propter suam gloriam exaudiat. Bene vale. Die tertio [13]) Martii.

*) Sic recte cod. Sed Pez. *tuis et publicis*, Manl. *et* omisit.
1) Cod. Goth. 191. *admonens Eteoclem eum.*
2) Cod. Goth. 191. *obiurgaretur.*
3) Cod. Goth. 191. *quis quidquam.*
4) Cod. Goth. 191. *confirmemus.*
5) *aliquam* addidi e codd.
6) *doloris* cod. Goth. 191. non habet.
7) *aliqua*] cod. Goth. 191. *harum.*
8) *Ascanii* addidi e codd.
9) *aulae*] cod. Goth. 191. non habet.
10) Hic explicit apographon in cod. Goth. 191.
11) Peuc. *ἱκετεύοντας.*
12) Cod. Goth. 401. *sic ergo.*
13) Cod. Goth. 401. *die* 5.

No. 3760. 4. Mart.

(*Syngraphus.*)

Edita in Riederer's Abhandlungen p. 448. (collecta a Lenzio).

Ein Geleitsbrief, Ottoni Wilhelmo von Thungen Bastbart (Paßport) ertheilt.

Ich Philippus Melanchthon bekenn mit dieser meiner Handschrift, daß Zeiger dieser Schrifft, Sebastian von Wirtzburg, der einen jungen frommen Knaben, der bey mir studirt hat, und sich züchtiglich gehalten, mit sich führet, ein frommer, ehrlicher Mann ist, und hatt mit diesen jetzigen erschrecklichen Kriegsachen nichts zu thun, hatt auch diese Reise fürgenommen, nicht jemand Unruh zu machen, oder Schaden zu thun, sonder daß er diesen Knaben zu seinen Eltern mit Gottes Gnaden wiederum haimbringe. Dieweil denn recht ist, und ehrlich und christlich, frembden Leuten, die ehrliche Ursach haben ihres Reisens, und niemand zu schaden fürhaben, freundliche Fürderung zu erzeigen, bitt ich aus gemelter Ursach, alle ehrliche Leut wollen Zeiger dieser Schrifft Sebastian samt dem jungen

Schüler lassen unverhindert durchreisen, welches Gott gefällig, der gebothen hat, den frembden und unschädlichen Leuten Guts zu thun. Datum zu Zerbst, am 4. Tag Martii 1547.

No. 3761. 4. Mart.

H. Besoldo.

† Ex apogr. in cod. Lang. p. 9b.

Venerando viro, pietate et eruditione praestanti, Dom. M. Hieronymo Besold docenti Evangelium in Ecclesia Dei in inclyta urbe Noriberga, amico suo carissimo.

Etsi non memini, quantum debuerit nobis *Hieronymo Holzschuher*, tamen *Matthaeus Irenaeus* Würtzburgensis numeravit mihi aureos quatuordecim, ut syngrapha mea testatur, quos debere *Hieronymum* nuncius dicebat. Nunc peto, ut *Matthaeo* tantum reddatur, quantum *Hieronymus* debuit. Si quid insuper debebo, *Matthaeo* solvam ipse. Hanc rem, ut tua fide cures, te etiam atque etiam oro. Praestemus cum in aliis negotiis, tum vero in contractibus, quod in veteri regula praecipitur: *inter bonos bene agier.* A *Vito* non est petendum, ut partem debiti remittat, praesertim cum ipse satis officiose agat, ac differri solutionem non patiatur. Decet tamen nos inter bona nomina recenseri velle, *καὶ ἔχοντα ὄνομα ἱερόν εἴη αὔτοπον* dici malum nomen *). Me non poenitet consilii mei de dimisso adolescente ante hos tumultus, et id consilium gaudeo foelix fuisse, etiamsi peritura est mihi pecunia. Nostra philosophia pluris officium facit, quam pecuniae lucrum. Nec Epicharmi dictum obiici verebor, qui ait *νόσον ἔχεις χαίρεις διδούς.* Nam ego non profusione sed officio laetor. Bene vale et rescribe. 4. die Martii.

Ph. M.

*) Haec non satis intelligo, sed dedi ut in cod. leguntur, ubi satis distincte scripta sunt.

No. 3762. 4. Mart.

Ioannes Fridericus ad Doctores Witteberg.

E cod. Goth. 28. p. 73. Iam edita in Strobelii vermischten Beiträgen zur Gesch. der Literatur p. 70.

Dem Ehrwürdigen, Hochgelahrten, unsern lieben andächtigen Rath und getreuen, Ern Johann Bugenhagen, Pfarrherr, Georgio Brück, beiden Doctoren, und Magistro Philippo Melan. zu Wittenberg.

(Apud Strobel.: „Den Ehrw. — — getreuen Rectori, Magistris und Doctoren unsrer Universität Wittenberg.)

Von Gottes Gnaden Johann Friedrich, Herzog zu Sachsen, Churfürst und Burggraf zu Magdeburg.

Unsern Gruß zuvor. Ehrwürdige und Hochgelahrte, liebe andächtige [1]) und getreue. Wir wissen euch gnädiger Meinung nicht zu bergen, daß sich H[erzog] M[oritz] die vorhergehenden [2]) Tage, als wir etliche unsre Reuter und Hackenschützen in andern Sachen von Colditz abgefordert, und dasselbige Schloß und Stadt unbesetzt gelassen, nicht allein einzunehmen unterstanden, sondern auch dasselbige, ob es wohl unsrer freundlichen lieben Gemahl Leibgut ist, nicht verschont, sondern das Haus plündern lassen. Aber ehe er Colditz eingenommen, hat H[erzog] M[oritz] unsrer freundlichen lieben Muhmen, der Herzogin zu Rochlitz, zu Beschwerung Markgraf Albrecht mit 18 Hundert [3]) Reutern, und 10 starken Fähnlein Knechten, darunter 6 [4]) des Kaisers gewesen, in die Stadt Rochlitz gelegt, und die Stadt und Schloß damit besetzen lassen, allein darum, damit er den Paß an dem Muldenstrom haben möchte. Als haben wir nicht wissen zu unterlassen, weil der Markgraf des Orts seines Vermessens so sicher gelegen, mit unsern Reutern und Knechten, auch etlichen Geschütz, ehegestern gegen Abend um 8 Uhr ungefehrlich [5]) auf und nach Rochlitz zu ziehen, wie wir denn gestern, Mittwochs, zeitlich vor Tage da angekommen, als haben unsre Vorwach vier des Markgrafen Reuter auf der Schildwach gefangen, die andern aber, nachdem er sie stadtlich verordnet hatte, haben die Flucht in die Stadt gegeben, darauf erst gegen Tage etliche des Markgrafen Reuter herausgezogen, und sich neben den Kaiserlichen [6]), so in der Vorstadt gelegen, auch andern Hackenschützen, die aus der Stadt zu ihnen geordnet gewesen, etwas heftig und ernstlich erzeiget, daß sie auch zweimal zu einander troffen. Aber des Markgrafen Reuter sind allewege in [7]) ihren Vortheil

1) Strob. † Räthe.
2) Strob. vergangene.
3) Strob. 1500.
4) Strob. darunter 6 Fähnlein Markgrafens, die andern 4 des rc.
5) Strob. um 5 Uhr.
6) † 4 Fähnlein] Strob.
7) Strob. zu.

in die Stadt [8]) zu ihren Schützen [9]) gewichen, und [haben] die Flucht nicht allein in [10]) die Stadt und zum Thor gegeben, sondern auch ihrer viele sind durch eine ziemlich hohe Lücke, so an der Stadtmauer eingefallen, in die Stadt gerannt. Als wir aber mit unserm Ritterzuge wiewohl [11]) etwas langsam hernach gekommen, und auf die Feinde gedrungen [12]), auch das Geschütz in die Stadt gehen lassen, sind die Kaiserlichen viel [13]) Fähnlein über die Brücke und etliche Reuter durch das Wasser geflohen, welche in der Nacheile fast alle bis auf wenige Personen niedergelegt und gefangen worden. In dem sind unsre Knechte in die Stadt gefallen und geplündert. Weil wir ihnen etwas [14]) hart zugesetzt, so hat Markgraf Albrecht, mit etlichen Personen [15]) sich auch davon machen wollen, wie er denn allbereit durch das Wasser, die Mulde, gekommen; aber durch sonderliche Schickung des Allmächtigen hat es sich also zugetragen, daß Mark. Albrecht durch unsern Oheim und Schwager Herzog Ernst von Braunschweig gefangen worden, dessen Lieb [16]) uns auch ihn zu unsern Händen gestellet. So ist Landgraf Christoffel von Leuchtenberg in unserm [17]) Angriff auch gefangen und geschossen worden; deßgleichen Georg von Hoerden, und andere mehr, Fürnehmste von Adel, deren Namen wir nicht wissen, gefangen. Als haben sich die Reuter, so noch in der Stadt gewesen, zusammt den 6 Fähnlein Knechten, ob sie sich wohl zum Stand in der Stadt [18]) gethan, in unsre Gnade sich auch ergeben, die da ihre Wehren und Harnisch von sich legen, und verschwören müssen, wider uns und unsre Einungs-Verwandte nicht zu handeln [19]); daß also mit göttlicher Hülfe der Markgraf [20]) mit etlichen Fahnen Reutern und 10 Landsknechtfähnlein erlegt worden. Und wie sich der Markgraf hören läßt, so sind der Reuter xvC [1500] und der Knechte 4000 gewesen.

Dem allmächtigen Gott sey Lob, Ehr und Dank, daß er es also geschickt hat. Auf unsrer Seite sind auch etliche Todte geblieben, auch zum Theil wund und geschossen worden, aber nicht viel. Allein ist Err Wolf Dietrich von Pfirt, Ritter, hart geschossen worden, welcher auch heut dato in Gott christlich verschieden ist. Nun ist dieses gleichwohl ein solcher Handel gewesen, der einer kleinen Schlacht wohl zu vergleichen. Das zeigen wir euch gnädiger Meinung darum an, damit ihr das Wissens habt, und haben zu Gott die Hoffnung, seine Allmächtigkeit soll weiter Gnade [21]) verleihen, wie wir denn gnädiglich [22]) begehren, ihr wollet uns und den ganzen Handel in euer und der Kirchen Gebeth treulich lassen befohlen seyn, damit diese beschwerlichen Kriegssachen wiederum nach seinem göttlichen Willen zu Friede und Ruhe gebracht, und der Lande Verderben verhütet, und daß wir unter seinem Schutz bei Gottes Wort und der wahren christlichen Religion täglich bleiben mögen. Daran thut ihr Gott und uns ein angenehmes Gefallen, und wir sind euch mit Gnaden und Gutem geneigt. Datum Altenburgk Freitags nach Invocavit. anno 1547.

8) Strob. Vorstadt.
9) Strob. Schutz.
10) Strob. nach der.
11) wiewohl] omissum est in cod. Goth. 28.
12) Strob. gerückt.
13) Strob. vier.
14) Strob. nun so.
15) Strob. Pferden.
16) i.e. Liebden. Strob. edidit: des Leib uns auch zu unsern Händen geantwurtet.
17) Strob. ersten.
18) Strob. nieder pro in der Stadt.
19) wider uns ꝛc] non habet Strob.
20) der Markgraf] excid. e cod. Goth. 28.

No. 3763. 4. Mart.

Io. Kestnero.

† Ex autographo Mel. in Tabul. Vinar. Regist. N. fol. 452.

Dem Ehrbarn Johann Kestner in der Renterey zu Weimar, meinem guten Freund.

S. D. Miror *Stigelii* silentium, praesertim cum ei pecuniam debeamus *), et si tibi literas commendaret, ad me perferri posse sciat. Quaeso, ut significes ei, me desiderare ipsius literas. Et cum habeam aureos quinque et viginti numerandos *Stigelio*, quaeso ut vos istic ei numeretis, ita ut ego *Cosricio* hic reddam quinque et viginti aureos. Aut, si hoc mavult *Stigelius*, veniat ad me ac de alia pecunia etiam mecum deliberet. Quaeso, ut significetis de hac re quid vel facturi sitis, vel feceritis. Bene vale die 4. Martii.

(Nomen subscriptum cum charta periit.)

21) Pro Gnade Strob. habet: Glück und Sieg auf unsrer Seite.
22) Strob. addit: hoffen und von Gott gewärtig seyn. Verosimiliter scriptum erat: wie wir hoffen und von Gott gewärtig seyn, und gnädiglich begehren etc.
*) Vid. supra epp. d. 13. Ian. scriptae.

No. 3764. 5. Mart.

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 160. (edit. Lond. lib. II. ep. 147.). — Apographon in cod. Goth. 401. p. 27.

D. Paulo Ebero

S. D. Mihi fides et diligentia D. Doctoris *Melchioris* Medici nota et probata est. Sed tamen ad te quoque scribo, ut eum ores, ut remedia nobis mittat. Dabis igitur literas ei, et solves in myropolio. Puella febri et tussi satis duriter quassatur *). Venit mihi in mentem tuum exemplum. Te filii ἐξανθήματα retinebant ante obsidionem, me nunc cum *Matthaeo* abiturum retinet filiae morbus. Nam heri *Matthaeus* ad *Ioachimum* profectus est **). Fortassis fatum nos in his oris retinet. Et ego longe malim ἐνταφήσεσθαι, si ita Deo visum est, τῇ ἡμετέρᾳ ἀκαδημίᾳ, quam apud eos florere gratia, qui haec parricidia probant et confirmant. Bene vale et rescribe. Die 5. Martii.

No. 3765. 5. Mart.

Henrico Luneburg.

Edita in Hummelii Centur. II. epistolar. historico-ecclesiast. sec. 16. et 17. p. 118. Apographa in cod. Goth. 191. p. 69., cod. Goth. 401. p. 13. et cod. Lang. p 12b., Cod. Monac. 90. No. VII. p. 292.

Honesto et erudito viro, D. M. Henrico Luneburgensi [1].

Carissime Henrice. Et nos et Ecclesiam Deo [2]) aeterno patri dom. nostri I. Chr. commendemus, et petamus, ut nos et Ecclesias et studiorum honestorum [3]) hospitia adversus diaboli furores defendat, ac certo [4]) statuamus, non fore irritas preces nostras. De represso et capto *Marchione Alberto* [5]) et ab aliis accepi literas. Ago gratias Deo, quod adiuvit nostrum principem, qui non adfecit ulla iniuria *Albertum* aut *Mauritium*. Accidit igitur *Alberto*, ut fieri [6]) solet, divino indicio, ut dicitur [7]): τεύχων ὡς ἑτέρῳ τι ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει.

Fui Witebergae, ut recuderetur *Menii* liber, a me alicubi emendatus de defensione legitima, quem velim [8]) a te legi propter historias. Nondum transferre familiam possum propter parvae puellae, *Sabini* filiae [9]) febrem. Sed Deo iuvante redibo in Sareptam nostram quam primum potero. Docent ibi iam M. *Paulus*, *Stolsius* [10]) et, ut opinor, M. *Plochinger* [11]). Pro lepore et perna tibi gratias ago [12]). *Carolus* Imperator conatur ex Noriberga expellere *Osiandrum* et *Vitum*. Interea simulat, se non gerere bellum cum Ecclesia. Sed Deus reteget dissimulationem [13]). Bene et feliciter vale, tu, et vir [14]) nobilis hospes tuus, (et auditores tui) [15]). Dat. Servestae [16]) d. 5. Mart. 1547.

No. 3766. 5. Mart.

Eidem.

† Ex apographo in cod. Goth. 189. p. 14. (tertiae partis huius voluminis) ubi inscribitur: *Henrico N.* — Item apographon in cod. Goth. 188. ep. 17., ubi inscribitur: *Henrico Luneburgensi.* Apographon prius descriptum est ex posteriori. — Fere convenit haec epistola cum antecedente, et videtur Melanthon, ut saepius in exilio, binas ad eundem eodem die scripsisse epistolas eiusdem argumenti, missas per diversos tabellarios.

Henrico Luneburgensi.

S. D. Carissime Henrice. Ut Psalmus inquit: rogate quae ad pacem sunt Ierusalem, ita et nos oremus Deum aeternum patrem domini nostri I. C., ut servet Ecclesiam in his regionibus, nec sinat extingui studia doctrinae, sed piam et salutarem pacem Ecclesiis et earum hospitiis reddat. Constat, adversarios moliri doctrinae verae oppressio-

*) *Puella* etc.] omittuntur in cod. Goth. 401.
**) *Nam heri* etc.] omittuntur in cod. Goth. 401.
1) Cod. Goth. 401. *Henrico Saxon.*
2) Humm. *Dei.*
3) Humm. *honestiorum.*
4) Humm. *et recte.*
5) Vid. epist. Principis Elect. d. 1. Mart.

6) Cod. Mon. 90. *dici.*
7) Humm. *Alberto quod dicitur.*
8) Humm. *volui.*
9) Humm., et cod. Mon. 90. *puellae Sabinae.*
10) Humm. et cod. Mon. 90. *Stolzius.*
11) Humm. et cod. Mon. 90. *Pflokius.*
12) *Pro lepore* etc.] non habent Humm. et cod. Goth. 401. et cod. Lang. mendose *pro tempore et persona* etc.
13) Humm., cod. Mon. 90. et cod. Lang. *simulationem.*
14) Humm. et cod. Mon. 90. *virtute*
15) *et auditores tui*] absunt a codd. praeter Monac. 90. — Cod. Goth. 191. addit: *Viro nobili hospiti tuo gratias ago pro lepore et perna.*
16) *Servestae*] non habet Humm.

nem. Nam Carolus Imperator mandat Norimbergensi Senatui, ut eiiciant *Osiandrum* et *Vitum*, et Synodus Tridentina edidit impium decretum contra doctrinam veram de iustificatione. Cur igitur arma ab adversariis sumta sint, res ipsa ostendit, quos Deus, aeternus pater domini nostri I. C., reprimat, cui gratias ago, quod repressit Marchionem *Albertum* *), qui argumentum erit veteris versiculi **).

Fui Wittenbergae, ut cuderetur liber *Menii* de defensione, quem legi a te propter historias velim. Nondum eo transferre familiam possum propter febrim parvae puellae, filii *Sabini;* sed Deo iuvante brevi eo redibo. Nunc ῥυγῖ. pam ***) in quibusdam rebus. 5. Mart.

No. 3767. 5. Mart.

Cph. Fischero.

† Ex Collectione Ballenst. Vol. I. p. 24. (Ballenst. eam descripsit ex autographo Mel.).

Iohanni Fischero (Pastori in Jüterbog)

S. D. Reverende D. Praeposite. In his magnis miseriis publicis et privatis si possumus aliquibus lenire dolores, ut Deum tranquilla conscientia invocent, pie facimus. Nullo privato adfectu moveor in causa huius miseri hominis *Vincentii* sed ..... [1]) conscientia ipsius et postremae mulieris et saluti puerorum parvorum consuli. Qua in re si potest ἐπιείκεια inveniri, vellem eam adhiberi in hoc negotio. Responsio primae mulieris reddit nunc rem difficiliorem. Si prorsus negaret, se habitaturam esse apud hunc *Vincentium*, meum consilium esset, ut *Vincentius* postremam retineret et in alium locum migraret propter scandalum. Quod vero pecuniam prima mulier petit pro certis pannis, etsi *Vincentius* multas excusationes adfert, tamen egi cum eo, ut promiserit, se quinque aureos daturum esse pro illis rebus quae erant annotatae in charta. Quod vero etiam decem aureos postulat mulier propter cessionem, id absurdum est, et utrumque turpe est, dare et accipere eam pecuniam. Credo [1]), quantum in hac veteri et intricata causa video, melius esse, ut permittatur *Vincentio*, ut retineat secundam, et publicis ceremoniis nuptias confirmet. Hanc meam epistolam quaeso ut boni consulatis. Scripsi misericordia parvorum puerorum motus et pia causa [2]). Bene vale. Die 5. Martii 1547.

---

*) In pugna ad Rochlitzium.

**) Habet hic uterque codex: „Versus graecus erat omissus." Vide eum in ep. anteced.

***) Dedi ut scripta sunt in utroque codice, sed qui sibi velint, definire non possum.

1) Suppl. *velim.*

No. 3768. 7. Mart.

G. Maiori.

Epist. lib. V. p. 348 sq.

Georgio Maiori (tum Magdeburgi)

S. D. Quorum artificiis in his terris cognati Duces commissi sint, οἱ συγκρουσθέντες et, cum sciamus, tranquilliori animo feramus haec mala, in quibus sumus. Non nos, sed illi miseri sunt, etiamsi vincerent. Et tamen spero, Deum vindicem fore suae gloriae. Edet contra Epicuraeos testimonium, se exaudire nostros gemitus, et vota tuorum filiorum, et similium. Nunc audi novos furores Tridentinae Synodi, damnarunt veram doctrinam de fide, qua recipimur in gratiam, et quidem tetris portentis verborum. Ubi integrum decreti exemplum nactus ero, edam refutationem ad Carolum.

Misi istuc meum cursorem, ut nobis exemplum afferat literarum Principis, quem, quicunque erunt exitus, tamen gaudeo, de Schola cogitare etiam inter classica. Carol. Imp. nunc conatur *Osiandrum* et *Vitum* expellere ex Ecclesia Noribergensi: Sed Senatum, spero, graviter responsurum esse. *Hieronymo Baumgartnero* misi tuam epistolam, et scripsi, ut rem servet integram.

Marcello dicas, si *Menii scriptum* volet in latinam linguam transferre, ut sequatur novam editionem. Historiam de praelio *Rochlicensi* nosse vos arbitror. † Agamus Deo gratias, quod hactenus repressit hostes" *). Bene vale. Die septimo Martii.

Vito et Marcello salutem opto.

Philippus.

---

1) Mst. habet *modo*, quod mendose lectum puto pro *credo*.

2) De Vincentii causa conf. ep. d. d. 28. Febr.

*) Addit A. D.

No. 3769. 7. Mart.

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 200. (edit. Lond. lib. II. ep. 191.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps. Nec ante annum fui suasor movendi belli, nec postea probavi, nec probabo unquam consilia eorum, qui Ducem incitarunt ad bellum in patria movendum, nec nunc volo suasor aut approbator esse consiliorum, quae praebebunt occasionem maiori incendio in his regionibus, etsi, ut scit Celsitudo Vestra, optarim non occupatam esse ditionem *Parthenopaeam* *). Illa Siren magnarum calamitatum causa erit. Et arbitror Celsitudinem Vestram habituram εἰρήνην τῆς συνειδήσεως βελτίονα, εἰ οὐ τῶν ἀσεβῶν συμβυλεύτης ἔσται. Historiam rei gestae cum *Marchione* iam accepi. Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi regat et servet C. V. Die 7. Martii.

No. 3770. 7. Mart.

Episcopo cuidam.

Epist. lib. III. p. 118. (ed. Lond. lib. III. ep. 55.). — Apographa in cod. Goth. 401. p. 39. et in Cod. Monac. 66. p. 12., ubi epistola inscriptione caret. — Tertium apographon in cod. Lang. p. 14., ubi ex errore inscribitur *H. Baumgartnero.* — Quis fuerit episcopus, ad quem Mel. scripsit, definiri non potest. Estne fortasse *Langaeus*? —

Episcopo cuidam in Gallia. (*Langaeo?*)

S. D. Reverendissime Domine. Non dubito te virum Sapientia et virtute praestantem, et in hoc fastigio Ecclesiae collocatum, saepe (cogitare) [1]) et horum Temporum calamitates, et earum causas ac fontes deplorare. Etsi autem salutarem medicinam, seu fata ultimae Senectae mundi seu cupiditates aliquorum impediunt: Tamen interea bonos viros decet vel gemitu ostendere, quid probent, et Rempubl. quantum [2]) quisque suo loco potest, sapienter iuvare. Quod cum te facere multi sciant, nos quoque quanquam procul absumus, tamen de te saepe cogitamus, et animi tui vota intuemur, et virtutem praedicamus. Saepe etiam illud *Homericum* recitamus

Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν.

Cum igitur *Petrus Perusinus* [3]) in *Germania*, in qua non vulgaribus artificiis undique bella accensa sunt, manere diutius non possit: in *Galliam* proficisci constituit, eamque ob causam literas ad te [4]) flagitavit, ut ostendere posset exilii causas [5]), et testimonium de suis moribus. Existimo autem propter tuam liberalitatem multos ad te confugere, sed in ea turba ut huic etiam *Perusino* [6]) aliquem tribuas locum, te oro. Comperi enim eum esse virum honestum, integrum, et amantem piorum studiorum, propter quae literatorum congressus in gentibus tam procul dissitis appetivit.

Ego, etsi in hoc communi incendio *Germaniae* magno in periculo sum, tamen iis me consolationibus sustento, quas Deus Ecclesiae suae tradidit, ac spero Filium Dei Cymbam suam, in qua et sum et manebo, sedatis his fluctibus servaturum [7]) esse. Bene vale. Die 7. Martii, Anno 1547.

No. 3771. 8. Mart.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 301 sq.

Christophoro Pannonio (Theologo Academiae Francof.)

S. D. Sic inquit Nazianzenus: οὐδὲν οὕτως εὐφραίνειν ἡμᾶς εἴωθεν, ὡς συνειδὸς καθαρὸν καὶ ἐλπίδες ἀγαθαί. Etsi adhuc incertus est belli exitus, et subinde nova bella oriri video, ut fit in civilibus discordiis: tamen his me consolationibus sustento, quarum fit mentio in dicto Nazianzeni, conscientia rectae voluntatis, et spe mansurae Ecclesiae Dei. His consolationibus te quoque eriges, etiamsi Pelopidae varie tumultuantur.

Ego nunc in exilio *Dialecticen* pertexo iuventuti. Sperandum est enim, Deum servaturum esse Ecclesiae seminaria, et brevi decretum *Synodi*

---

*) Loquitur de eo, quod Fridericus, filius marchionis Electoris a capitulo Magdeb. episcopus Magdeb. eligendus erat. Vid. ep. d. 17. Mart.

1) Cod. Lang. non habet.

2) Cod. Lang. *quantumcunque.*

3) *Perusius*] codd.

4) Cod. Lang. *a me.*

5) Cod. Lang. *causam.*

6) *Petrusio*] codd.

7) *servaturum*] codd. recte pro *sedaturum*, quod Pezel. edidit.

Tridentinae eadem περὶ δικαιοσύνης, in qua boni omnes videbunt, utrum illa Synodus veritatem quaerat, an non. Impudentissime damnarunt sententias maxime necessarias Ecclesiae Dei, ac diserte scripserunt, ἀνάθεμα esse, qui statuunt se esse in gratia Dei.

Ioachimus Camerarius familiam suam transvexit in urbem Erfordiam, et ibi veterum amicorum consuetudine sibi moestitiam lenit. *Marchio Albertus* recens ab Elect. Saxonico captus est, quod audivisse te opinor. Bene vale, et scribito saepius ad nos. Literae enim per *Georgium Fagium* mitti possunt. Iterum vale. 8. Martii. D. *Fabricius* tibi salutem optat.

No. 3772. 8. Mart.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 401 sq.

Georgio Buchholzero.

S. D. Reverende domine *Georgi*. Nuper, quae *Brentius* nobis scripsit, tibi significavi. Postea intellexi, decretum impium in Synodo Tridentina de iustificatione editum esse. Articuli aliquot mihi missi sunt, sed expecto integrum, quod tibi mittam: ut spiritum Synodi probent hi, qui veritatem quaerunt. Unus articulus est: Anathema sit, qui statuit se esse in gratia. Hic articulus est specimen impietatis illorum sophistarum, qui gubernant Synodum. Nobis magna consolatio est, videre nos in vera Ecclesia esse, etiamsi saevitia adversariorum subeunda est, cum adversarii talibus decretis ostendunt se esse hostes Ecclesiae Dei. Editurus sum refutationem, Deo iuvante.

Scripsi filio: et mitterem ipse Homerum, si in oppido nostro essem. ac mittam quam primum rediero domum. Pro pomis ago tibi gratias. De maledictis, de quibus scripsisti, nuper tibi significavi me nolle rixas publicas augere. Clarissimis viris domino *Cancellario*, et domino *Gregorio*, et collegae tuo salutem opto: meque eis commendato. Bene vale, 8. Martii.

Philippus Melanthon.

No. 3773. 9. Mart.

Maiori? an Crucigero?

Edita ex apographo in codice Guelph. in 4to. No. 20. 15. a Ballenstadtio epp. Mel. I. 7. — Apographa in cod. Goth. 190. p. 232., cod. Goth. 191. p. 70 b. et cod. Monac. 90. No. VII. p. 73.

Georgio Maiori[1]. (*Casp. Crucigero?*)

Gratius ago Deo aeterno patri domini nostri Iesu Christi, conditori Ecclesiae suae, una cum filio suo coaeterno, domino nostro I. C., crucifixo pro nobis et resuscitato, et Spiritui sancto, quod hactenus tot annos repressit diaboli furores incitantis[2]) reges et principes contra Ecclesias, in quibus[3]) vox Evangelii sonat, quodque protexit Ducem Saxoniae Electorem, *Ioannem Fridericum*, et nunc docuit manus eius ad proelium, et utili victoria[4]) eum ornavit. Credo magni momenti rem esse. Quispiam nuper mihi scripsit, in exercitu Cappadocis Lateranum[5]) Ducem dixisse, effossuros se *Lutheri* corpus et obiecturos canibus, ac nominatim dixisse de trucidandis nobis, Reverendo D. Pastore, te et me. Non dubito, diabolum insidiari nostrae vitae, sed custodiet nos Deus aeternus pater Domini nostri I. C., qui est testis voluntatis nostrae erga Ecclesiam, quem oro, ut Electorem et exercitum eius gubernet, defendat et adiuvet. Ad utramque epistolam[6]) iudico respondendum esse Electori, et vel cras mittam, vel ipse veniam. Nam hoc biduo et coniugis et filiolae adversa valetudine retentus sum. *Casparem*[7]) filiolum feliciter convalescere spero, ingeniumque eius magno usui fore reipublicae. Et profecto optandum est, ut Deus aliqua bona ingenia ad posteritatem servet. Bene vale. Die 9. Martii. Salutem opto collegae R. et carissimis. Tibi gratias ago toties scribenti.

---

1) Cod. Goth. 190. *Casparo Crucigero*, fortasse rectius.

2) Ball. *irritantis*.

3) Cod. Goth. 190. et 191. *Ecclesiam in qua*.

4) Ad oppidum Rochlitz, vid. ep. Electoris d. d. 4. Mart.

5) Cod. Goth. 191. et cod. Mon. 90. *Lutheranum*. Ballenst. edidit ex cod. Guelph.: *Ducem N.*

6) Epistolam Electoris d. d. 4. Mart. et d. d. 1. Mart. huius anni.

7) *Casparem* et quae sequuntur non habent Ball., cod. Guelph., Cod. Mon. 90. et cod. Goth. 191.

No. 3774. 10. Mart.

M. Meienburgio.

Edita in Manl. farrag. p. 354 b. Apogr. in cod. Lang. p. 2 b.

Clarissimo et integerrimo viro, prudentia et virtute praestanti, Domino Michaeli Meyenburg, amico suo cariss.

S. D. Carissime et integerrime vir. Quadraginta Ioachimicos iam missos mox tradidi *Erasmo Benedicto*, paedagogo filii vestri † *Christophori.*" Nam Dei beneficio adhuc aliquid viatici habeo, et quod antea misistis adhuc integrum est. Ago autem gratias vobis pro perpetua benivolentia et multis beneficiis vestris. *Christophorus* [1]) nunc iterum mihi assidet in mensa, et cum hic † discendi" occasionem habeat, † et iam in cursu sit" studii recte instituti [2]), (discit enim diligenter dialecticam et arithmeticam), utilius est, eum manere in hoc loco [3]), donec nobis hic tranquillitas conceditur, quam Deus hactenus mirabili bonitate nobis largitus est [4]), etsi scio *Mauricianos* nominatim de me interficiendo locutos esse, cum quidem ego neminem unquam laeserim adiunctum *Duci Mauritio*, et ipsius Academiae et Ecclesiis mediocriter servierim. Sed scriptum est: *omnes capilli capitis vestri numerati sunt* [5]). Hac consolatione vos quoque sustentate, et bellum. Deo commendate, qui etiam dabit exitum aliquem et servabit Ecclesiae seminaria. Post paucos dies ipse una cum *Christophoro* [6]) ad vos veniam. Pastor Ecclesiae vestrae iudice *Andrea*, qui est in Salinis [7]), vir gravis et doctus et prudens est, eaque de re scribam ad eum. Bene vale. Die 10. Martii, anno 1547. Ph. M.

No. 3775. 12. Mart. (Wittebergae.)

Ioanni Friderico, Electori.

Edita a *Strobel.* in s. vermischten Beiträgen zur Gesch. der Litteratur p. 74., qui etiam narrat, in msto suo fuisse subscriptionem: „*Ph. M.* nomine Universitatis." — Apographon in cod. Goth. 28. p. 77. — Melanthonem epistolam conscripsisse, intelligitur ex epistola d. d. 9. Martii. Est responsum ad epp. Electoris d. d. 1. et 4. Martii.

(Ioanni Friderico, Duci Saxon., principi Electori.)

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn, Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Durchlaucht. H. gnäd. Churfürst und Herr. Ew. Churf. Gnaden beide gnädigliche und tröstliche Schriften haben wir unterthäniglich empfangen, und danken erstlich mit herzlicher Demuth dem allmächtigen Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, daß er Ew. Cf. Gn. bis anher wider so viele teuflische und mörderische Cains und Judas Practicken und Vorhaben gnädiglich erhalten, bewahrt und gestärckt hat; hat auch jetzund E. C. F. G. Hülfe gethan, und einen gnädigen Sieg gegeben, der groß Uebel verhindert hat, und, als wir hoffen, forthin zum Guten [1]) dienen wird. Wir wollen auch nicht unterlassen, den allmächtigen Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, mit treuem Herzen und wahrhaftigen Seufzen ernstlich für und für anzurufen, daß er doch um seiner hohen Ehre willen, und vielen [2]) Menschen, jetzund und bei den Nachkommen, zur Seligkeit Ew. C. F. Gn. Person und Ihre junge Herrschaft, und die Kirchen dieser Lande nicht wolle unterdrucken und vertilgen lassen. Er sieht und erkennet aller Menschen Herzen, und weiß den Grund gewißlich, was auf allen Theilen gesucht wird, welches uns sehr tröstlich ist. Denn wiewohl wir auch viel Sünde haben, und bekennen billig, daß wir Strafe verdient haben, und schreien zu Gott mit tiefer Demuth, gehe nicht ins Gericht mit deinen Knechten; so ist doch dieses auch wahr, daß die Feinde E. C. F. Gn. und der jungen unschuldigen Herrschaften Blut und der Leute Verderben vornehmlich darum suchen, daß sie die Freunde der [3]) reinen christlichen Lehre gern vertilgen wollten, welche Ew. C. F. G. Gott zu Lob und ihn recht anzurufen angenommen haben, und haben sie treulich helfen pflanzen und fördern. Dieweil denn dieser Krieg Gottes Ehre fürnemlich und ohne Mittel belangt, so können wir wahrhaftiglich zu Gott rufen: nicht uns Herr, nicht uns, sondern deinem Namen gib Ehre um deiner Gnade und Wahrheit willen. Warum sollten die Heiden sagen: wo ist nun ihr Gott? Man sieht nunmehr, daß dieser Krieg nicht allein eine

---

1) *Christophorus*] Manl. *filius vester.*
2) Manl. *studeo eum recte institui.*
3) *loco*] cod. Lang. *studio.*
4) Manl. *largitur.*
5) Cod. Lang. *omnes capillos cap. v. numeratos esse.*
6) Manl. *filio.*
7) Manl. *Pastorem Ecclesiae vestrae, iudice Andream, qui est in Calicis.*

1) Strob. addit: Fried.
2) Strob. aller.
3) Freunde der] non habet Strob.

gewöhnliche menschliche [4]) Unruche ist, sondern der Teufel wüthet und treibt die hohen Potentaten, Papst und Kaiser und ihren Anhang, und wollte gern das elende Häuflein, das Gott recht anrufet, auf ein Mal in Blut ersäufen. Das wird unser Heiland, der Sohn Gottes, nicht gestatten, der, wie Daniel spricht, zu dieser letzten Zeit im Felde ist, seine Kirche zu erretten und zu erhalten, daß aus menschlichem Geschlecht nicht eitel heidnische Gottesverachtung werde. Darum ob wir gleich etwas leiden, und eine Zeitlang hart geängstigt werden, so wird dennoch unser Heiland, der Sohn Gottes, den Sieg behalten, und unsre Feinde stürzen, wie er gesprochen hat, und die Pforten der Hölle werden die Kirche, darin rechte Lehr gepredigt wird, nicht überwältigen. Es ist auch die große Bitterkeit und das Lästern [5]) bei den Feinden eine Anzeige, daß sie fallen werden, wie Senacherib und Rhapsaces. Denn wunderliche Dräuung und Lästerung hören wir täglich. Der von Lateran [6]) hat gesagt, daß sie vorhaben, Wittenbergk zu schleifen, und den todten Leib D. Mart. Luth. auszugraben und vor die Hunde zu werfen, und zu tödten was hier sey, jung und alt. Solcher Reden gehen auch sonst viel bei den Nachbarn, das eitel Rhapsaces Lästerung sind. Darum wir bethen wie Ezechias und Esaias: Herr Gott, wende ab solche Lästerung um deiner Ehre willen, daß man nicht sagen könne, deine Lehre in unsern Kirchen sey nicht deine Wahrheit, sondern es sey unser muthwilliger Fürwitz oder Unsinnigkeit gewesen. Ew. C. F. Gn. und wir armen Unterthanen haben auch bis anher wie Ezechias wider Senacherib Hülf und Rettung gehabt von dem allmächtigen Gott, dem sey Lob und Dank in Ewigkeit, und hoffen, er werde E. C. F. Gn. und Ihre Unterthanen auch hinfort gnädiglich schützen.

Daß auch E. C. F. Gn. uns Ihren [7]) gnädigen Willen gegen die Universität in der andern Schrift gnädiglich angezeigt haben, danken wir E. C. F. G. in Unterthänigkeit, und haben dieselbige Schrift den andern Personen zugesandt, die noch alle in der Nähe sind, und haben sich nicht von E. C. F. Gn. gewandt, haben auch noch etliche Schulen [8]) bei sich, und wollen E. C. F. Gn. am liebsten dienen, und wollten gern, daß die schöne Universität, darin alle löbliche Studia durch Gottes Gnade ordentlich und recht angerichtet gewesen, (wie viel frommer Leut auch in fremden Nationen bekennen) auf die Nachkommen geerbt werden möchte. So ist auch unser Gemüth, Gott zu Ehren im Lande zu bleiben, und Gottes Hülfe zu erwarten, laut der christlichen Rede Moisi: stehet fest, so werdet ihr Gottes Hülfe erfahren; und im 37sten Psalm spricht Gott: hoffe auf den Herrn und thue Gutes, und bleibe im Lande rc., welchen Vers uns der ehrwürdige Herr D. Martin vor 25 Jahren anher geschrieben hat, da er in Patmo war, wie er es nennet. Wir wollen auch lieber im Bekenntniß der Wahrheit bleiben, und darum leiden, denn bei den Feinden, die göttliche Wahrheit und unsrer spotten, in großem Wollust leben. Der allmächtige Gott und Vater unsers Heilandes Jesu Christi wolle E. C. F. Gn. allzeit gnädiglich bewahren und regieren zu seinem Lob, und sie von allen Feinden erretten, und in diesen Landen christliche, friedliche, fröhliche Regiment durch E. C. F. Gn. aufrichten und erhalten. Datum, Wittenbergk am Tag Gregorii anno 1547.

4) menschliche addidi e Strobel.
5) Strob. das Laster.
6) Cod. Goth. 28. mendose: Laman.
7) Strob. einen.
8) Strob. Schüler.

No. 3776. die aequin. (Wittebergae.)

I. Ionae.

Epist. lib. III. p. 173. (ed. Lond. lib. III. ep. 99.). — Apographa in cod. Gothanis 191. p. 59. et 401. p. 1.

Iusto Ionae

S. D. Vult Deus Ecclesiam commonefacere de primo exilio cum ex Paradiso eiecti sumus. Vult etiam nos de exilio sui Filii cogitare, quem fecit *ἁμαρτίαν*, ut nos propter eum, et per eum fieremus *δικαιοσύνη θεοῦ.* Ideo Ecclesiam semper exercuit variis exiliis. Harum causarum cogitatione erecti [1]) aerumnas nostras aequioribus animis feramus. Ubicunque sumus, curae erimus *Filio Dei* [2]). Studiis literarum, ut sedem aliquam Deus attribuat, toto eum pectore oro, et peti idem multorum Piorum votis existimo. Teque oro ut nobiscum tua vota coniungas. In Synodo *Tridentina* editus est Articulus *περὶ δικαιοσύνης πίστεως*, qui audacter et impie damnat vocem Evangelii sonantem in Ecclesiis nostris [3]). †Tua patria singulari constantia recusat iniqua imperia pati" [4]). *Marchio Albertus Casimiri* filius captus est ab exer-

1) Peuc. *etiam.*
2) *Deo*] cod. Goth. 191.
3) Peuc. *vestris.*
4) Addit haec cod. Goth. 401.

citu Electoris *Saxonici*, ducens exercitum ad opprimendos et interficiendos cives in *Salinis*. Mitto tibi libellum cuius lectionem voluptati tibi fore spero. †Salutem opto Iosepho meo"*). Bene vale. Die Aequinoctii verni, et rescribe. An. 1547.

No. 3777. die aequinoct.

Iohanni ministro.

A Ballenstadt. I. 5. olim edita. Nunc ex apographis cod. Lang. p. 14 b. et cod. Goth. 191. p. 58. et cod. Goth. 401. p. 14 b. descripta.

Honesto et virtute praestanti Iohanni, fideli ministro meo [1]).

Carissime Iohannes. Consolationem veram teneamus, quam Deus nobis tradidit, qui filium suum fecit peccatum, ut nos fieremus iustitia Dei in eo [2]). Nihil tristius dici potest peccato, et [3]) contra nihil melius quam iustitia Dei. Cum igitur Deus a [4]) nobis in filium transtulerit id quod fuit tristissimum, et nos tanta gratia [5]) ornet, ut dicat, nos fieri propter filium iustitiam Dei, credamus Deo, et eum invocemus, et petamus auxilium in publicis et privatis miseriis.

Mitto filiolae 4 poma pomerantia [6]), et iube [7]) mihi de valetudine eius scribere filiam *Magdalenam* et alios [8]). Marchio *Albertus* ductus est in arcem Gothanam [9]). Rex *Ferdinandus* dicitur cum filio suo reversus ex Dresda in Bohemiam [10]). Si [11]) *Marchio Albertus* [12]) non fuisset repressus iturus erat ad [13]) Salinas, quo et alii exercitus venissent, et direpturi fuerant Salinas *). Videmus igitur, veram esse vocem filii Dei: *omnes capilli capitis vestri numerati sunt*. Bene vale. Die aequinoctii verni **).

Ph. M.

*) Addit cod. Goth. 191.

1) Inscriptio in cod. Lang.

2) *in eo*] Ball. *Ideo*. Cod. Lang. interpungit sic: *Dei, in eo nihil*.

3) *et* abest a cod. Lang.

4) *a*] cod. Lang. et Ball. *pro*.

5) *gratia* recte cod. Lang. — Reliqui: *gloria*.

6) *pomerantia* abest a cod. Goth. 191. et 401.

7) *iube*] Ball. mutavit male in *Iubeo*.

8) *alios*] cod. Goth. 191. *alias*. Verba: *Mitto filiolae — — alios*, in cod. Goth. 401. non leguntur.

9) *Marchio* etc.] cod. Goth. 191. non habet.

10) *Rex Ferd. — Bohemiam*] in cod. Goth. 191. et 401. non leguntur.

11) *Si*] abest a cod. Goth. 191.

12) *Si Marchio Albertus*] cod. Goth. 401. *qui si*.

13) *ad*] Ballenst. *in*.

*) *quo et alii — Salinas*] ex errore a Ballenst. praetermissa sunt.

**) Cod. Lang. addit: 1547.

No. 3778. d. aequinoct.

(Io. Schlaginhauffen.)

Edita a Pezel. lib. III. epist. Mel. p. 185 sq. (ed. Londin. lib. III. ep. 108.). — Apographa in cod. Goth. 191. p. 69. et in cod. Goth. 401. p. 5 b. — Pezelius eam inscripsit: „Epistola *Iusto Menio praescripta* a Phil. Melanth."; inepte, et ex mera coniectura. In cod. Goth. 401. inscribitur: *Cuidam Pastori*, in cod. Goth. 191. caret inscriptione. Dubio autem caret, eam scriptam fuisse ad *Schlaginhauffen*, ut ex epistola, quae statim sequitur, manifestum est. Utramque epistolam enim ad eundem hominem scriptam esse verosimile est. Quum autem diversitas vix explicari possit ex arbitrio eorum, qui epist. descripserunt, fortasse inde orta est, quod Pezelius habuit primam Melanthonis scripturam, quam hic postea mutavit.

(Io. Schlaginhauffen, Pastori in oppido Cöthen.)

S. D. Venerande Dom. Pastor, amice chariss. Etsi omnis [1]) cogitatio de bello dolorem adfert bonis mentibus, tamen legi scripta de iure defensionis non est inutile. Levatio enim moestitiae est, cum conscientia est [2]) tranquilla, sciens [3]) adversarios movisse bellum, ut deleant Evangelii doctrinam ac interficiant pios sacerdotes, et eorum coniuges et filias ad stupra rapiant, et intelligens [4]), defensionem principibus mandatam esse. Talis conscientia ardentius petere a Deo auxilium et protectionem, et spe firmiore expectare potest. Ideo vobis libellum de defensione mitto, cuius lectionem spero vobis iucundam fore. Alterum exemplum detis dom. Cancellario, sed ea conditione, si adest Princeps, ut ei legat [5]). Bene valete. Datae Wittebergae die aequinoctii verni, anno 1547.

1) *omnis* abest a cod. Goth. 191.

2) Cod. Goth. 191. *fit*; cod. Goth. 401. *sit*.

3) Cod. Goth. 191. *tranquilla. Scitis.*

4) Cod. Goth. 191. *Et intelligitis.*

5) *Alterum exempl.* etc.] in cod. Goth. 401. non leguntur.

No. 3779. d. aequinoct.

Io. Schlaginhauffen.

† Ex autographo in cod. Goth. 79. fol. 29.

Venerando viro doctrina et pietate eximia praedito, Dom. Iohanni Schlaginhauffen, Pastori Ecclesiae Dei in Cöthen, amico suo.

S. D. Venerande D. Pastor, amice cariss. Etsi cogitatio omnis de bello dolorem ingentem adfert bonis mentibus, tamen minuitur dolor nobis quorum concientiae non sunt sauciae, cum cogitamus, initium belli ab adversariis ortum esse, et videmus, quod petunt adversarii, videlicet, ut extinguant lucem Evangelii, et interficiant pios sacerdotes, et eorum coniuges et filias contumelia afficiant. Haec cum cogitamus bona conscientia ardentius invocare deum, et maiore tranquillitate animorum sperare auxilium possumus. Ideo legi scripta de iure defensionis utile est. Mitto igitur librum, qui *Menii* vitulo editus est. Alterum exemplum dabitis illustrissimo principi, si adhuc vobiscum est et meis verbis petitis, ut legi audiat. Si rediit in castra, date D. *Cancellario* Nab. (?) Quaeso autem, ut ad me in oppidum *Zervest* expatiari velitis, ut me de Apibus doceatis, quorum artem non invenio integre in libris traditam. Bene valete. Witebergae die Aequinoctii verni 1547.

Philippus Melanthon.

Scribite mihi an libellos acceperitis.

No. 3780. (fere med. Mart.)

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 454. (ed. Lond. lib. II. ep. 479.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Multis de causis magno dolore afficior propter *Zocchi* interitum *). Nam et ipsi et familiae bene volo. Sed privatorum malorum sensum hebetiorem reddit publicus dolor. Etsi autem iam multae aerumnae concurrunt: tamen non dimittamus ex animis eas consolationes, quas Deus nobis tradidit, quas veras esse non dubito. Non enim assentior *Democrito* vel *Epicuro*, qui mundum ex atomis componunt, et omnia casu volvi disputant. Erigamus animos contra haec mala. Scripsi diligenter *Hieronymo Bomgartnero* de te. Quaeso ut filiae *Sabini* aegrotanti emas poma et alia, ut in charta annotavi, nec remittas si quid supererit pecuniae. Nam brevi istuc veniam, ubi pro reliquo vinum nobis emes. Bene vale.

*) Mortuus mense Mart. 1547. Vid. Scripta publ. T. I. p. 185 b.

No. 3781. 15. Mart.

Ch. Goldsteinio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 399. p. 173 b.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Chiliano Goldstein, Doctori Iuris, amico suo carissimo,

S. D. Etsi gratiam habeo tibi, quod et historiolam misisti et tuas literas adiunxisti, tamen pleniores narrationes aliunde accepi, quae ad nos pertinent, et magis perspicue ostendunt, nos Deo aeterno patri domini nostri Iesu Christi, conditori et custodi Ecclesiarum nostrarum curae esse. Exercitum ille *Francicus Alcibiades* ducturus erat ad Salinas, quo venturae erant et Lypericae copiae, fuitque decretum, ut direptis vestris facultatibus, cives trucidarentur, et oppidum novo Episcopo traderetur munitum praesidio. Ut igitur Deus Pharaoni eripuit in undis Israelitas, ita vos huic tyranno eripuit, ipsumque furore ac scelere ardentem in medio cursu oppressit. Ago igitur gratias Deo aeterno patri domini nostri Iesu Christi, conditori et custodi Ecclesiarum nostrarum, quod et iam nos et vos defendit, et hactenus servavit Ecclesiam suam multis providentiae et bonitatis suae testimoniis. Mitto tibi aliud exemplar *Meniani* scripti, in quo etiam primam operis partem retexui. Scribo non bellatoribus, sed eruditis, seu nostro gregi, quem utile est, rectis opinionibus imbui. Ideo aliquid illecebrarum addidi. Et hoc tempore haec παραμύθια *) nonnihil leniunt moesticiam. Deus aeternus pater domini nostri I. C. servet et gubernet te et nos. Bene vale. Idibus Martiis. Salutem opto reverendo Domino D. *Ionae*.

Ph. M.

*) Παραμύθια edidi pro παρανόθια, ut habet cod. Goth. 399.

No. 3782. 15. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 571 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 718.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario amico et fratri suo carissimo,

S. D. Heri cum tuam mihi epistolam tabellarius vester exhibuisset, venit ex Prussia quidam noster auditor mediocriter doctrina excultus, qui et Principis et *Sabini* litteras attulit. Filium tuum, Dei beneficio, recte valere audio, meam filiam Dux ipse scribit periculoso morbo conflictari *). Quod et Somniis aliquoties mihi significatum est. Ego me et in privatis et publicis dolorib. hac consolatione sustento, quam Deus nobis tradidit, misso filio, quem fecit *ἁμαρτίαν*, ut nos fieremus *δικαιοσύνη θεοῦ*, et propter ipsum, et per eum. Nihil potest tristius peccato dici. Rursus nihil gloriosius Iusticia Dei. Cum igitur id quod est tristissimum, derivatum sit in filium, ut nobis parceretur, nosque illa magna gloria ornati simus, ut dicamur *γίνεσθαι δικαιοσύνη θεοῦ*, non frangamur animis, Sed a deo aeterno patre domini nostri Iesu Christi petamus et expectemus auxilium et defensionem, qui certe non deserit studiosos doctrinae celestis. Hac te consolatione etiam erigito, nec propter ruinas Imperiorum ita excruciemur, ut Deo irascamur. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi servet te et honestiss. coniugem tuam, et dulciss. liberos tuos. *Sturciadae* viro integerr. **) salutem opto. Bene vale. Idib. Martiis. Philip. Melanth.

No. 3783. 15. Mart.

G. Sabino.

† Ex apogr. in cod. Lang. p. 17 b.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Georgio Sabino, sacrarum Legum Doctori, Consiliario inclyti Ducis Borussiae, genero suo carissimo.

Triduo antequam iter ingressus est *Fabianus* venit in oppidum nostrum adolescens Coburgensis, qui et elegantissimos versus tuos attulit, in quibus exilia nostrarum academiarum deploras, et inclyti Principis epistolas et tuas. *Ioachimo*, qui familiam suam Erphordiam transvexit, et in ea urbe commorari aliquantisper decrevit, statim misi eo die tuas literas et elegias. Caetera, quae scripsisti mihi curae erunt. Filia *Catharina*, febri conflictata, Dei beneficio convalescit. *Marchio Fridericus*, Electoris filius, electus est Episcopus Parthenopes. Sed haec publica negotia prius aliunde resciscit aula, quam meae literae isthuc perferuntur. *Fabianum* iudico modestum hominem esse et de te bene loquentem saepe in magna testium frequentia audivi. Bene vale. Idibus Martiis 1547.

No. 3784. 17. Mart.

Alberto, Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in Epist. p. 129. ep. 87.

Alberto, Duci Borussiae,

S. D. Illustrissime et clementissime princeps. Recentissimas accepi literas Celsitudinis vestrae in quibus de filiae meae morbo Cels. v. scribit *), ac priores epistolas omnes accepi, quantum raciocinari ex singulis possum. Quod me Cels. v. tam clementer vocat in Prussiam, hactenus hyems et expectatio rerum quae in hac Germaniae parte sunt motae, me detinuerunt. Sed tamen iter in Prussiam aliquanto post suscipere decrevi. Inter ceteras calamitates, quas hoc triste bellum adfert, haec quoque deploranda est, quod studia doctrinae celestis et aliarum artium impediuntur, et coetus scholastici dissipantur, qua ex re ad posteritatem tristis barbaries secutura est, nisi aliqui pii principes fovere doctrinae studia et bona ingenia interea volent, donec deus has poenas mitigabit et instaurabit Ecclesias, pias scholas, et alia ornamenta civilia.

De re publica quae nunc sciebam, scripsi in pagella.

Fabiani **) reditus eo tardior est, quia et ipse expectandum putavit, nostro consilio, eventum Lipsicae obsidionis, et ego eum aliquantisper

*) Filia Anna iam mortua erat, cum Mel. Electoris epistolam accepit.

**) Versabatur igitur Camerarius Erfordiae.

*) Mel. Tochter, Anna, Sabins Gattin, starb hier den 26. Februar 1547.

**) Fabian v. Kanitz.

remoratus sum. Celsitudini eum vestrae commendo.

Mitto Celsitudini vestrae aliud exemplum scripti de defensione, in quo priorem partem retexui, Scribuntur haec non ut principes incitentur, qui antea sumpserunt arma, sed ut piis moesticia leviatur, et iuventus erudiatur. Ideo narrationes odiosas, quae erant a *Menio* in priore editione insertae exemi.

De Magistro *Erasmo Salveldensi* eruditissimo et integerrimo viro oro Cels. v. ut boni consulat, quod nondum mittit Genesin Cels. v. de qua explicationem longiorem instituit. Hactenus eum et operae tabularum de quibus antea scripsimus, et haec nostra exilia impedierunt, quo minus lucubrationes omnes quas instituit absolverit. vir est praeclare doctus, deum timens, et amans Ecclesiae, et iam Ecclesiae opus erit Ephemeridibus. Ideo eius ingenium foveri optarim, et eum Celsitudini vestrae commendo propter Ecclesiae utilitatem.

Ioachimus Camerarius transvexit familiam suam in urbem Erfordiam, ubi et ipse nunc apud suos et apud veteres amicos vivit. Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut et reipubl. restituat piam et salutarem pacem, et celsitudinem vestram suae Ecclesiae servet incolumem et florentem. Bene et foeliciter valeat Cels. vestra. Die Martii 17. Anno 1547.

Philippus Melanthon.

Beilage.

Marggrave Albert ist gefangen worden 2. Martty, und wie es geschehen, haben one Zweifel E. F. G. Bericht, und bringt Fabianus ein Copia der Narration.

Darnach hatt das Capittel des Stiffts Meydeburg des Churfürsten zu Brandeburg Sohn, Marggraven Friedrich zum Erzbischove erwählet, daraus auch neue Krieg zu besorgen sindt.

Die Behemischen Ständt haben beschlossen, nicht wider den Churfürsten zu Sachsen Hertzog Johans Friedrich, Volck zu schicken.

Drum Hertzog Moritz noch zur Zeit keine grosse Macht bey sich hatt, und liegt in Dresden, wartet auf des Keisers Hülff.

Der Churfürst zu Sachsen Hertzog Johans Friedrich liegt nicht fern von Altenburg, gedenckt widerum Zwikau einzunemen, darin ettlich Hussern und Knecht liegen, und sindt die Bürger des mehrer Teils herausgestossen. Und wiewol die Herrn bedencken solten, daß sie im Vaterlandt kriegten, und mit den armen Leuten, als den ihren, gnediger handeln, so hatt doch Hertzog Moritz den Hussern und sonst viel Grausamkeit gestattet.

Der Keiser Carolus ist noch in diesem Martio in Ulm gewesen, da er bey neun Fänlein Knecht bey sich gehabt.

König Ferdinandus soll in Prag seyn, und ist die Rede, die Behemen wollen ihn nicht heraus lassen. Des Königs Ferdinandi Sohn soll in Dresden sein.

Der König von Engelandt ist 28. January gestorben *).

No. 3785. 17. Mart.

N. Medlero.

Ex apogr. Bavari edita a Ballenstadtio I. ep. 4. et a Danz. in epist. ad Medler. ep. 68. Habentur eiusdem apographa in cod. Goth. 191. p. 70. et in cod. Lang. p. 13 b.

Nicolao Medlero, (Brunswigae). [1])

Et Senatui tunc [2]), cum nuntius vester literas mihi Senatus exhibuisset, respondi ac gratias egi [3]), quod et studia literarum tueretur [4]), et nostri cura afficeretur, et ad te bis scripsi, petens a te [5]) etiam, ut meis verbis Senatui gratias ageres reverenter ac diligenter. Idem nunc quoque peto, tibique gratias ago, quod et literarum studia isthic ornas et nobis bene facere studes. Scis [6]), Deo haec officia grata esse, quem oro, ut vicissim tibi et tuis benefaciat. Mansi hactenus in hoc vicino oppido [7]).

*) (Quibus addidit Faber haec:)
Der Herzog wünschte in der Antwort auf diesen Brief nochmals, sich mit Melanthon in diesen Sarmatischen Landen zu sehen und zu besprechen. Bei der damaligen Auflösung der Universität zu Wittenberg machte der Herzog wahrscheinlich sich Hoffnung, Melanthon zum Hierbleiben zu bewegen, und schickte deshalb auch in der Folge den D. Andreas Aurifaber mit mündlichen Anträgen an ihn ab. [Vid. epist. d. d. 21. Aug. h. a.] Die Verbesserung seiner Lage in Wittenberg bewog Melanthon aber dort zu bleiben. Albertina wird es wahrlich noch bedauern, ihn nicht unter ihre ersten Zierden zählen zu können.

1) In cod. Lang. et cod. Goth. 191. epistola caret inscriptione.

2) *tunc*] cod. Lang. et cod. Goth. 191. *nunc*.

3) Cod. Lang. *ago*.

4) Cod. Bav. *tuetur*.

5) *a te*] addidi ex cod. Lang. et cod. Goth. 191.

6) *Scis*] cod. Lang. et cod. Goth. 191. *Scio*.

7) Cod. Lang. et cod. Goth. 191. *in hoc vicino oppido nostro*. Cod. Bav. *in hac vicina urbe nostro oppido*. Puto, aut legendum: *in hoc vicino urbi nostrae oppido*, aut *urbe* et *nostro* plane delenda esse, quippe illustrandi causa addita.

Dialecticen enim retexo [8]), quare non procul ab officina typographica abesse decrevi donec Deus concedat [9]) huic loco [10]) ἀλκυόνια. Obtulit hospitium *Camerario* et mihi etiam Senatus Noribergensis. Sed postea audivi, *Carolum* mandare, ut *Osiander* et *Vitus* expellantur ex urbe Noriberga. Ita paulatim ostendit veram causam, cur hoc tantum et parricidiale bellum accenderit. Audio et collegium *Magdeburgense* eligere Episcopum filium *Marchionis*, ne desit materia bellorum. Historiam de capto *Marchione Alberto* etiam te scire arbitror. *Tridentina* synodus edidit articulum de iustificatione, damnat veram doctrinam horrendis portentis verborum. Quare vindicem suae gloriae Deum fore spero, et nobis ac veritati opitulaturum esse. Cum accepero integrum decretum de eo articulo, edam, et refutationem ad Carolum ipsum scribam. Te rogo, ut saepe nobis scribas. Bene vale. Die 17. Martii [11]) 1547. Literas mittito ad *Georgium Maiorem* in urbem Parthenopen, cum mihi scribes [12]).

Ph. Melanthon.

No. 3786. 19. Mart. (Servestae.)

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 174. (ed. Lond. lib. II. ep. 163.). — Apographa in codd. Gothanis 191. p. 73. et 401. p. 14.

D. Paulo Ebero

S. D. De *Victorino* scripsi epistolam ad *Casparum* qui *Erphordianam* iuventutem docet, exemplum tibi mitto propter *Mosellani* vaticinium. Utinam Deus aliquod hospitiolum literis et agmini nostro attribuat. Id enim nisi fiet, non solum barbaries, sed etiam Cyclopica immanitas erit posteritatis, praesertim cum Principes et Centauri magna ex parte virtutem esse nunc putent illa ipsa sentire et dicere, quae apud *Homerum* dicit *Polyphemus*. Sunt hic μαργῖται quidam, quorum adeo virulenti sunt sermones adversus nos, ut in mentem mihi aliquoties iam venerit dictum *Davidis:* Dabit Deus nobis aliquid boni pro his maledictis. Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut te et nostras Ecclesias defendat, servet et regat. Bene vale. † Servestae 19. Mart. 47." (mst. 1.)

8) Cod. Bav. et cod. Goth. 191. *pertexo*.
9) Cod. Lang. et cod. Bav. *concedet*.
10) Cod. Bav. addit: *haec*.
11) Cod. Bav. *d. 7. Mart.* — In cod. Goth. 191. desideratur dies et annus.
12) *Literas mittito* etc.] cod. Lang. et cod. Goth. 191. non habent.

No. 3787. 20. Mart.

C. Crucigero.

Manl. farrag. p. 349 b. Mel. Select. epist. p. 440. Epist. lib. I. p. 268. (ed. Lond. lib. I. ep. 89.). — Apographon in cod. Goth. 401. p. 3.

Casparo Crucigero D. Theologiae,

S. D. *Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est*, inquit ille satis gloriose; nos addamus βοηθοῦντος γε θεοῦ. Nam sine divina ope, ne quidem sustineri tanti fluctus possunt, quantis iam cymba nostra concutitur. Ideo consolationem hanc Deus toties tradidit, domicilium suum afflictos esse, qui ipsum invocant. Tria [1]) certe signa propria Ecclesiae Dei conspiciuntur in nostro coetu, Sonat apud nos vox Evangelii, invocamus veris gemitibus, et hostium rabies extrema minitatur: E contra hostes manifeste conantur extinguere lucem Evangelii, et perfidiosi amici arte opprimunt. Invocatio horum [2]) quae esse potest? Postremo securi triumphant, aut ex periculis se extricant, ut λάβραξ ruptis maxillis hamo se eripit. Oremus igitur Deum, ut adsit nobis, et servet Ecclesiae reliquias. Mitto tibi Epistolas, partim Reverendo D. *Pastori*, partim mihi inscriptas. Exhibebis igitur *Pastori* suas, et caeteras ei leges [3]). Bene et feliciter vale. Die, qua memoria celebratur pompae triumphalis, qua Filius Dei *Ierosolymam* ingressus est, vectus mula, ubi multi eum excipientes, magnificas spes habuerunt † novi imperii" [4]), qui postea eo pendente in cruce defecerunt: similia nunc fiunt.

No. 3788. 22. Mart.

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 161. (ed. Lond. lib. II. ep. 148. — Apographa in cod. Goth. 191. p. 71. et in cod. Lang. p. 16 b.

1) Manl. *Duo*.
2) Manl. oppr. *piorum invocationem*.
3) *Mitto* etc.] non habet Manl.
4) Addunt cod. Goth. 401. et Manl

— Epistola in apographis est quidem ab ea, quae Peucerus edidit aliquo modo diversa, et etiam alio die data, sed tamen quisque facile perspicit, epistolam esse unam tantum eodemque die scriptam. Quomodo autem haec diversitas exorta sit, definire nolo, nisi vis opinari, Melanthonem binas eiusdem argumenti literas misisse per diversos tabellarios.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Dom. Mag. Paulo Ebero, amico et fratri suo [1]).

S. D. Petiit vir clarissimus Doct. *Plicardus*, ut Ascanii principes scriberent ad Lipsici praesidii praefectum de emittenda coniuge post puerperium. Eas [2]) literas, ut exhibeas D. *Plicardo* [3]), te etiam atque etiam oro, ac mihi diserte rescribas, an sint exhibitae. Mittit et *Marcellus* reliquam partem scripti [4]), quod in latinum sermonem transtulit, quam dabis *Vito* typographo. Ecce autem epistolam scriptam ἐν τῇ μαργίτων πόλει [5]) quae recitat sarcasmos venenatissimos hominis ingrati [6]), *κωμάζοντος ἐκεῖ καὶ παιανίζοντος ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς τῆς ἑλλάδος* [7]). Sed dabit Deus nobis aliquid boni pro tanta acerbitate conviciorum, ut David dicebat [8]).

Si pagellam dialecticam absolvit *Iosephus* [9]), mitte specimen [10]). Attexere enim cupio *τὰ ἑπόμενα.* Etsi enim tempore mihi crescit moestitia, ut crescunt mala publica quotidie: tamen scribendo abducitur nonnihil mens a conspectu tristissimo publicarum calamitatum, quas utinam Deus mitiget. Heri mihi Princeps Ascanius laetum somnium narravit, quod coram recitabo. Bene vale et rescribe. Die 22. Martii.

---

1) *Plenam* inscriptionem servavit cod. Lang.
2) *Eas*] codd. Goth. 191. *Et*.
3) Videlicet Plicardus versabatur illo tempore Witebergae, Melanthon autem Servestae.
4) Scripti von der Nothwehr.
5) i. e. Berolini.
6) Io. Agricolae.
7) i. e. Academiae Witebergensis et Melanthonis, quem Agricola *Graeculum* solebat appellare.
8) Verba: *Ecce autem epistolam* — — *David dicebat*, in utroque codice non leguntur.
9) Iosephus Klug, typographus Witteb.
10) In utraque codice haec et quae sequuntur sic sese habent: „Si *Iosephus* pagellam in dialecticis absolvit, mitte. Nam attexi *τὰ ἑπόμενα* [cod. Lang. *ἐπώνυμα*]. Moestitia, quae alioqui tempore crescit, nonnihil mihi et cogitatione philosophiae et his non insuavibus scriptionibus lenitur. De refutatione decreti Tridentini coram vobiscum deliberabo. Nisi Deus ipse opem ferat [cod. Lang. *feret*] suae veritati, quod quotidie peto, horribiles tenebrae et *συγχύσεις* secuturae sunt. Pugnemus igitur et precatione et eruditis scriptis. Salutem opto reverendo D. Pastori. Bene vale d. 28. Martii 1547. Ph. M."

No. 3789. 28. Mart.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 568 sq. Antea iam edita in Manlii farrag. p. 358. — Apographon in cod. Lang. p. 399 sqq.

Michaeli Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Clariss. et honestissime vir, et amice charissime. Toties [1]) praedictum est non in fanaticis vaticiniis, sed in vere divinis oraculis, in hac ipsa mundi senecta, in quam incidimus, maiores imperiorum et Ecclesiae confusiones [2]) futuras esse, quam fuerunt antea. Idque voluit Deus praemonere, ut simus diligentiores in quaerenda veritate, et firmiores, et petamus et expectemus auxilium Dei. Etsi igitur terribilis est aquilae adventus [3]): tamen nos consolemur agnitione Dei, conscientia rectae voluntatis, quod quaesivimus veritatem, et spe auxilii divini nos sustentemus [4]). Nec dubito, servaturum esse Deum Ecclesias, etiamsi aliqui ex nobis crucem una cum Cyreneo gestabunt. Ego longe magis inter nostros interfici volo, quam cum illis esse coniunctus, quorum talis est voluntas, qualis est huius vestri [5]) civis, qui scripsit epistolam, quam huic chartae inclusi. Statim a Paschate ad vos proficisci cum filio decrevi, nisi [6]) in viis periculum erit. Si hostes propius accesserint, filium possum in vicinam Marchiam ad fideles et perspectos amicos mittere, vel in oppida Ducis *Lignicii.* Ego me in Marchiam non conferam, etsi [7]) amanter mecum locutus est *Marchio* nuper, ut in *Francofordianam* Academiam me conferrem. Deus haec pericula gubernabit, et ut gubernet, toto eum pectore oro. Quem oro etiam, ut vos et vestros servet incolumes. Bene et feliciter valete. Die Agonis Filii Dei ad montem oliveti, in quo pro nobis aeternum Patrem precatus est.

Scripsi ad *Andream* in Salinas de gubernatione Ecclesiae vestrae. De *Pacco* multa metuo.

Philippus.

---

1) Cod. Lang. *Nobis toties.*
2) Manl. *mutationes.*
3) Manl. *adventus*, Saub. *advectus.*
4) *nos sust.*] exciderunt e textu Saub. et cod. Lang., et cod. pro *spe* habet *spem.*
5) Pro *huius vestri* Manl. *nostri.*
6) Manl. *tamen.*
7) Manl. *etiamsi.*

No. 3790. (h. t.)

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 196. (edit. Lond. lib. II. ep. 185.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps. Cum huc reversus essem, inveni hic literas amicorum de multis rebus, quibus et exemplum decreti *Tridentini* additum fuit, quo Synodus audacissime damnat multas sententias doctrinae incorruptae Evangelii, etsi miscet veros aliquot articulos, et in falsis serit alicubi amphibolias, et cothurnos proponit. Sed aperte praecipit perpetuam dubitationem, et affirmat legi Dei posse satisfieri. Decrevi edere simul ipsum decretum, et refutationem. Dolendum est profecto, Synodi titulo confirmari veteres errores. Sed sequuntur alia decreta, ut existimo, absurdiora. De congressu consiliariorum in *Mitweden* *) non dubito vos narrationem viri Clarissimi D. Doctoris *Augustini* audivisse. Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi faciat, ut felix sit deliberatio, et ad pacem utilis, et servet Ecclesiam suam in his regionibus, et semen sanctum. Bene valeat Cels. Vestr. Anno a conditione mundi 5509.

No. 3791. (eod. t.)

Eidem.

† Ex apogr. in cod. Lang. p. 16. Convenit quod attinet ad argumentum cum priore, et manifestum est, Mel. binas scripsisse literas.

Illustrissimo et Reverendo Domino, Domino Georgio Principi Anhaltino et Ascanio, Domino suo clementissimo.

Illustrissime et Reverendissime Princeps. Cum huc reversus essem, inveni hic literas amicorum de multis rebus, et exemplum decreti Tridentini, quo Synodus damnat doctrinam de iustitia fidei. Scripserunt amici de congressu Consiliariorum *Mitweden* **) eadem, quae Celsitudo vestra principi fratri huc scripsit, et mihi narratum est, Electorem aequas conditiones proponere; nihil nisi puritatem doctrinae et veterem dignitatem et possessionem *) retinere cupit. Caetera cessurum se esse ostendit, et affuturum esse Deum aequa petenti spero. Bene valeat Cels. Vestra.

Ph. M.

*) De induciis agebant legati Mauricii cum legatis Ioh. Friderici de induciis faciendis, sed frustra, nec sincere, fere mense Martio.

**) *Mitweyda.*

*) quibus privatus erat per decretum proscriptionis.

No. 3792. 25. Mart.

Testimonium.

† Ex apographis in cod. Monac. 88. No. IV. p. 351. et cod. Monac. 90. No. VII. p. 36. — Inscriptio in codicibus tribuit quidem hoc scriptum Melanthoni, sed quum datum dicatur „in urbe Parthenope" d. 25. Martii, Melanthon autem annis 1545—1548. hoc die Magdeburgi non fuerit, aut non a Melanthone, aut non Magdeburgi scriptum est. Convenit autem forma loquendi Melanthoni et turbatis rebus publicis ann. 1547. Dedi igitur illud, ne quid, quod in codicibus tribuatur Melanthoni hic deesse videatur.

„*Testimonium Petri Perusini, Itali, Ph. M.*" [1])

Grata sunt Deo beneficia [2]) et beneficentia erga hospites, qui honestas peregrinationis causas habent. Cum autem hic P. P., vir honestus, literarum tum Academias aliquas Germaniae vidit, et nunc vel in aliis Germaniae regionibus, vel in Gallia doctorum congressus expetat, causam habet honestam huius peregrinationis. Quod cum ita esse sciam, dedi ei hoc publicum testimonium, ne quis, ut fit praesertim turbulentis temporibus, secus de itineribus suspicetur. Ac oro omnes honestos viros, ut hunc P. P. hospitem tueantur, et mediocribus hospitalibus officiis curent. Exemplo filii Dei simus erga peregrinos eo magis officiosi, quia ut ipse nos extorres ab immortali vita reduceret in novam patriam, peregrinatus est in terris mirando consilio, et saepe testatur, placere beneficentiam erga peregrinos, seque pro ea liberalitate redditurum esse praemia. Datae in urbe Parthenope ad Albim die 25. Martii, quo die ante annos 1512 [3]) filius Dei dominus noster Iesus Christus crucifixus est mirando consilio Dei, factus victima et λύτρον pro nobis, ut placaret iram aeterni patris, et quo die ante annos 5126 [4]) Adam conditum esse traditum est.

1) Inscriptio in codd. Monac.

2) Cod. Monac. 88. *humanitas* pro *beneficia.*

3) Ergo epistola scripta esset a. 1545. vel 1546. — Sed ex aliis epistolis scimus, eiusmodi numeros in epistolis apographis esse ita perturbatos, ut ex iis fere nihil certi colligi possit ad annos epistolarum recte constituendos. Vid. p. CXXIX. Praemonendorum Vol. I.

4) Neque hoc numerus iustus esse videtur.

No. 3793. 25. Mart.

(*Maiori?* — potius *Ionae.*)

Epist. lib. III. p. 165. (ed. Lond. lib. III. ep. 89 b.). Apographa in cod. Goth. 191. p. 58. et in cod. Lang. p. 16. ubi inscriptione caret. — Inscripta est a Pezelio in libro III. epistolarum haec epistola Georgio Maiori; sed sine dubio ex errore. Georgius Maior enim illo tempore nullas inspiciebat Ecclesias. Epistola, quae sequitur, ad Ionam satis docet, etiam hanc epistolam Ionae fuisse inscriptam. Binas videlicet Melanthon hoc die epistolas, in quibus Ionae Wolframum commendat, scripsit; alteram, hanc, tradidit tabellario, alteram, quae sequitur, Wolframo ipsi, ut docent verba: „*hunc* Wolframum."

Georgio Maiori

S. D. Magister *Simon Wolframus* Vir doctus est, et vera pietate Deum colit, et nunc conflictatur inopia. Cum autem in vicinis Ecclesiis, quas nunc inspici a te audio, existimem talis viri usum esse posse, magnopere te oro, ut et propter Filium Dei, et propter Ecclesiam eum amplectaris, et iuves, et eum alicui Ecclesiae praeficias. Qua in re, ut mea etiam causa magis annitaris te oro. Foveamus nostrum gregem, quantum possumus. Quod si faciemus, Deus etiam nobis aderit, et nostros coetus defendet, sicut certe hactenus mirabiliter defendit. Dies est hodiernus 25. Martii, quo ante annos 5509 *Adam* conditus est, et post lapsum reductus ex morte, et postea eodem die Filius Dei conceptus est, post annos 3961 ¹). Deinde eodem die post annos 34 ²) in cruce victima pro nobis factus est. Cum tantis beneficiis Deus nos affecerit, merito ei gratias agamus. Bene vale.

1) Omissus est numerus in cod. Goth. 191.

2) Cod. Lang. 33.

No. 3794. 25. Mart.

I. Ionae.

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 57. Vide quae ad epistolam antecedentem diximus.

D. Iusto Ionae.

Μηδ' ἱκέτας ἀδικεῖν, ἱκέται ἱεροί τε καὶ ἁγνοί.

Vetus est versus de iure supplicum, in quo pingitur et Ecclesia supplex summis regibus. Sed hi duriores omnibus scopulis non exaudiunt nostros gemitus. Sed exaudiet nos Deus, cum *ἱκέται* sint sancti. Vagantur autem nunc passim extorres *) multi pii et docti sacerdotes, quos pium est tueri et servare ubicunque occasio est. Te igitur oro propter Deum, *ἱκέτας* audientem, ut hunc Magistrum *Wolframum* Vinariensem complectare, et cum inspicias vicinas Ecclesias, aliquam ei Ecclesiam commendes. Vir doctus est, et poterit usui esse Ecclesiae Dei. Foveamus gregem nostrum quantum possumus, *συμβιβασθέντες ἀγάπῃ*, ut Filius Dei iussit; qui nos vicissim fovet, ut his magnis beneficiis testatus est, quae hoc ipso die 25. Martii exhibita sunt diversis annis. Ante annos 5509 conditus et ex morte revocatus esse Adam dicitur, et postea anno 3961. filius Dei in Maria virgini humanam naturam assumpsit, et postea 33 post **) filius Dei in cruce eodem die pro nobis factus est victima, cui gratias agamus, et gratitudinem declaremus veris pietatis officiis. B. V. Mitto tibi Psalmum.

*) *extorres* edidi pro mendoso *ex terris*, ut habet cod. Goth.

**) i. e. post nativitatem, non: post conceptionem.

No. 3795. 25. Mart.

Ioachimo Marchioni.

Edita in Riederer's Abhandlungen p. 441. (Danz.). — Inveni apogr. in cod. Monac. 66. p. 72.

An Joachim,
Marggraffen von Brandenburg.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn J. C. unsern Heyland zuvor. Durchlauchtigster Hochgeborner gnädiger Churfürst und Herr! E. C. F. G. bitt ich in Unterthänigkeit dise meine Schrifft für ¹) einen gelerten armen Gesellen ²) gnädiglich anzunemen, die ich am hohen Fest annunciationis Mariae geschrieben hab, darum vor 1548 Jahren der Sohn Gottes aus wunderbarlichem ³) göttlichen Rath menschliche Natur an sich genommen hat, und ist hernach nach 33 Jahren am selbigen Tage am Creutz für uns ein Opfer ⁴) worden. Und wie man schreibt, so ist am selbigen Tage Adam geschaffen vor 5509 Jahren von disem jetzigen Jahr an zu rechnen. Inn welchen Wercken allen Gott öffentlich beweiset hat, daß er gewißlich das menschlich Geschlecht

1) Ried. von, mendose.

2) Cod. Mon. 66. fremden Mann pro Gesellen.

3) Ried. wunderlichen.

4) Ried. geopfert.

liebet, und Gnad und Hilff erzeigen will denen, so ihn wollen erkennen, hören und anruffen. Dieweil dann eben dieser Tag uns erinnert, daß erstlich Adam aus dem rechten Vaterland und seeligen Stand in das exilium getrieben worden, und daß darnach der Sohn Gottes uns zu gut vom Himmel auch in das exilium kommen, und daß die gantze Kirche für und für im Elend gewandelt, die zwey gemeldte exilia zu betrachten, daß es auch Gottes Will ist, daß wir auch[5]) den Frembden, so von wegen christlicher Lehr verfolget und vertrieben sein, Herberge geben, wie unser Heiland Christus spricht: Ich bin im Elend umgezogen, und ihr habt mir Herberg gegeben. Nun ist Zeiger dieser Schrift[6]) Magister Johannes Fidelis aus Schottland ettlich Jahr Lector theologicus zu Liegnitz gewesen, da er auch ehelich worden, und ist ein gottfürchtiger, vielgelehrter, sittiger Mann, und hat aus Engelland weichen müssen, darum daß er Christliche reine Lehr geprediget hat. Dieweil aber die lectio zu[7]) Liegnitz abgeschafft, bitt er unterthäniglich und um Gottes willen, E. C. F. G. wollen ihn gnädiglich zu einer theologica lectio in E. C. F. G. löblicher Universität zu Franckfurt annehmen. Wiewol aber E. C. F. G. ein Scheu[8]) haben möcht, dieweil *Alesius* zuvor in seiner Noth so gnädiglich angenommen worden, und darnach, als er Hoffnung gehabt gen Leipzick zu kommen, sich abgewendt hat, so wollen doch E. C. F. Gnaden diesen Fidelem solchs nit entgelten lassen. Denn er ist viel sittiger und friedlicher, denn Alesius. E. C. F. G. wollen auch als ein hochlöblicher Christlicher Churfürst der Christlichen Kirchen Historien Weise und Lieben[9]) bedenken, daß die Schotten Teutscher Nation und Franckreich in Pflantzung Christlicher Lehr große Wohlthat gethan haben, dargegen wir ihnen Danckbarkeit schuldig seind. Darum bitt ich unterthäniglich neben ihm, E. C. F. G. wollen sich gegen ihm als einen gottsfürchtigen vielgelehrten frembden Mann gnädiglich erzeigen. Das wurdt Gott ohne Zweiffel belohnen, der Christlichen Regenten seine Kirche, die im Elend ist, und exules confessores so offt befohlen hat. Der Allmächtige Gott Vater unsers Heilandes J. C. wolle E. C. F. G. allezeit bewaren und regiren. (Datum Zerbst d. 25. Martii 1547)[10]). E. C. F. G.

unterthäniger
Philipp Melanthon.

5) auch non habet Ried.
6) Ried. dieses Briefs.
7) Cod. Mon. 66. Predig zu der.
8) Cod. Mon. 66. Scheichen.
9) Weise und Lieben Ried. non habet.
10) *Dat.* Zerbst etc.] Ried. non habet, sed codex addit, nescio an recte.

No. 3796. 25. Mart.

Cph. Piscatori.

† Ex autographo Melanthonis in biblioth. Regia Hannov.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, d. Christophoro Piscatori, Pastori Ecclesiae Dei in Bensen, amico suo carissimo.

S. D. Reverende domine praeposite. Gratias vobis ago, quod levare miserias huic *Vincentio* ei parvis pueris studetis. Narrat mihi, adductos esse ad vos quosdam viros, qui ex ministro publico audierint, quid confessus sit is, qui fuit familiarior priori coniugi, quam decuit, et oro, ut eam narrationem mihi scribatis, quae si videbitur ad rem facere de consilio Reverendi domini *Pastoris* Ecclesiae Wittebergensis, doctoris *Pomerani*, scribemus sententiam, ut finita controversia miseris pueris consulatur *).

In Synodo *Tridentina* decretum factum est, in quo audacter et impudenter damnatur vera et aeterna vox Evangelii de remissione peccatorum fide accipienda, et praecipitur dubitatio. Id cum refutatione edere decrevi. Cum et armis et sententiis summi gubernatores veritatem opprimere conentur, non dubito, deum servaturum esse Ecclesias suas ope sua coelesti, etiamsi deerunt humana praesidia. Bene valete et rescribite. die 25. Martii, quo ante annos 1548 filius Dei in virgine natus adsumsit humanam naturam, et ante annos 5509 Adam et Heva conditi sunt, et post lapsum restituti immensa misericordia, quo exemplo etiam Deus testatus est, se etiam tunc cum destituti sumus omnium creaturarum auxiliis, nos respicere, et rursus erigere. Hac nos consolatione sustentemus.

Philippus Melanthon.

No. 3797. 25. Mart.

A. Alesio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 189. p. 19. sect. 8tiae, et cod. Goth. p. 188. No. 18.

*) De negotio Vincentii vid. epp. d. 28. Febr. et d. 5. Mart. h. a.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti D. Alexandro (Alesio) Scoto, amico suo veterano.

(In cod. Goth. 2 inscribitur: *Alexandro Alesio Scoto,* amico suo, Bremae.)

S. D. Ideo coelestis doctrina praedixit, in hac ultima mundi senecta futuras esse maiores imperiorum et Ecclesiae confusiones, ut et in quaerenda veritate vigilantiores, et in ea tuenda firmiores simus. Hoc faciamus nec frangamur aerumnis, nec deficiamus. Ideo, etiamsi magni tumultus sunt imperiorum, hac te consolatione erige, et confirma. Scit *Iavo* [1]) hospes tuus, nostros sermones ante quinquennium habitos de principibus, quibus sermonibus res gestae superioris anni propemodum congruunt. Arbitror, studiosis doctrinae coelestis locum nunc esse in *Anglia.* Nam rex moriturus [2]) decreta reliquit gubernatoribus, quibus audio studia purioris doctrinae non impediri.

Salutem opto viris optimis D. Ia. et Ioanni [3]). Bene et feliciter vale. Die 25. Martii (anni 47.) [4]), qua ante annos 5509 Adam conditus est.

Phil. Melanth.

No. 3798. 25. Mart.

Casp. Glasero.

† Ex apogr. in cod. Langii p. 19 b.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, D. Casparo Glassero, in Academia Erphordiana, amico suo carissimo.

Carissime *Caspar.* Existimo doctrinae domicilium fuisse urbem vestram in his terris inde usque ab *Henrico Imperatore*, patre *Ottonis*, qui loci opportunitate motus collegia sacerdotum apud vos frequentiora, haud dubie literarum causa, constituit. Legi enim similium collegiorum, quae ipse constituit, veterem politiam, et nominatim in *Halberstadensi* Lector graecae linguae recensetur. Memini item *Petrum Mosellanum*, ut erat vis naturae in eo excellens, quadam divina sagacitate praedicere: aliquanto post principes, qui saepe inter se tumultuaturi essent [1]), dissipaturos esse academias suas; quod cum fieret, rursus hospitium doctrinae praebituram esse vestram urbem. Eadem audivisse arbitror de illo virum clarissimum Dominum D. *Langum.* Paene respondet eventus huic vaticinio, et Deum oro, ut in his ruinis regnarum servet in bene moratis civitatibus seminaria Ecclesiae, et, ut vocat Esaias, semen sanctum. Si locus apud te *Victorino* esse potest, operam ipse tibi suam defert, etsi alii eum expectaverunt. Tibi igitur eum commendabo. Vir doctus et integer est, et spero, Ecclesiae Dei magno ornamento futurum esse. Bene vale. Die 25. Martii, quo ante annos 5509 Adam conditus est. 1547.

Ph. M.

No. 3799. 26. Mart.

Georgio Anhaltino.

Select. epist. p. 370. Epist. lib. I. p. 99. (ed. Lond. lib. I. ep. 46.).

D. Georgio Principi Anhaldino

S. D. Vetus praeceptum est, ut *res communes et tritae dicantur novo modo;* E contra vero, ut *res novae et procul extra conspectum positae, dicantur communi et facili forma orationis.* Τὰ μὴν κοινὰ καινῶς, τὰ δὲ καινὰ κοινῶς. Magna haec ars est. Sed utinam ego communia et nota possim communi et facili genere sermonis explicare. Id quoque magnum decus est. Scripsi qualemcunque conciunculam, et libenter Typum Agni ex *Moise* enarrassem: sed vidi nimis prolixam fore concionem. Cels. T. poterit hac conciuncula uti, aut eam abiicere. Res tamen bonae propositae sunt. Nec curo reprehensiones eorum, qui dicunt, nos eadem subinde repetere. Utinam unam Evangelii vocem incorruptam, semper iisdem verbis, etiam delectis optimis et propriis maxime, omnes sonarent ubique. Scripsi haec in luctu recenti, in quo propter filiae mortem, quae fuit mihi mea vita carior, magno dolore excrucior. Deus mitiget publicas et privatas miserias. Bene valeat Cels. T. Die resuscitati *Lazari.*

---

1) Si fuit Bremae Alesius legendum est haud dubie *Iacobus* (*Probesta*), vid. epist. ad Iacob. d. 10. Nov. 1546.

2) Henricus VIII. defunctus d. 28. Ian. 1547.

3) Iacobo Probestae et Ioanni Vasmanno consuli Brem.

4) Verba *anni* 47. serius adscripta sunt, ut docet relativum *qua*, quod sequitur et ad *diem* spectat.

---

1) *essent* scriptum est primum in cod. Lang. et adscriptum *solerent*, ubi vero tumultuari dicendum fuisset.

No. 3800. 26. Mart.

P. Ebero.

Manlii farrag. p. 318 sq. Epist. lib. I. p. 522. (edit. Lond. I. ep. 137.). — Apographa in codd. Gothanis 28. p. 104., 191 pag. 60., et 401. p. 18.

Clarissimo viro, D. Paulo Ebero, fratri suo charissimo, καὶ συμφιλοσόφῳ,

S. D. Philosophiam apum tibi mitto, cuius consideratio et ipso melle dulcior, et illustre testimonium est, hunc mundum non extitisse casu, ex Democriti atomis. Invocemus igitur verum illum architectum pulcherrimorum naturae operum, et Ecclesiae conditorem, patrem aeternum Domini nostri Iesu Christi, ut et Ecclesiae suae alveolos et nostra examina defendat et servet. Meus magister, qui me de apibus docet, te orat, ut mecum in ipsam Academiam apum venias. *Iosepho* dialecticas pagellas mitto: et puto paginam, quam habet in manibus, compleri posse hac προσθήκῃ. Da operam, ut totum opus reliquum condiatur illecebris: ut sicut apiculae melissa invitantur, ita nos iuventutem invitemus suavibus materiis.

Scriptum ad *Bohemos* *) absolvam intra biduum: deinde Synodi refutationem inchoabo. Decrevi enim testimonia in hac ἐπιτάσει certaminum edere, de rebus veris et necessariis, Deo iuvante, vel si iam tyranni ferirent meam cervicem. Nec me deterret amici nostri *Ioachimi* sollicitudo: cui quidem opto ut sit beatus, et tranquillitate studiorum fruatur. Nos si iam taceremus, deseruisse et abiecisse causam necessariam iudicaremur. Sed in ipsis controversiis sunt quaedam, de quibus cuperem cum amicis colloqui. Mitto Synodi orationes **), in quibus et illa est, quam *Vitus* coepit excudere, quae ex hoc archetypo absolvi poterit. Et addemus querelam *περὶ γοητείας διαφθειρούσης καθαρὰν διδασκαλίαν.* Bene vale. Datae Servestae, Die 26. Martii, quo ante annos 1514 filius Dei in sepulchro fuit.

Historia apum.

Initio veris circa aequinoctium eximuntur ex alveis mella superiore aestate facta. Nam in his regionibus, quicquid est mellis in aestate factum, totum relinquitur in alveis in hyeme. Alibi pars eximitur. Sed dicunt, apes spoliatas tristiores fieri. Ideo hic totum eis relinquitur, ut integro suo labore fruentes, in hyeme minus sint sollicitae. Exempto melle, quia domunculae in eximendo lacerantur, primus labor est cellulas reficere, ad quod ceras tunc faciunt. Domibus refectis, adferunt rorem: cui incubantes, novam sobolem gignunt: quia multae pereunt variis † modis ac" malis. Curam igitur quotannis habent generis constituendi. Postea novas cellulas constituunt, et nova domicilia, educunt colonias et faciunt ceras. Quarto, in Maio florescentibus pomis colligunt dulcem succum, hic primum incipit mellificatio. Recte igitur Aristoteles de Eliaco ortu intelligitur: † οὐ πρὸ ἀνατολῆς πλειάδος γίνεσθαι μέλι" [1]) Mellificatio durat, donec habent trifolium, id est, usque ad Augustum. Nihil hic eximitur tota aestate vel hyeme, usque ad vernum aequinoctium. In Autumno ipsae apes mira arte obstruunt foramina alveorum. Praecipue delectantur et alliciuntur odore melissae. Si quis alveolos conspergat aqua destillata ex melissa, avidissime advolant et lambunt. Ideo Virgilius dixit, Trita Melisphylla [2]). Fugantur absynthio. Habent hostes, vespas, culices, tineas, mures. Et mira fortitudine possunt mures interficere. Fuci non nocent eis, nisi voracitate. Sed vespae pungunt eas. Vivunt apes octennium, et amplius. Nec manent incolumes, nec feliciter faciunt operas apud iniustos possessores.

*) Hoc scriptum non habemus.

**) Puto schedas academicas publice edendas vel praelegendas.

No. 3801. 27. Mart.

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 202. (ed. Lond. lib. II. ep. 194.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, Difficillimam esse gubernationem Ecclesiae semper omnes sani iudicarunt. Et *Moises* inquit: *nisi tu Deus nos praecesseris, non educas nos.* Sed consolatur eum Deus, inquiens, se praecessurum esse. Et Filius Dei: *qui manet in me, et ego in eo, is feret copiosum fructum.* His me divinis promissionibus saepe consolatus sum in nostris periculis, difficultatibus, et certaminibus. Cum Doctore N. collocutus sum. Multas habet virtutes, sed suas etiam quasdam delicias habet, quas aetas corriget. Spero ex hoc negotio, de quo scripsit

1) Haec habet cod. Goth. 28.

2) Peuc., codd. Goth. 28. et 401.: † *amant et Apfelbluet*".

Celsitudo Vestra, non orituros maiores tumultus. Heri a *Marchione* Electore literas accepit, quae concedunt, ut maneat hic usque ad Pentecosten, deinde *Francofordiam* veniet, et additur in literis Electoris: Daß jr da bleibet. Item, Und nicht wider den Keiser predigt. Hinc novae disputationes illi*) nascuntur. Sed haec omitto. Heri ex *Witeberga* missa est mihi pagella de recentissimis historiis, quam mitto Celsitudini Vestrae. Concionem de Paschate his diebus componam. Cogitavi enim argumentum. Enarrabimus transitus significationem, quo Deus *Aegyptum* pervagatus est mactato agno. Deinde addam enarrationem dicti dulcissimis: *Fecit Deus Filium peccatum, ut nos fieremus iustitia Dei in eo.* Volo autem ad me mitti *Iohannem a Berg*, ut describat ea quae colligemus. De admonitione ad Pastores postea cogitabimus, et de formula desponsationis stupratae. Bene valeat Celsitudo Vestra. Die 27. Martii, qui ante annos 1514 fuit dies mirandae resuscitationis Filii Dei, ubi Apostoli viderunt novae et aeternae vitae initium, ubi apud *Mariam* saepe familiariter convenerunt matronae illae primae, *Heva*, *Sara*, *Rachel*, et aliae, quarum Synodus fuit multo venerabilior quam *Tridentina.*

No. 3802. 28. Mart.

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 162. (ed. Lond. lib. II. ep. 149.), Manlii farrag. p. 200. — Apographa in codd. Gothanis 121. p. 35. et 401. p. 17 b.

D. Paulo Ebero

S. D. Sentio acriores dolores in hoc tristi spectaculo partus coniugis *Erasmi*, quam sentiebam cum nunciari mortem filiae audirem, quae mihi fuit charior vita mea. Nondum liberata est [1]) periculis *Erasmi* coniunx, et mulieres aiunt, foetum in alvo extinctum esse, qui si eximi non poterit, matri mors certa et atrox impendet. Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut mitiget privatas et publicas miserias. Non est extremum [2]) malorum mors: Sed hoc genus mortis multo tristius est ipsa morte. Coniungite igitur vota vestra cum nostris. Bene et feliciter vale. Die quo *Lazarus* in vitam revocatus est, ut nunc Paschatis tempora numeramus. Servestae.

*) Ed. Lond. *illae*, nescio an ex mendo an ex emendatione.

1) † *ex* addunt codd. Goth. 401.

2) Manl. 200. *extrema.*

No. 3803. 29. Mart.

I. Bugenhagio.

Manl. farrag. p. 240. Item Epp. lib. III. p. 174. (ed. Lond. lib. III. ep. 100.). Apographa in cod. Goth. 191. p. 29. cod. Goth. 401. p. 9. et cod. Lang. p. 15. — Apographon in cod. Goth. 401. levissime factum est et plenum lacunarum.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti Dom. Iohanni Bugenhagio Pomerano, Doctori Theologiae, pastori Ecclesiae Dei in oppido Viteberga, patri suo colendo,

S. D. Ingentem dolorem annos totos decem circumtuli, in quo de paterno adfectu erga natos cogitanti saepe in mentem venit, has στοργὰς naturae hominum insitas esse, ut sint commonefactiones de amore aeterni [1]) patris erga filium, et deinde erga nos. Removeamus igitur a Deo Stoicam torvitatem, et vere nos ab eo [2]) diligi statuamus, cum condita στοργὴ in natura hominum testetur, in ipso [3]) etiam verum et flagrantem amorem esse [4]). Etsi autem de filiae morte eas mihi consolationes propono, quas scribitis [5]); tamen cum et sensus aliquis maneat paterni desiderii ac doloris, et ad domesticum vulnus accedunt publici dolores multo acriores [6]), hic me concursus miseriarum satis duriter [7]) excruciat. [8]) Sed Deum oro, ut publicas et privatas calamitates [9]) nobis mitiget. Ago etiam ei gratias, quod filiam meam in tranquilliorem vitam evocavit.

1) Manl. pro *aeterni* habet *Dei.*

2) *ab eo*] Manl., cod. Goth. 191. et cod. Lang. non habent.

3) Manl. et cod. Lang. *in sese.*

4) *in ipso esse*] cod. Goth. 191. nil nisi: *ita esse.*

5) Pez. *scribis.*

6) Cod. Goth. 191. et cod. Lang. *atrociores.*

7) *satis duriter*] sic cod. Lang. Reliqui *satis* non habent. Pezelius: *non leviter.*

8) Cod. Lang. sic: *in hoc concursu malorum satis duriter excrucior.*

9) Cod. Lang. *miserias.*

Vobis etiam gratias ago quod in meo moerore tam paterno [10]) animo mecum doletis, et Deum oro, ut vos vestrae Ecclesiae domesticae et publicae servet incolumes, et vobis Ecclesiam domesticam et publicam servet. Scriptum *Boiemicum* [11]) ad vos intra paucos dies adferam, et de refutatione synodi vobiscum deliberabo [12]). Reverendissimo D. Episcopo *Naumburgensi* salutem opto. Bene et feliciter valete. Die 29. Martii, Servestae [13]), anno 1547. [14])

10) Manl. et cod. Goth. 191. *patrio.*
11) Cod. Goth. 191. *Bohemicum.*
12) Cod. Goth. 191. *deliberabimus.*
13) *Servestae* Pez. non habet.
14) Annum Manl. non addit.

In cod. Langi: Tibi quoque gratias ago, qui meo moerore afficeris, et Deum oro, ut et dulcissimos liberos tuos et ecclesiam publicam diu servet, incolumem, et tibi liberos dulcissimos servet incolumes, et te ecclesiae, eique rursus tranquilla hospitia largiatur in his regionibus, in quibus lucem purae doctrinae accendit, quam furentes odio Dei principes impii extinguere conantur. O aeterne pater, domine nostri Iesu Christi, serva tu ecclesiam tuam, quae vere nunc humanis auxiliis destituta est! Quare nisi tu miranda liberatione servabis, funditus peritura est. Sed servaturum te esse non dubitamus. Bene et feliciter vale. Reverendissimo Episcopo Naumburgensi salutem opto. Die 29. Martii 1547. anni.

No. 3804. 29. Mart.

C. Crucigero.

Manlii farrag. p. 196. Iterum Epp. lib. I. pag. 266. (edit. Lond. lib. I. ep. 88.). Apographa in cod. Goth. 191. p. 27., cod. Goth. 401. p. 17. et cod. Lang. p. 15 b.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Casparo Crucigero, Doct. Theol., amico et fratri suo cariss.

S. D. Et dilexi filiam στοργῇ divinitus insita humanae naturae, et sensum amoris acuit misericordia, postquam in tristissimam servitutem venit; praesertim cum viderem, multas in ea virtutes adumbratas esse. Quare postquam ad caeteras calamitates † etiam" mors immatura accessit, non possum non dolere. Auget etiam † mihi" moestitiam recordatio mei errati. Non enim sua culpa, sed mea negligentia in tantas miserias inciderat. Cum autem quotidie cum veris gemitibus Deo commendaverim annos decem, et mihi perspicuo testimonio significatum sit, curae Deo futuram esse: iudico † eam" divinitus ex hac vita evocatam esse, ut iis calamitatibus, in quibus fuit, liberaretur. Haec cogitatio paternum dolorem quasi hebetiorem effecit [1]). Itaque et Deo aeterno patri domini nostri I. Chr. gratias ago, quod ostendit, se gemitus nostros exaudire, et istam miseram in tranquilliorem vitam evocavit. De morbo et sermonibus [2]) moriturae fortassis scribet aliquis, qui plane nondum [3]) oblitus est nostrorum officiorum, ac mittere tabellarium ad *Staphylum* [4]) meo sumptu decrevi. Tibi vero gratias ago, quod et nostro dolore afficeris, et lenire eum studes [5]), a quo tamen me etiam cogitatio publicorum malorum abducit. Nec me tantum excruciant † hostium terrores et" [6]) propria [7]) belli [8]) mala, quae sunt innumerabilia, sed etiam [9]) doctrinae confusiones et interitus literarum [10]). Synodus telam exorsa est ad stabilienda impia dogmata, et habebat applausores principes et theologos † χαμαιλέοντας ἐκείνους" [11]) ἐπαμφωτερίζοντας. In his tantis periculis [12]) cum sit Ecclesia, et manifestum sit, sine ope divinae non posse doctrinae lucem retineri: hac me spe sustento, quod nunc, cum destituitur Ecclesia omnibus humanis auxiliis, Deus praesentiam suam ostendit mirandis liberationibus; quod ut nunc † quoque" faciat, toto eum pectore oro.

1) Cod. Goth. 191. *efficit.*
2) Manl. et Peuc. *sermone.*

3) Cod. Goth. 191. et cod. Lang. *nondum plane.* Cod. Goth. 401., *plane* non habet.
4) Manl. et Peuc. nomen suppresserunt.
5) Manl. et cod. Goth. 191. *studeas.*
6) Addit cod. Lang.
7) Peuc. et cod. Goth. 190. *publica.*
8) *belli*] cod. Goth. 191. *illa.*
9) *sed etiam*] cod. Lang. *magis quam.*
10) *et interitus liter.*] cod. Goth. 191. non habet.
11) Addit cod. Lang.
12) *periculis*] cod. Goth. 191. *miseriis.* — Haec et quae sequuntur in cod. Lang. sic se habent: „In his tantis periculis cum sit Ecclesia, petendum est coeleste auxilium, et cum manifestum sit, lucem doctrinae sine divina ope non posse retineri, speremus, Deum nobis affuturum esse. De refutatione synodi vobiscum deliberaturus sum. Prius enim triduum scripto Bohemico tribuendum est. Bene vale. 1547."

De refutatione Synodi valde prodesset nos amanter colloqui. Bene valete. Die 29. Martii 1547. Servestae.

No. 3805. 29. Mart.

G. Maiori.

Epist. lib. III. p. 165. (edit. Lond. lib. III. ep. 89.). — Apographa in cod. Goth. 191. p. 11. et in cod. Lang. p. 15.

Georgio Maiori.

S. D. Tuam lugubrem Epistolam et ipse in luctu accepi. Nam ante triduum [1]) mihi significatum est, *Annam* filiam meam in *Prussia* ex hac vita evocatam esse. Quare si exempla leniunt dolorem, ego de societate luctus, et veris [2]) non simulatis lachrymis consolari studeo: Etsi vere hoc dicere possum, tuo etiam dolore me affici. Sed Deo obtemperemus. Non enim in *Democriti* aut *Epicuri* schola versamur, sed in Ecclesia Dei, ac vere statuimus Deo nos curae esse, et morientes evocari in aeternam Dei, *Christi*, Prophetarum et Apostolorum consuetudinem. Hac nos consolatione sustentemus. De caeteris rebus, † de quibus scriptum est" in hoc tuo luctu, nihil agendum esse censui, et coram loqui tecum velim. Nam et causas tui consilii scire me referret [3]), et aliae te Ecclesiae expetunt. Bene vale. 29. Februarii [4]). 1547.

No. 3806. 31. Mart.

Ionae et Goldsteinio.

Epist. lib. III. p. 168 sq. (edit. Lond. lib. III. ep. 94.). — Apographa in cod. Goth. 191. p. 34., cod. Goth. 401. p. 12. et in cod. Lang. p. 14.

Reverendis et clarissimis viris D. Iusto Ionae Doctori Theologiae: D. Chiliano Goldstein D. Iuris, amicis suis charissimis

S. D. Synodus *Tridentina* telam exorsa est, ad stabilienda Idola, et habebit applausores, etiam in iis Ecclesiis, quae hactenus nobiscum senserunt. Gratae erunt (aliquibus) [1]) Principibus illae bellae et suaves πιθανολογίαι, accommodatae ad cupiditates ipsorum: et aulici Theologi, qui a Dominorum nutu pendent, ostendent se non dissentire. Quare et nostris Ecclesiis [2]) et caeteris omnibus, opto pios et recte eruditos doctores. Et *Andream* initio vobis, non privato affectu, sed iudicio commendavi. Nunc autem in hoc ipsius et meo luctu, non potui scribere adhortationem, ut maneat. Nam et mihi ante biduum significatum est, *Annam* meam filiam in *Prussia* mortuam esse, et arbitror iam *Andreae* in luctu parcendum esse. Bene valete. 1. Martii. [3]) Anno 1547.

No. 3807. 31. Mart.

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 163. (edit. Lond. lib. II. ep. 151.). — Apographa in codd. Goth. 121. p. 33. et 401. p. 16 b.

D. Paulo Ebero

S. D. Dei beneficio vivit *Erasmi* coniux, edito foetu mortuo magno labore et periculo. Etsi autem adhuc imbecilla est, tamen Deo iuvante vitae bona spes est. Agamus igitur Deo gratias et quod mitigat aerumnas, et quod ostendit multis exemplis se exaudire gemitus Ecclesiae suae. Mitto tibi historiam mortis filiae meae, cuius lectio et recordatio paternum dolorem ita auget, ut valetudinis periculum metuam. Versatur ob oculos gestus filiae lacrymantis, cum interrogaretur, quid dici parentibus vellet *), qui multarum rerum cogitatione me excruciat. Sed colligo ad moderandum dolorem ea, quae divinitus nobis tradita sunt. Ipsius etiam generi miseria nunc inflexit animum meum, ut omnes offensiones obliviscar. De puellis mihi commendandis ad eum scribam. *Sabini* historiolam potes D. *Crucigero* legere. Bene vale et rescribe. Pridie Calend. Aprilis. †1547."

---

1) Cod. Goth. 191. *biduum.*
2) Cod. Lang. *te socium luctus veris et.*
3) Cod. Goth. 401. *refert.*
4) In mense error est; nam nuncium de morte Annae filiae accepit d. 27. Mart.

1) Omittunt codd. Goth. *aliquibus.*
2) Cod. Goth. 401. et cod. Lang. *vestrae ecclesiae.*
3) Esse debet 1. Apr. vel 31. Mart.
*) *velit* cod. Goth. 401.

No. 3808. (exeunte Mart.)

I. Matthesio.

† Ex apographis in cod. Monac. 90. No. VII. p. 394 b. et cod. Mon. 66. p. 24 b.

Venerando viro D. Iohanni Matthesio, gubernanti Ecclesiam Dei in valle Ioachimica Ph. M.

Venerande Matthesi, cum hic noster auditor *Eutichius Molitor* natus in valle Ioachimica istuc iturus esset, a me literas petivit, ut ad te de suis studiis et moribus testimonium afferret. Nam tua authoritate commendari se matri viduae cupit. Ingenio bono et modesto eum praeditum esse *Marcellus* affirmat, et initia philosophiae studiose didicit [1]), et in utraque lingua, Latina et Graeca, bene profecit. Quare ornari [2]) eum apud matrem [3]) tua voce volo. Talia enim ingenia propter posteritatem fovenda et provehenda sunt. Meam filiam *Annam* scito in Prussia pie mortuam esse, et signa verae pietatis in ea erga Deum et erga maritum illustria mortem praecessisse. B. V.

1) Cod. Mon. 90. *didicisse.*
2) Cod. Mon. 90. *ornare.*
3) Cod. Mon. 90. *suam matrem.*

No. 3809. mense Mart.

Cruciger ad Academicos.

Scripta publ. Acad. Witeb. T. I. p. 185 b.

Rector Academiae Witeberg. Casparus Cruciger, D.

Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, conditorem coeli et terrae et Ecclesiae suae, oramus, ut propter filium mediatorem in ira sua misericordiae recordetur, ac mitiget publicas et privatas calamitates. Videmus enim quasi fatali concursu multarum calamitatum ingentem iram Dei denuntiari. Accedit ad bellum intestinum lues, quae passim vagatur, et publici dolores privatis miseriis augentur. Cum autem vir clarissimus eruditione et virtute praestans, *Laurentius Zoch*, doctor iuris, hac nocte ex hac mortali vita ad aeternam Dei et domini nostri Iesu Christi et totius Ecclesiae coelestis consuetudinem evocatus sit, magno in luctu sumus, et quod talem virum, qui eximium Academiae nostrae ornamentum fuit, amisimus, et quia scimus, magno dolori esse eius interitum clarissimo viro, domino *Hieronymo Schurff*, doctori iuris, qui et de republica et de hac Academia optime meritus est, et nunc totius nostri coetus propter virtutis et aetatis autoritatem tanquam pater est. Quare et ipsius et honestissimarum matronarum, matris et filiae, dolore affici nos iustum est. Misceamus autem lacrymis nostris vera vota, ut Deus mitiget nobis aerumnas, nec sinat dissipari harum regionum Ecclesias et extingui doctrinae studia, sed piam et salutarem pacem restituat. Funus autem fiet cras post concionem circiter horam nonam ante meridiem, ad quod conventuros esse omnes doctores, magistros et scholasticos nostros non dubitamus, et ut conveniant eos hortamur, ut et dolorem suum ostendant, et suas preces cum nostris coniungant. Anno 1547.

No. 3810. (in. Apr.)

Georgio Anhaltino.

Edita a Pezelio in Mel. Epist. lib. III. p. 88. (edit. Lond. lib. III. ep. 14.). — Apographa in cod. Goth. 191. p. 66., cod. Goth. 401. p. 10. et cod. Lang. p. 9. — Convenit in multis cum epistola antecedente.

Illustrissimo et Reverendissimo Principi ac Domino, Dom. Georgio, Principi in Anhalt et Ascania, et Coadiutori Ecclesiasticae gubernationis in Merseburg, Domino suo clementissimo [1]),

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps. Ut in Psalmo dicitur: *psallam Deo meo quam diu fuero*; seu, ut † Helius" Eobanus reddidit:

> Perpetuo Domini laudes mea lingua loquetur,
> Ipsius [2]) et laudes omnia viva canent [3]);

ita nos donec possumus fideliter propagemus vocem Evangelii, sive Ecclesiae hospitia tranquilla sunt [4]), sive armis Principum turbantur [5]). Quare liben-

1) Inscriptionem plenam servavit cod. Lang. — In cod. Goth. 401.: *Cuidam Principi*; in cod. Goth. 191.: *Georgio Principi Ascaniae.*
2) *Ipsius*] cod. Lang. *Illius.*
3) Cod. Goth. 401. *anima viva canet.*
4) Cod. Goth. 191. *sint.*
5) Cod. Goth. 191. *turbentur.*

ter scripsi conciunculas istas, etsi scio [6]) nullam esse † ullius" angeli aut hominis sapientiam † et [7]) eloquentiam" tantam, quae illius rei magnitudini [8]) par sit. Sed Deus vult, nos [9]) suam doctrinam in Ecclesia sonare. Huic obtemperemus, et speremus [10]) servaturum esse Ecclesias et Scholas aliquas non in arcu et [11]) gladio, sed in Deo nostro Iehovah, ut Prophetae verbis utar. Tot iam annis [12]) dedi operam fideliter, ut multas [13]) controversias explicarem, cum quidem aula [14]) et Theologi saepe in me atrociter [15]) incurrerent [16]). Hoc meum studium Deo placere spero. Volui et [17]) harum regionum Ecclesias concordes esse, et saepe aulam ad pacis et concordiae [18]) retinendae curam hortatus sum. Hanc meam sedulitatem utinam alii, qui plus potuerunt, admisissent.

Nunc quoque si potero ullos vel ad pacem vel ad moderationem flectere, non deero occasioni. Sed illae furiae, quae in his terris civile incendium [19]) excitarunt, etiam de me interficiendo cogitant [20]). Nec ego recusarem [21]) mori, si mea morte ipsorum odia placare possem, ut [22]) pacem civibus concederent. † Bene valeat Cels. T."

Ph. M.

No. 3811. (in. Apr. ut videtur.)

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 215 sq. — Contuli autographon in cod. Mon. I. p. 206.

6) Cod. Goth. 401. *sciam.*
7) *et*] cod. Goth. 401. *aut.*
8) Sic cod. Goth. 191. — Pez. *illi magnitudini rerum.* Cod. Lang. et cod. Goth. 401. *illi magnitudini rei.*
9) Cod. Goth. 401. *apud nos.*
10) Pez. et cod. Lang. *obtemperemus. Speremus et.*
11) *et*] cod. Goth. 191.: *aut in.*
12) Cod. Goth. 191. *annos.*
13) *multas*] cod. Goth. 191. non habet.
14) Cod. Goth. 191. *aulae.*
15) Cod. Goth. 191. *saepe et atrociter in me.*
16) Cod. Lang. et in cod. Goth. 401. *incurrerunt.*
17) *et*] a cod. Goth. 191. abest. Cod. Lang. *item.*
18) Cod. Lang. *pacem et concordiam*, et praetermittit *retinendae curam.* Cod. Goth. 401. *aulam et pacis et concordiae curam habere.*
19) *incendium*] cod. Goth. 191. *bellum.*
20) *cogitant*] cod. Goth. 191. et cod. Goth. 401. *cogitarunt.* In cod. Lang. non legitur.
21) Pez. *recusarim.*
22) *ut*] cod. Lang. *ac.*

D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Norib.

S. D. Ecclesiae vox haec est apud Micheam: *Cum sedebo in tenebris, Dominus lux mea est. Iram Domini portabo, quia peccavi ei, donec causam meam iudicet et faciat iudicium.* Ita nos quoque componamus animos ad ferendas poenas, et petamus, ut Deus servet Ecclesiam suam et Politias quae sunt hospitia Ecclesiarum, ut servaturum certe spero. Alia de bello, de causis, de exitu, quae in vulgo mira varietate dicuntur, non scribam. Scio usitatum esse in magnis malis, dici illud Demosthenicum: Si iste homo fecisset hoc, et hoc, non esset mortuus. Nos his querelis omissis, confugiamus ad eas consolationes, quae divinitus traditae sunt, non ut in otio sint *θελκτήρια*, sed ut in veris doloribus nos sustentent.

Commendo tibi hunc meum auditorem *Iohannem Reischacher* doctum et honestum virum, spero ingenium eius et industriam studiis iuventutis profuturam esse, et virtutem eius tibi voluptati fore. Nec deponamus curam de studiis etiam inter arma. Certe aliquae mansurae sunt reliquiae Ecclesiae Dei, quem oro ut te et nos servet. Bene vale. Die divisionis Apostolorum, qui me admonet et de miranda propagatione Evangelii et de miranda defensione.

Philippus Melanthon.

No. 3812. 1. Apr.

P. Ebero.

Manlii farr. p. 345b. Epist. lib. II. p. 164. (edit. Lond. lib. II. ep. 152.). — Apographa in codd. Gothanis 191. p. 50., et 401. p. 16b.

D. Paulo Ebero

S. D. Pagellas quasdam [1]) attulit *Leonartus* [2]), pro quo munere tibi gratias ago. Ethica cui [3]) mitteres, non scripsisti. Sed existimo [4]) *Marcello* mitti. Gemens hos libellos aspexi, cogitans et de studiorum interitu, et de feritate temporum, quae iam nihil habent *ἠθικόν*. Olim barbaries et hominum et doctrinae obscuravit haec elegantissima

1) Manl. *quos.*
2) Manl. † *accepi.*
3) Manl. *cur non.*
4) Manl. † *a.*

scripta. Nunc cum illustrare ea coepimus, nova feritas honestissima studia impedit. Sed Deum oremus, ut Academias restituat et regat. Tabellarium nostrum ut reversurum esse ex *Tyrigetis* sperem, somnio moveor. Nam hac nocte cum *Ioachimo* suaviter *Lipsiae* collocutus sum ἐν ὀνείρῳ. Veni autem ad eum egressus ex hospitio usitato, et, ut in mercatu, incedens per forum, ubi paucas pergulas vidi, et urbem non ut antea ornatam, sed multis rebus deformatam; et ex *) aedibus collegii vix per coenum eluctatus sum ad *Ioachimi* nidulum. Nescio an Eburnea aut Cornea porta egressum sit hoc somnium. Utinam significet congressus tales brevi futuros restituta pace, quales antea fuerunt cum in mercatu convenimus. Bene vale, et de tabellario misso in *Tyrigetas*, si quid intellexisti, scribito. Cal. Aprilis. † 1547."

No. 3813. 2. Apr.

V. Strigelio.

Epist. lib. III. p. 247. (edit. Lond. lib. III. ep. 160.).

Ad Victorinum Strigelium.

S. D. Charissime *Victorine*, Hic auditor tuus *Francus Altentorpius* narravit mihi se profecturum esse ad *Ierae* Urbem, ac rediturum *Parthenopen* explorato statu Academiae in *Tyrigetis*. Facies igitur mihi rem gratam, cum reversus fuerit, si significabis, quid tecum in *Tyrigetis* actum sit. Etsi enim peregrinos exercitus in meam regionem etiam adduci metuimus: tamen in Urbe nihil periculi fore spero, quae ut doctrinae domicilium et arx maneat, magnopere opto. Sed si redieris ἄπρακτος, deliberatio tibi de *Balthici* litoris Academia integra est. Expecto igitur vel tuas literas, vel teipsum. Etsi autem *Francum* tibi notum esse et probatum arbitror, quod te studiose et audivit et colit: tamen ut eum amplectaris mea causa, magnopere te oro. Servire Ecclesiae Dei vel in scholis, vel in templis cupit, et doctrinae *Christianae* cognitione, et literis bene instructus est, et ad hoc ornamentum adiungit morum Sanctitatem convenientem iis qui membra Ecclesiae Dei esse volunt. Sicubi igitur occasio erit, iuvabis et ornabis eum. Bene vale et rescribe. Die 2. Aprilis, Anno 1547.

*) Sic cod. Goth. 191. pro *et in*, quod alii habent.

No. 3814. 2. Apr.

P. Ebero.

Manlii farrag. p. 349 b. — Mel. epist. lib. II. p. 165. (ed. Lond. lib. II. ep. 153.). — Apographon in cod. Goth. 401. p. 3.

D. Paulo Ebero [1])

S. D. Nihil [2]) dubito, huius temporis agonas [3]) similitudinem esse miseriarum et certaminum temporis Maccabaeorum. Quare triste fatum extremae senectae mundi agnoscentes *καὶ συστενάζοντες* [4]), petamus ut dux Ecclesiae [5]) filius Dei pro nobis praelietur, et mitiget nobis aerumnas publicas et privatas. Ego, etsi domestico luctu valde excrucior, tamen intuens publica Ecclesiae vulnera multo maiore dolore afficior. Redire ad vos eo magis cupio, ut consuetudine et sermonibus vestris aliquantulum [6]) a moesticia animum abducam. *Marcello* hodie misi ethica [7]). Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut te Ecclesiae tuae domesticae et communi servet incolumem, et a nostris [8]) liberis depellat diabolum grassantem in Iberis [9]), Italis et Belgis, et in illa *Empusa*, quae nomen habet *αὐτοκράτορος*. Sive enim vivit, sive adhuc in ripa expectat cymbam Charontis, plane cum spectro bellum geritur [10]).

1) Manl. *Amico cuidam.*

2) *Nihil*] Manl. *Non.*

3) *agonas*] Manl. *rumores.*

4) Peucerus et ed. Lond. *συστενάχοντες*, mendose; cf. Rom. 8, 22. — Cod. Goth. 401. habet *συσταλέντες*, Manlius pro graecis scripsit: *et ut possumus ferentes.*

5) *Ecclesiae* Manl. non habet.

6) *aliquantulum* Manl. non habet.

7) *Marcello - ethica*] neque in Manl. neque in cod. Goth. 401. leguntur.

8) Manl. *vestris.*

9) *Iberis*] Manl. *liberos*, et hic finit totam epistolam.

10) Fama erat hoc tempore Witebergae Carolum mortuum esse, et non ipsum alicubi, sed spectrum conspici. Liceat hic dare epistolam *Basilii Monneri* ad Iustum Ionam, quam ex autographo Monneri in Volum. Epist. Meining. ep. 142. descripsi. Est haec:

„Quanta sit efficacia piae precationis, clariss. D. Doctor, probat experientia etiam his nostris temporibus. Etsi enim non ita multum effecisse videtur exercitus noster, tamen videmus et sentimus, multa impia et cruenta consilia hostium fracta esse, ac sensim eo ventum, haud dubie singulari Dei consilio, ut domini nobis accesserint, quorum nunc in finibus esse scribuntur ad quindecim millia, et intra biduum ad septuaginta milia convenient. Sed auxilium nostrum a Domino est, qui haud dubie malos male perdet, et sanguinarios illos perfidos ac periuros evertet, et aderit Ecclesiae suae, etiamsi aliquando differatur, ut nobis videtur, auxilium. *Ferdinandum* et *Morum* [Mauritium] aiunt Egrae iam esse,

Omnia enim facit astutissime, et Germaniam miris artibus ludificatur. Deus hanc Empusam tollat e medio. Bene vale. Die 2. Aprilis. *)

No. 3815. (2. Apr.)

P. Ebero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3]. — Habetur etiam in cod. Goth. 401. p. 3., ubi, quasi postscriptum, ex errore adiuncta est epistolae ad Eberum datae d. 2. Apr. 1547. Eodem die eam esse scriptam docet ep. ad Eber. d. 5. Apr.

P. Ebero, amico et fratri suo καὶ συμφιλοσόφῳ,

S. D. Pecuniam Menianam si quaestori nondum exhibuisti, retineas donec venero istuc. Si hospes *Menii* narrationem [1]) de debito mutavit, displicet mihi *πλεονέκτημα μαργιτικὸν* [2]), conveniens cum meis versibus:

οὐ δὴ μαργίταις χαρίτων μέλει ἔργα δίκαια,
γαστέρος [3]) *ἀλλὰ βορὰ ἠδὲ* [4]) *φιλαργυρία.*

Si qui volunt praefici [5]) Ecclesiis in Ascanii *διοικήσει* veniant ad me ante ferias Paschales. Bene vale. Ph.

---

et expectare *Carolum*, quem multi suspicantur extinctum. Quod etsi incertum est, tamen multa concurrunt, quae hanc suspicionem augere videntur. Nosti hispanica ingenia. Quicquid sit, an adhuc in humanis sit, eventus ostendet. Deus noster coetum suum mirabiliter conservabit, longe aliter atque nos iudicamus. Nos ita pergemus piis precibus, ut coepimus, et praestabimus auxilio Dei quantum licebit, etsi in multis magna securitas et impoenitentia sit in tantis calamitatibus, quibus Germania nunc est oppressa. Utinam vere consideraremus harum aerumnarum causas. Deus pater misericordiarum faxit, ut ex animo poenitentiam agamus, et mores in meliores commutemus. Despina nostra adhuc laborat tussicula, sed nihil est periculi. *Princeps Elector* etiamnum est Misniae, quem ut Deus nobis diu superstitem, salvum et incolumem Ecclesiae conservet, et gloriosis victoriis ornet, sedulo precabimur. Dominus Episcopus Zizeus et Drandorfius vicissim te salutare iubent. Vale feliciter. Vitebergae 4ta post pascatos 1547. T. Basilius."

Inscriptio epistolae est: Clarissimo viro D. *Iusto Ionae*, Doctori Theol. ac Hallensis Ecclesiae Pastori fidelissimo etc.

*) In cod. Goth. 401. hic alia brevis epistola ad Eberum, quasi sit huic adiuncta, sequitur, quam Mel. eodem die scripsit.

1) Cod. Paris. *numerationem.*

2) Cod. Goth. 401. *μαργίτου.*

3) Cod. Goth. 401. *ἀστέρος.*

4) Cod. Goth. 401. *ἡ δὲ.*

5) *praefici* scripsi pro *profici*, quod habet cod. Paris. Nam in cod. Gothano 401. ultima verba: *Si qui volunt — vale*, non leguntur.

No. 3816. 3. Apr.

Io. Agricolae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[4].

Ioanni Agricolae.

S. D. Hanc epistolam scripsi die Palmarum, cum me triumphus Christi ingredientis Hierosolymam admoneret cum de aliis multis Ecclesiae negotiis, tum vero et de nostris studiis. Spero enim nos quoque in eo numero esse, de quo tunc dixit filius Dei: *Ex ore lactantium* etc., ac ipsum filium Dei toto pectore oro, ut Ecclesiam et studia regat, et faciat nos vasa misericordiae salutaria Ecclesiae. Nunc vero tibi commendo hunc doctum, integrum et facundum et nullis contaminatum fanaticis opinionibus Christi *Lasium* *), quem Senatus honestiss. oppidi *Sponda* vocavit ad docendam Ecclesiam. Quaeso ut tua auctoritas ad vocationem accedat. Bene et feliciter vale. Die Palmarum.

No. 3817. 5. Apr.

C. Pannonio.

Epp. lib. V. p. 318. Apogr. in cod. Goth. 191. p. 12., ubi inscribitur: „*Secretario Ducis Borussiae.*" Et in cod. Lang. p. 17., ubi inscribitur: „*amplissimo* viro sapientia et virtute praestanti D. *Christophoro Pannonio, Francofordensi, Secretario inclyti ducis Prussiae*, amico suo." Cf. Epist. ad Staphylum, quae sequitur.

Christophoro Pannonio.

S. D. Carissime Christophore. Multae causae sunt, cur Deus in hominum pectoribus semina magni amoris erga natos, quae *στοργαί* dicuntur sparserit, sed haec praecipua est, ut hae *στοργαί* nos commonefaciant de amore patris aeterni erga filium Iesum Christum et erga nos. Removeamus igitur a Deo Stoicam torvitatem, et vere ab eo diligi filium et nos statuamus. Sciamus etiam placere ei in nobis similem adfectum erga natos. Ideo fateor, me valde dilexisse filiam, et ea extincta magno in dolore esse, tibique gratiam habeo, quod amici luctu adficeris, quod quidem maxime conveniens est bonis naturis. Colligo autem ad leniendum dolorem ea, quae divinitus tradita sunt,

*) Apogr. habet *Iasm*; sed est Christophorus Lasius, qui anno 1547. sequutus est Garcaeum. Vid. ep. d. 20. April 1546. et d. 20. Febr. 1547.

cumque intelligam signa verae in filia pietatis erga Deum et erga maritum praecessisse mortem, spero, eam ad Ecclesiae coelestis societatem dulcissimam evocatam esse. Saepe lachrymans Deo viventem commendavi, et vota illa, scio, non fuisse irrita*). Tu, quod facis, adiuvato nos et universam Ecclesiam ardentibus votis, ut Deus publicas et privatas calamitates mitiget. † In Synodo Tridentina fiunt decreta ad stabiliendos veteres errores, de qua re scribam alias copiosius."**) Bene et feliciter vale. Nonis April. ***)

Philipp. Melanthon.

No. 3818. 5. Apr.

Fr. Staphylo.

Edita in Manlii farrag. p. 367. — Nunc accuratius ex apographo in cod. Lang. p. 17 b. Manlius eam inscripsit: „*Clarissimo viro*, etc. *Secretario illustrissimi Principis Alberti Ducis Borussiae*"; quae inscriptio cum ea epistolae antecedentis convenit. Rectius in cod. Lang. inscribitur:

„*Friderico Staphylo in Regiomonte Borussorum.*"

S. D. Multae sunt causae, cur Deus semina magni amoris parentum erga natos cordibus nostris [1]) indiderit; sed haec praecipua est, ut hae στοργαὶ [2]) nos commonefaciant [3]) de amore patris aeterni erga filium Iesum Christum, et erga nos. Removeamus igitur a Deo stoicam torvitatem [4]), et vere ab eo diligi † filium et" nos statuamus. Sciamus etiam, placere ei in nobis similem affectum erga natos. Ideo fateor, me valde dilexisse filiam, et ea extincta in magno dolore esse, quem tamen cogitatione doctrinae coelestis moderari studeo, et vobis gratias ago, non solum quod nunc amanter nostra causa doletis, et literis vestris dolorem † vestrum" significatis [5]), et fontes consolationis monstrastis [6]), sed etiam quod antea viventi [7]) filiae multa beneficia praestitistis, quodque [8]) multis officiis meos iuvatis. Ego etsi reddere similia officia non possum, tamen animi gratitudinem semper praestabo [9]). Et quoniam [10]) Deus toties pollicetur [11]), se iis qui benefaciunt [12]) ordini scholastico [13]) doctrinam coelestem fideliter custodienti [14]) praemia redditurum esse, quarum promissionum exempla et hac aetate ostendit: spero, eum [15]) vicissim vobis benefacturum esse. Et ut vos et vestros servet, defendat et regat, toto eum pectore oro.

† De filiabus D. *Sabini* scripsi, me orare, ut vel omnes, vel aliquas ad me mittat. *Martham*, quia imbecillior est, omnino hic apud sororem educari velim, ubi Deo iuvante et suaviter foveretur et studiose ad agnitionem Dei et honesta officia, una cum sorore, quae iam legit et scribit, institueretur. Oro, ut hortemini D. *Sabinum*, ut hac in re nostro consilio assentiatur. Ipsum vero et meos vobis commendo" [16]). Bene et foeliciter valete. Die 5. Aprilis [17]) 1547.

Ph. M.

No. 3819. 5. Apr.

P. Ebero.

† Ex apogr. in cod, Langii. p. 16 b.

Paulo Ebero.

Meae uxori ad luctum nunc accedunt acerrimi dolores ex λιθίασι. Misi igitur adolescentem ad

---

*) *dolore esse, tibique — — non fuisse irrita*] Pro his in utroque cod. Goth. 191. leguntur haec: *dolore esse, quem tamen haec consolatio lenit, quod signa verae in filia pietatis erga Deum et erga maritum mortem praecesserunt, ut ipse gener ad me scripsit, cumque eam viventem**) *saepe lacrymis Deo commendaverim, et mihi perspicuo testimonio Deus significarit curae eam sibi esse, spero, divinitus eam ad societatem ecclesiae coelestis evocatum esse. Tu, quod facis* etc.

**) Haec addunt codd. Goth. 191.

***) Uterque cod. *d.* 6. *April.* 1547.

1) *nostris* cod. Lang. non habet.

2) *hae στοργ.*] Manl. *hic affectus.*

3) Manl. *commonefaciat.*

4) *torvitatem*] Manl. *sententiam.*

*) *viventem*] cod. Lang. *iuvenem.*

5) Manl. *significatis.*

6) *et fontes c. monstr.*] Manl. *fontibus cons. monstratis.*

7) Cod. Lang. *iuveni.*

8) *quodque*] cod. Lang. q̄ q̄ id est *quanquam.* Utrumque non satis convenit. Puto compendio scriptum fuisse: *quemadmodum.*

9) *semper praestabo*] Manl. *praestare cupio.*

10) *quoniam*] Manl. *quia.*

11) *pollicetur*] Manl. *testatur.*

12) Cod. Lang. *benefacimus.*

13) *scholast.*] cod. Lang. *ecclesiastico.*

14) Manl. *custodientibus.*

15) *eum*] scripsi pro *me*, quod Manl. habet et mendum est. Cod. Lang. neque *me* neque *eum* exhibet.

16) Praetermisit haec Manlius.

17) Cod. Lang. 6. *Aprilis.*

Doctorem *Augustinum*, sed te velim exhibere literas, et in myropolio numerare pecuniam. *Stigelii* pecuniam post paucos dies isthuc afferam. Ibi reddam tibi et duos Ioachimicos additos ad *Menii* pecuniam, tibique gratiam habeo, quod ἀναμφησβήτητος quaestioni satisfecisti, teque philosophice et recte fecisse iudico. Puer mihi scribit, te insuper spopondisse de duobus Ioachimicis pro alio. Excusat igitur τὴν μαργίττην. *Empusae* *) adventus multa tristia minitatur, quae Deus aeternus pater domini nostri Iesu Chr. mitiget. Omnino colloqui nos oportet. Nolim enim isthic te manere πολιορκουμένης τῆς πόλεως.

Nuncius *Sabini* nondum ad me redit, et cur otiosus oberret nescio. Nam in Thuringiam eum ire nihil opus est, cum *Camerarius* in Franciam profectus sit, et nunc sequi eum mihi videtur ἄκαιρον. Caetera coram. Bene vale. Die 5. April. 1547. Ph. M.

No. 3820. 5. Apr.

A. Schurffio.

† Ex apographis in cod. Lang. p. 17. et cod. Goth. 191. p. 13.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Augustino Schurff, Doctori artis medicae eximio, amico suo praecipuo [1]).

Clarissime Dom. Doctor, et amice carissime. Meae uxori nunc ad luctum accesserunt atrocissimi dolores ex calculo. Sumus usi balneo aquae calidae cum stramine avenae. Imposuimus et camomilla loco doloris, sed nondum mitigantur dolores et [2]) cruciatus. Scio oportere moram aliquam esse, donec procedat calculus; sed novistis [3]) quam deformiter uxor mea ferat hos cruciatus, et fortassis ita magni sunt, ut non sit reprehendenda impatientia. Misi autem isthuc hunc adolescentem, ac vos oro, ut vel oleum scorpiacum, vel aliud vestro iudicio miserae mulieri ordinetis. Ubi [4]) liberata fuerit uxor mea his cruciatibus, veniam ad vos, et coram agam gratias. Bene et foeliciter vale. Die 5. Aprilis 1547. Ph. M.

*) i. e. Caroli Imperatoris.
1) Inscr. in cod. Lang.
2) *dolores et*] non habet cod. Goth. 191.
3) Cod. Goth. 191. *novisti.*
4) Cod. Lang. *Si.*

No. 3821. 5. Apr.

Georgio Anhaltino.

† Ex apographo in cod. Servest. p. 196. descripta a clariss. *Sintenisio.*

Georgio, Principi Anhaltino

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps. Usitata sunt haec mala civilium discordiarum, ut authores moderatorum consiliorum veniant in odium utrique parti, imo ut Thucydides inquit, ab utrisque dilacerentur. Sed decet viros graves et praesertim principes, non frangi animis, etiamsi consilia sua vident despici. Ferat igitur Cels. V. iniquum iudicium *Ioannis Stoici* *), cuius consuetudo est non tantum Celsitudini V. sed etiam aliis maledicere. Ego multas magnas contumelias, quibus me adfecit, et tuli et dissimulavi, cum quidem in doctrina necessaria absurdas quasdam opiniones modestissime emendarem, quod propter gloriam dei, veritatem et Ecclesiae utilitatem faciebam. Scripserunt ad me amici ex oppido nostro, epistolam illam Stoici nostri editam esse Erfordiae, et gravissime queruntur, tales editiones huic tempori minime utiles placere tali viro, qui non accendere odia, sed bonorum coniunctionem tueri debebat. Quid mihi videatur scripsi ad Illustriss. Principem, fratrem Cels. V., Principem *Ioachimum.* Totam rem silentio obrui a Cels. V. optarim, quia, etiamsi Cels. V. ad Electorem scriberet, literae ad istum Stoicum mitterentur. Inde nova contentio oriretur. Deinde adveniente iam Imperatore longe maioribus curis omnium animos occupatos esse credibile est, quam ut velint applicare animum ad leviora negotia, si tantorum periculorum molem considerant. Ad Principem *Wolfgangum* scribi potest, ut per occasionem Electori narret, editam esse epistolam contumeliosam, sed ipsi perspectam esse optimam voluntatem erga Ecclesiam et Electorem. Non valde repugno, quo minus edatur epistola Cels. V., sed tamen iudico, melius esse, totam rem dissi-

*) Io. Agricolae, quem propter antinomismum Stoicum appellat. De epistola Agricolae hoc tempore edita nihil novi, neque aliquid de ea habet *Kortes* in vita Io. Agricolae (Alton. 1817. 8.). Caeterum an haec epistola anno 1547., ut in fine legitur, vere scripta sit, nescio, neque tamen in epistolis posteriorum annorum aliquid inveni, quod hanc rem illustraret.

mulari, hoc praesertim tam tristi tempore, quo stultissimum est, inter sese rixari eos, qui his Ecclesiis praesunt et idem doctrinae genus amplectuntur. Nec ego ab illo Stoico requiro, ut moderetur impetus suos, quos habet maxime importunos. Est enim Stoicus, nec se ira peccare putat, sed iudicio ista facere. Sed Cels. Vestram adhortor, ut suam gravitatem et christianam sapientiam in consilium adhibeat. Bene et feliciter valeat Cels. V. Die 5. Aprilis 1547.

Versus Euripidis:

Duobus dicentibus altero irato
Alter, qui non respondet, sapientior est.
Δυοῖν λεγόντοιν θατέρου θυμουμένου
ὁ μὴ ἀντιτείνων τοῖς λόγοις σοφώτερος.

Ne responde stulto secundum stultitiam suam.

Philippus Melanthon.

No. 3822. 6. Apr.

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 148. (edit. Lond. lib. II. ep. 135.).

D. Paulo Ebero

S. D. In *Hosea* scriptum est, *Aquila super domum Domini*: quod olim gens Iudaica etiam sic interpretata est: *Aquilas fatales esse Ecclesiae*, ut *Nabogdonosor* et *Romani* exercitus tunc *Iudaeam* oppresserunt. Fortassis simili fato nunc Aquilae advolant in haec loca, ubi certe sedes doctrinae praecipua fuit. Me fatum alligat, ut etiam si velim, fugere non possim. Nunc uxor crudelissimos cruciatus fert, ortos a calculo; Nec balneis, nec chamaemelino mitigare eos potuimus, et *δυσουρία* accedit. Annotavi in pagella quaedam de ipsius mulieris sermone, quae, ut cures, te etiam atque etiam oro. Literas scriptas ad D. *Augustinum* ipse exhibeas. Petimus enim ab ipso medicamenta, pro quibus numerabis precium in myropolio. *Menius* filius excusat *τὸν μαργίτην*, ut coram dicam. Bene vale. Die 6. Aprilis.

No. 3823. (6. Apr.)

Alberto Duci Pruss.

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 8.

Ad Principem Albertum, Ducem Prussiae.

Illustrissime princeps. Deus aeternus pater domini Iesu Christi in fabricatione naturae indidit pectoribus hominum semina magni amoris erga sobolem, et hunc amorem approbat et postulat, et vult nos commonefieri hoc suo vestigio, ut cogitemus similem esse in ipso et verum et non frigidum amorem erga filium suum, dom. nostrum I. C. et erga nos. Cum igitur haec naturalis benevolentia erga natos deo placeat, fateor et me valde dilexisse filiam, et hoc ipso amore saepe commonefactum esse de amore Dei erga filium et erga nos. Quare et dolore et desiderio eius afficior postquam mortuam esse audivi. Sed tamen, quia intelligo signa verae pietatis in ea erga Deum et erga maritum mortem praecessisse, dolorem moderari studeo, ut Deus praecepit. Imo et gratias Deo ago, quod in invocatione vera excessit ex hac vita. Saepe ante annos aliquot lachrymans eam Deo commendavi, et hanc intuens vocem Christi: *nemo rapiet oves meas ex manibus meis*, precatus sum, ne diabolus eam a Deo avellere posset. Nec tales preces sunt irritae. Quod autem Celsitudo Vestra ostendit, se luctu affici, C. V. reverenter gratias ago; deinde commendo C. V. et generum meum, et filias et filium *). Optarim apud me educari vel omnes vel aliquas filias, eaque de re ad generum scripsi. Nec deterreor belli periculis. Res enim testatur, vos hactenus clementer protectos esse a Deo, quem oro, ut deinceps et me et Ecclesias harum regionum protegat, et scholam restituat, in qua pio studio illustratam esse veram doctrinam multi pii vere et sapienter iudicantes testari possunt. Ac profecto impia crudelitas est hostium, qui doctrinam veram et doctrinae hospitium delere conantur. Sed Deus exaudiet gemitus multorum in Ecclesiis passim pro nobis precantium.

No. 3824. 6 Apr.

G. Sabino.

Manlii farrag. p. 356 b sqq. Select. epist. p. 319. Epist. lib. I. p. 445. (edit. Lond. lib. I. ep. 128.). — Edita etiam in Sabini poematibus (Lips. 1578. 8.) p. 471. — Apographon in cod. Goth. 191. p. 5., cod. Goth. 401. p. 125., et in cod. Lang. p. 4 b.

---

*) Albertum, filium Sabini ex Anna, qui vero puer obiit.

Georgio Sabino, genero suo charissimo,

S. D. Magnam vim esse paterni amoris erga natos, etiam de animo tuo te existimare non dubito. Quare mihi facile credes, affirmanti, valde me dilexisse filiam meam Annam. Cum autem praeclare de te sentirem propter scribendi facultatem eximiam, ut alii multi [1]), qui iudicare de his studiis possunt, in quibus versaris: et ex eo †iudicio" [2]) benevolentia erga te singularis in animo meo nata esset, non invitus tibi volenti filiam despondi: utque et tibi et nobis haec coniunctio fausta et felix esset, optavi. Sed cum ex doctrina coelesti causas didicerimus praecipuas humanarum calamitatum, et earum remedia: feramus ea [3]), quae acciderunt, sapienter. Etsi igitur magno in dolore sum, propterea quod filia extincta est, et quidem procul sine parentum amplexu, et prius quam de rebus necessariis cum ea colloqui potui [4]): tamen eas consolationes mihi propono, quae divinitus traditae sunt: quarum haec praecipua est, †quod" signa verae in filia pietatis erga Deum, et †erga te" [5]) mortem praecesserunt, propter quae spero, eam iam dulcissima consuetudine Dei, et filii eius Domini nostri Iesu Christi frui, cui etiam eam saepe lachrymans commendavi: et ut spero, paulo post ibi eam †rursus" amplectar. Nostram vero inter nos amicitiam volo perpetuam esse: et ego fideliter eam, si quibus potero officiis, tuebor. Tuos certe liberos, meos esse dicam: et vere mei sunt, quos †quidem" non minus diligo, quam dilexi matrem. Fuisse autem magnum incendium amoris mei erga filiam, multi norunt: nec [6]) id morte ipsius extinctum est, sed dolore et desiderio alitur. Cumque fuisse eam admodum φιλότεκνον sciam, ipsius in me affectus derivare me iam debere iudico. Quid igitur de filiabus et filio deliberas? Non solum consilium do, ut ad me mittas puellas, seu omnes, seu aliquas: sed etiam te, ut id facias, valde oro. Educabuntur enim, Deo iuvante, et fideliter, et suaviter, ut soror [7]), ad agnitionem Dei, et ad honesta officia sedulo instituentur [8]). Vides specimen institutionis in literis, quae filiae tuae manu scriptae sunt. Filium *Albertum* non dubito iam isthic nutricibus commendatum esse, quem Deus servet incolumem. Significabis igitur mihi tuam voluntatem de filiabus, ut vel ipse isthuc veniam: vel amicos fideles mittam, qui huc advehant vel omnes, vel aliquas. De *Martha* quidem, quae est imbecillior, valde te oro ut sinas eam apud sororem educari. Nec belli periculis deterreor, quominus mecum omnes versari meos velim. Texit nos Deus hactenus magna cum clementia, et spero protecturum esse nos deinceps: quodque est officii, ut curem familiam in locis tranquillioribus collocari, si erit opus non negligam. Peto igitur, ut mihi voluntatem tuam de mittendis filiabus significes. Nuntio dedi reliquum mercedis.

A *Camerario*, cum nuncius esset mecum, literae allatae sunt, quibus se ex Tyrigetis proficisci in Franciam scribit: quod cum nuncio dixissem, tam procul sequendum esse non putavimus. Epistolam eius ad me scriptam tibi mitto. Adiuncta est et altera *Camerarii* ad Scyurum. Filii literas ad Scyurum, quas nuncius attulit, ego in Franciam missurus sum. Bene et feliciter vale, Anno 1547. †6. April." (add. cod. Goth. 191.).

1) †*docti viri in Italia et Germania*" Sabin. Sed neque in codd. haec neque apud Peucer. leguntur.

2) Sic Sabin. et codd.

3) Sab. et codd. *ea* pro *iam*, quod habent Manl. et Peuc.

4) Sic codd. et Sab. pro *colloqui non potuerim.*

5) Peuc. et Manl. pro *erga te*, quod legitur in codd. et apud Sabinum, habent: *ante.*

6) *nec*] codd. et Sab. pro *et — non.*

7) *ut soror*] non habet Sab., cod. Lang. *apud soerum.*

8) Sabin. pergit: „Haec de meo animo erga te liberosque tibi persuadeas velim", et reliqua omnia omittit.

No. 3825. 6. Apr.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 492. (edit. Lond. lib. II. ep. 520.).

D. Ioachimo Mollero

S. D. Charissime *Ioachime*, Virtutem patriae tuae et ipse laude dignam esse iudico, et laudari a viris honestis ubique audio. Oro autem Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut defendat et vestram urbem, et nostram *Sareptam*, et adiuvet consilia et virtutem tuorum civium. Nisi enim Dominus custodiet civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Nunc profecto pericula crescunt, et ἐπίτασις instat. Nam *Carolus* ipse, quanquam aegrotus, tamen adducit exerci-

tum. Venisse in *Bambergam* scimus, petiturum *Coburgum*. *Ferdinandicas* et *Mauritianas* copias non valde metuebamus. Sed Aquila fatalis esse Ecclesiae solet, ut paulo ante natum Christum Ierosolymam aquilae invectae sunt. Mihi ad publicos dolores domesticus luctus accedit. Filia *Hanna* in *Prussia* mortua est, et nunc mater tantis cruciatibus calculi conflictatur, ut de vita dubitemus. Deus leniat et mitiget publicas et privatas miserias. Bene vale. Tibi et fratri mitto pagellas. Salutem opto viro optimo tuo patri, et universae familiae, et *Hermanno* nostro. Die 6. Aprilis.

Casparum, qui praeest *Myropolio* apud nos, virum integrum et doctum, et utiliter servientem Reipublicae, tibi commendo. Venit istuc, ut emat res necessarias, quare et civibus tuis eum commendabis. Iterum vale.

No. 3826. 6. Apr.

Io. Aepino.

Edita in S. A. Gabbema epist. claror. viror. p. 71.

Reverendo Viro eruditione et virtute praestanti D. Iohanni Aepino, Doctori Theologiae, gubernanti Ecclesiam Dei in inclyta urbe Hamburga, amico suo charissimo,

S. P. Reverende D. *Aepine*, gratiam tibi habeo meritam propter benevolentiam erga me perpetuam, et nunc hospitium deferenti. Me fortassis fatum aliquod hic alligat: amplius mense aegrotavit mea neptis, quae nobiscum vivit. Nunc aegrotat uxor. Ego igitur et publicam salutem Deo commendo, nec me valde velim superstitem esse, ac spectare calamitates mearum Ecclesiarum, si Aquilae*) Deus permittet in eas exercere saevitiam. Habeo decretum *Tridentinae Synodi*, in qua damnatur vox divina de Iustitia fidei sonans in Ecclesiis nostris. Telam igitur exorsa est Synodus damnandae veritatis, et in aliis multis articulis. Sed si vivam, edam refutationem adiunctis testimoniis docentium in nostris Ecclesiis. Etsi autem terribilis est Aquilae adventus, tamen spero Deum gubernaturum esse hos metus, et ut gubernet toto pectore oro. Bene vale. 8. Idus Aprilis.

Philippus Melanthon.

*) Carolo Imperatori.

No. 3827. (h. t.)

Georgio Anhalt.

Mel. Epist. lib. II. p. 227. (edit. Lond. lib. II. ep. 222.). — In multis hanc epistolam convenire cum sequenti quisque videt, quanquam verborum magna est diversitas. Nescio an non haec a Peucero edita conflata sit ex duobus epistolis Melanthonis ad Anhaltinum.

Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime Princeps. Ut in Psalmo dicitur: *psallam Deo meo quam diu fuero*, ita nos donec possumus, fideliter propagemus Evangelii vocem, sive imperia tranquilla sint, sive turbulenta.

Conciunculas C. V. redditas esse gaudeo *), quas scio quidem procul abesse ab amplitudine argumenti, sed tamen cum res veras et necessarias contineant, spero eas piis iudiciis probari. Faciamus deinceps, quod feci antea; ubi potero illustrabo doctrinam necessariam, et pios ad concordiam hortabor. Principum consiliis non adhibeor, et propter studium veritatis et pacis in assiduis periculis sum annos iam quindecim. Si tamen possem aliquos ad moderationem flectere, non deessem occasioni. Verum initiis occurrendum fuit. Qui principem iuvenem armarint contra patriam, non valde obscurum est, quorum voluntas quae sit erga Ecclesiam etiam scio. Quare cum nunc humanis consiliis tantum incendium extingui vix posse videatur, Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro veris et assiduis gemitibus, ut alii multi, ut piam et salutarem pacem restituat. *Macedonem* arbitror et desperatione et fato quodam impediri, ne de pace inter cognatos agat. Sed si velim hic recensere querelas, longam Iliada scriberem. Turcici exercitus recentes in Pannoniam venisse dicuntur. Accedet igitur ad civile incendium etiam externum bellum. Inter haec mala tamen servabit Deus Ecclesiam, non arcu et gladio nostro, sed in Deo nostro יהוה, ut verbis Prophetae utar. Bene valeat C. V.

*) Vid. supra epist. ad Anhaltinum d. d. 27. Mart. et ineunte Aprili.

No. 3828. 8. Apr.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 327 sq.

Christophoro Pannonio (Theologo in Acad. Francof.)

S. D. Doctissime et charissime Christophore, *Paulus* noster cum aliis se beneficiis a te amanter ornatum esse narrat, tum hoc praecipue, quod ὁμοτράπεζον fecisti, quam familiaritatem et ipse iudicat (ut vetustas, melius morata, quam haec aetas, sentiebat) singulari religione colendam esse. Cum igitur initio eum propter meas literas complexus sis, gratiam tibi habeo. Postea ipsius modestia et gravitate te ad eius amicitiam invitatum esse non dubito.

De Republica nunc nihil scribo, quia priusquam *Paulus* istuc veniet, audies fortassis τὸν ἀετὸν ad Albim advolasse. Qua de re cogitanti venit in mentem, eo anno, quo a *Friderico* Duce Saxoniae *Carolus* electus est, paulo ante iter, quo Francofordiam ad Moenum ad Electionem proficiscendum fuit, aquilam et aquilarum pullos cum nido in nemore Thebano *) inventos esse, quos vidi. Bene vale. VI. Idus Aprilis.

Philippus.

*) i. e. in sylvis in vicinia oppidi Düben.

No. 3829. (8. April.)

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 452. (ed. Lond. lib. II. ep. 476.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Tot iam annis filiam Deo assiduis votis commendavi, quae non existimavi irrita fore, praesertim cum manifesta luce divina, mihi semel stanti in templo, significatum sit, filiam Deo curae futuram esse. Quare etsi naturalis στοργὴ parit mihi acres dolores, cogitanti de eius morte: tamen cum sperem eam divinitus in societatem coelestis Ecclesiae traductam esse (fuerunt enim signa pietatis ante mortem illustria erga Deum et erga maritum, ut *Sabinus* ipse scribit,) hac consolatione praecipua me erigo. Tibi vero et caeteris amicis gratiam habeo, quod et illius misericordia antea adficiebamini, et nunc societate luctus et moestitiae benevolentiam vestram erga me et meos declaratis. Utinam vobis vicissim declarare meam erga vos benevolentiam in alio genere officii iucundiore possim. Misi hunc tabellarium istuc, non tam ut cito redderentur tibi literae viri clarissimi D. Doctoris *Augustini*, quam ut *Victorino* tradantur *Ioachimi* literae, qui iam in *Franciae* oram cum familia profectus est. *Carolum* Imp. adfirmant ad *Egram* accessisse, ubi exercitus Caesariani et Mauriciani coniungentur. Instat igitur Epitasis belli, quam Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi gubernet, quem toto pectore oro, ut ab Ecclesiis nostris et a vestris coniugibus et parvis gregibus liberorum et nidulis *Hispanicam* saevitiam arceat. Bene et feliciter vale. Die quo celebratur memoria admirandi consilii divini, quo Filium aeternus Pater pro nobis victimam fieri voluit.

No. 3830. (8. Apr.)

V. Strigelio.

Epist. lib. II. p. 122. (edit. Lond. lib. II. ep. 108.).

Domino Victorino Strigelio

S. D. Etsi literarum studia conterrita civilibus armis, languidiora nunc esse videmus: tamen et Ecclesiam Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi, et semen sanctum aliquod, ut *Esaias* nominat, servabit. Cumque sperem in ea re, id est, in tuendis Ecclesiae reliquiis et erudiendis, te futurum esse σύνεργον θεοῦ· studiis tuis valde faveo, et Deum precor ut ea gubernet. Te quoque adhortor, ut amicitiam nostram tueare. Prodest enim Ecclesiae eruditorum coniunctio. Ac saepe nostri ordinis hominibus versus recitavi, qui extant in quadam epistola *Platonis*, ipsi etiam, ut apparet, valde probati, οὐ χρυσὸς ἀγλαὸς, οὐδ' ἀδάμας οὕτως ἀστράπτει πρὸς ὄψεις, ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόησις. Horum versuum doctrinae obtemperemus. Bene vale et rescribe. Die quo memoria celebratur admirandi consilii divini, quo aeternus Pater Filium pro nobis victimam fieri voluit.

No. 3831. (8. Apr.)

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 162. (ed. Lond. lib. II. ep. 150.).

D. Paulo Ebero *)

S. D. Scripsi capita consolationum hoc tempore nobis cogitandarum, quibus mihi quidem interdum lenio dolores, quae isthuc adferam typographis, adferam et *Stigelianam* pecuniam. Nunc te oro, ut Rectori hunc tabellarium missum ex *Luneburgensi* ducatu commendes, et negotium, de quo literas adfert, perfici cures. Scribit ad Rectorem satis *ἀγροικῶς, οὐ γὰρ νοῦς ἐνὶ κενταύροισιν*, adolescens natus in familia equestri, ac de studiis et moribus testimonium petit, nec tamen indicat quibus istic notus fuerit. Sed nuncius narrat se nosse hospitii locum. Ubi audieritis mediocres fuisse mores, censeo ei dandum esse testimonium, quo fortassis eo indiget, quia *ἐν ἱερατικῷ τάγματι* locum petit. Audio *καὶ χωλὸν εἶναι*. Non simus difficiles in re non magni momenti. Caetera coram. Bene et feliciter vale. Die quo celebratur memoria sacrificii omnium summi, in quo filius Dei pro nobis factus est victima, in quo omnium nostrum scelera יהוה הפגיע. Propter hanc victimam Deus aeternus mitiget Ecclesiae suae etiam huius temporis calamitates. Iterum vale.

No. 3832. (8. Apr.)

Eidem.

Epist. lib. III. p. 208. (ed. Lond. lib. III. ep. 124.). Apographon in cod. Lang. p. 18. — Est in eadem causa scripta haec epistola, qua antecedens, et quaeritur an non potius alii quam Ebero inscripta fuerit.

Paulo Ebero

S. D. Hic tabellarius ex ducatu *Luneburgensi* Epistolam adfert, scriptam a Scholastico Academiae nostrae, nato in familia Equestri, qui testimonium petit a Rectore de studiis et moribus. Etsi autem satis *ἀγροικῶς* (*οὐ γὰρ νοῦς ἐνὶ κενταύροις*) petit Testimonium, non indicans eos, quibus notus fuerit: tamen quia nuncius narrat se loca hospitii eius nosse, gratificemur ei. Si hospites narrant mediocres fuisse mores, scribatur Testimonium. Audio *χωλὸν* esse, et fortassis aditum habet *εἰς ἱερατικὸν τάγμα* [1]) ut isti quaerunt talia *πτωχοτροφεῖα* [2]), Ideo arbitror ei opus esse Academiae literis. Bene vale. Post mei ministri reditum, ad vos proficiscar, Deo iuvante, ut *Stigelianam* pecuniam adferam, ac de caeteris tecum loquar. Iterum vale. Die qua celebratur memoria admirandi Consilii divini, quo aeternus Pater Filium Victimam fieri voluit, et in eum omnium nostrum peccata coniecit [3]).

No. 3833. (fere d. 8. Apr.)

Georgio Anhaltino.

Select. epist. p. 290. Epistol. lib. I. p. 107. (edit. Lond. lib. I. ep. 52.).

D. Georgio Principi Anhaldino

S. D. Multa accidunt singulis hominibus inextricabilia humano consilio. Plura vero Imperiis et Ecclesiae. Quare *Ieremias* clamitat: *Scio Domine, viam hominis non posse regi tantum humanis consiliis.* Sed ideo Deus nos ita exercet, quia vult nos, non tantum a nostris consiliis pendere, sed ab ipso. Faciamus igitur quod docuit, Humiliemur sub potenti manu Dei, quae potens est, non solum ad premendum, sed etiam ad liberandos invocantes ipsum. Etiamsi puniet, tamen in ira misericordiae recordabitur. Misi iam Typographo pagellas, in quibus collegi argumenta consolationum, quas C. T. mittam, cum primum editae erunt. Mitigabit Deus aerumnas invocantibus ipsum, ut saepe ipsi experti sumus, et vult peti et expectari mitigationem, non vult nos ira et indignatione et desperatione contabescere. Literas dedi gubernatori Scholae, *Servo Manae* *), qui offert se ad ministerium Evangelicum. Bene et feliciter valeat C. T.

---

*) Sequitur epistola eiusdem argumenti, etiam *Ebero* inscripta. Binas igitur, ut interdum solitus est hoc tempore periculoso, scripsit epistolas, nisi altera *Crucigero* inscripta fuit.

1) Cod. Lang. *ἱερατικὸν ταμιεύεσθαι.*
2) Cod. Lang. *πτωχδόχεια.*
3) *tegit* cod. Lang.
*) Vid. epist. d. 10. April. In nomine *Manae* mendum esse videtur. Estne: *Knechtman*?

No. 3834. (h. t.)

Loci consolationis.

Editi sunt loci consolationis, ut ex epistolis antecedentibus intelligitur, Witebergae 1547. Hanc autem primam editionem alicubi invenire mihi non contigit, neque novit eam Strobelius in bibliotheca Melanth., neque eius mentionem fecit Mylius in chronologia scriptorum Melanthonis. Recusi sunt hi loci in prima editione Scriptorum publ. Acad. Witeb. T. III. p. 245., ubi (ex errore) referuntur ad annum 1548. — Apographa, haud dubie ex prima editione facta habentur in cod. Bav. I. p. 688. et in cod. Goth. 402. p. 279. — Versionem germanicam huius scripti edidit Vitus Theodorus, sic inscriptam: „ein Trostschrift für alle betrübten Hertzen, in diesen kümmerlichen zeyten, in latein von Herr Philippus Melanthon gestellt, und yetzund erstlich in deutscher Sprach gedruckt. M.D.XLVII. 4. — Addidi hic textui latini praefationem Viti Theodori in versionem germanicam.

Loci philosophici consolationis.

1. *Necessitas.* Cum mutari factum non potest, et[1]) dolori et indignationi indulgemus duplicamus[2]) malum, non lenimus[3]), sicut dicitur: necessitati parendum est.

2. *Dignitas virtutis.* Non ita frangatur animus dolore, ut contra iustitiam aut contra alias virtutes facias, ut multi, dolore succumbentes, abrumpunt vitam, ut Cato, Brutus et alii.

3. *Bona conscientia.* Quando foris hominem oppressit poena, et[4]) mens intus conscia sibi scelerum laceratur divinis terroribus et aliis cruciatibus, ut fit in homicidis et omnibus, qui sciunt, se culpa sua sibi accersivisse calamitates, dolor duplicatur. E contra est aliquid magnis crimen abesse[5]) malis. Multo minor est dolor, cum mens tranquilla est, et cogitat, se habuisse sui consilii honestam et necessariam causam et talem humanae naturae infirmitatem esse[6]), ut saepe non respondeant bonis consiliis eventus, ac virtutem esse, etiam si non respondeat eventus, tamen rectas sententias, et rectam voluntatem retinere. Haec animi rectitudo et tranquillitas, magna levatio est cruciatuum[7]). Deinde etiamsi errore lapsi praebuimus causam aerumnis nostris, tamen sine scelere esse, doloris mitigatio est, quia a summis malis absumus.

4. *Exempla.* Cum videmus totum genus humanum in magnis miseriis esse, et multos sapientia, virtute et potentia praestantes, et optime meritos oppressos esse tristissimis casibus, Herculem, Achillem, Palamedem, Miltiadem, Themistoclem, Pompeium, Caesarem, et alios innumerabiles, exempla nos de aequalitate et iustitia[8]) admonent; cum talis sit totius humani generis infirmitas, iniustum esse appetere inaequalitatem, et nolle communia onera ferre, quae alii ferunt. Non es fortior aut honestior Cyro, nec es sapientior Palamede aut Themistocle, nec melius de patria tua meritus, quam isti de Graecia. Cum igitur isti communes miserias tulerint, cur nos accusamus naturam, cum similia patimur?

5. *Collatio eventuum.* Cum semper bonis mala mixta sint, fortassis plus mali fuisset in contrario eventu. Si vicisset Pompeius, maior confusio futura erat Reipublicae.

Talibus igitur argumentis utcunque flectitur animus, ut tolerare adversa discat, et, cum conscientia non est saucia, videt, se aliquantulum abesse a summis malis. Sed hae philosophicae consolationes tantum minores cruciatus sepeliunt in homine, non ostendunt, exitum aut liberationem. Ideo opponendae[9]) sunt consolationes, quae in ecclesia traduntur, quae etiam auxilium et liberationem proponunt, et de causis calamitatum aliter nos erudiunt. Priores enim[10]) tituli in consolationibus, quas ecclesia proponit, conveniunt cum titulis philosophicis; sed res maiores complectuntur.

Loci consolationum ut in ecclesia traduntur.

1. *Necessitas.* Intueamur non solum immutabilitatem, ut apud philosophos, sed voluntatem Dei, de qua utrumque statuendum est, et creaturas omnes Deo obedientiam debere, et Deum posse mutare calamitatem et saepe flecti, ut mutet; interea tamen ei obediendum esse, ut scriptum est 1 Petr. 5.: *humiliamini sub potenti manu Dei.* Et, ut magis flectatur animus ad hanc

---

1) Cod. Goth. 402. *ne.*
2) Cod. Goth. 402. *indulgeamus et duplicemus.*
3) *leniamus* cod. Goth. 402.
4) *ut* cod. Goth. 402.
5) Cod. Goth. 402. *deesse.*
6) *esse* abest a cod. Goth. 402.
7) Cod. Goth. 402. *aerumnarum*

8) Cod. Bav. *tristitia.*
9) Cod. Goth. 402. *appetendae.*
10) *enim* restitui, quod Melanth. *.n.* scribere solet pro *nos*, quod mendose habet apographon. Text. impressus habet *autem*, ut etiam cod. Goth. 402.

obedientiam praestandam, communes causae considerentur, propter quas Deus universum genus humanum ac praecipue Ecclesiam subiecit aerumnis. Toleranda est igitur calamitas, quia Deo necesse est obedire, qui certo consilio sic oneravit[11]) ecclesiam, nec repugnandum est eius sapientiae et iustitiae.

2. *Dignitas virtutis.* Vicinus locus est proximo. Propter aerumnas non deficiamus, nec putemus, casu fieri humana, nec putemus, sine consilio Dei a materia[12]) tantum oriri mutationes rerum humanarum, nec faciamus unquam contra[13]) mandata Dei, elati secundis rebus, aut fracti adversis, sed Deum anteferamus et secundis et adversis rebus.

3. *Bona conscientia.* Levatio est miseriarum, etiam in Ethnicis, conscientia rectorum consiliorum[14]) et rectae voluntatis, sed multo magis in Ecclesia, ubi mens vere intuetur iudicem Deum, ut in psalmis dicitur; psalm. 43.: *si obliti sumus nomen Dei nostri et si expandimus manus nostras ad Deum alienum, nonne Deus requiret ista? Ipse enim novit abscondita cordium. Quoniam propter te mortificamur tota die.* Et Paulus inquit: *haec est gloriatio nostra, testimonium conscientiae nostrae.* Deinde etiamsi quaedam errata inciderint nos in ecclesia maxime scimus, multo maiores[15]) morbos et lapsus hominum esse, quam sapientia humana esse iudicat. Et scimus, tegi et sanari lapsus et errata in his, qui agnitionem, fidem et invocationem filii Dei retinent. Habuerunt magnos lapsus Moises, Aaron, David, Iosias, et innumerabiles alii, et tamen hanc consolationem tenuerunt, quam recitat Paulus ex Psal.: *beati, quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.* Confugiamus igitur ad filium Dei.

4. *Exempla.* In ecclesia maxime illustria exempla habemus, quae perspicue ostendunt, et voluntatem Dei esse ut similes efficiamur imaginis Christi, et simul nos de causis eius consilii erudiunt. Multa enim in his sunt liberationum[16]) testimonia, ut postea dicetur, et expresse scriptum est: *iudicium a domo Dei incipit.* Cum igitur totum illud pulcherrimum agmen mente intueris, filium Dei, Abel, Israhelitas in Aegypto, Ionathan, David, Esaiam, Ieremiam, Danielem, Baptistam, Apostolos et martyres olim, et nunc a Turcis et aliis crudelissime trucidatos, ne existimes, te abiectum esse a Deo, si similia patiaris.

5. *Collatio eventuum.* Nunquam res secundae sunt sine insolentia et sine multis vitiis; et, si sapientes et sancti non fuerunt moderati, quid minus sapientes et minus frenati timore Dei facerent, elati rebus secundis? Nec sanata essent Ecclesiae mala tali ἀναρχίᾳ in dissimilitudine et opinionum et voluntatum in Ducibus[17]). Commendemus igitur Deo constitutionem Ecclesiae, et petamus, ut ipse suae gloriae et hereditati opem ferat, et fateamur, res non posse geri[18]) humanis consiliis.

Hactenus recitati loci aliquo modo congruunt cum philosophicis. Nunc sequuntur alii, proprii Ecclesiae Dei extra et supra iudicia philosophica positi, ac immensa bonitate Dei in Evangelio[19]) patefacti, ac prolati ex sinu aeterni patris per filium. Sed quia fides in hominibus languida est, ideo his dulcissimis consolationibus minus moventur homines.

6. *Promissiones Dei*, quae affirmant Deo placere obedientiam in cruce, et promittunt auxilium et mitigationes in hac vita et liberationem post hanc vitam. Nulla creatura suo iudicio sine revelatione divina intelligit, se placere Deo in magnis miseriis; multo minus statuit, Deum adesse et velle opem ferre. Ideo divinitus promulgata est haec consolatio. Esaiae 57. affirmat Deus, *se habitaturum in afflictis invocantibus ipsum;* et psalm. 33.: *prope est dominus his, qui tribulato sunt corde;* et psalm. 49.: *invoca me in die tribulationis et eripiam te, et glorificabis me.* Et praecipue promissionem cogitemus, traditam iis, qui studia Evangelii foverunt et adiuvarunt. Teneatur igitur haec vera et efficacissima[20]) consolatio, nos non casu affligi sed sciente Deo; nec ideo affligi, ut pereamus, sed ut crescant in nobis poenitentia, fides, invocatio, agnitio praesentiae

11) Cod. Goth. 402. *oneravit totam.*
12) Cod. Goth. 402. *natura.*
13) Cod. Bav. *ulla.*
14) *recte factorum* cod. Goth. 402.
15) Cod. Goth. 402. *minores.*
16) Cod. Goth. 402. *liberationis.*
17) Pro *Ducibus* text. impr. *aliis.*
18) Cod. Goth. 402. *regi.*
19) Cod. Goth. 402. *in ecclesia per Evangelium.*
20) Cod. Bav. *effectissim*

Dei, ut salvemur iuxta illud: *Vivo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat.*

7. Ad promissiones accedant fides, invocatio, et spes auxilii et liberationis. Nec Ethnico[21]) more cogitemus: si sumus curae Deo, servabimur, etiamsi nec petimus nec expectamus[22]) auxilium; nec indulgeamus dubitationi; sed firmissime statuamus, mandatum Dei esse, ut ipsum invocemus, etiam in calamitatibus, ac petamus, et certo[23]) expectemus auxilium et mitigationem in hac vita, et vel[24]) in hac vita, vel post hanc vitam liberationem. Nec existimemus, hanc fidem et hanc invocationem et spem irritam esse; sed confirmemus nos promissionibus, ut: *quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Vult nos Deus acquiescere in sua promissione, ideoque nos exercet, ut haec fides in nobis accendatur et confirmetur, qua[25]) corda vere confugiunt ad Deum fiducia Mediatoris, et petunt et expectant bona et acquiescunt in Deo. Haec fides pacem efficit, de quo dicit Paulus: *pax Dei, quae superat omnem sensum, gubernet corda vestra.* Nec deficiamus a Deo etiamsi liberatio differtur; sed sentiamus ut Hiob: *etiamsi occidat me, tamen in eum sperabo.* Et tamen in hac vita quoque mitigat calamitates. Nam ut in psalmis dicitur: *non accendit totam iram suam, in hora misericordiae recordatur.*

8. *Haec omnia coniuncta*, obedientia, invocatio, fides, spes, fiunt gratiss. sacrificia Deo, ut in psalmo dicitur: *sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Item: *sacrificate sacrificium iustitiae, et sperate in Domino.* Et hic ad exempla redeamus. Cum filius Dei surrexit ex morte[26]), erit socia gloriae aeternae eius ecclesia; et sicut exauditi sunt patres, et mitigatae poenae Davidi, Ezechiae, Manassae et aliis innumerabilibus; ita et nobis mitigabuntur. Quia Deus non est acceptor personarum sed aequaliter omnes fugientes[27]) ad filium recipit, ut dicit filius: *venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, ego reficiam vos.*

9. †Magna consolatio et haec est, quod scimus, veram Ecclesiam Dei mansuram esse, etiamsi nos interficimur; sicut omnibus temporibus Ecclesiam sic servavit Deus, ut corpus servaret, etiamsi multa membra interfecta sunt. Vult enim conspici aliquorum confessionem; et horum confessio deinde prodest ceteris. Agamus igitur gratias, quod elegit ecclesiam, et nos in his regionibus quoque vocavit ad societatem aeternae hereditatis, quod dedit vocem evangelii, imo et promissiones de mitigatione aerumnarum corporalium; item, quod servat Ecclesiam omnibus temporibus; item, quod nunc inter haec pericula servat."[28]) Deinde, quod nos etiam erudiamur in hac afflictione et confirmamur, ne ruamus in Epicureas opiniones.

10. Collatio cum aliis securis, qui laetantur calamitate piorum, et in eos asperitatem exercent, et insuper acerbissimis sarcasmis eos excruciant. Melius est autem piis, in ipsa afflictione invocantibus Deum et confessionem edentibus; sicut scriptum est: *beati qui lugent. Non potest*[29]) *sibi homo sumere quicquam nisi sit ei datum desuper.* Item: *commenda Deo viam tuam et ipse faciet.*

P. Melanthon.

(Praefatio, quam Vitus Theodorus versioni germanicae horum locorum praemisit.)

Vorrede V. Dietrich.

Wer nicht weiß noch versucht hat, was Kümmerniß und Herzleid für ein böses Kraut sey, der wird diese und dergleichen andre gottselige und nütze Schriften für gering oder gar nichts achten. Denn gleichwie wir an uns erfahren, wenn der Magen ungeschickt und böse ist, da gilt es nit, wie gut, köstlich und gesund die Speise sey, ob dem Besten hat der Kranke gemeiniglich ein Grauen, und gelüstet ihn des Aergsten und Schädlichsten. Eben also ist es mit dem Wort Gottes auch, weil es für und für darmit zu thun hat, daß es lehre, un-

21) Cod. Goth. 402. *ex humano.*

22) Cod. Goth. 402. *petamus nec expectemus.*

23) Cod. Goth. 402. pro *certo* habet *ex corde.*

24) Sic cod. Goth. 402. Sed cod. Bav. *mitigationem etiam*, omissis: *in hac vita, et vel.*

25) Cod. Goth. 402. *ut.*

26) Cod. Goth. 402. *resurrexit a morte.*

27) Cod. Goth. 402. *confugientes.*

28) Verba: *Magna consolatio — — pericula servat*, omissa sunt in libro impresso et cod. Goth. 402., qui sub num. 9. nihil nisi haec habet: „*Interea etiam gratiam agamus Deo pro datis promissionibus, pro servata ecclesia, pro aliqua parte mitigationis, et pro hoc beneficio, quod enitimur in hac afflictione, et confirmamur, ne ruamus in epicureas opiniones.*

29) Haec ultima non leguntur in codice Goth. 402. nec in cod. Bav.

terrichte, tröste, und die schläfrigen kalten Herzen aufmuntere und erwärme, ist doch solches alles umsonst, und wie eine ungeschmackte Speis, wo nicht die Herzen Noth versucht, und durch die Anfechtung gleich hungerig und hellig sind worden, wie das Sprüchwort lautet: der Hunger sey der beste Koch. Nun fehlt es aber in der Wahrheit jetzund nit am Kreutz und Anfechtung; es sind sein alle Länder und Städte, ja auch alle Häuser und Winkel voll und übervoll, wenn wir nur die Augen recht aufthun, und unsern Schaden, so allbereit vor Augen und mit der Zeit sich baß wird hervorthun, recht anschauen und beherzigen wollten. Denn da kann kein Christ vorüber, er muß zum allerersten bekennen, daß Gott heftig über die arge, undankbare Welt, und sonderlich über uns Deutschen erzürnt sey, und wir die gemeine Straf, so diese Zeit her in viel Wege ergangen, wohl verdienet, und ein jeder für seine Person in seinem Amt und Stand redlich dazu geholfen hat. Was für Unrath die Kriegsläufe mitbringen, wissen wir leider allzuwohl; denn der Schmerz ist noch neue. So ist, wie zu besorgen, Gottes Zorn noch nit gestillet, weil so gar keine Buß folget. Da nun sonst gemeiniglich jedermann nur des Leibes und Guts Schaden bedenket, und sich darum bekümmert, müssen wir eines größern und ärgern uns besorgen. Denn was der Satan im Sinn habe, können wir eigentlich wissen. Er ist ein Mörder, darum zerreißet er weltliche Regiment, und richtet Blutvergießen an. Aber er ist auch ein Lügner, darum sucht er, wie durch Krieg und Unfried die Kirchen zerrissen, die Schulen zerstöret, die reine Lehr verloren oder gefälscht, die Haus- und Kirchenzucht geschwächt, und allerlei Unordnung angerichtet werde. Wo nun solches seinen Fürgang gewinnet, und, wie es in Kriegsläuften pflegt, die Jugend frech, wüste und wild wird, und der rechte Gottesdienst und reine Lehre dahinten bleiben, was wollen unsre Kind und Nachkommen haben und behalten? Das Größte, Edelste und Beste, der ewige Schatz, der einige Weg zum Leben ist dahin. Und obgleich, welches doch unmöglich, zeitlicher Friede bliebe, so ist es doch nit zu hoffen, wo das Wort weg ist, daß man Frieden oder andre Gottesgaben wohl könnte brauchen, und nit zu größerm Unrath müßte Ursache geben.

Derhalben sollten wir in diesen Zeiten der gründlichen Ursach solches zeitlichen und ewigen Unraths, welchen der Satan begehrt anzurichten, uns erinnern, und Hülf und Rath an dem rechten Ort suchen, da mans gewiß finden kann und allein suchen soll, nämlich bei Gott und seinem seligmachenden Wort, durch rechte Buß und ernstes Anrufen, daß Gott um seines Sohnes Christi Jesu, und seines lieben Worts willen, die Ruthe aus den Händen legen, sich in Gnaden wieder zu uns kehren, und seiner Kirchen Frieden, sonderlich aber der weltlichen Obrigkeit guten Rath und selige Regirung verleihen wolle. Aber wie man siehet will leider niemand hinan. Etliche gedenken durch menschliche Weisheit, Vernunft und Anschläge sich zu heilen; etliche suchen Rath bei irdischem Gewalt, Macht, Gut und Geld; etliche, unangesehen alles Jammers und Unraths, so durch Gottes Zorn über uns verhänget, behelfen sich noch mit Untreue, Falschheit, argen Listen und andern Untugenden und bösen Stücken. Derhalb müssen für und für Aenderung in den Regimenten und andre Strafen folgen, wie wir leider nur zu viel erfahren.

Da platzt denn der gemeine Mann zu, der ist liederlich und mit Worten und Gedanken sehr leichtfertig. Darum schallet und schreiet er in den Haufen von denen Sachen, deren er weder Bericht noch Verstand hat, weiß wenig, wo es lieget oder hänget, ich geschweige, daß er bedenken sollt, wo hinaus eines jeden Anfangs Ende gehen mußte; was ihm in das Maul kommt, da plumpet er mit heraus, ohne weiteres nützlichers Nachgedenken, zerträget sich mit neuen Zeitungen, nach denselben fragt und forschet er, legt darnach hinzu nach seinem närrischen Kopf, was ihm bedünket. Das ist jetzund fast der Brauch in aller Welt, und sonderlich in den Handelsstädten; darum ist solches nit zu wundern, daß solche geheliche [jählinge] Aenderung erfolgen, und die Läuft sich so wunderlich verkehren, und die Leut ganz und gar so irre werden, und ein recht mobile vulgus bleiben, das hin und wieder fleugt und schwebt, und weder Verstand noch Bestand in solchen wichtigen Sachen hat.

Daneben ist das kleine Häuflein, der frommen Christen Versammlung, deren niemand Acht hat, die sehen Gottes Zorn und der argen Welt unbilliges Vornehmen, laufen den Zeitungen nit also nach, und ist ihnen leid, daß sie so viel müssen hören, wollten lieber, wo sie Standes und Amts halben könnten, in einem wilden Wald dieweil seyn, seufzen aber und schreien für und für zu Gott, daß er sich unsrer erbarmen, sein Wort unsern Kindlein und Nachkommen erhalten, und des Satans und der argen Welt Vornehmen und Willen brechen wolle, regiren dieweil sich und die Ihren nach Gottes Wort und Befehl, und verhüten, wo sie können, öffentliches Aergerniß. Diese sinds, welchen Christus sagt: fürchte dich nit du kleines Häuflein, denn es ist des Vaters

Wohlgefallen, euch das Reich zu geben, das ist, ob ihr gleich in der Welt in so großen Aenderungen der Regiment, Unruhe, Kümmerniß und Schaden für und für müßt leiden, laß gehen! solches soll und muß in der Welt Reich seyn, welches ein Sündenreich ist. Aber mein Vater will euch in ein besseres Reich einsetzen; da sehet und gedenket hin, und befehlt das Uebrige Gott, euerm Vater im Himmel, der weiß, wer sein ist, und niemand wird ihme dieselbe entziehen noch abdragen [abbringen?].

Diesen ist auch diese kurze, aber doch tröstliche und sehr nützliche Schrift in deutscher Sprach gedruckt, welche in Latein Herr Philippus Melanchthon gestellt haben soll, wie denn auch das Werk seinen Meister anzeiget *). Denn eigentlich hierin nichts vergessen, sondern durch einen artigen gewissen Weg erforschet und vermeldet ist alles dasjenige, so ein bekümmert angefochten Herz trösten kann und mag. Und hätte je diese Schrift nit dahinten bleiben, oder von wenigen gelesen werden, noch die christliche Kirche in gemein deren mangeln sollen. Es nehme nun die Sachen, belangend Land und Leute, und einem jeden insonderheit, zu Herzen, und bedenke, wie es jetzund allenthalben stehe, und empfind der Noth, suche auch Hülf, und rathe wer kann und wolle. Denn Gott, der gnädig Herr, lässet ja noch seiner Gnaden und Güte Glanz erscheinen zu diesen betrübten Zeiten, und uns allerlei tröstliche und nützliche Erinnerung zukommen. Wenn die Berge ins Meer sünken, singt der Psalm, fürchten wir uns nit, wenn gleich die Welt unterginge, denn Gott ist unsre Zuversicht und Stärke. So fallen nun die Leute und Regiment auf Erden in und durch einander, wie es Gott verhängt; dennoch bleibt die heilige Stadt, darinnen unser Herr allmächtiger Gott wohnet, und die schönen Brünnlein seiner christlichen heilsamen Lehre aufquellen, seinen armen Schäflein zur Labsal und Erquickung. Derselbige gnädige Gott und Vater alles Trosts, wolle sich unser erbarmen, gnädigen Frieden geben, sein Wort uns erhalten, und alle bekümmerte angefochtene Gewissen und Herzen mit seinem heil. Geist um Christi Jesu seines Sohns willen trösten, Amen. Amen.

No. 3835. **10. Apr.**

Cruciger ad Academicas.

Scripta publ. Acad. Witeb. T. I. p. 186.

Rector Academiae Casparus Cruciger D.

Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi, conditor omnium rerum, singulari beneficio in Ecclesia certos ritus πάσχατος servavit, inde usque ab exitu Israelitarum ex Aegypto hactenus tria millia annorum et annos sex et quinquaginta. Vult enim cognosci et celebrari mirandum consilium reconciliationis factae per filium suum, dominum nostrum Iesum Christum, quem voluit pro nobis fieri victimam μεσίτην καὶ ἱκέτην. Nec tantum in terris celebratur Paschatis memoria, sed multo maiore frequentia et laeticia coelestis Ecclesia universa hodie convenit ad ducem suum, filium Dei, λόγον καὶ εἰκόνα ἀϊδίου πατρός, et gratias ipsi ac patri aeterno agit, intuetur in luce patris omnes causas, cur decretum sit, hoc modo liberandum esse genus humanum, et simul nos complectitur suis votis. Orat iam, ne pascha deleatur in terris, ne doctrina extinguatur, et petit, servari ac defendi has nostras Ecclesias, quaerentes et amantes veritatem. Adiungamus ergo nos ad huius Ecclesiae aeternae societatem, et cum ea gratias agamus Deo aeterno patri, et filio eius, domino nostro Iesu Christo, pro admiranda liberatione facta per filium, et petamus veris gemitibus ac votis, ut nunc defendat ac regat has Ecclesias, nec sinat inter nos extingui lucem doctrinae. Ipse est καρδιογνώστης. Scit, nos simplici studio quaesivisse veritatem. Nunc oremus, ut suo auxilio testetur, hanc esse suam veritatem, quam docemus, et opem ferat ipsi periclitanti doctrinae, quia Dei opus est, servare veritatem. Et filius Dei revixit ex morte, ut destruat opera diaboli. Nunc igitur etiam ardentibus votis oramus filium Dei, ut reprimat diabolum, molientem parricidia Ecclesiarum nostrarum, et conantem mendaciis idola restituere. Ad te, Iesu Christe, fili Dei, crucifixe pro nobis et resuscitate, confugimus, te invocamus cum universa Ecclesia coelesti iam tecum Pascha celebrante, et precamur, ut Ecclesiam huius oppidi et harum regionum serves, defendas ac regas. Hortamur autem magistros et scholasticos, qui adsunt, ut laetentur cum societate totius Ecclesiae in celebrando paschate, et nobiscum coniungant gemitus et preces, declarent etiam hanc suam pietatem significatione aliqua erga Evangelii ministros. Datae die Paschatis, anno 1547.

---

*) Propter bellum germanicum tum flagrans, Vitus non potuit certior fieri de ea re per literas, quas alioqui Melanthoni scripsisset.

No. 3836. 10. Apr.

Testimonium.

Manlii farrag. p. 393 sq. — Apographa in cod. Goth. 19. p. 19. et in cod. Monac. 89. No. VI. p. 87.

S. D. Omnibus lecturis has literas.

Cum doctrina vitae necessaria, lumen [1]) sit a Deo sparsum [2]) in genere humano immensa bonitate, nec conservari sine divina ope possit: Oremus eum, ne bellis et aliis hominum furoribus deleri suum beneficium sinat: sed ut accendat doctrinae amorem et studia in multis, et det eis tranquilla hospitia, ut ipse vere agnoscatur et celebretur. Cum hic doctus vir [3]) *Sebaldus Munsterus* (natus patre Norinbergensi, doctore Iuris, qui in Academia Vitebergensi fideliter didicit [4]) Iurisconsultorum doctrinam) quaerat hoc [5]) tempore Academiam in regione tranquilla [6]): dedi ei testimonium, ut aditum ad gubernatores studiorum in aliis Academiis habeat faciliorem. Pater vir integerrimus fuit, ac leges didicerat non tantum ut ea arte paci publicae serviret: sed simul etiam ut [7]) illam [8]) iustitiae normam in regendis suis moribus sequeretur. Et adiunxerat ad civilia studia cognitionem doctrinae coelestis, ac vera pietate Deum colebat. Quare [9]) liberos recte erudiri curavit. Cumque in hoc Sebaldo natura sit placida, et boni mores sint, et indoles omnis [10]) doctrinae capax: spes est [11]), Deo iuvante, patris virtutem imitaturum esse. Iamque adolescens didicit Latinam linguam, et initia Philosophiae, et summam doctrinae Ecclesiasticae: seque parat [12]), ut olim Ecclesiae Dei in ministerio Evangelii necessario serviat. Quare omnes bonos viros oro, ut eum propter patris memoriam, propter bonos ipsius mores, et piam in studiis voluntatem amanter complectantur. Erit familiaritas eius omnibus, propter modestiam et integritatem ipsius, grata [13]) et suavis. Spero etiam Dei benignitatem maiorem erga hunc *Sebaldum* et fratres futuram esse, propter eximiam eius *) pietatem, ut scriptum est: Generationi rectorum benedicetur, quae sententia veteri versu praeclare expressa est:

εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λῷϊα, δυσσεβέων δ' οὔ.

Datae Vitebergae, Anno 1547, die Paschatos, quod fuit ab exitu Israelitarum ex Aegypto Pascha 3056. Tot annos continuo cum servarit Ecclesiam Deus mirandis modis, speremus et deinceps servaturum esse.

Philippus Melanthon
manu propria.

Aliud.

Didicit adolescens *Leonardus Munsterus* Latinam linguam, et ad caeteras Philosophiae partes mathemata adiunxit: ac feliciter didicit doctrinam de motibus et effectibus siderum: cuius cognitio non solum dulcis, sed etiam vitae hominum utilis est. Praeparat autem se ad artem medicam. Interea et veram agnitionem Dei ad caetera studia addidit: cum quidem et paterna institutione ad pietatem assuefactus sit, et vestigia Dei in natura videat, quorum consideratio in philosophia bonas mentes ad quaerendum Deum exuscitat. Quare, etc.

1) *lumen* deest cod. Monac. 89.
2) Cod. Monac. 89. *sparsa.*
3) *doctus vir*] cod. Monac. 89. *adolescens.*
4) Cod. Monac. 89. rectius: *docuit.*
5) *hoc*] cod. Monac. 89. *in hoc.*
6) Cod. Monac. 89. *tranquilliore.*
7) Cod. Monac. 89. *simul ut et.*
8) Cod. Monac. 89. addit: *etiam.*
9) Cod. Monac. 89. addit: *et.*
10) *omnis* deest cod. Monac. 89.
11) Cod. Monac. 89. addit: *eum.*
12) Cod. Monac. 89. *praeparat.*
13) Verba: *et integr. ips. grata*, desunt cod. Monac. 89.

*) *eius*] cod. Monac. 89. *parentum.*

No. 3837. 10. Apr.

Testimonium.

† Ex apographis in cod. Monac. 88. No. IV. p. 63b. et in cod. Monac. 90. No. VII. p. 342b.

„*Testimonium Udalrici Sitzing, Wormaciensis*" [1]). *Omnibus lecturis has literas*

S. D. Verum est, sua quemque virtute maxime se commendare bonis et prudentibus viris. Et in *Ulrico Sitzinger* Wormaciensi [2]) adeo multa sunt ornamenta, ut non dubitem, honestos et doctos viros ultro et privatim eum complexuros esse, et ingresso in ea studia, quae duces fore ad rempublicam speramus. Nam et natura est amans virtutis et veritatis, moderatus et gravis, et ad natu-

1) Cod. Monac. 90. *Sitzingeri Noribergensis.*
2) Cod. Monac. 90. *Noribergensi.*

rae bonitatem adiunxit ipse cognitionem linguae latinae et graecae, et omnium partium philosophiae, praecipueque elaboravit in dulcissima doctrina de motibus et effectibus coelestibus, quorum consideratio cum propter alias causas vitae utilis est, tum eo grata est bonis mentibus, quia ordo motuum illustre testimonium est, hunc mundum non casu extitisse, sed a mente aeterna architectatrice mirando consilio conditum esse. Ethicen etiam studiose didicit, non eo tantum, ut ad iuris doctrinam se praepararet, sed multo magis ut in regendis moribus se ad philosophicam moderationem assuefaceret, et illam suavitatem efficeret, dignam homini docto et virtutem intelligente, de qua dictum est ὡς ἡδὺ συνέσει χρηστότης κεκραμένη [3]). Inchoavit autem et iuris studia, et, quia scit homines ad agnoscendum et celebrandum Deum conditos esse, et veram de Deo doctrinam non alibi nisi in Ecclesia, quae prophetarum et apostolorum monumenta retinet, quaerendum esse, quae testimonia patefactionis divinae recitant, pie didicit illam doctrinam Ecclesiae catholicae et orthodoxae, et Deum colit fide et bonis moribus, eumque recte invocat fiducia mediatoris Christi Iesu domini nostri. Et ab omnibus fanaticis et seditiosis opinionibus abhorret.

Etsi igitur boni viri, cum animadvertent, *Ulricum* his virtutibus praeditum esse, suo eum iudicio complectentur et ornare studebunt, tamen has ei literas dedi testes et benevolentiae erga ipsum meae, et iudicii, quae fortassis aditum ei ad aliquorum amicitiam patefacient. Nam postea propter suam virtutem et diligetur, et dignus optimi cuiusque benevolentia iudicabitur, et viri prudentes ad rempublicam eum provehent. Oro autem Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut hunc *Ulricum* servet incolumem, et cum ad rempublicam eum traduxerit, consilia eius gubernet, ut sint ipsi et civibus salutaria. Datae Wittenbergae anno 1547. Die fausto, quo memoria celebrabatur admirandae resurrectionis filii Dei ex morte [4]), ac pascha celebrabatur 3056 [5]) inde usque ab exitu Israelitarum ex Aegypto.

Phil. Mel.

3) In cod. Monac. 90. verba *de quo dictum* etc. non leguntur.
4) i. e. d. 10. Apr.
5) In cod. Monac. 88. scriptum fuit, sed iterum deletum: 3056.

No. 3838. 10. Apr.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. No. IV. p. 123.

Omnibus lecturis has literas

S. D. Pacem inquit Euripides amicam esse Musis. Nos experimus, non solum eis amicam, sed etiam necessariam esse. Videmus enim magno cum dolore Academias, quae aliquandiu inprimis floruerunt universae philosophiae et ecclesiasticae doctrinae et Iuris studiis, in hoc bello dissipari. Oramus autem Deum aeternum patrem domini nostri I. C., pacis authorem, ut et pacem Germaniae restituat, et servet ad posteritatem Ecclesiam, lucem doctrinae et disciplinam. Cum autem iam dissipatis Academiis hic *Samuel Siczinger* Wormaciensis, in patriam, quod faustum et foelix sit, rediturus esset, dedi abeunti has literas, ut testimonium de suis moribus et studiis haberet. Natura amans est iustitiae, veritatis et candoris, et semper honeste vixit. Philosophiae Elementa recte didicit; postea inchoavit et iuris studium. Ad haec addidit doctrinam Ecclesiae catholicae de Deo, ac recte invocat Deum in agnitione et fiducia filii ipsius domini nostri I. C., et pietatem suam erga Deum integritate morum et vera obedientia in officiis, quae Deus praecepit, declarat, et abhorret ab omnibus fanaticis et seditiosis opinionibus. Quare omnibus bonis viris hunc *Samuelem* tuendum et ornandum commendo. Quod vero in brachio vulnus accepit, id nulla ipsius culpa accidit; sed homo importunus ex insidiis eum adortus, non solum contra Academiae leges, sed etiam contra ius gentium, cum a Samuele nec laesus nec provocatus esset, statim caput eius gladio petivit, quod cum inermi brachio tegeret, magnum vulnus in cubito accepit. Estque re iudicata protinus ex Academia eiectus. Sed Dei iudicium severius et tristius fuit. Nam ille ipse Prutenus, cum in Academiam Francofordianam migrasset, paulo post hoc delictum, in alia rixa interfectus periit, quod non eo recito, ut mortuo calamitatem exprobrem, sed quia providentiae divinae testimonium est, congruens cum hoc dicto: *qui gladium acceperit, gladio peribit.* Cum autem in hoc periculo *Samuel* vere Deo protegente servatus sit, gratias Deo agat, et petat, ut deinceps etiam regat universum vitae curriculum. Quod ut sit salutare ipsi et reipublicae ego quoque ex animo opto. Datae

Wittenbergae anno 1547 die Paschatis, quod fuit inde ab exitu Israelitarum ex Aegypto pascha 3056.
Philippus Melanthon.

No. 3839. 10. Apr.

Testimonium.

† Ex apographis in cod. Monac. 90. No. VII. p. 87. et cod. Monac. 88. No. IV. p. 349.

Leonardi Stigleri testimonium. Omnibus lecturis has literas Ph. M.

S. D. Etsi omnibus aetatibus magni fuerunt, sunt et erunt motus imperiorum, propter hominum scelera et furores, tamen Deus collegit sibi Ecclesiam aeternae vitae sociam, inter hos tumultus semper servavit, et serviturus est agmen aliquod, in quo sonat vox evangelii, et lux, vera Dei agnitio, invocatio et studium Deo obediendi. In eo agmine necesse est, esse aliquos literarum custodes, doctores, et discipulos; et, ut coli studia doctrinae possint, aliquantisper tranquillitatem, tanquam Halcyonia alias aliis locis Deus concedit. Praecipit etiam omnibus hominibus, ut studiosos doctrinae coelestis foveant et tueantur, et pro eo officio praemia reddit. Quare omnes honestos viros oro, ut hunc nostrum auditorem, *Leonhardum Stiglerum*, natum in oppido Bavarorum *Neuenmark*, amanter complectantur et iuvent. Cum enim diu in Academia nostra honestissimis fratribus *Sitzingeris* serviret, ingenium, mores et studia eius inspexi et saepe consideravi, ac comperi in eo modestiam, integritatem fidei, diligentiam in omni officio eximiam. Et optimos mores eruditione ornavit. Didicit latinam linguam et elementa philosophiae studiose, ut usus eius in scholis esse possit non solum in Grammatica, sed etiam in Arithmetica et elementis astronomicis, quae etiam fabricatione machinarum illustrare potest, qua in re singularem habet dexteritatem. Ad haec studia omnia adiunxit cognitionem doctrinae de Deo, quae sonat in Ecclesia, ac Deum recte invocat in agnitione et fiducia filii ipsius, domini nostri Iesu Christi, et suam pietatem erga Deum cum obedientia in omnibus officiis a Deo praeceptis declarat. Utile est autem reipublicae et Ecclesiae provehere tales adolescentes, qui et modesti sint, et recte eruditi, et ad pacis studium dulciori doctrina assuefacti. Et cum alioqui pium officium sit et Deo gratum, hospites innocentes tueri et iuvare, multo magis erga scholasticos hospites praestare humanitatem et liberalitatem decet, qui nunc exulum et supplicum more passim hospitia quaerentes vere sunt ex eo numero, de quo Homerus dicit: ζεῦς ἐπιτημήτωρ ξεινών γε etc. Datae Wittenbergae die faustissimo, quo celebratur memoria resurrectionis filii Dei ex morte. Anno a natali Christi 1547., quo anno celebratum est pascha 3056. inde usque ab exitu Israelitarum ex Aegypto.

No. 3840. 10. Apr.

Barth. Schallero.

Epist. lib. II. p. 479. (ed. Lond. lib. II. ep. 509.). — Apogr. in cod. Goth. 191. p. 25.

Dem Ehrbaren und Fürnehmen Bartholomaeo Schaller, Bürger in Buchholz, meinem günstigen und guten Freunde [1].

Carissime D. Bartholomaee. Et ego recens filiam amisi procul a nostro complexu mortuam in Prussia, matrem quinque liberorum [2]), in qua multae virtutes fuerunt. Quare vestram lugubrem epistolam accepi, cum animus meus antea luctu domestico excruciaretur. Auxit mihi tamen dolorem vestra calamitas. Sed quaeramus firmas et veras consolationes humanarum miseriarum! Sciamus [3]), quare Ecclesia onerata sit cruce; sciamus [3]) etiam discedentes ex hac mortali consuetudine in invocatione vera filii Dei transferri ad aeternam Ecclesiae coelestis [4]) societatem, quo brevi nos quoque perventuros esse speramus, et optamus, ubi rursus complectemur in coetu prophetarum et apostolorum et sanctorum matronarum nostros. *Beati mortui, qui in domino moriuntur*, hoc praesertim tristi tempore, cum in patria civile bellum propter horrendam iram Dei accensum est, quam utinam Deus mitiget! Filium *Isaac* retinete diutius apud vos. Alter filius si vult militare, concedite. Nam labor militiae domabit eius [5]) ferocitatem, si

---

1) Sic cod. Goth. 191. Sed Peucerus tantum: *Bartolomaeo Schallero.*
2) Annae, Magdalenae, Barbarae, Catharinae et Alberti.
3) Peuc. in utroque loco *scimus.*
4) *coelestis*] cod. Goth. 191. *Christi.*
5) *eius*] cod. Goth. 191. *ipsius.*

in eo sunt aliqua virtutis seminaria [4]). Bene et feliciter valete. Die festo Paschatis, quod fuit ab exitu Israel ex Aegypto pascha 3056.

No. 3841. 10. Apr.

Isaaco Schallero.

Epist. lib. II. p. 481. (ed. Lond. lib. II. ep. 511.). — Apographon in cod. Goth. 121. p. 26.

D. Isaaco Schallero † *amico suo in Buchholz*",

S. D. Charissime *Isaac*, Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi conditor omnium rerum, indidit hominum mentibus στοργὰς, quae parentum et natorum animos inter se aeterno amore et foedere copularent. Miranda et ingens vis amoris in matre tua fuit erga te; Imo quid fuisse dico? Adhuc flagrat et flagrabit in omni aeternitate materna benevolentia erga sobolem. Quare vicissim pietatis est tuae, desiderio et dolore adfici propter honestissimae matris interitum. Sed consolationes interea eas etiam cogitato, quae divinitus de futura consuetudine coelestis Ecclesiae traditae sunt. Rursus te mater inter caeteras pias matronas, complectetur, et gratulabitur sibi non solum natos esse filios, sed etiam ad agnitionem Dei et veram invocationem adsuefactos doctrina. Hac consolatione lenito *) moestitiam, et patri studeas esse voluptati, eiusque dolorem omnibus officiis et suavitate tua minuito. De Academia scito nondum huc convenisse lectores aut coetum Scholasticum, differes igitur reditum, et Deum nobiscum veris votis precaberis, ut piam et salutarem pacem restituat. Bene et feliciter vale. Die festo Paschacatis, quod fuit post exitum Israeliticum ex Aegypto Pascha 3056.

No. 3842. 10. Apr.

Georgio Anhaltino.

Manlii farrag. p. 320. Epist. lib. III. p. 37. (ed. Lond. lib. III. ep. 12.). Apographon in cod. Lang. p. 4.

Illustrissimo et Reverendissimo Principi ac Domino, Domino Georgio Principi in Anhalt et Ascania, etc. Coadiutori Ecclesiasticae Gubernationis in Mersburg, etc. Domino suo clementissimo,

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps. Hoc anno celebratur Pascha 3056. inde usque ab exitu Israelitarum ex Aegypto. Tot seculis servavit Deus Ecclesiam suam, et Ecclesiae vocem de Filio Dei, et vero agno, mirandis modis, et servabit deinceps. Quare etiamsi quid patiendum sit, expectemus auxilium Dei.

Literas has dedi *Valentino* Gubernatori Scholae *Servestanae*, viro docto et gravi, qui se offert ad ministerium Evangelii in Ecclesiis vestrae dioecesis. Usus eum erudiet, etiamsi hactenus raro concionatus est in Templis. Sed aetatis et eruditionis et bonorum commendationem habet *). Bene et foeliciter valete. Datae in feriis Paschatis, Anno 1547. Celsitudinis vestrae

addictissimus P. M.

No. 3843. (eod. t.)

Ant. Musae.

Edita a Ballenstadtio, I. ep. 9. e cod. Lang. p. 19. — Apographa in cod. Monac. 66. p. 14. et in cod. Paris. D. L. 54[b].

Rev. viro D. Antonio Musae, docenti Evangelium in Ecclesia Mersburgensi, amico suo cariss.

S. D. Reverende domine Antoni. Illustrissimus et Reverendissimus princeps *Georgius* voluit indicari aliquos idoneos ad Evangelii [1]) ministerium. Cum igitur intellexissem hunc *Valentinum*, gubernatorem scholae Servestanae [2]), doctum et gravem virum, Ecclesiae Dei in templis servire velle, dedi ei literas ad Illustriss. principem et ad vos. Aetas eius, eruditio et morum gravitas conveniunt sanctissimo ministerio. Hactenus in scholis grammaticis bonam navavit operam: ideo timidius [3]) accessit ad concionandum, sed usus eum erudiet, et ei animum addet [4]). Deus gubernet eum et re-

---

4) Cod. Goth. 191. *semina.*

*) Cod. Goth. 121. *len*

*) Manl.: *Sed est aetatis et eruditionis mediocris et bonorum commendationum gratia bene munitus.*

1) Ballenst. *evangelicum.*

2) *Servest.*] cod. Paris. *nostrae.* Vid. de illo ep. antecedens ad Georgium Anhalt. Cod. Monac. 66. *Servestae.*

3) Cod. Lang. *timidus.*

4) Cod. Monac. 66. *reddet.*

stituat Ecclesiis tranquilla hospitia. Mitto tibi psalmum recens apud nos editum. Quid aliud facere nunc possumus quam quod aut rex Iosaphat: cum nescimus quid sit agendum, ecce oculi nostri [5]) ad te [6]) respiciunt. B. et feliciter vale [7]).

No. 3844. 16. Apr. (Servestae.)

P. Ebero.

Manlii farrag. p. 359 b. Epist. lib. II. p. 170. (ed. Lond. lib. II. ep. 159). Apogr. in cod. Goth. 401. p. 4.

D. Paulo Ebero

S. D. Saepe multumque cogito περὶ τῆς θέσεως, de qua nobiscum non disputat, sed Sycophantiis certat ille τῶν μαργιτῶν vates. In qua cogitatione, quoties intueor matrem dimicantem pro liberis, prorsus acquiesco. Fingant, cavillentur, quaerant praestigias ut volent μαργῖται; omnes illae futiles cavillationes eliduntur cogitatione maternae et paternae στοργῆς. Sed illi vocem sonant parricidae *Cain*, τί μοι μέλει ἀδελφοῦ. Omittamus igitur illos Sycophantas, et speremus a Deo auxilium, cui curae sunt tuus *Paulus*, et tua *Helena*, quae ipso nomine te admonet Deum esse: חֵיל עָנִים *). Expecto *Christophorum Pannonium* et Doctorem *Wenceslaum*, quibus omnia fausta precor. Gaudeo virum doctissimum et omnibus virtutibus ornatum *Iohannem Aurifabrum* ad honestissimam coniugem et sobolem reversum esse incolumem, quem opinor me defensionis iure ὁμόψηφον habere, intuentem suos. Scripsi epistolam περὶ ἀρχαιρεσίας **), qua, si libet, utamini. Ridebimur a Iurisconsultis, quod adhuc speramus nostram *Sareptam* mansuram esse. Sed Deum oro ut eam defendat. Bene vale. † 16. April. 1547. Servestae." (Manl.)

Nr. 3845. (16. Apr.)

C. Crucigero.

Epist. lib. III. p. 161. (ed. Lond. lib. III. ep. 85.). Apographa in codd. Goth. 191. p. 57., et 401. p. 28 b.

5) *nostri* cod. Paris. non habet.

6) Cod. Lang. *ad te*, *Deus*.

7) Ball. addit: *a.* 1547.

*) Cod. Goth. 401. חיל, Peuc. אל, Manl. praetermisit.

**) Electione Rectoris Academ. Vid. epist. seq.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Casparo Crucigero, Doctori Theologiae, amico et fratri suo carissimo,

S. D. Etsi sapienter inquit vir fortissimus apud Homerum [1]): ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ: tamen non possum non retro respicere ad causam [2]) aerumnarum nostrarum, idemque aliis multis accidere existimo. Ac plus aliquanto causarum cogitatione cruciantur animi quam ipsis eventibus. Sed hunc dolorem etiam ferre discamus, et a Deo petamus mitigationem aerumnarum.

Bucerus singulari consilio, ut ratiocinor, suam civitatem nobis purgat. Scio, omnes spes illi pependisse a *Macedone* [3]), qui postquam ἔπτηξε, ἀλέκτωρ δούλιον [4]) ὡς κλίνας πτερόν, "numquam dubitavi, eam † praesertim civitatem" abiecturam clypeum et hastam. De mittendo gubernatore studiorum ad montem Carpathum, scito [5]) *Erasmum* medicum suam operam offerre, qui tamen prius isthic cum doctoribus medicinae deliberabit. Si alius erit mittendus, † *Cratoni*" censeo deferendum [6]) id [7]) negotium. Ille, qui nunc est in patria, eum iudico [8]) idoneum esse, et ipse sibi et reipublicae plus profuturus esset in eo munere, quam in politicis [9]) disputationibus quas appetivit [10]).

De *Alesio* nihil agi nunc [11]) potest. Scripsi qualemcunque epistolam περὶ ἀρχαιρεσίας" [12]), ut voluisti [13]), quam legito, et, si placet, utere. Ridebimur a Iureconsultis, quod speramus, mansuram esse nostram Sareptam. Sed Deus potest nos servare. B. V.

1) Vid. Hom. Ilias *T.* 65.

2) Cod. Goth. 401. *causas*.

3) Pez.: *a N.*

4) Cod. Goth. 191. *δουλεν*; cod. Goth. 401. *δούλον*, mendose.

5) Pez. *scio*.

6) Cod. Goth. 191. *defendendum*.

7) *id*] cod. Goth. 191. *esse*.

8) Sic cod. Goth. 191. — Sed Pezelius habet: *id negotium illi, qui nunc est in patria. Et iudico.*

9) Cod. Goth. 191. *Italicis*. Fortasse: *aulicis*.

10) Totus locus: *De mittendo gubernatore — — appetivit*, in cod. Goth. 401. praetermissus est.

11) *nunc* abest a cod. Goth. 191.

12) i. e. de eligendo Rectore Acad.

13) *ut voluisti* codd. non habent.

No. 3846. 17. Apr.

Doctoribus Academiae Witteb.

Scripta publ. Acad. Witt. T. I. p. 187. — Apographon in cod. Goth. 401. p. 29. — In scriptis inscribitur: „*Epistola Rectoris missa ad collegas absentes.*" Rector Academiae illo tempore erat Cruciger. Sed ex epistolis ad Eberum et Crucigerum d. 16. Apr. h. a. intelligitur, Melanthonem hoc scriptum concepisse.

Rector Academiae Vitebergensis S. D. omnibus Doctoribus et Magistris, qui doctrinam Ecclesiae et vitae necessariam in Academiam docent. (Inscr. in cod. Goth.)

Clarissimi et doctissimi viri, amici et collegae carissimi. Cum Paulus Apostolus dicat, universam naturam rerum gemere et parturire cum Ecclesia Dei, necesse est, multos simul in Ecclesia magnorum dolorum sensu affici, quorum veras causas et efficacia remedia ostendit non humana sapientia sed doctrina coelestis. Ac nos quidem nunc in tantis nostris et Ecclesiae periculis duriter excruciamur; sed gemitus nostros et lacrymas ac doloris causas videt exauditque Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi, qui propter filium, qui pro nobis supplex est aeterno patri, mitigabit aerumnas et in ira misericordiae suae recordabitur.

Cumque [1]) nos cogitatione doctrinae coelestis sustentari et servari velit, studia doctrinae etiam non prorsus extingui sinet, quae quidem et in iis locis servabit, ubi vox sonat verae doctrinae. Quanquam autem multi horribiliter irascuntur nostro oppido, tamen hactenus Deus ibi servavit vocem suae doctrinae et scholae reliquias. Quare et ipsi eas non deseramus, donec Deus facultatem aliquam nobis [2]) conveniendi concedet [3]), praesertim cum adhuc multae gentes de magnis rebus nostrae Ecclesiae iudicia intueantur. Cum igitur instet tempus eligendi Rectoris de more, etsi inter arma et in tam tristi bello hae deliberationes intempestivae videntur, tamen [4]) quia de necessariis quibusdam negotiis deliberandum est, velim aliquam frequentiam esse nostri consilii, vosque adhortor, ut, quod faustum et felix sit, in oppido nostro ad Calendas Maii ad Electionem Rectoris et ad [5]) alia quaedam negotia conveniatis. Etsi autem in tantis periculis dissimilitudo et iudiciorum et voluntatum exsistere solet, et nos multa nostra vitia et errata agnoscimus, ac necessario dicimus, ut Daniel, *tibi domine iustitia* etc., tamen simul ut Daniel ad misericordiam Dei confugimus, cum sciamus, nos bono et simplici studio quaesivisse veritatem et multas partes doctrinae necessariae in Ecclesia recte illustrasse, ac vere ibi esse Ecclesiam Dei, ubi de fundamento, quod est filius Dei, recte docetur. Talium invocatio cum non sit irrita, hac certa spe leniamus dolores nostros et petamus, ut Deus inter nos servet semen sanctum, ut vocat Esaias, hoc est, suae Ecclesiae agmen et reliquias, et mitigationem calamitatum expectemus, sicut propheta inquit: *misericordiae domini est, quod non consumpti sumus.* Bene valete. Datae Vitebergae die Aprilis 17. [6]), quo die ante annos 3853 Noah obtemperans mandato divino arcam ingressus est, et annum integrum in mediis fluctibus ac procellis iactatus, firma fiducia divinae promissionis expectavit liberationem, ingenti cum dolore animi conspicatus interitum fere totius generis humani, et in eo plurimorum coniunctorum, propinquorum, sapientum virorum [7]); quo exemplo monemur, ut nunc quoque in ruinis imperiorum ac ingentibus aerumnis ac periculis confidamus, Deum defensurum esse et gloriose liberaturum suam Ecclesiam Anno 1547.

1) *Cumque*] cod. Goth. 401. *cum.*
2) *nobis* addidi e cod. Goth. 401.
3) *concedet*] cod. Goth. 401. *concedit.*
4) *tamen*] cod. Goth. 401. *quare.*
5) *ad* non habet text. impr.
6) Text. impress. *Aprilis die* 26., mendose.
7) *et in eo — virorum* non leguntur in textu impresso.

No. 3847. 18. Apr.

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 187. (ed. Lond. lib. II. ep. 123.).

D. Paulo Ebero

S. D. Vetus est *Chilonis* dictum, et vere Laconicum. Optimam esse politiam *τὴν μάλιστα νόμων, ἥκιστα δὲ ῥητόρων ἀκούουσαν*, quod certe in Ecclesia servandum erat. Nullae erant audiendae cavillationes contra ius divinum. Ac praecipue consulendum est conscientiis, ne invocatio Dei impediatur. Quare interdum in hominum legibus quaerenda est *ἐπιείκεια* congruens legibus divinis, ut conscientiae sanentur. Id feci in casu senis *Iuterbocensis.* Iam annos quindecim aut amplius circumtulit conscientiam sauciam, et est

vicinus morti. Quare te oro ut sententiam a me scriptam legas R. D. *Pastori*, et D. *Crucigero*, et D. *Georgio*, ac petas, ut si probabunt, subscriptiones addant: Sin autem dissentient, ostendant consilium aliud seni, salutare conscientiae. Significabis autem mihi eorum iudicium. Utinam restituta pace Deus et Ecclesiae det salutares doctores, et constituat δικαστήρια θεοσεβῆ. Bene vale. Die 18. Aprilis.

No. 3848. 22. Apr.

Eidem.

Epist lib. III. p. 207. (ed. Lond. lib. III. ep. 123.). — Prorsus similem huic epistolam habes in sequente, eidem Ebero scripta, et haud dubie eodem die.

Paulo Ebero

S. D. Quod concionibus te Davidis erigis, valde laudo consilium et pietatem tuam. Nec enim frustra se Deus patefecit ex illa arcana sede prodiens, cum adfirmat, se exauditurum esse nostros gemitus, et opem nobis laturum in periculis. Credamus adfirmanti Deo, nec Tridentinum decretum audiamus, quod iubet mentes Pyrrhoniorum more ἀπορεῖν. Deducit ad divina scripta nos et Paulus, inquiens: quaecunque antea scripta sunt, ad doctrinam nostram scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. Non sunt igitur inania θελκτήρια, ut philosophica παραμύθια, sed vere ostendunt opem. Mitto tibi versiculos de Psalmi sententia expressos, quos, si placebunt, dabis typographo.

Paginas dialecticas dedi *Iohanni Aurifabro*: placet consilium de editione in alia officina. Sed utinam Deus studiis doctrinae pacem restituat, nec sinat deleri res recte illustratas. D. *Plicardo* coniugem honestissimam cum natis ex matre Centaurorum *) missam esse, valde gaudeo. Deus liberet nos a Centaurorum saevitia, et custodiat nostram Sareptam. *Iohannes Schlosserus* vocatus est ad ministerium Evangelii in oppido *Freystadio*, ubi *Gigantis* collega erit. Petit ritu veteri et pio ordinationis publicae confirmari vocationem. Id indicabis D. *Pastori*. Salutem opto omnibus Reverendis et Clariss. D. Doctoribus et collegis. Bene vale. 22. Aprilis 1547.

---

*) i. e. Lipsia, vid. ep. d. 22. Mart.

No. 3849. (22. Apr.)

Eidem Ebero.

† Ex apographis in cod. Lang. p. 18., cod. Goth. 191. p. 72. et cod. Goth. 401. p. 130. — Quod ad argumentum attinet convenit fere cum epistola antecedente, et eodem die scripta est, eidemque Ebero.

M. Paulo Ebero [1]).

Quod te Davidis concionibus erigis, recte et sapienter facis. Nec putemus eas θελκτήρια tantum esse, et non ἀλεξιφάρμακα, sed statuamus, quod res est, Deum voce carminum illorum nos alloqui, et gemitus nostros respicere, et mitigaturum publicas et privatas [2]) calamitates. At hanc consolationem nos et Paulus deducit, inquiens [3]): ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν.

Mitto tibi versiculos de sententia [4]) Psalmi expressos, quos, si voles, dabis typographo.

De dialecticis edendis opera *Lustii* consilium placet. Duas habeo paginas rursus, quas nunc relegere non potui; sed intra biduum mittam. Utinam possimus [5]) ad posteritatem lucem doctrinae transmittere, quod faciat Deus, sine quo Ecclesia servari non potest.

D. *Plicardo* honestissimam coniugem et natos ex Philyra [6]) missos esse, gaudeo, et Deum oro, ut ipsos et nostram Sareptam servet [7]). Magister *Iohannes Schlosserus* mittitur ad Ecclesiam Frystadianam, ut ibi in ministerio Evangelii collega fiat *Gigantis*. Ideo piae ordinationis ritu confirmari vocationem petet, quod indicabis M. *Froeschelio*. Bene vale. Salutem opto reverendissimis viris Doctoribus et collegis. 1547.

Ph. M.

No. 3850. (22. Apr.)

Io. Giganti.

Ex apographo in cod. Lang. p. 18 b. edita a Ballenst. epp. I. 2. — Apographa in cod. Goth. 191. p. 10., cod. Goth. 401. p. 88.

---

1) in cod. Goth. 401. caret inscriptione.
2) Cod. Goth. 401. *mitigant publicae et privatae*.
3) Cod. Lang. addit: *ad Romanos* 15.
4) *sententia*] cod. Goth. 401. *summa*.
5) Cod. Lang. *possemus*.
6) Cod. Lang. *Lipsia*.
7) Desinit hic apographon in cod. Goth. 191.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iohanni Giganti[1], *docenti Ecclesiam Dei in Freystadt, amico suo*[2].

Non tantum[3]) Halcyone dolet amisso coniuge, ut Theocriti versu utar, quantum ego doleo extincta filia *Anna*, Sabini coniuge, quae ex hac mortali vita evocata est mense Februario. Hic mihi moeror ad alios accedit dolores, quos publicae calamitates mihi, ut multis aliis, afferunt. Sed Deum oremus, ut mitiget et publicas et privatas miserias, ac in ira misericordiae recordetur, qui non deseret Ecclesiam suam petentem ab ipso amplum auxilium veris gemitibus.

Epistolam hanc dedi huic Magistro *Ioanni Schlossero*[4]), quem isthuc misimus audiendum, ut postea statuatis de eo. Libenter apud te serviret Ecclesiae vestrae, et scio, tibi consuetudinem eius iucundam fore. Nam et natura moderatus et placidus est, et in philosophia et in doctrina de filio Dei recte eruditus[5]) est. Quaeso[6]), ut, cum audieris et probaveris[7]) eum, civibus[8]) tuis commendes. Tibi quoque eum[9]) amanter commendo, teque oro, ut eum complectare. Pollicetur, se concordiam Ecclesiae vestrae nulla in re turbaturum esse. Bene vale 1547. Ph. Mel.

1) „Io. Gigas, Northusanus, Rector Ioachimivallensis, Marianaemontanae Misniae, et Portensis Scholarum, Pastor Leutmannsdorfiensis, tum Fraustadiensis Poloniae et denique Suidnicensis Silesiae, † 1581". — Haec Ballenst.

2) Inscr. in cod. Lang.

3) Cod. Lang. *solum.*

4) Cod. Lang. *Schossero.*

5) *eruditus*] cod. Lang. *institutus.*

6) Cod. Goth. 191. *Quaesumus.*

7) Cod. Lang. *audieritis et probaveritis.*

8) Cod. Lang. *et civibus*; cod. Goth. 401. *ut* civibus, ubi vero pro *cum* ante *audieris* legitur: *eum.*

9) *eum* abest a cod. Lang.

No. 3851. 23. Apr.

Georgio Anhaltino.

† Ex apographo in cod. Servest. p. 199. mihi descripta a Clariss. *Sintenisio.*

Georgio, Principi Anhaltino, Episcopo Merseburg.

S. D. Illustrissime et Reverendiss. Princeps. Describit curis publicis occupatum Principem vetus poeta inquiens:

Multaque dura suo tristi cum corde putabat,

quod nunc quoque Cels. V. et bonis omnibus accidit. Sed Deo et rempublicam et nos commendemus. Nunc ut ad Cels. V. scriberem, oravit me vidua *Hedwig Stammerin*, cui filii, *Christophorus et Henricus Stammeri*, debent annuam pensionem. Est vidua et generum habet apud vos *) virum doctum et honestum, et indiget illa pensione. Cum autem filii difficulter solvant, orat mulier, ut, cum sint subditi Cels. V. auctoritas vestra proficiat, ut solvant. Aequum et pium est quod petit vidua. Ideo hanc causam Cels. V. reverenter commendo. Generi usus erit in Ecclesia, nam ingenio bono praeditus est et eruditione praeclare instructus et mores sunt honesti. Propter ipsum etiam magis laboro, ut viduae opem ferat Cels. V. Bene et foeliciter valeat Cels. V. Die S. Georgii 1547. in oppido Servesta.

*) Puto *nos* scriptum fuisse.

No. 3852. 23. Apr.

Al. Alesio.

Ex msto edita in der fortges. Sammlung von alten und neuen theol. Sachen, Jahrg. 1727. p. 519.

Τῷ ἀλησίῳ φιλτάτῳ ad manus proprias.

S. D. Incidimus ergo in tempus simile illi, de quo scribit Esaias: *angeli pacis amare flebunt.* Consilia bonorum et piorum spreta sunt, parantur et arma ut Synodi decreta domitis gentibus imponantur, ut multi in aula *Caroli* Imp. affirmant. Exorsa est autem synodus telam ad stabiliendos errores, et iam edidit duos articulos, in quibus damnantur verae sententiae Evangelii. Sequentes articuli quales futuri sint inde aestimari potest. Ego igitur nolo esse σύμμαχος eorum, qui bellum gerunt, ut veritatem opprimant, meque consolationibus divinis sustento et confirmo, saepe mihi inculcans vocem filii Dei: *omnes capilli capitis vestri numerati sunt.* Meministi meas multas querelas de neglectione veritatis et Ecclesiarum in his regionibus propter quae delicta plectimur. Sed Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oremus, ut poenas mitiget, et semen aliquod sanctum etiam in his regionibus servet, ut servaturum certe esse spero. Inde usque a novembri nullas a te literas accepi, cum quidem mirarer nihil te ad me scribere, cum literas facile Witeber-

gam mittere potueris. Ex *Ioachimo* intellexi, te Rochlicium ante obsidionem concessisse. Quo tempore *Ioachimus* apud Ascanios principes fuit. Postea cum familia sua Franciam vicinam profectus est, Norimbergae aliquamdiu mansurus. *Ciglerum* audivi apud fratem esse in Mysia. Scito in Academia *Regiomontana* in Prussia adhuc desiderari lectorem theologicum, tibique locum in ea Academia honestum esse posse, si expetis, quem locum et *Ioachimus* hinc abiens sibi servari voluit. Et ego libenter ad Principem *Ducem Prussiae* de te scribam. Arbitror te posse nunc quoque huc ad nos excurrere, ac coram de multis rebus copiosium καὶ σαφέστερον loqui possemus. Mea filia *Anna* coniux *Sabini* in Prussia mortua est die 26. Februarii, cum perspicuis signis pietatis erga Deum et erga maritum. Mihi satis tristem memoriam reliquit suarum calamitatum. Sed privatum dolorem superat moestitia, qua adficior propter rempublicam. Erigo tamen me consolationibus divinitus traditis. Regem Anglicum *Henricum* etiam mortuum esse certum est. Bene vale et rescribe, aut huc venite.

Familiam tuam etiam huc collocare possis. Die Georgii.

Philip. Melan.

No. 3853. 23. Apr.

Iohanni ministro.

Epist. lib. II. p. 583. (ed. Lond. lib. II. ep. 608.).

Iohanni Ministro suo fidelissimo

S. D. Charissime *Ioanne*, Toties se vocat Deus Patrem orphanorum, credamus igitur, et nostros orphanos, quos tu quotidie gestas, et summa pietate educas, ei curae esse. Imo nos ipsos quoque cum revera simus orphani, sciamus ab eo et ali et protegi, et nos ipsi commendemus. Fretus conscientia rectae voluntatis et moderationis, quam turbulentissimis temporibus praestiti, nondum fugere decrevi, ac Deo iuvante, ad vos intra octiduum una cum collegis rediturus sum. Misi hinc nuncium ad vos, cui dedi paginas exhibendas Magistro *Paulo*; spero eum ad vos pervenisse, videbatur enim homo non vanus esse, et civis erat Torgensis. Nostram familiam tibi commendo. Bene et feliciter vale. Die Georgii.

No. 3854. 25. Apr.

N. N.

† Ex apogr. cod. Langii p. 19 b. Caret epistola in codice inscriptione.

(N. N.)

Reverende vir et amice charissime. Hic honestus vir, *Hanns Amman*, Cygneus, honestorum negociorum causa decrevit in urbem *Vratislaviam* proficisci. Ut ibi et patronum aliquem haberet, literas ei ad te dedi, teque oro, ut amanter eum iis civibus commendes, quorum ei notitia opus erit, videlicet iis, qui pannos mercari et vendere solent. Harum regionum tristissimae calamitates multos honestos viros movent, ut loca tranquilliora quaerant. Adiuva igitur nos, et cum tuis parentibus ac nobiscum orato Deum, ut pacem et Ecclesiis et honestis hominibus restituat. Bene vale. Die 25. Aprilis 1547.

Ph. M.

No. 3855. 25. Apr.

Eberus ad Melanthonem.

† Ex autographo Eberi in cod. Goth. 123. ep. 98.

(Paulus Eberus ad Philippum Melanthonem.)

S. D. Experimur magno cum nostro malo, verissimum esse quod poeta dixit:

> Omnia sunt hominum tenui prudentia filo,
> Et subito casu quae valuere ruunt.

Heri inter quartam et quintam vespertinam nostri equites in fugam conversi sunt ad oppidum *Muhlberg*. Palam illi circa primam horam noctis venerunt ad urbem. Nostri suspicantes, esse hostiles insidias, conclamare iusserunt ad arma. Excubiae fuerunt in vallo usque ad diluculum, ubi aegre sunt agniti nostri et recepti in urbem, qui nuncium attulerunt de foedissima strage et fuga nostrorum. Duo iuniores principes filii Electoris et *Otho* dux Brunsvicensis, *Viti* discipuli, redierunt. Nostrum piissimum et adflectissimum principem Electorem nondum accepimus. A multis dicitur captus, a plurimis tamen nobis spes fit de eius incolumi adventu. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi eum incolumem ad nos

adducat, et huic saevissimo vulneri medicinam faciat.

Scribi non potest, quae sit consternatio, quae trepidatio, quae omnium tristitia, quam misera ex fuga redeuntium species, quantae querelae de negligentia, securitate et perfidia. Ego tibi, ac collegis nostris omnibus gratulor, quod ab his spectaculis et periculis abestis, et eundem Deum toto pectore precor, ut vos, si qua erit respublica, ad instaurationem Ecclesiarum et scholarum in his regionibus, quibus exitium imminet, incolumes in locis tutioribus conservet. Etsi autem fateor meam stultitiam, qui non citius me hinc subduxi, tamen cum multos habeam mei erroris socios, qui hanc tam subitam calamitatem providere aut divinare non potuerunt, videor venia et commiseratione dignus; et quod peccatum est a me, poenas satis graves luam, nisi quid deus nos respexerit. Nunc in hac trepidatione egredi hinc curru nemini licet. Pedibus ire et ferre infantes non queo. Necessario igitur hic retineor, et casum, quem deus clementissimus pater dederit expectare cogor, cui scio et certo confido, me curae et carum esse, etiam cum hosti, potito urbe, iugulum praebuero, aut meos infantes coram me trucidari adspexero. Solius dei ope salvabimur omnibus humanis praesidiis destituti. Eum igitur orabo, ut Electorem nostrum, eiusque familiam, et Ecclesias pias, et meam familiolam defendat, alat et conservet. Vestras preces nobis subsidio futuras non dubitamus, certe vehementer affici vos et publicis aerumnis et nostris periculis scimus et dolemus.

Quinetiam sol ipse et coeli facies et denunciare nobis has calamitates, et nobis cum lugere visa sunt. Nam hoc triduo sol sanguineum ruborem semper nobis ostendit *), et coelum tristi et perpetua caligine obductum συνωδίνειν καὶ συστενάζειν ἡμῖν visum est.

Quam velim te proxime tuam pecuniam tecum abstulisse, ut haberes viaticum. Tuis rebus, frumento, lignis et farina, quam hic reliquisti, si utar tempore necessitatis, spero te non iniquo animo laturum esse. Te per pietatem tuam oro, ut si isthinc migrabis, ut omnino faciendum censeo, ubi primum poteris, mihi per literas vel per nuncium significes, ubi locorum sis et quomodo valeas. Nos eo libentius omnes aerumnas hic feremus, si tamen huc advenerit, aut salvus et incolumis nobis nunciatus fuerit Elector noster.

Aegre abrumpo scriptionem. Nescio enim, an et quando per literas vel coram posthac tecum collocuturus sim, et tamen finem epistolae facere me Magistri *Hermanni* necessaria festinatio cogit. Deus te et tuam familiam omnesque nostros collegas tueatur. Data hora 12. die Marci, postridie die infausti, quo olim Ilio capto florentissimum regnum Asiae funditus eversum est. Anno 1547.

Manus scriptorem indicat.

Mitto exemplaria carminis tui tempestive iam editi et pie facti, missurus etiam exemplaria defensionis latinae absolutae iam, sed onerare *Hermannum* non volui.

*) Idem narrarunt Sleidanus in commentariis, et Camerarius in Vita Melanthonis ad ann. 1547. §. 72.

No. 3856. 26. Apr.

Vito Winshemio.

Edita in Strobelii neuen Beitr. zur Literat. II. Vol. p. 324. Apographa in cod. Goth. 191. p. 63. et cod. Goth. 401. p. 37 b.

Integerrimo viro eruditione et virtute praestanti D. Vito Winshemio, amico et fratri suo charissimo.

(Magdeburgi, vid. ep. ad eundem d. 4. Maii.)

Charissime 1) *Vite*. Simul animum meum multi magni dolores excruciant. Doleo Principem, virum bonum et integrum in causa bona in tantas miserias incidisse, Ecclesiae doctrinam mutari, studia pulcherrime instituta in Academiola nostra deleri, nos distrahi, amicos, viros optimos, amittere et nidos suos et fortunas, irrideri nos ab adversariis, postremo, me quoque cum familia in exilium pelli; sed oro Deum aeternum, patrem Dom. N. I. C. ut mitiget nobis omnibus 2) aerumnas.

Heri huc rediit Doctor *Augustinus* (Schurf) qui narrat, Principem cymba in Albi advectum esse incolumem in oppidum nostrum 3). Quo consilio miserim familiam meam istuc, ne ipse quidem satis dicere possum. Sed misi tamen 4), quia puellis metuo, alioquin prorsus hic manerem et expectarem omnes casus. Nam nec vagari libet,

1) Strob. *Clarissime.*
2) Cod. Goth. 191. *omnes.*
3) Cod. Goth. 401. *vestrum.*
4) Cod. Goth. 191. *tantum.*

nec vitae longioris spem habeo. Sed Hispanos et Italos audio multis in locis suo more crudelitatem in puellas exercuisse. In oppido *Aldenburg Augustino* Pastori duas filias abduxerunt. Ideo misi isthuc puellas meas, et ego intra [5]) biduum sequi decrevi. Interea [6]) tibi meam familiam commendo. Viatico instructa est, tamen oro, ut interea, donec venio, paterno [7]) animo meam filiam tueare.

Bene vale, die 26. Aprilis Anno 1547.

Ph. M.

No. 3857. —

Georgii Maioris narratio.

Pagella Georgii Maioris adiecta epistolae eiusdem ad Regem Daniae datae d. 29. Apr. Magdeburgi 1547. et editae a Schumachero in: Gelehrter Männer Briefe an die Könige von Dänemark, Vol. II. p. 105. — Putavi hanc narrationem hic post illam Eberi inserendam esse.

(*Narratio Georgii Maioris de clade Ioannis Friderici Elect.*)

Nachdem der Churfürst zu Sachsen Herzogen Moritzen zu Sachsen, seinem Vettern, wiederum fast sein ganz Land eingenommen, haben Ferdinandus der König und Herzog Moritz so heftig bei Kais. Maj. angehalten, daß Kais. Maj. mit ihrem Kriegsvolk von Nurmberg sich erhoben und kegen Egra gezogen, do dann zu Ihrer Maj. der König und Herzog Moritz samt ihrem Kriegsvolk ankommen. Dieweil aber der Churfürst zu Sachsen sein Kriegsvolk zutrennet, und s. Chf. G. mit viertausend zu Fuß und zweitausend zu Roß zu Meißen gelegen, sein Hauptmann aber, Thomas Hirn genannt, mit tausend Pferden, auch fast mit viertausend Knechten die Bergstätte eingenommen, und das andere Kriegsvolk zu Halle, Wittemberg, Torgau, Altenburg und in andern mehr Städten zu der Besetzung allenthalben vertheilet, und die Feinde ihre Gelegenheit ersehen, daß der Churfürst sein Volk also zerstreuet, und einer Eile nicht zusammenbringen könnt, haben sich mit aller ihrer Macht in großer Eil von Egra erhoben, sind durch Altenburg gezogen, daselbst die Stadt ihnen lassen hulden, auch das Schloß aufgefordert. Dieweil es aber mit 900 Hackenschützen besetzt, ist es nicht ergeben, und hat der Feind straks auf den Churfürsten geeilet, ehe er sein Kriegsvolk zusammenbrächte, hat das meiste Theil des Kriegsvolks aus Leipzig auch zu sich gefordert, und ist also mit aller Macht zu Muhlberg, zwo Meil Wegs von Torgaw gelegen, ankommen. Es ist auch das der Anschlag gewesen, daß sie mit ihrem Volk, und deme, so zu Dresen in der Besatzung gelegen, zugleich haben den Churfürsten zu Meißen wollen unversehens überfallen. Welches nachdem es der Churfürst vermerkt, ist er über die Elbe mit seinem Volke gezogen, hat daselbst, damit der Feinde ihme nicht folgen könnt, die Brucken verbrannt, und in dem Felde ein Nachtlager oder etzlichs gehalten. Mittler Zeit dem Thomas Hirn zum oftern Male geschrieben, daß er mit seinem Volk zu ihm kommen sollt. Dieweil aber Thomas Hirn auf funfzehntausend Behem, so in wenig Tagen zu ihm kommen sollten, geharret, hat sich seine Ankunft verzogen. Derohalben dann auch der Feind dieser (Zeit) heftiger auf den Churfürsten geeilet.

Dieweil denn des Thomas Hirn Ankunft also verzogen, ist der Churfürst, damit er nicht übereilet würde, von Meißen aus dem Feldlager in der Nacht, Freitag nach Quasimodo *) aufgebrochen, und die Nacht kegen Mühlberg kommen, daselbst sein Lager geschlagen und den Sonnabend da verharret, der Hoffnung, dieweil die Elbe zwischen ihme und den Feinden wäre, er sollt nicht überfallen werden. Dieselbige Nacht aber hatten sich viel der Hussern und Hispanischen Reuter zu Strehl mit der Fähre lassen übersetzen, und sich in ein Holz versteckt. Zu deme hatten die Feinde des Churfürsten Schiffbrücken bekommen, und waren ob Mühlberg mit großen Haufen, ohne Vorwust des Churfürsten und der Seinen, auch eines Theils durch einen Furth, über das Wasser herüber kommen.

Da nun der Churfürst am Sonntag Misericordiae Domini frühe die Predigt gehört, und nun essen, auch folgend nach Torgaw und Wittenberg zu ziehen willens, da lassen sich erstlich etzliche Hussern sehen, und fahen an, mit des Churfürsten Reutern zu scharmutzeln. Kürzlich aber dringet der ganze reisige Zeug mit großer Gewalt auf des Churfürsten Volk, welches fast alles mit Feinden umringet, also daß des Churfürsten Reuter in die Flucht sich gegeben, und doch stets auch mit den Feinden in der Flucht scharmutzeln müssen. Ich habe von vielen Edelleuten, so dabei gewesen, gehöret, daß sie meinen, es seyen der Hispanier zu Roß mit den langen halben Hacken bei siebentausend, der Hussern bei funfzehnhundert. So hat Herzog Moritz bei 1500 schwarzer Reuter. Des Kaisers Volk soll zwölftausend, des Königs zehentausend, Herzogen Moritzen bei sechs oder

5) Cod. Goth. 401. *inter*.
6) Cod. Goth. 401. addit: *tamen*.
7) Cod. Goth. 401. *patrio*.

*) i. e. d. 22. Apr.

siebentausend seyn *), daß also der gute fromme Churfürst ganz überwältiget, und vielleicht auch, wie man sagen will, von seinen Hauptleuten auf das Kreuz geopfert ist **). Heut dato ist der sechste Tag, daß man [videl. Magdeburgi] nicht gewißlich wissen kann, ob der Churfürst gefangen, lebendig oder todt sey, und ist sehr zu befürchten, daß er gefangen sey.

Der Reuter sind nicht sehr viel blieben, das größte Theil aber des Fußvolks sind alles erschlagen. Wittenberg ist mit zehen Fähnlein guter Knecht und mit fünfhundert Pferden besetzt, und länger denn ein ganz Jahr mit aller Nothdurft versorget; es stehet aber gleichwohl in Fahr. Die tugendreiche, löbliche Churfürstin ist samt den dreien jungen Herren in der Festung Wittemberg, deßgleichen auch die ehrwürdigen Herrn Doctor Johann Bugenhagen Pomer, Doctor Creutziger. Es wäre besser, daß sie ferne davon bei guten Freunden wären denn alles sorglich. Der Kaiser und König Ferdinandus seynd gewißlich eigner Person vorhanden. Des Kaisers Meinung soll die seyn, daß er, wenn diese Lande gedemüthigt, und er alles im Reich unter sich gebracht, kegen Ulm einen Reichstag werde ausschreiben, und da befehlen, daß jederman des Concilii Decret gehorsam seyn soll, und solle dem Cammergericht zur Execution zweitausend Pferd verordnet werden.

Der Reingraff, des Churfürsten Hauptmann, ist dieses Tags noch allhie zu Magdeburg. So sind diese Tag auch noch mehr denn 200 Reuter durchgeritten, und kann doch keiner keinen gewissen Bescheid anzeigen, wo der Churfürst geblieben. Stehen also diese Lande alle nun in der Feinde Hände. Die Spanier aber üben unerhörte Unzucht und Grausamkeit. Gott der Herr erbarme sich unsrer, der mag die Seinen erretten, dieweil sonst kein Erretter, sondern eitel Verräther vorhanden.

No. 3858. (26. Apr.)

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 133. (ed. Lond. lib. II. ep. 118.).

*) Solent victi numerum hostium narrando augere, ut fugam excusent.

**) Vanissima criminatio ad excusandas res male, imo inepte gestas. Debebat Dux Elector copiis suis iunctis Egram petere et hostes adoriri. Quod postquam non factum fuerat, debebat certe celeri motu Witebergam se recipere, ibique hostes expectare. Narratio Maioris ipsa docet, ne quidem custodias ad Albim fuisse dispositas ad exploranda hostium consilia. Sed erat Principis, caeterum optimi et probi, natura, non solum res lente agere et iusto diutius deliberare, sed etiam optima consilia ex parte tantum sequi et in dimidio acquiescere ubi totum perficere debebat.

D. Paulo Ebero

S. D. Tuam Epistolam scriptam hora duodecima die Lunae accepi, qua hora et ipse ad te scripsi. Eadem enim de praelio audieramus. Sed cursor meus nondum ad me rediit. Hodie die Mercurii huc allatae sunt literae scriptae a *Balbicio*, Principem nostrum ducem *Iohannem Fridericum*, et ducem *Ernestum Brunsvicensem* captos esse. Etsi autem nescio an ad vos pervenire possint literae nostrae, tamen si accipies hoc epistolium, iterum te adhortor, ut ad nos venias cum familia. Nondum enim audio periculum in hac via esse, meis rebus omnibus ut tuis utare. Mea uxor iubet ad matrem transferri tres arcas, quarum duae positae sunt in cubiculo, in quo dormivit ipsa, tertia, ante illud cubiculum. Item vas ante cellam positum, in quo sunt stannea σκεύη, item ex conclavi mediae domus, quod patefacias rupta fornace, cures ad matrem transferri σκεύη μαγειρικά. Cerevisiam recens coctam partim vendito, partim ipse fruare: vino fruaris cum socru. Si fieri potest rescribe. Existimo deditionem urbis mitigaturam vobis pericula. Sed rescribe si mittere literas poteris. Bene vale. Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi servet vos omnes.

No. 3859. (fortasse h. t.)

N. N.

† Ex apographo in cod. Goth. 401. p. 28. et 29. ubi inscriptione caret.

(*N. N.*)

Etsi pium est, dolere propter imperiorum ruinas, (sunt enim poenae commonefacientes nos de ira Dei adversus peccatum), tamen modus sit doloris, et ut esse possit, consolationes nobis proponamus, quae divinitus traditae sunt. Praedixit toties Deus hanc senectam mundi fore turbulentissimam, et simul promisit, se in hac senecta gestaturum Ecclesiam et conservaturum. Gestari igitur nos tanquam in alvo a Deo sciamus, et speremus, mansuras esse reliquias aliquas Ecclesiarum, et nos ipsos invita aeterna.

(Desinit hic apographon.)

No. 3860. 27. Apr.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 304 sq.

Christophoro Pannonio (in Academia Francof.)

S. D. Charissime Christophore. Hanc epistolam scripsi die 27. April. quo ante annos 3850 Noha ex arca egressus est, in qua integrum annum egerat. Etsi autem in hoc publico luctu huius regionis magno in dolore eram: tamen me huius exempli cogitatione sustentabam. Vidimus ruere nostram Troiam et nostrum Priamum. At Noha vidit interitum totius generis humani et praestantissimorum hominum, nec tamen extincta est Ecclesia Dei, quam ipse in illa sua Argo vexit. Vehet in simili Argo, nunc quoque nos miseros et aliquas Ecclesiae reliquias servabit. Doctorem *Wenceslaum*, virtute et eruditione praestantem, valde diligo, et a te diligi volo, quare, ut eum in Academia vestra tueare, te oro. Bene vale.

Philippus.

No. 3861. 27. Apr.

(*Al. Alesio?*)

Manlii farrag. p. 311. Iterum edita a Pezelio in Mel. Epist. lib. III. p. 188. (ed. Lond. lib. III. ep. 111.). — Apographa in cod. Goth. 401. p. 127. ubi Alesio inscribitur, et in cod. Lang. 399. p. 1. ubi inscriptione caret, sed sequitur epistolam ad *Hieron. Besoldum* scriptam, cui fortasse inscripta fuit. — Epistola apud Manlium est mendis plena, apud Pezelium autem mutilata. — An Alesio scripta sit, valde dubito. Versabaturis in Acad. Lipsiensi. De Schola Lips. epistola non loquitur, sed de schola in aliqua urbe libera Imperii; neque Alesius tanta Lipsiae fuit auctoritate, quanta ille cui epistola inscripta fuit, in sua urbe fuisse dicitur. — Estne inscribenda *Hieron. Besoldo*, Noribergensi?

Alexandro Alesio[1])

S. D. Reverende vir[2]). Non dubito, te, ut caeteros doctos et[3]) bonos viros, in hoc tam tristi bello[4]), intuentem et praesentes aerumnas multarum gentium[5]) et magnam confusionem gubernationis futuram ad posteros, magno cum dolore recessisse[6]). Vere enim[7]) nunc illud tempus est, de quo Esaias inquit: angeli pacis[8]) amare flebunt. Incidit aetas nostra in mundi senectam, de qua praedictum est, maiores in ea[9]) confusiones Imperiorum[10]) et Ecclesiae futuras esse. Sed tamen hac nos consolatione sustentemus, quod Deus semper sibi aliquam colliget Ecclesiam et servabit[11]), ut Esaiae verbis utar, semen sanctum, idque[12]) in eo ipso coetu servabit, in quo erunt doctrinae Evangelii studia[13]). Hac spe et ipsi doctrinam propagemus, et adiuvemus discentes, donec possumus. Quod te isthic fideliter facere intelligo, cum et in templis et in scholis doctrinam gubernes. Cum autem intellexissem, isthic quosdam otiosos[14]) iuvenes scholam, Dei beneficio et gravissimo Senatus consilio bene constitutam, turbare, dolui et tibi et aliis ad moestitiam communem etiam[15]) hanc molestiam accedere, deque ea re quid mihi videretur amanter ad te[16]) scribendum esse duxi. Etsi enim neminem decet in aliena republica πολυπραγμονεῖν, nec ego mihi hoc sumo, ut cuiquam isthic[17]) aliquid praecipiam, tamen[18]), cum foedus commune esse debeat docentium, speravi, te meas literas boni consulturum esse. Audio quosdam de nova schola instituenda isthic[19]) deliberare. Etsi consilii causas non penitus novi, tamen arbitror, ad Ecclesiae et civitatis[20]) concordiam et ad iuventutis disciplinam retinendam utilius esse, in eadem schola, velut in iisdem castris, simul[21]) omnes doctores et auditores convenire. Nam diversa docentium agmina haud dubie discordias accensura essent. Quare, ut ego existimo, bene consules[22]) concordiae publicae, si eris hor-

---

1) Manl. *Amico cuidam* Philippus Mel. — In cod. Lang. 399. inscriptione caret.

2) *Rev. vir*] Pez. non habet.

3) *doctos et*] Manl. non habet.

4) Manl. *triste bellum.*

5) *multarum gentium*] Manl. *magnarum gentium.* Pez. *Germaniae.*

6) *recessisse*] codd. *esse.* — Pez. *magno in dolore esse.*

7) *enim*] non habet Manl. et cod. Goth. 401.

8) Manl. *patris.*

9) *in ea*] Manl. *nunc.*

10) *Imperiorum*] Manl. *piorum.*

11) *servabit*] non habet Pez.

12) *idque*] Manl. *quod.* Pez. praetermisit.

13) Manl. *erit doctrina Evangelii.*

14) *otiosos*] Manl. non habet.

15) *etiam*] Pez. non habet.

16) *ad te*] Pez. et cod. Goth. 401. non habent.

17) *cuiquam isthic*] Manl. *neque isthuc.*

18) *tamen*] Manl. non habet.

19) *instit. isth.*] Pez. praetermisit; Manl. non habet *isthic.*

20) Pez. *civitatem.*

21) *simul*] Manl. non habet.

22) *bene consulas*] Manl. *habebunt consules rationem.* (Inepte.)

tator, ne praesens schola divellatur praesertim cum in ea recte instituta sint [23]) studia, et disciplina honesta sit, et doctores sint concordes.

Vidi ordinem [24]) lectionum; novi eruditionem et facundiam eorum, †qui sunt praecipui" [25]), et iudico eorum industriam iuventuti prodesse posse. Sed haec turbulenta aetas ut alia multa mala ita etiam ingenia inquieta non pauca genuit. Facile igitur credo, bonis viris isthic † fideliter" docentibus non deesse obtrectatores. Ac nominatim audio † reprehendi *Lossii*" [26]) sedulitatem, qui erotemata edidit. Ipse autem usu comperi, prodesse discentibus talia interrogationum exempla [27]). Nec dubito peritorum iudicia hac de re cum mea opinione [28]) congruere. Ideo initio probavi editionem libellorum. Audio et alias fabellas, quas cum res ipsa refutet, non est opus longa oratione apud virum gravem. Et scholae gubernatores ipsi praedicant tuam erga se benevolentiam, seque [29]) † praecipue" tua auctoritate defendi narrant. Quod cum tuo iudicio fiat, nihil opus est mea cohortatione. Sed tamen ad te scripsi, ut mihi [30]) quoque probari ingenia et eruditionem illorum, qui nunc iuventutem erudiunt in urbe vestra [31]), scires, teque oro, ut et ipsos et scholae auctoritatem et concordiam tueri non desinas. Scimus genus humanum praecipue conditum esse ad agnitionem Dei, non solum philosophicam, sed etiam [32]) ad illam veram, cui praelucet doctrina, in qua Deus prodiens ex arcana † sua" sede ad homines [33]) se patefecit. Ideo literarum [34]) cognitio prae omnibus rebus humano generi [35]) † est necessaria, et" praecipuum est ornamentum † civitatum". Quare iustissimum est, fideliter [36]) defendi eos, qui recte docent. Caeterum cum hoc tempore Academiae in his regionibus dissipatae sint, mihi placeret, vestrae scholae addi lectorem, qui arithmeticen et elementa de circulis coelestibus traderet iis, qui iam Grammaticen didicissent. Et hunc lectorem velim Rectori parere. Nam ἀναρχία [37]) mali extremum [38]) est. † Ut" olim poëtae [39]) finxerunt Astraeam [40]), pulsam ex magnis urbibus, in [41]) rure aliquandiu mansisse: ita nunc literae pulsae ex principum ditionibus, in quibus delentur bellis ornamenta civilia [42]), rursus in civitatibus honestis hospitia [43]) quaerunt, ac omnes prudentes [44]), quantum [45]) possunt, decet omnibus viribus literas ab interitu vindicare, quia [46]) extinctis literis etiam doctrina coelestis amittitur, quae ut servetur, praecipua cura omnium hominum esse debet. Postremo te oro, ut [47]) hanc epistolam summo candore animi scriptam boni consulas [48]). Bene vale, anno [49]) 1547. die [50]) 27. Aprilis, quo Noha egressus [51]) ex arca ante annos 3850 vidit Ecclesiam mirando modo servatam esse; quam ut nunc quoque servet Deus in magnis periculis fluctuantem [52]), ardentibus votis oremus, et sicut ille senex nauclerus suae familiae doctrinam [53]) optima fide tradidit, ita nos quoque literas et Evangelium ad posteritatem transmittamus. Iterum vale.

23) Manl. mendose: *sunt*.
24) *Vidi ordinem* et quae sequuntur omnia usque ad verba: *olim poetae finxerunt*, praetermisit Pez.
25) *qui sunt pr.*] Manl. praetermisit.
26) Cod. Goth. 401. *Leysii*.
27) Cod. Goth. 401. *experimenta*.
28) Manl. *meo iudicio*.
29) Manl. *sese*.
30) *mihi*] Manl. *nostra*.
31) *vestra*] Manl. *nostra*.
32) *etiam*] codd. non habent.
33) *ad homines*] Manl. *hominibus*.
34) *literarum*] Manl. *harum rerum*.
35) Manl. *humani generis*.
36) Manl. *et fideliter*.
37) Manl. *ataxia*.
38) Manl. *mali exempli;* cod. Lang. 399. *malo exemplo*.
39) Verbis: *Olim Poëtae*, incipit iterum textus apud Pez.
40) Manl. *iustitiam*.
41) *in*] Manl. non habet.
42) *civilia*] Manl. *multa*.
43) Pez. *hospitium*; Manl. *hospitem*.
44) *prudentes*] Manl. *potentes*.
45) Cod. Goth. 401. *quanto*.
46) *quia*] Pez. *nam*.
47) *Postremo — ut*] Pez. *Bene vale et*.
48) Pez. *consule*.
49) *Bene vale, anno*] Pez. non habet.
50) *die*] Pez. praetermisit.
51) Manl. addit *est*.
52) Manl. *fluctuum et nos*.
53) *doctrinam*] excidit apud Manl.

No. 3862. (ex. Apr.)

Supplicatio ad Carolum Caesarem.

Edita a Pezelio in Mel. Consil. lat. T. I. p. 505 sqq. — Pars huius scripti descripta est in cod. Goth. 189. p. 17. Pezelius retulit hoc scriptum ad ann. 1543., sed non intelligitur quo iure. Nihil enim constat de obsessa aliqua urbe Germaniae illo tempore. Nam bellum Caesaris cum Duce Cliviae gerebatur exeunte mense Augusto et ineunte m. Sept., postquam Melanthon iam mense Iulio redierat Witebergam. Imo est supplicatio scripta uxoribus sacerdo-

tum Witebergensium, ut Caesaris animum flecterent si urbs ab illo expugnata fuerit. Nihil quidem praeterea in epistolis de hac supplicatione legitur, unde vero hoc tantum colligi potest, Melanthonem hoc scriptum Wittebergam mittere non potuisse, vel certe Imperatori traditum non esse. — Servata autem nobis est duplex scripti forma, altera a Pezelio edita, altera quam inveni in apographo cod. Basil., quae ab illa ita diversa est, ut hic utramque separatim dare consultum videretur. Si coniectura in re, de qua praeterea nihil prorsus scimus, licita est, putaverim, Melanthonem vel sponte vel rogatu amicorum in urbe eiusmodi supplicationem primum festinanter scripsisse, deinde autem, quum illa non satis apta videretur, aliam composuisse elegantiorem. Illam dedit Pezelius, hanc servavit codex Basil. —

A) Scriptum ex Mel. Consil.

Ἡ θεολογία qua honestae coniuges sacerdotum supplices ad Imperatorem uti possint, ne bellum Ecclesiis Evangelicis inferat: scripta a Philip. Melanth. Anno 1542.

Ferarum etiam naturae Deus hunc sensum indidit, ut matres defensurae catulos suos [1], impavidae in tela irruant. Nos quo animo esse debemus, iam bello moto, et collecto exercitu ex nationibus exteris, quae fascinatae superstitione, et incitatae virulentis calumniis adversus nos confictis, infestissimae sunt caussae nostrae? Videmus quantum impendeat periculorum, non tantum nobis, ac familiis nostris, sed tot gentibus ac Principibus, et ipsi Ecclesiae.

Etsi movemur orbitate liberorum nostrorum, tamen nec mariti nostri, nec nos mortem defugimus, quam in confessione fidei Christi oppetere gloriosum ducimus. Alia sunt belli vulnera multo atrociora, quae vere et deprecanda, et pertimescenda sunt, non tantum mulieribus, sed etiam viris fortibus, amantibus Christi Ecclesiam [2]: Honestas matronas, ac puellas nobiles, natas in familiis honestis, praeditas optimis moribus, Deum recte colentes rapi ad stupra a barbaris et furiosis militibus nolumus. Vastitates Ecclesiarum, trucidatis sacerdotibus, deleta veritate, extinctis studiis honestarum artium, futuras esse prospicimus.

Horum periculorum cogitatio pavorem muliebrem vicit [3]), nosque perpulit, ut magno agmine ad te Imperator quamvis armatum, et ad exercitum [4]) in procinctu stantem accederemus, ceu quondam Sabinae se inter medios exercitus intulisse feruntur, et deprecaremur non necem, sed impium bellum et exitiale patriae et Ecclesiae.

1) *pro catulis suis* cod. Goth. 189.
2) *amantissimarum ecclesiarum Christi* cod. Goth. 189.
3) *vincit* cod. Goth. 189.
4) *tuum* cod. Goth. 189.

Quanquam autem Erinnyas quasdam tibi hortatrices esse ad bellum scimus, tamen fama bonitatis tuae spem nobis facit, te nostri coetus honestas et pias preces admissurum esse, praesertim cum et caussam nostram nos probaturos esse omnibus piis non dubitemus, et nostrum periculum, cum totius Ecclesiae periculo coniunctum esse, tu ipse videas. Nam cum in summis Regibus eminere bonitas debeat, et te ad heroicam mansuetudinem natura genuerit, quid fuerit indignius Imperatoris fastigio, et alienius a natura tua, quam fieri te alienae saevitiae administrum?

Audivit Rex Darius puellam Ebraeam Hester, intercedentem crudeli edicto, seque revocari a saevitia passus est. Davidem flexit Abigail, cum quidem iuste iratus esset. Ac possemus similia exempla multa commemorare maximorum Regum, qui mulierum precibus ad meliora consilia revocati sunt [5]). Quare nec tibi Imperator indecorum erit, piarum mulierum precibus morem gerere.

Existimes autem, quod res est, nobiscum hic astare sanctissimam matrem nostram Ecclesiam, quae cum propter nostra coniugia potissimum irasci Reges et Principes universae doctrinae Evangelii videret, hortatrix nobis fuit, ut ad te accederemus, ac mandata dedit, quae nostra voce tibi exponi voluit. Quod est autem iustius officium, quam eos, qui profitentur se Ecclesiam matrem agnoscere, eius intercessioni ac sententiae cedere, iustis precibus morem gerere.

Haec initio iussit tibi hanc vocem coelestem commemorari. *Qui obstruit aures adversus clamorem pauperum, clamabit et ipse, et non exaudietur.* Tuas preces Imperator, si voles exaudiri, nos iam exaudi deprecantes crudele, iniustum et nefarium bellum.

Moveare foeminei sexus reverentia, parce parvis pueris, et puellis, quibus etiam captis urbibus immanes barbari parcere solent, parce patriae et Ecclesiae Christi, quae est altera ac verior patria, in qua his armis aeternam vastitatem efficies. Verissimum est enim illud Poëtae: *Alta sedent civilis vulnera dextrae.* Ac multae magnae et graves caussae sunt, quae te maxime hoc tempore, cum Turci vagabundi vagantur in finibus Austriae tuae, hortari debebant, ne in Germania intestinum bellum accenderes, etiamsi incidisset quorundam rituum humanorum mutatio, quam non omnino

5) Hic desinit apographon in cod. Goth. 189.

probares. Saepe enim rectores imperiorum condonare communi tranquillitati aliquos mores oportet, ut docent multa politica praecepta.

Sed nos in caussa nostra, non utemur hac infirma defensione, ut condonari, non probari ea postulemus, quae agimus. Verum ita confugimus ad bonitatem et clementiam tuam, simul ut testemur, ac ostendamus hoc totum doctrinae genus, quod amplectimur, pium et Ecclesiae necessarium esse, cum sit ipsa nativa et propria Evangelii coelestis sententia: deinde et haec nostra coniugia pia et sancta esse, et voluntatem Dei esse, ut sacerdotibus coniugium concedatur, abolita impia, et turpissima lege de coelibatu, quae et flagitiosas libidines in Ecclesiam invexit, et alias multas Ecclesiae pestes confirmavit.

Ac de caeteris doctrinae articulis aequum est audiri maritos nostros.

Quid est enim praesertim in Ecclesia iniustius, quam trucidari homines honestos, et inferri bellum laudatis Principibus, et optime moratis civitatibus, nondum rite cognitis aut iudicatis rebus, cum quidem non solum nostri homines, sed etiam apud exteras nationes, qui amant Christi nomen, palam flagitent veram cognitionem.

Dicent igitur mariti nostri de caeteris articulis, cum voles. Nos nunc de ea caussa dicemus, quae proprie nostra videtur, videlicet de coniugiis nostris, praesertim cum praecipuam saevitiae et bellorum caussam esse animadvertamus coniugium sacerdotum. Quanquam enim norunt plaerique legem de coelibatu iniustam esse, tamen eam summa pertinacia defendunt, propterea quod accommodatior est tuendis opibus, et imperiis Pontificum, quam coniugium. Non igitur de veritate, non de religione dimicant Pontifices ac ne quidem superstitione tuentur. Aliud agitur.

In omnium animis acres stimuli sunt, opinio utilitatis, et imperii cupiditas. Hae duae res nobis adversantur. Pontifices enim, ut potentiam et hoc fastigium dignitatis, quod tenent, tueri facilius possint, coniugia prohibent. Et Regum aulae sunt splendidiores propter Episcoporum et Canonicorum comitatum et frequentiam. Hi cum sint expeditiores, audaciores, et ad technas aulicas magis idonei, legationes obeunt, intersunt Regum consiliis, exercent iudicia, denique nullas aulicas operas defugiunt. Et sine Regum sumtu magna alunt satellitia. Quare cum Reges suis aulis hanc formam vitae sacerdotum videant utiliorem esse, favent et ipsi coelibatui, colludunt cum Pontificibus, et ad exercendam iniustam saevitiam conspirant.

Hanc solam esse caussam non fictitiam, non simulatam, propter quam plurimi coelibatum defendunt, perspicuum est. Te autem Imperator, ea virtute et gravitate praeditum esse iudicamus, ut non velis attemperari religiones ad Pontificum, seu aularum utilitates, sed recte et vere coli Deum. Quare speramus etiam ad te placandum valituras esse veras caussas nostri facti, et nostrae sententiae, quas nos ipse exponemus, ut testimonium extet, nos recto iudicio, non errore aut coeca cupiditate haec coniugia probare.

Primum autem te Imperator obtestamur, propter Deum et Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei, ut cogites politias et hoc augustum imperii nomen, et Regum arma tueri debere honestos mores, pudicitiam, educationem atque institutionem iuventutis ac disciplinam utilem pietati. Harum maximarum rerum custodia summis Regibus commendata est. Nota est enim Pauli concio de imperiis.

Quid est autem tam contrarium huic muneri Imperatorio, quam arma divinitus ad pudicitiae defensionem tradita gerere, ad vagas et flagitiosas libidines confirmandas? Constat enim, quales sint sacerdotum mores, ubicunque lex de coelibatu retinetur. Boni, qui sunt paucissimi, agnoscunt se infeliciter luctari cum infirmitate sua, et hanc tristem servitutem deplorant. Reliqua infinita turba, quam varie polluta est? Et mentes oneratae conscientia turpitudinis perpetuae accesserunt Epicuraeum contemtum Dei, ac ruunt in aeternum exitium.

In collegiis Canonicorum, ubi inscitia, otium, divitiae, alunt luxum, quanto dedecori sunt nomini Christiano manifesta stupra et adulteria? De urbis Romae flagitiis dicere pudet, quae quidem illos non pudet obscoenissimis poëmatis celebrare. Quid agitur autem reipsa, nisi ut tuis castissimis manibus, et tuis armis tantorum scelerum licentiam stabilias ad omnem posteritatem? O rem indignam et nomine Imperatorio, et morum tuorum puritate singulari.

Multa sunt etiam coniuncta vitia libidinibus. Ut opes et imperia retineant, defendunt impios cultus, εἰδωλομανίαν, et imposturas multiplices,

quae divitias auxerunt. At Regum arma tueri debent veros cultus Dei, honesta coniugia, mulieres, et parvos pueros, ut iubet vox coelestis; *Iudicate pupillo, defendite viduas.*

Sed illud, inquies, in controversia est? Prohibent antiquae leges tot Synodorum, tot Pontificum coniugia. Nec concedendum est, ut privato iudicio labefiat legum publicarum autoritas. Non tolerandum est exemplum spretae Maiestatis.

Scimus haec contra nos in consiliis Regum plausibiliter dici. Sed aequum est, vos vicissim audire nostram defensionem. Exaggerent, quantum volent legum suarum autoritatem. Tamen haec sententia tenenda est: *Deo magis obediendum est, quam hominibus.* Nec legum vim habent, decreta, cum mandatis divinis pugnantia, ut tyranni Babylonii edicto, iubentis adorari statuam, nequaquam obtemperandum fuit. Ita nec iniustae et tyrannicae legi de coelibatu obtemperandum est, in qua multi insunt errores.

Imponit servitutem, quae sine peccatis atrocibus tolerari non potest, nisi fortasse a paucissimis. Deinde fingit coniugium esse immundiciem, id est, genus vitae, aut non placens Deo, aut quod vix placeat: Addit amplius, hunc coelibatum esse eximium cultum Dei, et quidem annexum ordini, ut ipsi loquuntur. Atque exemplum huius legis multipliciter nocet, confirmat caeteras ἐθελοθρισκείας, ut tyrannicam persuasionem in Pontificibus, qui propter hoc exemplum putant se ius habere condendi leges suo arbitrio. Hos errores in Ecclesia refutare necesse est, ut veri cultus Dei extent illustrati, et conscientiis piis consulatur.

Itaque ut ad caussam propius accedamus, primum ostendemus coniugium non pugnare cum ordine, hoc est, licere sacerdotibus, delectis ad ministerium Evangelii et Sacramentorum, habere coniuges. Id testatur Paulus, qui in duabus epistolis iubet maritos eligi ad munus Episcopi: Et constat in tota veteri Ecclesia multis seculis sacerdotes fuisse maritos, ac veterem morem Graecas Ecclesias adhuc retinere. Porro ut natura hominum proclivis est ad superstitionem: Saepe etiam vetustis illis temporibus exorti sunt fanatici homines, qui coniugia sacerdotum improbarunt. In Synodo Nicaena erant, qui volebant decretum fieri, ne mariti sacerdotes uterentur consuetudine coniugum, sed graviter repudiavit hoc delirium Synodus, admonita a pio confessore Paphnutio, qui nuptias vocabat honorabiles, et consuetudinem coniugalem cum uxore propria castitatem esse dicebat.

Caetera desunt: ut appareat inchoatam fuisse hanc scriptionem, non absolutam.

B) Scriptum e Cod. Basil.

† Ex apographo in cod. Basil. 39. p. 57.

(Supplicatio uxoribus Ministrorum verbi div. in urbe Vitebe<u>r</u>ga scripta a Mel.)

Etiamsi leges vetant, mulieres causam dicere, optime imperator, tamen cum non tam ad dicendam causam, quam ad deprecandum exitium maritorum ac liberorum nostrorum hic coetus ad te prodierit, veniam nobis dabis. Quanquam enim et pudor et metus, sexui nostro proprius, prohibebant nos, praesertim ad armatum, egredi, tamen vicit omnia vincula caritas coniugum et liberorum, quae in natura insita tantam vim habet, ut nullo periculo deterreamur, quo minus opem feramus iis, quorum nobis salus nostra vita carior atque antiquior est. Hunc animum, ut leges tuae laudant, et tibi, Caesar, pro praestantia naturae et bonitate probari non dubitamus. Quid enim aut honestius aut reipublicae utilius est, quam et coniuges erga maritos et matres erga liberos sic affectos esse, ut illorum salutem vita sua potiorem ducant? Tametsi nobis ipsis non solum maritis et liberis nostris tua arma minantur, sed nobis nostra vita nihil opus est amissis maritis ac liberis. Ideo te, Caesar, per tuum bonitatem, per amorem, quo et coniugem et liberos complecteris, per tuam fidem, qua domesticam fidem coniugum tuendam esse sentis, oramus, ut nos clementer audias, deprecantes pro salute maritorum ac liberorum nostrorum, denique pro nostra etiam. Enituit bonitas, [qua] antea hosti, qui arma gesserat contra te et dignitatem tuam, pepercisti. Huic tuae bonitati minime convenit, duriorem te esse adversus inermes supplices mulieres, parvos pueros, denique adversus eos, qui nunquam ulla in re dignitatem tuam oppugnarunt, nunquam reipublicae tranquillitatem perturbarunt, imo, qui assiduis precibus a Deo et incolumitatem ac felicitatem et reipublicae pacem exposcunt. Hortantur te quidem homines crudeles et impii, ut nostros coniuges, nos ac liberos nostros, qui hactenus magno suo periculo nobis hospitium praebuerunt, ferro atque armis deleas. Quid autem indignius fuerit, Caesar, tua bonitate, quam ministrum te alienae

crudelitatis fieri! Primum enim causam vide et qui praecipue petantur hoc bello. Neque enim hoc praecipue agitur, ut hi principes deleantur, qui et cognatione et aliis vinculis arctissimis tecum et cum aliis principibus coniuncti sunt, sed bellum nobis proprie infertur, hoc est, miseris sacerdotibus, qui sunt inermes, et miseris mulierculis horum uxoribus et nostris liberis. Non enim obscurum est, principes in summa gratia apud te futuros esse, si nos cedamus. Nec veniunt in discrimina propter ullam causam aliam nisi propter quoddam pium et humanum officium, quod neque crudelitatem ullam in nos exerceri ipsi, neque alienae saevitiae mactandas nos obiicere voluerunt. Quae est igitur ista iracundia, arma adversus nos sumere, a quibus quilibet irati victores alioqui captis civitatibus iam abstinent? Aut quae potest esse laus magnis et fortibus digna viris, ferro inermes sacerdotes, imbecillas mulierculas ac pueros trucidasse? Deinde vide, quaeso Imperator, pro quibus arma feras, quarum rerum defensio nostro interitu, nostra caede quaeratur! Flagitiosas libidines suas non defendi solum, sed etiam confirmari et augeri tua auctoritate impuri pontifices postulant. Utrumque autem et tua felicitate, et sanctitate et pudicitia tua indignum est, trucidare inermes, et crudelitate aliorum libidines defendere et confirmare. Neque enim belli causa ulla alia dici potest, quam quod hi miseri maluerunt esse casti coniuges, quam incasti coelibes. Nulla vero aetas, nulla respublica fuit unquam tam inimica coniugio, ut bellum simili de causa moverit, aut armis aut vi coniugium prohibendum esse duxerit. Nunc in ecclesiam suscipitur nova haec et inusitata crudelitas, cum in ecclesia debent maxime excellere dilectio et misericordia! et quidem suscipitur ad defendendas flagitiosas libidines, cum in ecclesia coniugium tantopere praedicetur et vagi concubitus prohibeantur.

Sed causam allegant, cum tibi auctores sint, arma adversus nos sumendi, quod ipsorum constitutionibus non pareamus, quae coniugium nobis interdicunt. Etsi haec non est causa, cur nos interfici cupiunt, sed scelere atque odio moventur, quia suas libidines reprehendi nolunt, tamen pauca dicemus de illis constitutionibus.

Scimus, te, sanctissime Imperator, non tam constitutiones ipsorum quam auctoritatem ecclesiae defendere cupere. Hanc, ut decet, et maximi facis ipse, et reverenter ab omnibus gentibus coli postulas. Quod cum ita sit, obsecramus te, ut videas, quae sit vera ecclesiae auctoritas. Nam hae constitutiones, quas nunc allegant, non solum novae sunt et ignotae veteri ecclesiae, sed etiam damnatae clarissimis sententiis tum scripturae tum veteris ecclesiae. Postquam Pontifices abiecta cura religionis tantum concupiscere dominationem, postquam belligerari, cum regibus et imperatoribus coeperunt, ibi haec lex nata est, quae prohibet coniugia, quia videbatur apta dominationi. Et quia pontifices, occupati aliis rebus, munus docendarum ecclesiarum permittebant monachis cum alii errores multi in ecclesiam irrepserunt, tum etiam haec ipsa persuasio de votis, quae et ipsa profuit monachis ad auctoritatem stabiliendam. Quare nunc iniuriam faciunt ecclesiae pontifices, cum has leges de coelibatu ideo propugnari iubent, ut ecclesiae defendatur auctoritas. Nam has leges tyranni et hostes ecclesiae condiderunt. Non enim ecclesia eas leges sibi tribui vult, quae pugnant cum divinis praeceptis et cum universae ecclesiae decretis. Praecipit enim scriptura, ut Deo potius quam hominibus obtemperemus. Porro Christus diserte docet, neminem sine peculiari dono coelesti in coelibatu pure vivere posse, et iubet, eos uti coniugio, qui ad coelibatum non sunt idonei. Quid igitur faciant hi, quibus id donum non contingit, qui errore aut etiam per vim in haec vitae genera detrusi sunt, quae coelibatum flagitant? Utrum satius est, hos caste in coniugio vivere, an et sese et universam ecclesiam nefariis libidinibus polluere? Non est lex, sed ipsa tyrannis, quae tot scelera simul parit, opprimit divinam legem, conscientiam contaminat gravissimis peccatis, et ad desperationem, hoc est, ad perpetuam impietatem et ad exitium adigit, postremo ecclesiam et totam rerum naturam polluit. Punit enim Deus libidines non solum in ipsis auctoribus sed in toto genere humano, id quod historia diluvii et Sodomorum et pleraque alia exempla testantur. Cum igitur haec lex sit vere ecclesiae tuae [contraria, vides, Caesar, quod ii, qui pro ea tuenda sumunt] *) arma, non ecclesiae auctoritatem defendunt, sed pontificum iniustam tyrannidem, qui primum suam dominationem, deinde et libidines nostra caede confirmari postulant. Vides belli causam; insuper et quibus arma minentur, nempe

*) Praetermissa est ab eo, qui descripsit, lineola, quam sic utcunque restitui.

innocentibus et quidem miseris sacerdotibus, in quibus sunt multi viri docti praeclare meriti de ecclesia, etiam iudicio sapientissimorum apud omnes nationes; postremo horum uxoribus ac liberis. Huic toti generi in omnibus bellis parci solet.

Tua felicitas hactenus omnium regum opes ac fortunam vicit, ut omnes gentes agnoscant, singularem erga te benivolentiam Dei esse, quam quidem tua virtus etiam hactenus meretur. Quem enim in omnium gentium *) annalibus atque historiis legimus in secundis rebus fuisse moderationem? Cuius clementia maior fuit unquam? Hactenus bella tantum depulisti, non intulisti. Quare precamur in nostra calamitate, iustitiam potius atque clementiam tuam in consilium adhibeas, quam alienam crudelitatem, ne felicitas tua contagione alieni sceleris atque alienae infelicitatis corrumpatur. Vidisti enim ante aliquot annos tam fuisse pontificum fortunam, ut nemo non divinaret, magnam eorum potentiae mutationem impendere.

Ignosce nobis, Caesar, si videmur plus aequo garrulae. Solet hoc sexui nostro tribui; sed nunc etiam periculum exprimit nobis et has lacrymas et has querelas. Ostendimus, nos et nostros coniuges culpa carere. Sed fac, aliquod esse peccatum contra aliquas constitutiones humanas, etiamsi quid esset vitii in exemplo, quia videmur contumaces adversus eos, qui dominantur in ecclesia: tamen ad clementiam tuam, Imperator confugimus, cuius potius rationem habere debes, quam huius humanae ac novae constitutionis. Ac ne legem quidem dicere debes, si a tua clementia dissentiat, si te ad crudelitatem non necessariam et abhorrentem a tua natura hortetur. Etenim cum summum ius summa fiat iniuria, saepenumero leges ut flectantur ad humanitatem moderatione principum corrigendae sunt. Ita cum et haec lex tota in tua potestate sit, cedat tuae potestati, bonitati atque clementiae, quae est viva lex et legum omnium doctrina ac regina. Debet enim in summis heroibus eminere bonitas. Quanquam quis credat, ullos unquam ecclesiasticos patres hoc voluisse, ut tam horribili caede tot gentium haec lex defendatur?

Adhibe igitur in Consilium, Caesar, primum tuam clementissimam naturam, quae est optima legum interpres, deinde Synodos veteris ecclesiae, postremo omnes qui christianam dilectionem et praestant et intelligunt. Nec vero dubito, quin his auctoribus iudicaturus sis, alienum esse a lenitate christiana, propter hanc legem, non necessariam, arma sumere, ac caedem, vastitatemque tot gentium facere. Quam multa incommoda nos, matresfamilias oportet in turbata domestica concordia funditus evertamus familias, teque eos *) docent sacrae literae, quae aiunt, dilectionem vinculum esse concordiae et tranquillitatis. Itaque dilectio omnia tolerat. Neque vero hae conciones tantum ad privatas familias pertinent, sed multo magis ad ecclesiam, quae est mater omnium gentium. Hanc intuere, Imperator, matremfamilias, eamque de lenitate christiana concionantem audi. Haec, sicut nobis praecipit, domesticas quasdam offensiones nostra dissimulatione tegere ac sanare, ita te quoque ad moderandam iracundiam hortatur, iubet, te quaedam incommoda dissimulare, ne suscepta non necessaria saevitia ita dissipetur ecclesia, ut postea non facile possit iterum coalescere. Saepe leves controversiae pepererunt ingentia schismata, quae non extitissent, si pontifices magis commoditate sua adiungere homines conati essent, quam stulte irritare. Et postea ortis schismatibus mutuo odio nova dogmata a factiosis hominibus excogitata sunt, quae ecclesiam magis etiam dissociarunt ac lacerarunt. Hoc accidit in dissensione de Paschate, de imaginibus ac multis aliis levissimis negotiis. Recens etiam Bohemicum exemplum testatur, ingentes et perniciosos tumultus ex rebus non perinde magnis ortos esse.

Multa extant veterum Imperatorum exempla, in quibus apparet eos, ut publicam tranquillitatem retinerent, consulto quaedam levia dissidia dissimulasse. *Theodosius*, cum esset acerrimus vindex purae doctrinae, tamen nunquam ullo edicto notavit leviora dissidia; tantum adversus Arianos edictum proposuit. Nec imperatores tantum hac moderatione usi sunt. Veteres episcopi noluerunt etiam exemplum **) propter rituum dissimulationem lacerari. *Ireneus* reprehendit *Victorem* pontificem Romanum, cum Asiaticos damnasset, quia alio die Pascha celebraretur, quam eos in graeca ecclesia sacerdotes sunt...... ***). Graecis ignota est privata confessio. Habent etiam in

*) Cod. Bas. 39. *generibus*, quod mendosum habeo.

*) Corrupta haec sunt, et haud dubie quaedam exciderunt. Descripsi ut in cod. Basil. 39. leguntur.

**) Fortasse: *noluerunt pacem extemplo.*

***) Mendosa haec sunt. Ultimum verbum legere non potui.

Missa ritus dissimillimos latinorum. Quis unquam prudens vir propterea iudicavit, illos esse impios aut propter illas controversias bella movenda, aut saevitiam aliquam suscipiendam esse? Nec vero hac servitute ecclesia oneranda est, ut existimetur, necessaria esse omnium externorum in ecclesia similitudo. Et tamen nos non recusamus omnes usitatos ritus retinere propter dilectionem, qui non laedunt conscientiam. Sed abiicere coniuges, liberos, fidem matrimonii violare, haec vero vetant non solum divinae leges, sed ipsa etiam natura, ipsi etiam veteres canones. Tantum iubent id novae quaedam tyrannicae Pontificum constitutiones, palam cum divino, naturali atque ecclesiastico iure pugnantes.

Quid de te sentiant isti, qui tantae crudelitatis auctorem atque administrum te fieri postulant, etiam atque etiam considera. Nos quidem certe eam tibi bonitatis laudem ex animo tribuimus, ut tantam iniquitatem in naturam tuam cadere non posse arbitremur. Tamen ne fucum tibi faciat ecclesiae titulus, quam summa afficiunt iniuria, cum praetexunt tuum sanctissimum nomen omnibus sceleribus, idololatriae, crudelitati, denique ne dubites falso allegari titulum ecclesiae: Pauli sententiam habes, quae impostorum *) spiritus et daemones ait auctores esse prohibendarum nuptiarum. Non igitur ecclesia Christi sed daemones interdixerunt antea connubia huic ordini. Et, quod est multo atrocius, nunc iubent, cogi maritos, ut uxores abiiciant, liberos deserant, iubent et nos miserrimas mulierculas abstrahi a maritis et dulcissimis liberis nostris, cum fere etiam interfici se potius quam depelli a natis sinant. Deum immortalem! non satis ipsa crudelitas magnum argumentum est, quae Ecclesiam ad hoc bellum movendum ..... classicum Ecclesia ac Christian .... factio, quae agitatur ab ep .... quem et mendacem et parricidam esse Christus pronunciat **).

No. 3863. 1. Maii.

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 135. (ed. Lond. lib. II. ep. 121.).

*) Cod. Basil. 39. mendose *in posterum*.

**) Totus locus: *Deum immortalem* etc., quem descripsi ut legitur in codice, mutilatus est, neque videtur hic illud scriptum absolutum fuisse.

D. Paulo Ebero

S. D. Cum aliae familiae integrae dimissae sint ex oppido, post acceptam cladem ad *Albim*, spero te quoque in itinere esse, tuumque adventum valde opto. Sed hanc epistolam si accipies curato ut mos geratur adolescenti nobili, cui testimonium te in pascate ipso scribere meministi, in quo cum fuerimus perliberales, tamen aliquid desideratur. Et vides tempora studiorum in Academia ἀκριβῶς numerari a canonicis. Petit igitur adolescens mutari formam, circiter triennium, et scribi triennium integrum, minus tribus mensibus. Censeo ei gratificandum esse. Imo vellem ei duas formas mitti, in quarum altera scriptum esset triennium integrum, sine ἐπανορθώσει, in altera triennium integrum minus tribus mensibus, ut ipse petivit. Non simus difficiles et morosi, in re non magni momenti, et grata illi qui pars aliqua nostri coetus fuit. Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut mitiget poenas, et te et ecclesiam tuam domesticam et publicam servet. Lachrymis et dolore impedior ne plura scribam. Bene vale, Cal. Maii.

No. 3864. 1. Maii.

C. Crucigero.

Epist. lib. III. p. 154. (ed. Lond. lib. III. ep. 77.). Apographa in codd. Gothanis 191. p. 82., et cod. 401. p. 7.

D. Casparo Crucigero.

S. D. Charissime *Caspar*, Non si tantum lachrymarum fundere possem, quantum aquae flumen *Albis*, et vestra et nostra moenia praeterfluens pleno alveo volvit, exhauriri meus dolor posset, quo excrucior propter cladem, in qua noster Princeps, qui certe dilexit Ecclesiam et iustitiam, captus est.

Et multae magnae causae in hoc luctu concurrunt: Misericordia captivi ingenti afficior. Video secuturam doctrinae mutationem et novas distractiones Ecclesiarum: Deinde quantum decus, dissipata schola nostra extinguitur: Nos divellimur. Profecto si quis adhuc consiliis locus esset, istic in consuetudine vestra et ad aras vestras vel mori malim, quam in hoc exilio vagari, in quo tamen quotidie contabesco. Deus aeternus Pater Domini

nostri Iesu Christi servet Reverendum Dom. *Pastorem*, te et *Paulum* et alios collegas. † Quid petat hic tabellarius, ex literis ad *Paulum* scriptis cognosces. Oro, gratificemini adolescenti, de quo scripsi. Bene vale. Calend Maii." Bene vale. (Anno 1547.)

No. 3865. 3. Maii. (Brunsvigae.)

Laur. Mollero.

Epist. lib. V. p. 448 sq.

Laurentio Mollero (Hildeshemiensi)

S. D. Doctissime Laurenti. Ut in morbis, inquit Demosthenes, gemitus aliquam levationem adferunt: ita in moestitia querelae, sed plus prosunt lacrymae et invocatio apud Deum, quam querelae inter amicos. Ideo omissa longa commemoratione, (nam et dolorum nostrum oratio nulla aequare potest) tantum hoc scribendum duxi, consolationes nobis eas proponamus, quas Deus Ecclesiae suae tradidit, et petamus a Deo mitigationem poenarum. Pro tuo xenio gratiam tibi habeo, imo etiam pro animi benevolentia, *χαρίτων γὰρ θυμὸς ἄριστος*, ut olim dicebatur. Bene vale. † D. *Corvino* salutem opto." *) Brunsvigae 1547. 3. Maii.

Philippus Melanthon.

No. 3866. 4. Maii. (Brunsvig.)

Vito Winshemio.

Strobelii neue Beiträge zur Literatur Vol. II. p. 325.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti D. Vito Oertel Winshemio amico et fratri suo charissimo. (Bey dem Erbaren Herrn Emeran Tuchern zu Meydeburg.)

Charissime Vite. Nescio an hanc epistolam accepturus sis. Curavi enim aurigis tradi, quos ipse inquirere non potui. In tanta amplitudine urbis procul dissitas cauponas nondum audire potui.

Venimus Dei beneficio in urbem *Brunsuigam* incolumes, ut nunc quidem in hoc tam tristi exilio incolumitas dici potest. Nihil in via militum vidimus. In urbe *Cassidopoli* (Helmstaedt) etiam Senatus publica liberalitate sumptus praebuit viduae *Lutheri* et *Georgii* (Maioris) familiae. Utramque familiam hic apud Abbatem [1]) collocavi. Ego diverti ad *Medlerum*, hoc biduo quaesiturus domunculam in qua meos abdam.

Copiae *Bremam* obsidentes hic nondum formidantur, et dicitur Bremenses eruptione facta recens trucidasse multos in exercitu hostili, et in his unum ex praecipuis ductoribus [2]). Sed vel hodie vel cras exploratiora scribam. Bene vale, die 4. Maii. Salutem opto omnibus collegis, quo dulcissimo nomine utar, etiamsi rem fortuna nobis eripuit. Anno 1547.

*) Addit A. D.

No. 3867. 5. Maii. (Brunsv.)

Eidem.

Strobelii neue Beiträge Vol. II. p. 326.

Vito Winshemio.

Carissime Vite. Aurigis epistolam dedi, quam an reddituri sint, nescio. Nunc *Lutheri* viduae ministro do alteram epistolam. De bello hic mirum silentium est. *Macedo* huc misit equitem ad Senatum, *διηγούμενον τὸ διαλλαγῆναι τῷ αὐτοκράτορι τὸν Μακέδονα*. Senatores huius urbis exceperunt nos satis comiter, et hospitia mediocria hic inveniuntur. Quaeso ut et ad me scribas, ac rationem inibo mittendarum literarum per tabellarios, quos Senatus mittit. Bene vale. Salutem opto viris optimis, collegis nostris. Die 5. Maii. An. 1547.

Tu quoque mittas literas per vestri Senatus tabellarios *Brunswig.*

No. 3868. 6. Maii. (Brunsvig.)

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 266.

Georgio Buchholzero.

S. D. Venerande domine Georgi: Non sum Stoicus, nec fatali necessitate tantum iudico nos in has miserias incidisse, in quibus sumus: sed accersi

1) *Ioann. Holtegel*, Abbas monasterii Walkenried. (nota Strobelii, cui iure suo, ut videtur, contradixit Clariss. Foerstemannus in d. Allg. Anzeiger d. Teutschen No. 252. ann. 1828.).

2) Vid. Sleidan. Comment. p. 574. et p. 580.

poenas nostra culpa, multo ante et vidi, et dolui. Saepe optavi, ut et doctores et principes Ecclesiae et sibi melius consulerent: idque adhuc opto. Etsi autem nunc in tam calamitoso eventu necesse est me multo maiore dolore adficit: tamen me iis consolationibus, quas Deus nobis tradidit, utcunque sustento. Eo etiam minor est animi mei consternatio et confusio, quod mihi conscius sum, me in his publicis discordiis nihil quaesivisse, nisi ut recte explicata extaret doctrina.

Illustrissimo Principi Electori *Marchioni* reverenter meis verbis gratias agite, quod hospitium mihi clementer offert, quo usurum me esse spero, postquam *Lutheri* viduam et liberos alicubi collocavero. Illa me secuta est *Brunsvigam*, ac lachrymans petiit sibi nidum aliquem quaeri. Moveor pietate, et debere nos gratitudinem *Luthero* iudico: quare eam Regi *Danico* commendari cupio. Bene valete: die sexto Maii, Brunsvigae.

No. 3869. 9. Maii.

Noh. Buchholzero.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54³.

Ingenii facultate et eruditione eximia praedito Nohae Buchholzero.

S. Versus est Theocriti conveniens cum dicto Psalmi: *generatio rectorum benedicetur*, εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λῷστα, δυσσεβέων δ' οὔ. Cum igitur pater tuus vera pietate Deum colat, et incorruptam Evangelii vocem in Ecclesia sonet, spero, Deo et filios eius curae fore; quod quidem et res ostendit. Nam facilitas carminum tuorum ostendit ingenii felicitatem. Quare et patri gratulor hoc Dei munus, quod liberos habet ad virtutem idoneos, et gaudeo posteritatis causa manere lucem doctrinae in familiis piorum. Vota, quae misisti, aeternus pater domini nostri Iesu Christi rata faciat. Pro tuis versiculis vicissim mitto pagellam de suo (?) somnio, sed alias meliora missurus. Bene vale. Die 8. Maii 1547.

Phil. Mel.

No. 3870. 9. Maii. (Brunsvig.)

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 647 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Honestissime vir, et amice charissime. Cum post tristissimam cladem secunda obsidio Witebergae formidaretur: subito venit ad nos in urbem *Magdeburgam* vidua *Lutheri*, quae se *Brunswigam* transvehi orabat. Eo properabat, ut inde ad Regem *Danicum* iret. Venimus igitur Brunswigam. Sed viae per Ducatum *Luneburgensem* plenae sunt militum. Ideo Brunswigae nunc manet familia *Lutheri*. Mecum autem adhuc est filius *Christophorus*, quem cogito in Marchiam ducere. Nam iterum mihi scripsit *Marchio*, sed meo iudicio commodius esset, a vobis mitti huc equitem, qui filium ad vos duceret. Ego, si audiero, per quae loca possim iter facere, ipse eum ad vos adducam. B. et feliciter valete. Die 9. Maii. *) Brunswigae. Philippus.

No. 3871. 10. Maii. (Brunsvig.)

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 448. (ed. Lond. lib. II. ep. 472.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Gratiam tibi habeo, quod ad me scripsisti, teque oro ut moestitiae repugnes. Tranquilliore animo potes et ferre et spectare publicas miserias, quia et a certaminibus dogmatum, et a consiliis publicis abfuisti. Deinde de pecunia etiam consilium Deus ostendet; quantum mihi reliquum est, tecum erit commune. Rursus cogito meam familiam collocare in oppido *Northusen*, quo et *Georgius* migrare cupit. Nam adhuc patent viae. Discesseramus *Brunsuiga*, ituri *Luneburgum*, ut inde ad Regem *Danicum Georgius* viduam (Lutheri) adduceret. Sed postquam venimus ad *Gefhorn*, et Dux *Franciscus* exaggerabat pericula itinerum, non invitus *Brunsuigam* reversus sum, cum viderem a reditu non abhorrere *Georgium*. Sive *Northusiam*, sive *Stendaliam* venero, curabo ut nobiscum sis. Expecto enim iam literas et nuncium ex oppido Northusano. Nec de belli rumoribus, nec de consiliis hominum in his regionibus quidquam scribere possum: sed brevis narratio complecti posse summam videtur. Videntur civitates ad casum et tempora accommoda-

*) Saub. *Martii*, quod mendum est.

turae consilium. *προβεβουλευμένον ἐν τοιαύτῃ ἀναρχια καὶ συγχύσει, οὐδὲν ἔχειν αὐτὰς οἷον τέ ἐστι.* Fatalis igitur conversio expectanda est. Bene vale et rescribe. Die 10. Maii.

No. 3872. 10. Maii (Brunsv.)

N. Buscodicensi.

Edita a Pezelio in Epist. Mel. ad Hardenberg. epist. 50.

D. Nicolao Buscodicensi.

S. D. Carissime D. Nicolae. Non sum Stoicus, ,et aliquanto fortius cum Stoica secta bellum gero, quam nostri Duces ad Danubium et Albim bellum gesserunt. Quare non fatali necessitate nos in has miserias incidisse iudico: sed plecti nos statuo, propter multa *ἑκούσια* delicta. Cumularunt sibi pericula nostri principes longi temporis *πολυπραγμοσύνῃ*, et auxerunt odia multa non necessariis *θορύβοις*. Nacti igitur occasionem inimici, simul et ipsos et veritatem opprimere conantur. Nam post hoc bellum sequentur edicta, ut Synodi *) sententiae recipiantur; et aliqui recipient. Nec nulla sunt peccata populi et docentium, quae irritarunt iram Dei. Quare veris gemitibus petamus a Deo veniam, et mitigationem publicarum et privatarum aerumnarum. Hispani milites Ecclesiarum pastores interfecerunt in vicinia Wittebergae: et in his sanctum senem pastorem Ecclesiae *Kembergensis*, primum maritum **). Nec vero dubito Deum vindicem sanguinis sanctorum sacerdotum, puniturum esse Hispanorum crudelitatem, et facturum conversionem horum tumultuum mirandam. Commendo tibi hos adolescentes *Tilemannum* et *Henricum*. *Tilemannus* metuit, fore ut parentes eum avellant a literis. Tua igitur auctoritate perficies, ut rursus in Academiam aliquam mittatur, Lovaniensem aut Heidelbergensem, ubi *Micillus* docet, et doctrina Ecclesiae recte traditur. Bene vale 10. Maii Anno 1547.

No. 3873. 15. Maii (Brunsv.)

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 288 sqq.

*) Tridentinae.
**) Est Bartholomaeus Bernhardi, Feldkirchensis, vid. Vol. I. p. 421. No. 120.

Christophoro Pannonio.

S. D. Magnae mihi voluptati fuit aliquot annis videre tres vicinas Academias [1]), et de divina doctrina et de aliarum artium studiis magna ex parte consentientes, et, velut apes, collatis operis ornare Ecclesiam, et magnam Germaniae partem. Fuitque iucundissimum, videre tot inter se, in omnibus Academiis, cohaerentes voluntates et amicos. Nunc vero etsi divellimur, tamen amicitias nostras volo perpetuas esse, quib. fruemur in vita coelesti. Fortassis autem, et aliquanto post, iterum ad concordiam publicam proderit consensus nostri ordinis. Deus enim aliquando pacem restituet, quae et firmior erit, et facilius restitui poterit, si Ecclesiae idem doctrinae genus sonabunt. Tuae erga me benevolentiae memoriam nulla fortunae iniuria, nulla aetas extinguet, ac scribam tibi, quotiescunque erit *ἀφορμή*, ubicunque ero. Nunc Brunsvigam veni, quo non eram profecturus, sed *Lutheri* viduae et familiae ibi hospitium quaerendum fuit. Inclytus Elector, *Marchio*, ad me clementer scripsit, qua de re alias copiosius. Bene vale. D. 15. Maii. Illud etiam scire te volo, nostrum Saxonicum Electorem natum esse die mortis Alexandri Magni *τρίτῃ φθίνοντος δαισίου*. 28. Iun.

Philippus Melanthon.

No. 3874. 15. Maii.

Io. Lango.

† Ex apogr. in cod. Goth. 399. p. 172.

Iohanni Lango, Th. Doct. et episc. ecc. Erford.

S. D. Sic inquit Nazianzenus: *οὐδὲν οὕτως εὐφραίνει ἡμᾶς εἴωθεν, ὡς συνειδὸς καθαρὸν καὶ ἐλπίδες ἀγαθαί.* Hac nos consolatione nunc quoque sustentemus. At quae spes, inquit aliquis, pacis esse potest, cum belli flammae velut incendia paullatim latius vagentur? Non pendent nobis *) ab humanis coniecturis sed a promissionibus Dei immotis, qui et condidit Ecclesiam et restituit antea lapsam, cum ad primos parentes destitutos ab omnibus creaturis Deus ipse prodiit, et eos ex interitu revocavit et saepe hoc modo deinceps erexit,

1) Vitebergensem, Lips. et Francoford.
*) Excidisse hic videtur: *consilia* vel simile; vel pro *pendent* legendum est *pendet* videl. *spes*.

et pollicitus est, semper se servaturum esse. Huic etiam nostrae familiolae curae erunt, ut dicitur: *generatio rectorum benedicetur.* Te rogo, ut saepe ad me scribas, ut, donec licet, colloquamur. Bene vale. Idibus Maiis. Ph. M.

No. 3875. —

Narratio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54ª. — Inscriptione caret in codice. Ex verbis in fine adscriptis intelligitur, Melanthonem haec scripsisse nonis Martii a. 1560. Inseruimus autem hanc narrationem hic, ut lectores eam habeant in promptu, historiam huius anni ex Melanthonis scriptis exploraturi.

(*Narratio.*)

Anno quadragesimo septimo cum Imperator *Carolus* Vitebergam obsidione cinxisset, haberetque secum in castris Electorem nuper captum, *Ioannem Fridericum*, ducem Saxoniae, evocat ex oppido ad colloquium privatum *Lucam* *) Pictorem, iam senem. Eum, cum in tentorium deductus esset, sic Carolus compellat. Saxoniae Dux Elector *Ioannes Fridericus*, nuper a me in acie superatus et ad Molbergam captus, mihi egregiam tabulam in conventu Imperii Spirae a te elaboratam obtulit, cuius aspectu cum aliquoties suaviter sim recreatus, postea semper magnifeci picturas tuas. Cum autem interea mihi de obitu tuo nonnihil nunciatum fuisset, et te filium ingenio et industria non minus praestantem reliquisse: nunc de te accuratius percontanti nunciatum est, te in hoc oppido superstitem esse. Eam igitur ob causam iussi te hic adesse, ut te coram alloquerer. *Lucas* humiliter gratias agens Caesareae maiestati submissionem suam et obsequia verbis simul et gestu reverenter declaravit. Ibi pergit Imperator: est, inquit, Mechliniae in conclavi meo tabella, in qua effigiem meam, cum puer essem, delineasti. Scire autem ex te volo, quae fuerit tunc aetas mea et quis gestus? Respondet *Lucas*: octo annorum aetas tua erat, cum Imperator *Maximilianus* te dextra circumdans iuberet Belgicam nobilitatem et civitates iuramento promittere obedientiam. Cum autem picturam ordirer, tua Maiestas saepe ad diversa loca respiciebat, ut solent pueri. Ibi praeceptor, qui tuam naturam norat, dicebat, te mirifice delectari aspectione teli, iussitque ad parietem adversum collocari eleganter factum iaculum. Ab ea cuspide cum non deflecteres oculos, effigies postea absoluta est. Hac commemoratione Caesar impendio delectatus est. Quare incredibili Caesaris mansuetudine adductus *Lucas* capti domini fortunam et patriae statum perpendens, nihil in tanta opportunitate captavit, sed senili more in lacrymas resolutus et in genua procumbens pro capto principe deprecatus est. Ad ea Caesar nonnihil subridens placidissimo vultu ait: perficiam, ut captus princeps, dominus tuus, clementiam meam experiatur. Et *Lucam* munere donatum a se in urbem remisit.

Haec Philippus Mel. anno vitae ultimo LX., quo et obiit, nonis Martii.

*) Fuit Lucas Cranach.

No. 3876. 17. Maii (Wernigerodae.)

N. Medlero.

Danz. in epp. ad Medler. ep. 67. e cod. Bav. I. p. 1018. Nunc ex eodem descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Hanc epistolam aurigae dedi qui partem supellectilis nostrae vehet. Ut autem domum invenire posset, in qua habitat uxor mea, iussi eum ad vos accedere. Quaeso ut domum monstretis huic aurigae, et meos vobis commendo. Heri huc rediit ex castris Comes *Albertus* *), qui narrat, in castris inducias esse, quia de componendis discordiis agatur. Deus restituat piam et salutarem pacem. Bene valete. Zinstag post vocem Iucunditatis 1547. Phil. Melanthon.

*) Stolbergensis.

No. 3877. (17. Maii, Wernigerodae.)

Iohanni ministro.

Epist. lib. II. p. 583. (ed. Lond. lib. II. ep. 609.).

Iohanni Ministro suo

S. D. Charissime *Iohannes*, Dei beneficio salvi et incolumes pervenimus ad *Werngerod* in ditionem comitis *Stolbergii*. Nactus autem hunc aurigam, iturum propter alias causas *Brunsuigam*, egi cum eo de parte supellectilis transvehenda.

Imponetis ergo quantum vehere potest, et iubebitis eum res nostras deponere in domo *Guilhelmi Reiffenstein.* Iam quaero et alterum currum. Si habere potero, ipse istuc revertar, ut de viduae negotio deliberem. Bene vale. Precium iam dedi. Sive hodie alterum currum habere potero; sive non, vos tamen huic currui imponite partem supellectilis.

No. 3878. (17. Maii.)

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 698 sq. — Apographon in cod. Lang. p. 8.

Michaeli Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. Dei beneficio *Christophorum,* filium, adduxi ipse ad *Werngrod*, et simul adducti sunt *Georgius Maior*, Doctor, et meae filiae et filius. Hos transvehi curavi ad vos, et vobis commendo. Ego *Brunsvigam* redeo ad Coniugem et supellectilem transvehendam. Oro, ut istic tuguriolum aliquod conducatur. Nam ibi collocare familiam aliquantisper decrevi, Deo commendaturus me et meos, et Rempublicam et Ecclesiam. Caetera consilia mea coram exponam. Bene et feliciter valete. Pridie ascensionis Filii Dei in Werngrod [†1547.]. Doctor *Georg. Maior* Noribergam proficisci decrevit, sed si vestrae Ecclesiae gubernationem ei commendaretis, fortassis maneret in his Regionibus. Iterum valete. Philippus.

No. 3879. 19. Maii (Brunsvigae.)

Eidem.

Edita a Manlio in farrag. epp. p. 222. et a Sauberto in Mel. Epp. lib. V. p. 599. — Contuli apographa in cod. Lang. p. 8. Cod. Goth. 191. p. 45. et cod. Goth. 401. p. 22.

Clarissimo et integerrimo viro, prudentia et virtute praestanti, Dom. Michaeli Meyenburg, amico suo charissimo [1].

S. D. Hanc epistolam scripsi die fausto [2], quo memoria publice celebrabatur [3]) ascensionis filii Dei in coelum, quam multitudo magna Ecclesiae eius temporis spectavit [4]) oculis [5]). Cogitabam igitur de dulcissimis consolationibus [6]), quae eo die leguntur. Sedet [7]) filius Dei ad dextram aeterni patris dans dona hominibus. Dabit igitur et [8]) nobis dona invocantibus eum, defendet [9]) et servabit Ecclesiam suam.

Mitto isthuc partem [10]) supellectilis, quam quaeso [11]) ut in aedibus vestris reponi sinatis, vel si quod mihi conductum [12]) est tuguriolum eo transferri mandate [13]). Bene et feliciter valete [14]). Die ascensionis Filii Dei in coelum. Anno 1547.

1) Plenam inscriptionem habent Manl. et cod. Goth. 191.
2) Manl. *festo*; cod. Lang. *sancto.*
3) Cod. Goth. 191. et 401. *celebratur.* Manl. praetermisit.
4) Saub. *spectarat.*
5) *in coelo — oculis*] Manl. non habet.
6) Cod. Goth. 401. *cogitationibus.*
7) Saub. *Sed et.*
8) *igitur et*] Saub. *etiam.*
9) *defendet*] Manl. *descendet.*
10) *isthuc partem*] Manl. *igitur partem meae.*
11) *quam quaeso*] in cod. Goth. 401. non leguntur.
12) *confectum* cod. Goth. 191.
13) Reliqua in cod. Goth. 401. non leguntur.
14) *vale* cod. Lang.

No. 3880. 19. Maii.

(*Syngraphus.*)

† Ex apographo in cod. Monac. 89. No. VI. p. 36 b.

Das Wort [*passe-port*].

Nachdem der Edel und Wohlgeborn Graf und Herr, Herr Wolfgang, Grafe zu Stolberg und Werningerod, mein gnädiger Herr, mir gnädiglich ein Geleit geben hat, welches Zeiger dieser Schrift auch weisen soll, bitt ich dienstlich, mich und mein Geräth, das nichts anders ist denn Bett und Bücher, günstiglich durchzulassen, dieweil ich doch niemand zu schaden umziehe, und hab auch Kirchen und Schulen treulich und nützlich gedienet. Gott wolle uns allen gnädigen Frieden geben. Datum in Braunschweig am heiligen Tag der Auffahrt im Himmel unsers Heilandes Jesu Christi 1547.

No. 3881. 19. Maii (Brunsvig.)

I. Ionae.

Epist. lib. III. p. 166. (ed. Lond. lib. III. ep. 91.). — Item in *Kindervateri* Northusa illustri p. 128. — Apographon in cod. Lang. p. 7 b.

Iusto Ionae Theologiae Doctori

S. D. Coram, ut spero, Deo iuvante de ea deliberatione colloquemur, de qua literas ad me *Brunswigam* misisti. Video utrique longiora exilia proposita esse, quae feremus ducente nos Filio Dei, qui ideo sedet ad dexteram aeterni Patris, ut dona det hominibus invocantibus ipsum. Mihi levat moestitiam conscientia rectae voluntatis, et studii illustrandae verae doctrinae: Sed tamen ad hanc consolationem adiungo cogitationem promissionum divinarum. Affirmat Deus se in afflictis habitare. Sumus igitur Dei domicilia, quae et reget et custodiet. Bene vale. † Die ascensionis filii Dei in coelum."

No. 3882. —

G. Maiori.

Epist. lib. III. p. 166. (ed. Lond. lib. III. ep. 90.). — Apographa in cod. Goth. 191. p. 47. et in cod. Lang. p. 7 b. — Versabatur Maior illo tempore Northusae cum familia Melanthonis. Cf. ep. d. 17. Maii.

Georgio. Maiori

S. D. *Exurgat Deus et dissipentur inimici eius.* Hanc precationem hodie in *Psalmo* Ecclesia Dei sonat, ad cuius vota nos quoque nostra vota et gemitus adiungamus, ac petamus, ut Filius Dei sedens ad dexteram Dei aeterni Patris, nos defendat, ac piam et salutarem pacem Ecclesiis nostris restituat. Utinam Principum πολυπραγμοσύναι non miscuissent privata negotia causae Ecclesiae. Sed Deus leniat poenas. Coram de communibus aerumnis, et nostris itineribus colloquemur. Meos *) interea regito. Bene vale. Die † ἀναβάσεως" 1547.

*) qui tum Brunsvigae versabantur cum Maiore.

No. 3883. 24. Maii (Eimbecae.)

Io. Obernburgio.

Edita primum in Manlii farrag. p. 54. minus accurate, postea in Select. epist. p. 442., in epp. Peuc. I. p. 143., repetita in edit. Londin. lib. I. ep. 57. et in libro VI. epistol. p. 17. ubi inscripta legitur: „magno cuidam viro tempore belli Schmalcaldici", descripta ab editore ex apographo (inscriptione carente) in cod. Monac. II. p. 175. Contuli apographa in cod. Bavar. I. p. 674., cod. Goth. 190. p. 27., cod. Goth. 263. p. 19 b. et cod. Lang. p. 20. Versabatur tunc Melanthon exul in montibus Hercyniis.

Iohanni Oberburgio, Secretario Caroli V. Imperatoris Romani.

S. D. Etsi exempla moderationis et clementiae in victoria recitari ex veteribus historiis multa possunt: tamen ingrati essemus, si aliorum potius, quam Imperatoris *Caroli* Augusti mansuetudinem ac lenitatem commemoraremus, qui cum antea [1]) captis regibus et domitis principibus magna cum laude pepercit: tum vero iam insigni exemplo victoriam moderatus est collocatis captivi Ducis Saxoniae [2]) filiis in amissa haereditate. Haec bonitas Deo grata est, et maxime conveniens summo fastigio. Existimo autem praecipuos viros in aula intueri in Domini exempla, et consilia ad salutem generis humani referre. Te certe et natura placidum et beneficum esse animadverti, et sapientia [3]) doctrinaeque studiis ita confirmatum, ut et ad iustitiae normam omnia consilia dirigas [4]), ac [5]) hanc lenire aequitate et misericordia studeas, ut serves homines non malos, quorum in republica usus esse potest. Quare ad te scribere ausus sum, mansuetudine et sapientia fretus tua. Etsi enim in Academia oppidi Saxonici, quod oppugnastis, fuisse me confiteor, tamen cum arma non gesserim, et doctrinam necessariam vitae, quaecunque erant in republica imperiorum conversiones [6]), iuventuti bona fide tradiderim, aliqua me spe vitae sustento. Ac minus mihi irascerentur [7]) boni et sapientes, si [8]) nossent, qui mei [9]) dolores, qui sensus, quae voluntas semper fuerit et initio belli, et multo ante, cum [10]) semina belli spargere viderem. Nunquam opes aut potentiam ullam vel speravi vel captavi.

Nunc igitur supplex ad te venio, teque propter religionem et ius supplicum, quod quale fuerit in illa meliore antiquitate, cum scriptum est:

μηδ' ἀδικεῖν ἱκέτας, ἱκέται ἱεροί τε καὶ ἁγνοί,

non ignoras [11]), oro, ut bonis et doctis viris, qui

---

1) *antea* abest a Manl.; cod. Lang. *arte.*
2) *Ducis Saxoniae* non habet textus epp. lib. VI.
3) *sapientiae*] Manl., cod. Bav., cod. Goth. 190. et text. epp. VI.
4) Textus epp. VI. *dirigere.*
5) *et* cod. Goth. 263. et cod. Lang.
6) In textu epp. lib. VI. sic: *et quaecunque ad imperiorum conversiones spectant.*
7) Text. epp. VI. *irascuntur.*
8) Text. epp. VI. *qui.*
9) *mei* addidi e text. epp. VI. et cod. Goth. 263.
10) Text. epp. VI. *quam.*
11) Verba: *et ius supplicum — non ignoras,* exciderunt e textu epp. VI. sed habentur in Manlio et in codd.

semper alieni fuerunt ab omnibus contentionibus publicis, et artes vitae utiles docuerunt, Mathemata ac Physicen, aut enarrarunt scriptores graecae et latinae linguae [12]), opem feras, ut redire eis [13]) in oppidum, unde initio belli exire iussi sunt, et suas aedes tenere concedatur. Aequissimum est horum causam seiungi a [14]) caeteris, qui in odio sunt [15]) propter dogmatum certamina; non enim opinor, vos bellum gerere cum artibus. Rex *Demetrius* cum *Rhodum* obsideret, murumque eo in loco, ubi tabula erat [16]) *Protogenis;* magna arte picta, quassaturus esset, cum rogaretur a Rhodiis, ut monumento illi Protogenis parceret [17]), revocavit inde [18]) milites, inquiens, se non gerere bellum cum artibus. Eaque initia fuerunt faciendae pacis cum Rhodiis. Quanto erit gloriosius Imperatori *Carolo* [19]), servare tot bonos et doctos viros, quorum eruditio reipublicae usui [20]) esse poterit, quam *Demetrio* fuit [21]), servasse mutam [22]) tabulam? De me non audeo scribere, etsi sapientibus et non duris iudicibus de mea voluntate et de meis actionibus satisfacere me posse arbitror, sed amicorum causam tibi commendo, quorum eruditio et virtus [23]) tanta est, ut non dubitem te ultro eos defensurum esse, si tibi noti [24]) essent. Scripsi brevius propter tuas occupationes, teque oro [25]), ut meam epistolam boni consulas, ac mihi per hunc [26]) integerrimum conterraneum tuum, Dominum *Michaelem* [27]) significes, quid spei nostris amicis esse possit. Nomina eorum perscripsi in charta, quam huic epistolae addidi [28]). Bene vale. Embecae, 24. Maii [29]), 1547.

12) *Mathemata — linguae* non habet Manl.
13) Manl. *eos*; a textu epp. lib. VI. abest.
14) In epp. VI. sic: *iniquissimum est h. c. iungi caeteris.*
15) Epp. VI. *erunt.*
16) Epp. VI. *fuit.*
17) *cum rogaretur — parceret* non leguntur in textu epp. VI.
18) Peuc. *ille*; reliqui et codd. *inde.*
19) *Imperat. Carolo* non habet Manl.
20) Peuc. *utilis*; omnes reliqui *usui.*
21) Epp. VI. *fuerit.*
22) Cod. Bav. I. † *aut ornatam.*
23) *et virtus* absunt a textu epp. VI.
24) Cod. Bav. I. pro *noti* habet *perspecti.*
25) Epp. VI. *orans.*
26) † *virum*, epp. VI. et cod. Goth. 190.
27) *Michaelem Meyenburgum*, consulem Northusanum.
28) Epp. VI. tantum: *Nomina eorum hic adieci.*
29) Cod. Lang. *Martii*; epp. VI. habet: *d.* 15. *Iunii*, utrumque mendose.

Nomina eorum, de quibus supra fit mentio *).

Iurisconsulti quaerent fortassis alios patronos. Sunt enim in vicinia *Marchio* et *Elector*, abs quibus petent reditum ad aedes suas.

D. *Hieronymus Schurff.*
D. *Plicardus.* D. *Benedictus.*
D. *Melchior Kling.* D. *Laurentius Zoch.*

Doctores Medici

D. *Augustinus Schurff.* D. *Iacobus Milichius.* D. *Straub.*

Mathematicus

D. *Erasmus Salveldensis.*

Linguae latinae, graecae, hebraicae professores

M. *Vitus.* M. *Ioannes Marcellus.*
M. *Paulus Eberus.*

No. 3884. 26. Maii (Nordhusae.)

P. Ebero.

Bis in Manlii farragine epp.: A) p. 253. et B) p. 327. — Iterum edita a Peucero in Mel. epp. lib. II. p. 136. (ed. Lond. lib. II. ep. 122.). — Apographa in cod. Goth. 190. p. 51., cod. Goth. 191. p. 66. et cod. Goth. 401. p. 5. et cod. Mon. 66. p. 73. — Peucerus haud dubie edidit epistolam ex autographo. Ut vero Lector exemplum habeat negligentiae, qua apographa saepe facta sunt, varias hic ex Manlio et codd. haustas lectiones etiam addidimus.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Paulo Ebero, amico suo et fratri carissimo [1]),

S. D. Et vos liberatos esse miseriis obsidionis et oppidum utcunque servari, gaudeo, ac utrumque assiduis et veris gemitibus et votis a Deo petivi. Nec [2]) in hoc meo exilio magis [3]) de meis miseriis, quam de Pastore, de [4]) Crucigero, de [5]) te, deque [6]) caeteris [7]) invocantibus Deum in illa dulcissima patria nostra, in qua manere summo cum periculo voluistis, cogitavi. Nec procul discedere [8])

*) Catalogum nominum tantum servavit textus epp. lib. VI. e cod. Monac.
1) Manl. B.: *Amico cuidam.* In cod. Goth. 191. caret inscriptione.
2) *Nec*] cod. Goth. 191. *Hic.*
3) Cod. Goth. 191. *non magis.*
4) *de* Manl. B. et cod. Goth. 401. non habent.
5) Manl. B.: *et de.*
6) *deque* Manl. B. non habet.
7) Manl. B.: *caeterisque.*
8) Cod. Goth. 190. et 191. addunt: *ipse.* — Constituerat videlicet Melanthon se cum suis conferre in Palatinatum, sed in itinere consilium mutavit.

potui. Familiam igitur [9]) duxi in oppidum *Northusen;* ego in iugis Harciniis [10]) non inter feras erro [11]), sed inter homines honestissimos, socios nostri luctus et doloris [12]), versor. Ibi exitum obsidionis expectare volui, nam coniectura quadam ducebar de tempore, ut [13]) coram narrabo. Cursorem meum ad vos misi, ut de statu oppidi, deque vestris consiliis mihi [14]) scribatis. Etiamsi [15]) erit longius exilium suscipiendum, tamen colloqui vobiscum antea [16]) decrevi. Optarim [17]), nos in eadem Academia vivere posse, ubicunque Deus sedem aliquam nobis attribuet [18]). Si istic manent [19]) Pastor et Cruciger [20]) de reditu et ipse [21]) cogitabo. Sed prius audiam, quid tu statueris, et quid mihi faciendum iudices. Omnino mihi morte acerbior est haec distractio nostri [22]) coetus, et tamen ferendum est, quod mutari non potest. Quaeso rescribito copiose [23]). Bene vale, 26. Maii [24]), 1547 [25]).

† Usitatum est, *αἰσχρὰ καλοῖς ὀνόμασι καλλωπίζειν.* Plane Sinoniis artibus incendium civile in his terris excitatum est, quod Deus restinguat" [26]).

No. 3885. **26. Maii.**

Matthiae.

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 67.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, D. Matthiae, docenti Evangelium in Ecclesia Dei in Salinis Saxonicis, amico suo S.

Et assiduis votis et gemitibus a Deo petivi, ut servaret patriam nostram. Sic enim nomino illud dulcissimum academiae nostrae hospitium, et mediocri in spe sum, Deum parsurum esse reliquiis Ecclesiae in eo oppido. Etsi autem duriter nos castigavit propter multa peccata, tamen oppidum utcunque servatum esse gaudeo, idque iudico, Dei beneficium esse, qui sua bonitate et suo consilio deinceps etiam poenas mitigabit.

Socerum tuum convalescere gaudeo, meumque nuncium ad eum accedere iussi. Cum primus sit maritus inter sacerdotes hoc tempore, nollem eum periisse etiam hanc ob causam, ne Epicurei dicerent, propter coniugii initia punctum esse. Tibi gratiam habeo, quod nuncium misisti. *Georgius* profectus est *Goslariam; Ionas* collocavit familiam suam in oppido *Nordhausen.* Ipse secessit ad amicos quosdam in iugis Herciniis; sed literas ei tuas misi, ac coniugem curaturam esse arbitror, ut tibi respondeatur. B. V. 26. Maii, 47.

---

9) *igitur*] Manl. B.: *tantum.*
10) Manl. A. B., cod. Goth. 191. et cod. Goth. 401. *Herciniis.*
11) *erro* Manl. B. non habet.
12) *et doloris* Manl. B. non habet.
13) *ut*] cod. Goth. 401. *et.*
14) *mihi* Manl. A. non habet.
15) *Etiamsi*] Manl. A. *Etiamsi autem.* Manl. B. *Etsi enim.*
16) *antea* Manl. B. et cod. Goth. 401. non habent.
17) Manl. B. *Optarem.*
18) Cod. Mon. 66. *attribuerit.*
19) Cod. Goth. 190. et 191. *manet;* Manl. A. *manebit;* cod. Mon. 66. *manserit.*
20) Manl. B. et cod. Goth. 191. *Crucigerus.*
21) *et ipse* Manl. B. non habet.
22) *nostri* abest a cod. Goth. 191.
23) *Quaeso rescr. cop.* Manl. B. et cod. Goth. 401. non habent.
24) Manl. B.: *d. 26. Februar.*
25) Annum addunt codd. praeter Monacensem.
26) Haec adduntur in cod. Goth. 401.

No. 3886. **26. Maii.**

C. Crucigero.

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 74.

D. C. C. (Casp. Crucigero) D. Theologiae, fratri suo carissimo et συμφιλοσόφῳ.

Nihil opus est quaerere causas miseriarum. Singuli *ἐπίβαλλον μέρος* contulimus. Sed tamen significari magnam mutationem Ecclesiae iudico. Etsi autem tristis est captivitas patriae nostrae, sic enim hospitium Ecclesiae et Academiae nostrae dulcissimum voco, tamen ago gratias Deo, quod reliquiis Ecclesiae suae in oppido pepercit, nec aut trucidari vos aut deleri oppidum permisit. Ego familiam duxi *Northausiam*, ubi erit donec aliquod hospitium quaeram, in quo Deo iuvante mihi quoque locus sit. Nec tamen procul a vobis discedere volui, priusquam viderem exitum obsidionis, et ante migrationem colloqui vobiscum cupio. Quaeso scribas de toto statu oppidi et de tuis consiliis, an isthic mansurus sis, et quid mihi des consilii. B. V. 26. Maii. 47.

No. 3887. 28. Maii (Nordhusae.)

G. Maiori.

Manlii farrag. p. 396. — Iterum edita in den Unschuldigen Nachrichten, a. 1713. p. 47. — Apographon in cod. Lang. p. 5., e quo edita videtur epistola in den Unsch. Nachr.

D. Georgio Maiori, Noribergensi, Doctori Theologiae, amico suo carissimo [1]) (*Goslariae.*)

S. D. Memini quo argumento literas [2]) impetrari tibi a Duce *Augusto* volueris, sed, ut [3]) video, mittuntur [4]) alio argumento scriptae [5]). Vocat te Dux Augustus [6]) in castra, ut ibi doceas Evangelium [7]), et fortassis postea locum *Antonii Musae* in Ecclesia Merseburgensi [8]) tibi traditurus est. Etsi autem differri responsio fortassis [9]) poterat, tamen fui hortator honestissimae coniugi tuae, ut peculiarem ad te nuntium mitteret [10]), non solum ut has literas Ducis Augusti [11]) mitteremus, sed etiam ut, quo in loco esses, et quid instituisses, sciremus; deinde ut significaremus [12]), Dei beneficio filiolum tuum recte valere [13]) edito calculo grandiusculo, quem [14]) magnis cruciatibus per aliquot dies [15]) parturiit. Nunc et ipse et tota familia Dei beneficio [16]) recte [17]) valent.

De vidua *Lutheri* scire cupio, an in Cymbricam Chersonesum itura sit. Scriptum est ex Salinis, posse redire in oppidum [18]) Witebergam eos, qui inde discesserunt [19]). Quod si ita est, (nondum enim mihi explorata et certa res est) [20]) praeferet suos fundos [21]). Misi igitur meum [22]) cursorem, ut statum oppidi nostri exploraret [23]). Bene vale. Die 28. Maii anno 1547.

Ph. M.

1) Manl.: *Amico cuidam, Theologiae Doctori S. D.*
2) U. N. *literis.*
3) *sed* non habet Manl.
4) *video* non habet Manl.
5) Manl. *scriptas.*
6) *Aug.* non habet Manl.
7) *Evang.* in Manl. non legitur.
8) Manl. *Merburgensi.*
9) *fortassis* excidit apud Manl.
10) Familia Maioris versabatur Northusae, sed Maior ipse secesserat Goslariam.
11) *Aug.* Manl. praetermisit.
12) *significaremus*] Manl. *scias.*
13) Manl. *vivere.*
14) *quem*] U. N. et cod. Lang. *quoniam.*
15) *dies*] Manl. *annos.*
16) *Dei beneficio* non habet Manl.
17) Manl. *bene.*
18) Manl. *urbem.*
19) U. N. et cod. Lang. *discessere.*
20) *et certa res est*] Manl. *sunt ea.*
21) Pro *praeferet suos fundos* Manl. dedit: *Spero, Dominum rebus omnibus melius consulturum.* Videtur pro *praeferet* legisse *speret*, et pro *fundos* legisse *dominus*, et reliqua ex coniectura addidisse. Eruta fuerat post mortem Lutheri viduae eius domus in urbe.
22) *meum* apud Manl. non legitur.
23) U. N. et cod. Lang. *explorem.*

No. 3888. 29. Maii (Northusae.)

Ge. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 264 sq.

Georgio Buchholzero.

S. D. Venerande domine Georgi: Videtis hunc annum fatalem esse et multis principibus, et multis doctis et bonis viris. Si igitur exempla aliquo modo movent animos ut feramus aequabilius talia, qualia alii mediocres et non mali ferunt: hanc etiam consolationem cogitate. Sed habemus alias consolationes potiores, quarum praecipua est, quod Deus adfirmat sese habitare inter adflictos, invocantes ipsum. Scripsi ad virum clarissimum, dominum Cancellarium *): sed quantum mea intercessio hoc tempore vobis **) prodesse possit, vos ipsi iudicare potestis. Si irasci volet victor omnibus, quorum reperientur literae significantes voluntatem non alienam a nostris Ecclesiis, aut principibus: nimis durus erit in victoria. *Iulius* totos literarum fasces, priusquam legerentur, iussit cremari. Idem victoris clementiam deceret. Bene valete, in Pentecoste 3056., anno 47.

*) Obernburgerum, vid. ep. d. 24. Maii.
**) *vobis?* — Legendum videtur *nobis.*

No. 3889. 29. Maii.

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 458. (ed. Lond. lib. II. ep. 483.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Nec Stoici sumus, nec Epicurei, sed sentimus vere adfici Deum miseriis eorum, qui ipsum invocant, et liberrime eum mitigare calamitates

invocantibus ipsum. Hanc consolationem non sinamus nobis eripi. Oro Deum ut et te et honestissimam coniugem tuam, et totam Ecclesiam tuam domesticam servet incolumem. Brevi istuc venio, tantum enim expecto reditum mei tabellarii ex *Witeberga*: misi enim eo meum cursorem, ac scripsi de vestris aedibus ad *Obernburgium.* Profectus est eo et D. *Michael Meienburg.* Caetera coram. De publ. miseriis non solum ideo nihil ad te scribo, ne tuum dolorem augeam, sed etiam eo, quod nos multo ante, cum causas harum calamitatum confirmari videremus, tristes poenas impendere metuimus, Deus haec vulnera Ecclesiae sanet. Bene vale. In Pentecoste 3056.

No. 3890. **29. Maii.**

Nic. Medlero.

Danz. epp. ad Medler. ep. 70. ex cod. Bav. I. p. 1052. Nunc denuo e cod. descripta.

Dm. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Reverende vir, et amice carissime[1]). Quod lenire dolorem nostrum omni officii genere in hoc nostro exilio conatus es, nosque amanter excepisti, et multa in me beneficia contulisti, gratiam tibi et debere me profiteor et habeo, ac Deum oro, ut vicissim tibi et tuis benefaciat, quem scis hoc beneficentiae genere delectari.

Etsi autem ingentem moestitiam mecum circumfero, tamen quia animus non est rudis horum dolorum, utcunque [2]) me erigo. Diu enim ante hoc tempus magno in moerore fui, cum harum calamitatum causas confirmari vidi. Si principes modeste quaesivissent veritatem, et ornare Ecclesias suas studuissent, nec miscuissent publicae causae privatas cupiditates, florerent et ipsi et Ecclesiae. Nunc Deum oremus, ut haec vulnera sanet, et nos, ut ardentior sit invocatio, causas calamitatum cogitemus, et modeste iugum domini, ut vocat Ieremias, feramus. Elector *Marchio* [3]) iterum me vocat. De captivo principe scribit admodum fuisse duram victoris voluntatem. Sed deinceps quicquid accipies literarum, quae mihi inscriptae sunt, resignato, ac [4]) legito. Bene vale in Pentecoste 3056. 1547.

Phil. Mel.

1) Haec Danz. praetermisit.
2) Danz. *utcumque.*
3) „Fuit is Elector Ioachimus 2., princeps supra modum effoeminatus." [Nota Bavari.]
4) Danz. mendose: *et.*

No. 3891. **29. Maii.**

Vito Winshemio.

Strobelii Neue Beyträge. P. II. p. 306. Apographon in cod. Goth. 191. p. 65.

M. Vito Winshemio, (*eo tempore Magdeburgi.*)

Carissime Vite. Ut Demosthenes in postremo exilio mansit in Calauria, unde adspicere vicinam Atticam potuit, ita nec ego procul discessi a nostrae Academiolae dulcissima sede, ut exitum obsidionis expectarem, Deumque assiduis votis et gemitibus oravi, ut nostros cives ibi servaret. Deditione facta mox misi eo nuntium, et scripsi ad *Obernburgium* de vestris aedibus. Epistolae exemplum mitto. Vos quoque spero iam eo misisse nuntios. Ubi meus tabellarius redierit, iter ad vos suscipiam Deo iuvante. Hanc epistolam volo tibi communem esse cum *Erasmo* et *Marcello*, cariss. amicis et collegis, quo nomine utemur, etsi res amissa videatur. Sed Deus alicubi sedem studiis nostris attribuet. B. V. In Pentecoste 3096. i. e. anno 1547. Nordhausae.

No. 3892. **1. Iun. (Northusae.)**

Io. a Berg.

† Ex apogr. in cod. Lang. p. 5b. et seq.

Eruditione et virtute praestanti D. Iohanni a Berg Dessaensi, amico suo carissimo. Zu Dessaw in der Cantzlei, und in Abwesen Johanns von Berg, dem Herrn Cantzler zu brechen.

Etsi exercitus Caroli Imperatoris iam in utraque ripa Albis dicitur vagari ad *Parthenopen*, dubitans ubi sis, misi tamen in patriam tuam dulcissimam tabellarium, teque oro, ut copiose significes ea, quae existimabis esse ἀξιόλογα de exercitu Caroli Imperatoris et de ipso, ac nominatim de Parthenope, an sit cincta obsidione, et an defensuri dicantur urbem cives, an vero pacem petant.

Ego familiam meam in oppidum *Northusen* duxi, ubi Dei beneficio mediocris est tranquillitas. Etsi longum iter suscipere me necesse est, tamen tanto desiderio nostrorum amicorum, qui tum in ipso oppido Viteberga, tum in vicinia sunt, afficior, ut nondum ingredi iter potuerim *). Misi etiam nuncium Vittenbergam, ut explorem oppidi statum. Fama in Salinis de *Crucigeri* morte sparsa est, quae, si vera est, etsi ipse beatus est, tamen Ecclesiae et nostra causa doleo. Valde te oro, ut respondeas. Quanquam autem magno in dolore te esse propter publicas et privatas calamitates arbitror; tamen iis te consolationibus sustenta, quae Deus Ecclesiae suae proposuit. Feramus igitur, ut Hieremias in sua concione legit, *iugum Dei,* et ab eo petamus, et expectemus mitigationem poenarum, et meminerimus, ipsius mandata esse, petere et expectare liberationem et in eius promissionibus acquiescere, etiamsi liberatio differtur. Bene vale. Calendis Iunii. Northusae. Scribe ubi sint principes Ascanii. 1547.

Ph. M.

No. 3893. 1. Iun.

Laur. Mollero.

Epist. lib. V. p. 444 sqq.

Laurentio Mollero

S. D. Euripidis versus sunt, quorum sententia vox est consentiens omnium honestorum hominum, et quidem congruens cum voluntate Dei.

εἰ μὰ γὰρ ὢν ἄνθρωπος ἀνθρώπου τύχαις
ὑπηρετήσω, οὐ φανήσομαι φρονῶν.
(Cum homo sim, nisi chorum hominum calamitatem Levare studerem, ne sanus quidem essem.)

Ita nunc maxime decet bonos viros in Ecclesiis, et misericordia exulum adfici, et lenire eorum aerumnas, si quibus officiis possunt. Ac tuam quidem pietatem in hoc genere ipse sum expertus. Fuit enim mihi pergratum, quod meo dolori literis suavissime scriptis mederi studuisti, tibique gratiam habeo, et de meo exilio scribam alias.

Nunc amici res videndae sunt, ut ille in Comoedia inquit. Novisti virum Clarissimum, Doctorem *Iustum Ionam*, cuius et eruditio et eloquentia et virtus est excellens, et senectuti eius iam tranquillitas debebatur. Sed cum Ecclesiam Dei in *Salinis* Saxonicis fideliter gubernarit, etiam ante bellum incurrit in odium Turcae *), et quorundam Turcae amicorum. Quare, cum nunc iudicaret, se ibi non sine periculo futurum esse, suo consilio discessit. Cum autem Senatus vester antea eum ad gubernationem Ecclesiae vestrae invitarit, duxi, ad te scribendum esse, ut tibi significarem, et otium ei nunc esse et voluntatem eius non abhorrere a vestrae Ecclesiae gubernatione, si literis Senatus rursus accersitus fuerit. Haec exponere te iis velim, qui Reipublicae vestrae praesunt. Et cum fueris eos hortatus, ut *Ionam* accersant, quid decretum sit, et mihi et ipsi significabis. Nam apud eosdem quoque ingenium, eruditionem et virtutem tuam praedicavi, ac literas mittes in oppidum *Northusen* ad Consulem, virum Clarissimum, Dominum *Michaëlem Meienburg.* Vides temporum varietatem. † Quadam enim obscura *συμπνεύσει* hoc agunt pontifices *καὶ οἱ εὐγενεῖς,* ut lucem verae doctrinae extinguant, et suo arbitrio religiones accommodatas ad ipsorum potentiam et cupiditates constituant" **). Piis et doctis, quantum modeste facere possumus, danda est opera, ut Doctores praeficiantur Ecclesiis recte eruditi et integri, ac spero, Deo iuvante, Ionam et Ecclesiae vestrae utilem fore, et civem bonum fore, hoc est, consilia ad salutem Ecclesiae, et civitatis tranquillitatem et concordiam accommodaturum esse, quorum utrumque cum semper alias, tum vero hoc tempore maxime necessarium est, videlicet, ut sit haec meta bono doctori proposita, ut Ecclesia recte doceatur, et civium voluntates coniungantur, sicut Plato ait: *νόμων ὑπόθεσιν* oportere esse, ut cives sint honesti et inter se concordes. *περὶ ζητήματος* respondi in pagella, quam hodie epistolae inserui. Bene vale. Calendis Iunii, in oppido Northusen 1547.

Philippus Melanthon.

No. 3894. 2. Iun. (Northusae.)

Io. a Berg.

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 44. et cod. Lang. p. 6 b.

---

*) Videlicet Melanthon constituerat, Northusae non subsistere, sed in patriam, Palatinatum, cuius magno desiderio tenebatur, se conferre. Distulit autem hoc iter retentus amore collegarum. Vid. epist. ad Sidemann. d. d. 5. Iun.

*) Cancellarii Mauritii.

**) Addit A. D.

Iohanni a Berg Dessaensi[1]), *amico suo S.*

Etsi magnitudo calamitatis hoc tempore multorum animos in dubitationem de providentia adducit, tamen nos immota fide retinemus doctrinam Ecclesiae traditam, et utrumque cogitemus, praedici postremis temporibus has tetras confusiones, et Deo nos curae esse et reliquias servaturum esse; et, ut servet, veris votis, gemitibus et lacrymis petamus. Profecto enim illud otium superiorum temporum multa vitia aluit, quorum poenas nunc luimus. Cumque in Ecclesia etiam multum sit errorum et vitiorum, iudicium, ut scriptum est, a domo Dei incipit, sed tamen reliquiae servantur. Idem nunc eventurum esse spero, Deumque assiduis gemitibus oro, ut in his regionibus aeternam filio haereditatem servet. In eodem modo animum tuum spe votisque erigas, et te serves[2]). Saepe apud animum meum colligo ea, quae philosophia ad leniendum dolorem in talibus aerumnis sapienter tradit. Sed hae consolationes infirmae sunt. Tantum in eo portu acquiescunt animi, quem Deus monstrat. Scimus Ecclesiam Dei inter fragores ruentis mundi mansuram esse, et quidem in eo coetu mansuram, ubi vox sonat Evangelii. Hac te consolatione quoque sustentes. B. V. 2. Iunii 1547.

1) Cod. Goth. 191. *Dessuensi*, mendose.
2) Cod. Goth. 191. *serves;* sed cod. Lang. *servabit.*

No. 3895. 4. Iun. (Northusae.)

Io. Lango.

† Ex apogr. in cod. Goth. 199. p. 193 b.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, Dom. Iohanni Lango, Doct. Theol. et gubernanti Ecclesiam Dei in urbe Ierae *), *amico suo carissimo,*

S. D. Usitata sunt omnium temporum Ecclesiae exilia; et in quibusdam fuit tanta saevitia, ut cum simul ex urbibus magni coetus expellerentur, equitum copiae incitatae in media discedentium agmina conculcarent senes, sacerdotes, mulieres, impuberes. Horum fortitudo nobis exemplo sit, nosque commonefaciat, ut communes aerumnas Ecclesiae aequalibus feramus animis. Rursus exulat hic *Iohannes Hellerus* **), de cuius historia eo nihil scribo, quia literas comitis monstrabit totam rem narrantes. Magno dolore afficior propter talium sacerdotum miserias, Deumque oro, ut ipse eas leniat, ac spero, eum reliquias Ecclesiae servaturum et protecturum esse. Hos autem quantum possumus, nostris officiis iuvemus miseros. Scripsi ad *Menium* de Hellero. Te quoque oro, ut quaeras ei nidum alium.

At nos hinc alii sitientes imus ad Aphros
Et pars diversum Boreae veniemus ad axem.

Non sinet tamen Deus deleri suam Ecclesiam. Bene vale. Die 4. Iunii anno 1547. in Northausen.

Ph. M.

*) Urbs Ierae est Erphordia ad Geram sita.
**) Vid. etiam testim. d. d. 29. Iun.

No. 3896. (4. Iun.)

Fr. Burchardo.

Unschuld. Nachr. 1718. p. 45. Apogr. in cod. Goth. 399. p. 194.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Dom. Francisco Burcardo Wimariensi Consiliario Ducum Saxoniae, amico suo cariss.

S. D. Non tantum in hac vicinia pii sacerdotes, qui bene precati sunt nostro principi, cum familiis suis pelluntur ex nidulis suis, sed etiam in aliis regionibus. Confugiunt igitur ad illas primas Christi cunas, videlicet ad Ecclesias nostrorum principum, in quibus vox evangelii pura primum exorta est. Quare te oro, ut si quos poteris iuvare, cum desiderabuntur pastores, rationem talium exulum praecipue habeas.

Hic honestus vir, Mag. *Ioh. Hellerus*, natus in ditione Nassaensi et gradu ornatus in Academia nostra, servivit Ecclesiis in comitatu Schwarzburgensi[1]) Vir doctus et pius est, et probatus Doct. *Lango*, cui familiaris fuit, et mihi integritas eius perspecta est. Quaeso igitur, ut praeficias eum alicui Ecclesiae in vestra vicinia. Bene Vale. Die natali Ducis Saxoniae *Iohannis Friderici* captivi, quem Deus consoletur et liberet. Ph. M.

1) Cod. Goth. 399. *Schwartzebergiensi.*

No. 3897. 5. Iun. (Northusae.)

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 193. (ed. Lond. lib. II. ep. 183.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, Cum apud Euripidem Theseus cadavera Ducum ad Thebas interfectorum recepta suis ipse manibus lavat, et plerique hoc funestum ministerium aliis mandandum esse dicerent, ipse, ut instituit, perficere non dubitat. Et ratio additur honesta: *Οὐχ αἰσχρὸν ἀνθρώποισιν ἀλλήλων κακά.* Etsi nos quidem in Ecclesia multo illustrius exemplum habemus, nam Filius Dei non solum lavit cadavera nostra, sed tristissimas calamitates nostras in sese derivavit *). Etsi autem scio Vestram totam familiam satis duriter nunc exerceri, et dubitabam an aditus tibi facilis sit ad Inclytum Ducem *Mauricium;* tamen quia sciebam, te non defugere labores et pericula in leniendis miseriis bonorum virorum, hanc Epistolam ad te praecipue misimus. Refutare falsam suspicionem *Ionas* conatur, de editis pagellis *Ambsdorfii,* quas a *Iona* editas aula putat. Se igitur vere excusat. Deinde verecunde orat se recipi in gratiam ab Inclyto Duce. Nec quidquam scriptum est durius. Quare ut imponi tibi curam exhibendae Epistolae sinas, te etiam atque etiam oro. Deliberabis autem tecum ipse pro tua excellenti sapientia, quomodo agi tota res aptissime possit. Eram ad *Macedonem,* si pace impetrata tranquilliore animo fuisset, hoc negotium delaturus. Sed nunc ad te confugimus. Nec alienum est, sacerdotem pro sacerdote deprecatorem esse. Scripsi brevius fretus tua sapientia. Ego ille laudator et ornator *Mysorum,* etsi ad *Mysiam* accedere non audeo: tamen brevi, Deo iuvante, *Dessam* proficisci decrevi. Bene valeat Cels. Tua. Die 5. Iunii. Anno 1547.

No. 3898. 5. Iun.

Io. Lango.

† Ex apogr. in cod. Langii p. 7. Congruit quidem haec epistola cum sequente ad Strigelium in multis, sed tamen, ut quisque videt, est alia.

Reverendo viro, pietate et sana doctrina praestanti D. Iohanni Lango, docenti Evang. in Ecclesia Erphordiana, fratri suo cariss.

Saepe venit mihi in mentem, in his Harciniis montibus, quod scribitur, Iunonem in Harciniis scopulis venisse ad Argonautas, ut viam errantibus monstraret, ut significaretur, in hoc horrido mundo peregrinis Deo custode opus esse. Ac quos [1]) quidem hactenus Deus clementer protexit et iuvit. Venerunt ad me interdum homines boni et suaves, qui in his saxis lenire mihi dolorem meum multis officiis studuerunt, ac his diebus nonnihil acquievi in sermonibus dulcissimis ac eruditissimis *Martini Seidenmanni.* Nosti illud: *ψυχῆς νοσούσης ἰατροὶ λόγοι.* Quare te quoque nobis optarim saepius scribere, praesertim cum et in vicinia sis, et te nomen saltus Harcinii commonefacere possit, in hac solitudine nobis gratiores esse amicorum literas. Eo etiam saepius colloqui nos hoc tempore decet, quia, cum multae ac tristes voluntatum distractiones fiant, utile est Ecclesiae, nos alere mutuam benivolentiam inter nos, et coniunctionem nostram omni officii genere tueri. Scribes igitur saepius de studiis tuis et quorum familiaritate isthic utaris, et qualia sint iuventutis vestrae studia, qui status sit Ecclesiae. Haec nos curemus. Certamina de imperiis mihi significari nolo [2]). *Martinum* nostrum complectere, tuique [3]) me ipsum. Bene vale. 5. Iunii, quo ante annos 1924 Epaminondas in Leuctrica pugna et Pelopidas fregerunt Lacedaemoniorum tyrannidem, quod si ducum nostrorum similis concordia, ut Pelopidae et Epaminondae fuisset, in his miseriis non essemus. Sed erit aliqua fatalis conversio harum rerum, quam Deus utinam gubernet, ut sit salutaris. Iterum vale. 1547.

*) Videtur hic apodosis excidisse, vel Melanthonem ipsum in scribendo eam neglexisse.

1) *quos* habet cod. Lang. Fortasse *nos* scribendum.

2) *volo* habet cod. Lang. ex mendo. Edidi *nolo*, quod argumentum postulat et epist. seq. commendat.

3) Non satis certe legitur hoc voc. in cod. Lang. Videtur scriptum *tuinque*, quod quid sibi velit, non intelligo. Fortasse: „tuereque ut me ipsum."

No. 3899. 5. Iun.

Vict. Strigelio.

Epist. lib. II. p. 123. (ed. Lond. lib. II. ep. 109.). Cf. epist. anteced. ad Langum.

Domino Victorino Strigelio

S. D. Saepe mihi venit in mentem in his Harciniis iugis, quod scribitur, *Iunonem*, in Harciniis montibus ac scopulis venisse ad Argonautas, ut viam errantibus monstraret: qua imagine signi-

ficatum est in locis desertis et horridis magis opus esse peregrinis Dei familiaritate. Ac nos quidem hactenus Deus clementer protexit, veneruntque ad me docti aliquot et suaves amici, ut in hac solitudine et in his saxis me a moerore nonnihil abducerent. Ac his diebus aliquantulum acquievi in sermonibus eruditissimis et dulcissimis *Martini Sidemanni*. Nosti illud, ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι. Quare te quoque nobis optarim saepius scribere de tuis et Iuventutis tuae studiis, de Ecclesiae vestrae statu, et quorum istuc familiaritate utaris. Certamina Principum aut populorum de Imperiis significari mihi nolo. *Martinum* nostrum ut familiariter complectaris, te etiam atque etiam adhortor, praesertim cum ad caeteras causas, propter quas amicitia ipsius tibi voluptati futura est, videlicet ad eruditionem et candorem animi, accedat et haec causa, quod communis vobis patria est, et quidem illa ipsa regio, quae ingenia minime fucata gignit. Bene vale. Die 5. Iunii, quo ante annos 1924 Leuctrica pugna victi *Spartani*, poenas superbiae in imperio et libidinum dederunt. Utinam vero similis concordia hoc anno Ducum nostrorum fuisset, qualis tunc fuit Epaminondae et Pelopidae. Sed Ecclesia vincit aliis armis. Et Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oremus, ut servet Ecclesiae suae reliquias, et non sinat deleri disciplinam et utilia studia doctrinae. Iterum vale.

No. 3900. 5. Iun.

Mart. Seidenmanno.

† Ex apographis in codd. Gothanis No. 121. p. 64. et No. 399. p. 6 b., et iterum p. 190 b.

Eruditione et virtute praestanti D. Martino Sidemanno, amico suo carissimo zu Stolberg.

Carissime Martine. Laudo amici malum, cum tuum ducis, inquit ille apud Plautum. Ita tu quoque et ille συμβουλευτής comitis *Alberti* digni laude estis, quod de amici salute soliciti [1]) estis. Huc transtuli [2]) familiam non ut hic mihi latebras [3]) quaererem, aut ipse manerem [4]), sed ut propius adducerem familiam in ea loca, per quae in patriam iter facturum me esse cogitabam. Et iam me vocat Academia Tubingensis. Sed infixus est pectori meo et intimis sensibus ingens amor nostri niduli ad Albim, et amicorum qui ibi sunt et in vicinia, ut non sine magno dolore ab illis discedere possim. Itaque brevi ad Albim rursus accedam. Hodie expecto reditum mei tabellarii, quem Wittebergam misi, et respondeo literis Academiae Tubingensis. Ideo nondum [5]) possum iter ingredi, meaque pericula Deo commendo. Videor enim mediocri diligentia hactenus usus, nec Deus plus postulat quam mediocrem cautionem. Caetera omnia [6]) vult sibi commendari. Nam omnia pericula vitari humanis consiliis non possunt. Verum est illud Euripidis [7]):

— — τί τῆδα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα,
δρῶμέν τε τοιαῦθ' ἂν σὺ τυγχάνῃς θέλων.

B. V. Die 5. Iunii, quo ante annos 1900 et paulo amplius ad Leuctram puniit Epaminondas Lacedaemoniorum libidines et crudelitatem. Utinam Deus et hispanicam saevitiam et spurcitiam puniat, quod quidem facturum esse non dubito. Salutem opto D. *Alberto* et D. *Iohanni Reiffenstein*. Nordhusiae.

1) Cod. Goth. 121. *loquuti.*
2) Cod. Goth. 121. *transvehi.*
3) Cod. Goth. 121. *latebram.*
4) *aut ipse manerem* praetermissa sunt in cod. Goth. 399.
5) Cod. Goth. 399. *non.*
6) *omnia* non habet cod. Goth. 399.
7) Eurip. Ἱκετίδ. v. 734 sq. — Graeca in apographis misere depravata sunt.

No. 3901. 6. Iun.

Blasio Odesholmio.

Manlii farrag. p. 387 sq.

Venerando domino, Blasio Odesholmio, pastori Ecclesiae Dei in Buco, amico suo,

S. D. Venerande vir. Magna pietas, et grata Deo est, iuvare bona ingenia, quae literis excoluntur, ut aliquando serviant Ecclesiae. Et commendat Paulus praecipue singulis domesticos, id est filios et cognatos. Est autem in *Noha Buchholzero* valde bonum ingenium, et dignum quod liberalitate alicuius patroni iuvaretur, ut optime inchoatis studiis diutius exerceri posset. Et mores sunt honesti. Extant eius scripta multa, quae gravitate sententiarum ostendunt, in eo considerationem et

pietatem esse. Ideo valde vos oro, ut eum iuvetis, donec ei inveniemus honestum locum, ubi mercedem ex labore docendi mediocrem habere poterit. Talia ingenia Respub. debebat eligere ad conservationem literarum, pro utilitate posteritatis. Sed potentes hac cura parum adficiuntur. Deus tamen seminaria aliqua servat: et ut servet, eum oremus. Sicut scriptum est: Orate, ut extrudat Deus idoneos ministros. Bene et foeliciter valete. Die 6. Iunii, 1547.

Philippus Melanthon.

No. 3902. (h. t.)

Obernburger ad Melanthonem.

† Ex apographo in cod. Bavar. Vol. I. p. 704.

Epistola Oberburgii ad Melanthonem, scripta, ut argumentum docet, post 6. d. Iunii.

Ex his quae nuper rescripsi ad literas tuas, ornatissime Philippe, satis, opinor, intelligere potuisti, quid tibi et professoribus academiae Vitebergensis, qui sub huius belli initium iussi oppido excessissent, faciendum esse iudicarem. At, ut omnium rerum vicissitudo est, ita status illius temporis nonnihil interea mutatus est. Caesar enim oppidum illud Duci *Mauritio* Electori interim commendavit, aut si malis una cum titulo Electoris in potestatem eius tradidit. Id quod multi putarunt non futurum esse, nisi aliquo temporis intervallo interiecto, rebus Saxonicis paulo altius confirmatis. Existimabam enim nedum rebus Caesaris, sed ipsius etiam Ducis *Mauritii* expedire, ut ea munitio aliquamdiu esset in Caesaris potestate. Postquam autem sors ita tulit, alia videtur ratio ineunda professoribus. Audio enim illud, *Mauritium* Electorem de academia Vitebergensi instauranda cogitare. Quodsi verum est, quos ille potius adhibuerit quam eos professores, qui antea illic docuere? praesertim in tanta inopia hominum doctorum, quales ii professores semper habiti sunt. Itaque faciliorem illis spero reditum a Duce concessum iri, praesertim si vel ab ipsis, vel interposita opera amicorum, ea de re interpellitur. Neque opus erit amplius, mea quidem sententia, Caesarem hac de re adire postquam illius maiestas ius oppidi in alterum transtulit. Quod ad te quidem attinet, submonitus sum ab amicis, Ducem *Mauritium* constitutum habere de te revocando. An conditionem ab illo acceptare malis nec ne, non satis compertum habeo. Quodsi tibi, mi Philippe, non placeret conditio essetque animus, omissis contentiosis istis studiis redire ad pristina illa tua illustrandarum linguarum, Philosophiae, Rhetorices, Dialectices, et alia eius generis, in quibus citra culpam, licet a barbaris illata arma propellere, et ultro hostem lacessere, tua inquam studia, in quibus olim magna cum laude versatus es, ubi te redire atque ea de causa alio quam Vitebergae, nimirum in solo natali apud Rhenanos tuos conditionem vel quaerere, vel acceptare velle, meque intercessorem vel procuratorem facere posse rescivero, polliceor tibi operam meam omnem in procuranda aliqua honesta conditione, qua bonas literas profiteri queas. Idque cum bona Caesaris venia, quem spero a principe omnium clementissimo non magno labore impetratum iri. Quare carissime Philippe, in tuo et professorum tuorum arbitrio positum est, num Duci *Mauritio* Electori operam vestram ultro deferre, an expectare velitis, donec ab illo revocemini. Tu vero, si eam operam, quam extraneis impendisti, posthac tuis civibus *) impertiri non dedignaberis meque internuntium esse velis, fac, quaeso, me de hac re certiorem, et quam conditionem, quem locum tuis studiis putes aptiorem. Dabo enim operam, ut studium et voluntatem in tuo commodo iuvando mihi neutiquam defuisse cognoscas. Bene vale doctissime Philippe, et Oberburgum tuum ama.

No. 3903. 8. Iun.

Io. Stigelio.

Danz. in epp. ad Stigel. ep. 26. Cod. Goth. 183. ep. 85.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, Poetae a Musis ipsis Laureato, amico suo charissimo, S. D.

Posteaquam fati vis nos afflixit, quod semper metui multis de causis, sapienter hanc calamitatem feramus, et a Deo petamus et exspectemus mitigationem publicarum et privatarum miseriarum.

Multa dies variusque labor mutabilis aevi
Rettulit in melius, inquit ille.
Erit et harum rerum conversio aliquanto post.

*) videl. in Palatinatu.

Vitebergam redire brevi decrevi, aut certe *Dessaviam*, ut cum amicis de communi exilio colloquar. Ac priusquam aliqui decrevero, tecum colloquar. Bene vale, et rescribe. Litteras *Northusam* mittere poteris, ubi mea familia est. Iterum vale. 8. die Iunii 1547.

Philippus.

No. 3904. 8. Iun.

Crucigerus ad Doctores Witteberg.

† Ex apogr. in cod. Goth. 401. p. 30 sq. — Non legitur haec epistola in Scriptis publicis. Inscripta est in codice: *Rector ad Collegas.*

(*Epistola Rectoris Academiae, qui tum erat Casp. Cruciger, ad Doctores Academiae dispersos, ut redeant Witebergam.*)

Gratias agimus Deo aeterno patri Dom. nostri Iesu Christi, quod in hoc tristi bello et in tantis periculis Ecclesiae huius oppidi libenter pepercit, et eundem toto pectore precabimur, ut in his fatalibus principatuum mutationibus doctrinae colestis puritatem conservet, nec extingui patiatur artium sudia necessariarum ad communem vitam, et pacem restituat his regionibus piam et salutarem, et faxit, ut ad vestros nidulos tuto redire possitis; cuius quidem causa occasio quaedam esse videtur, quam pro officio et nostra coniunctione vobis quam primum significandam esse duximus.

Nudiustertius enim *), quod felix faustumque sit Ecclesiae et civitati huic vobisque ac nobis omnibus, Caesareanum praesidium hinc abductum, et civitas haec illustri principi D. *Mauritio*, Duci Saxoniae, ab Imperatoria Maiestate tradita est, et a civibus nostris iuramentum obedientiae postulatum et praestitum est. Ubi cum Senatus inter reliquas suas petitiones inprimis oraret restitui ac conservari in hac urbe Academiam, etsi publice tum nihil promissum est, sed dilata eius rei deliberatio in tempus quietius, tamen privatim ex aliquibus praecipuis in aula Ducis *Mauritii* tantum animadvertere potuimus, non prorsus abhorrere dominum ab instauratione scholae, putabantque eum eius rei curam suscepturum, ubi primum aliquid otii nactus fuerit. Hoc autem clare intelleximus, non tantum non prohibere, sed etiam cupere Ducem *Mauritium*, ut ii, qui hinc absunt, quam primum ad res suas redeant. Id cum audiremus, desiderio vestrae consuetudinis impellebamur, ut vobis quamprimum iudicaremus, vosque hortaremur, ut hanc domini clementiam amplectamini, quorum praesentia etiam in hoc proderit, quod coniuncti et facilius deliberare in commune de rebus academiae necessariis poterimus, et citius impetrare a Duce ea, quae necessitas scholae petere nos cogit, praeterquam quod rerum vestrarum inspectionem singulis necessariam esse arbitramur. Non autem dubium est, qui adhuc quidem est civitatis huius status, et quantum ex non obscuris sermonibus deprehendere licuit eorum, quorum auctoritas apud Ducem *Mauritium*, dominum nostrum clementissimum est praecipua, quin vos hic esse et manere nobiscum possitis.

Quare et propter Academiae publicam necessitatem et propter privatarum rerum curationem censemus, vobis huc proficiscendum esse. Deum precamur, ut vos in itinere tueatur, et incolumes huc perducat. Bene valete. 8 Iunii 1547.

*) d. 6. Iunii.

No. 3905. 9. Iun. (Northusae.)

Ioanni Friderico, Duci.

† Ex autographo in Tabular. Vinar. Reg. N. fol. 452.

Dem Durchleuchten, Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Johans Fridrichen, Herzogen zu Sachsen, Landgraven in Duringen und Marggraven zu Meissen rc. meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen Eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Durchleuchter Hochgeborner gnädiger Fürst und Herr, Also spricht Job in seiner außersten und grössisten Betrübniß, etiamsi dominus occidet me, tamen in eum sperabo, wenn mich gleich Gott tödten läßt, so will ich dennoch auf ihn vertrauen und Gnad hoffen. Darum wiewohl E. F. G. Herr Vater *) und die Frau Mutter, und E. F. G. selb, und ihre Herrn Brüder, und darnach alle treue Unterthan in der höhisten Betrübniß sind, die auf Erden und in leiblichen Anfechtungen fürfallen mögen, so sollen wir doch nit zweifeln, Gott siehet dieses alles, und will un-

*) videl. Princeps Elector captivus; nam epistola scripta est ad filium, Ioannem Fridericum iuniorem.

ser Elend lindern, und Gnad erzeigen, so wir ihn hertzlich anruffen, ob wir gleich ein Zeitlang die Straff tragen müssen, wie geschrieben stehet, iudicium a domo dei incipit. Gott wohnet aber in den betrübten, die ihn anruffen, wie Esaias auch spricht. Mit diesen und der gleichen gottlichen wahrhaftigen kräftigen trostlichen Verheissunge wolle E. F. G. sich stärken, und nicht von wegen des großen Unfals in Zorn wider Gott fallen, oder gedenken, Gott habe uns verworfen. Er wird uns zu seiner Zeit auch wiederum leiblich trösten, und nach diesem Leben ewiglich. E. F. G. Anherrn und Herr Vater haben christlicher Lahr Herberg geben, das wird Gott nit vergessen.

Daß mir aber E. F. G. gnädiglich geschrieben, mich nit von E. F. G. zu thun 2c. dank ich E. F. G. in Unterthänikeit, und so ich E. F. G. in einem geringen Schuldienst etwa zu gebrauchen wäre, wollte ich lieber bei E. F. G. in Armuth dienen, denn an andern Orten in Reichthum, wiewohl mir etlich Dienst angetragen. Ich will aber ohne E. F. G. Vorwissen mich nit aus E. F. G. Landen und dieser Grenz weg begeben *). Ich habe auch vor, in kurz wiederum ein Reise in Witteberg zu thun. Die Schrift an Michael Meienburg hab ich nit überantwortet, denn ich diese Zeit E. F. G. nit beschweren will, und dank E. F. G. unterthäniglich. Der allmächtige ewige Gott wolle E. F. G. trösten und stärken, und alles Elend lindern. Datum Northusen 9. Iunii 1547.

E. F. G.
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 3906. 11. Iun. (Northusae.)

Ioachimo Anhaltino.

Beckmanni accession. ad histor. Anhalt. p. 119.

Ioachimo, principi Anhaltino.

Illustrissime Princeps. Ut Iob inquit: *Etiamsi me Deus occidet, tamen in eum sperabo;* ita et nos ad Deum confugiamus, nec fracti magnitudine calamitatis, deficiamus ab eo, aut dubitemus de providentia, sed petamus et exspectemus mitigationem miseriarum nostrarum et mitigaturum esse, non dubito. Sicut inquit de Ecclesia: *Castigabo eos in virga, sed misericordiam meam non auferam ab eis.* Video impendere maiores confusiones imperiorum, ideo praeparemus animos ad ferenda haec mala extremae senectae mundi, et aliqui sapientes gubernatores lenire ea moderatione consiliorum, et ferenda aliqua parte rerum acerbarum poterunt. Saepe cogito de Somnii imagine, in quo C. V. somniavit annulos esse amissos, et rursus inventos. Respondit eventus, atque utinam aliquis status Reipublicae mediocris restituatur, quod faciat Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi, quem oro, ut C. V. servet et gubernet. Vene valeat C. V. Die 11. Iunii 1547. Northusae.

*) Conferantur quae Melanth. infra d. 16. Iun. ad Wigandum scripsit.

No. 3907. 11. Iun.

Georgio Anhaltino.

Libr. II. epist. pag. 254. (ed. Lond. lib. II. ep. 251.). — Apographon in codice Servest.

Georgio, Principi in Anhalt S. D.

Illustrissime et Reverendissime Princeps. Cum sciamus praedictiones divinas de postrema mundi senecta, quae magnas confusiones imperiis minitantur, praeparemus animos ad has miserias perferendas in quibus sumus. Et interea consolationes nobis proponamus, quas Deus Ecclesiae suae prolatas ex arcano sinu tradidit. Ipse exaudiet et servabit reliquias Ecclesiae suae. Boni principes etiam studiis doctrinae opem ferant, et curent revocari mentes hominum ad modestiam, et ad disciplinae amorem, quae nimium laxata est. Sed haec coram.

Celsit. V. gratias ago, quod a me *Iohannem* [1]) misit; ipsius etiam officio delector, et Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut Celsit. V. et vestros servet ac gubernet. De iis rebus, de quibus colloqui mecum C. V. decrevit, brevi coram colloquemur. Nam propter multas causas redire in loca vobis vicina cogor. Bene valeat Celsitudo vestra. Die XI. Iunii.

† Doctor *Ionas* vocatus [2]) ad Ecclesiam *Hildeshemensem* eo profectus est [3]), sed familiam reli-

1) Ministrum Melanthonis.
2) Haec et omnia quae sequuntur non habet Peucer., sed leguntur in cod. Serv.
3) Ex epistola, nondum edita Medleri, Superint. Brunsvicensis vidi, Medlerum, verosimiliter ex mandato Senatus Hildesiani, in epistola d. 26. Decb. 1546. scripta, Ionae hoc

quit *Northusae*, quia reditum in patriam optat. Literae supplices ad Ducem *Mauricium* sunt verecunde scriptae; sed tamen malueram, differri eam ἱκετείαν. Verum aegrotus animus impatiens est morae.

Illustrissimus Dux *Augustus* vocat Doctorem *Maiorem*. Si ideo vocatur, ut in locum *Antonii Musae* surrogetur [4]), libenter ibi serviet Doctor *Georgius*. Nam apud Cels. V. vivere maxime optat. Cum igitur iam vocatus sit a Duce *Augusto*, oro, ut Cels. V. etiam eum vocet, et res eo deducatur, ut *Antonio* surrogetur, quem locum honeste tueri poterit. Northusae 1547."

No. 3908. 11. Iun.

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 138. (edit. Lond. lib. II. ep. 124.).

D. Paulo Ebero

S. D. Omittamus querelas, et iis nos consolationibus sustentemus, quas Deus ex arcano sinu prolatas Ecclesiae tradidit, ac statuamus eas esse veras et efficaces, nec inania esse θελκτήρια ἢ τερετίσματα, ut Epicurei iudicant. Misi ad vos meum cursorem, qui cum ad me non redierit, fortassis nec ad vos accessit. Opinor δραπέτην factum in castris vagari propter licentiam. Sed me omnino colloqui vobiscum necesse est, ac ad vos accessurus sum. Et quamvis iter ingredi brevi decrevimus, tamen mox ubi hanc Epistolam, quam *Iohannes a Berg* ex *Dessa* miserit, acceperis, quaeso ut meo sumptu mittas tabellarium isthinc ad *Northusen*. Et quamvis propter obsidionem arcis *Mansfeldianae* nunc per Salinas et *Islebiam* iter facere periculosum est: tamen eat per *Lipsiam* et *Naumburgum*, ac deinde deflectat ad nos. Scripsit ad me dux *Wirtebergensis*, ac adduci plures iubet. Scripserunt et alii ut coram narrabo. Sed ego adhuc cogito de colligendis tabulis isthic. Salutem opto R. *Pastori*, *Crucigero*, Medico, Diaconis, consuli *Ambrosio* et affini. Die 11. Iunii.

---

munus obtulisse. Scribit enim: „Ne autem interim ociosa in foro stet Praestantia tua, ecce offero illi satis honestam conditionem Hildesheimensis nempe Ecclesiae, Superintendentiam, quam vel tam diu interim accipere possit, donec ad suam iterum revocata fuerit Hallensem Ecclesiam." — Item tres habemus epistolas Medleri ad Ionam mense Septb. et Nov. 1548. scriptas, ubi in inscriptione leguntur verba: „Iusto Ionae, *Hildesianae Ecclesiae inspectori*."

4) i. e. Merseburgum vocaretur.

No. 3909. (hoc fere temp.)

Iusto Menio.

† Ex autographo Philippi in cod. Goth. 384. in fol. Periit ultima pars epistolae simul cum inscriptione. Scripta vero est Iusto Menio, et quidem ex oppido Nordhusa ann. 1547.

Iusto Menio

S. D. Cum verae consolationes prolatae ex sinu aeterni patris tibi notae sint, magnopere te adhortor, ut, quod facis, earum cogitatione animum a moestitia abducas, cum tua causa, tum vero propter Ecclesiam tuam domesticam, denique et hanc ob causam, ut tua fides et animi aequabilitas sit τύπος aliis piis, ut iubet Paulus, ne propter has calamitates cogitent, nostras Ecclesias a Deo abiectas esse, sed credant ipsi quoque sese deo curae esse etiam in his aerumnis, ut promisit, se habitaturum esse in adflictis, qui eum invocant. Nec dubito, sanaturum esse nostra vulnera. Cur imperia mutet, ipse scit, et fortassis aliquorum principum κουφότητα vult palam fieri, ut sciamus, eos nec esse nec fuisse praesidio Ecclesiae. Sed haec aliquanto post eventus ostendet. Quod interrogas de statu Ecclesiae in oppido meo ad Albim, scito me recentes literas a *Pastore* et a *Crucigero* et ab aliis accepisse, quae narrant, nullam ibi doctrinae aut ceremoniarum mutationem factam esse, me quoque revocant, et sperant, tabulas aliquas Academiae, quanquam ex tristi naufragio, recipi posse. Eaque de re ipsum captivum principem, cum in oppido fuit, consuluerunt. Accedere igitur ad eos decrevi, ut deliberationes eorum audiam. Nam et collegae quidam me expectant, ut de suis rebus mecum deliberent. Tecum omnino colloquar Deo iuvante, priusquam ex his regionibus discedam. Nunc vero hoc etiam tibi significandum duxi, valde me orare, ut secedas in oppidum *Isennacum*, aut *Wimariam* propter pericula, quae propter praesidium Caroli Im. *Gotthae* plura metuenda sunt, quam alibi *). Genesin tuam novi, et nolo prorsus omnes illas astrorum significationes contemni, cum officii ratio concedit, ut nobis consulamus. Et tibi concedi iudico. Utinam *captivus Princeps* non contempsisset significationes illas physicas, quae in eius genesi sunt non obscurae! Deum aeternum, patrem domini nostri Iesu Christi

---

*) Miserat Caesar Lazarum Schwendium cum praesidio militum, ut arcem Gothanam (den Grimmenstein) dirueret, et Albertum Brandenburgicum, qui ibi tenebatur, liberaret. Vid. Sleidan. p. 582.

oro, ut suo Spiritu sancto leniat ei moestitiam, et rursus eum liberet. Audio, eum non ἀσχημόνως ferre hanc tantam calamitatem, et gravitas ac animi constantia in eo laudatur ab Hispanis.

Etsi autem tempora domesticis negotiis multis ubique impedimenta obiiciunt, tamen filiae nuptias differre te nollem, quae ut sint faustae et felices faciat Deus, aeternus pater domini nostri Iesu Christi, conditor generis humani et consociator, ac auctor foederis... (Reliqua desunt.)

No. 3910. 13. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 572 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 719.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. amico et fratri suo cariss.

S. D. Etsi privatae aerumnae me mediocriter excruciant, tamen vetus dolor, quem de Ecclesia multos annos circumtuli in animo, maior est, deumque aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut publicas et privatas calamitates leniat, nec sinat deleri Ecclesias, studia litterarum et disciplinam. In tanta disciplinae laxatione poenas sequi necesse fuit. Et adhuc desidero in iis qui docent, studium revocandi homines ad veram disciplinam. Nec multi sunt apud quos gemitus edere his de rebus aut libere queri possim. Victor dux, *Ascanio* spem fecit sibi Ecclesias et doctrinae studia curae fore. Caetera ab aliis tibi copiose significari non dubito.

Bis ad me Elector *Marchio* scripsit, ac petit, ut migres in Academiam suam ad Viadrum. Respondi me arbitrari te rediturum esse in Academiam Lipsicam, sed tamen me tibi significaturum esse ipsius erga te benevolentiam, de me nondum ei promisi. Revocant me amici, cum quibus coniunctissime vixi, et Ecclesiis harum regionum profuisse nostrum consensum iudico. Postquam igitur cum illis collocutus fuero, de meis rebus tecum etiam deliberabo. D. *Stibaro* gratias agito reverenter pro viatico mihi misso. Meam filiam *Annam Sabini* coniugem scito cum significationibus non obscuris, pietatis erga deum, maritum, et natos, placide ex hac vita decessisse. Bene vale, Idib. Iunii Anno Christi. MDXLVII.

Phil. Melan.

No. 3911. (fere med. Iun.)

Theologi Witteberg. ad N. N.

Edita est haec Crucigeri et Pomerani epistola in den Unschuldigen Nachrichten, Jahrg. 1710. p. 517. Vidi editorem epistolam hausisse ex cod. Lang. p. 28., cum quo in omnibus congruit textus impressus. Inveni autem praeterea apographa in cod. Goth. 190. p. 52. et apographon satis mendosum in cod. Mehn. II. p. 208. — In cod. Lang. inscribitur: *Vito Theodoro*, sed sine iusta causa. Neque uni sed pluribus fuit scripta. Quibusnam autem, dici nunc non potest, quum codd. nihil ea de re habeant. — In cod. Goth. 190 inscribitur: „*consilium de precatione his turbis et temporibus.*" — Quod attinet ad rem ipsam dedimus supra ad d. 4. Iulii 1546. formam precum publicarum in templis Wittebergensibus tempore belli schmalcaldici ante cladem Principis Electoris. Urbe expugnata et tradita simul cum Electoratu Mauritio Duci, et nunc Electori, preces mutatae sunt, et quidem in hunc modum, ut Bugenhagius („Historia, wie es uns zu Wittemberg in der Stadt gegangen ist in diesem Vergangenen Krieg ꝛc." Witth. 1547. p. 71 b.) ipse narrat: „Wir bitten dich um deines lieben Sohnes J. C. willen, du wollest diesen Landen friedliche, christliche, selige Regiment geben, und Röm. Kais. Majestät, und unsre Herrschaft, Herzog Moritzen Churf., und seiner C. F. G. Bruder [Herzog August] gnädiglich bewahren, und mit dem h. Geist regiren, daß ihr Leben und Regirung dir zu Lobe und ihnen und den Unterthanen zu Frieden und Seligkeit dienen möge. Daß auch Gott ihr Chur und F. G. in diesem christlichen Gemüth, Gottes Ehr, Christliche Lahr und Zucht zu erhalten, stärken und dazu helfen wölle." — Haec precum publicarum mutatio multis Theologis exteris dedit occasionem criminandorum Wittebergensium, quasi fidem Ioanni Friderico debitam violassent; quod ex ipsa hac epistola satis cognoscitur. Cf. Strobel's vermischte Beiträge zur Geschichte der Litteratur (Nürnb. 1775. 8.) p. 62 sqq.

(Theologi Wittebergenses ad concionatores N. N.)

Gratiam Dei et pacem per Christum. Nos, venerandi viri, nunc pro concione non oramus publice [1]) illas longas preces a nobis excussas [2]), quas et multo plures oravimus ad Deum et publice et privatim in hisce nostris periculis corporis et animae, cum validis ad patrem clamoribus, certi, quod vos isthic et omnes pii per totum mundum, qui audiverunt pericula et mala nostra, clamaretis nobiscum, cum et nos prostrati iaceremus coram Deo in medio Ecclesiae Christi, orantes et clamantes ad aures et cor patris in nomine Christi, ubi adiuvabat Spiritus imbecillitatem nostram. Nam quod oremus sicuti oportet, ignoramus in hisce turbis, et spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus in corde Dei, et qui novit occulta cordium monet, quid spiritus affectet [3]), quia secundum Deum intercedit pro sanctis [4]). At ob-

1) Cod. Mehn. *publicas.*
2) Cod. Lang. et cod. Mehn. *excusas.*
3) Cod. Mehn. *efficiat.*
4) Cod. Goth. 190. *suis* pro *sanctis.*

stant nostra peccata; sed Deus pro nobis increpat Satanam accusantem nos: tu quis es qui iudices alienum servum? Domino suo stat aut cadit, potens autem Deus [5]) est statuere eum. Quis ergo accusabit electos Dei? Deus est, qui iustificat. Quis est qui condemnet? [6]) Iesus Christus est, qui mortuus est pro peccatis nostris, atque adeo qui resuscitatus est et sedet ad dextram Dei et intercedit pro nobis.

Ad hos itaque occultos gemitus, quos diligenter pro concione [7]) committimus populo, pertinent omnes nostrae et Ecclesiae Christi necessitates, et apud semetipsos in domibus suis et cubiculis suis (Matth. 6.) cum filiis et familia orent contra hostes Ecclesiae Christi pro pace et salute Ecclesiae, ut Christus servet nos in verbo suo ad gloriam Dei patris et multorum salutem. Istae preces debent fortes esse in occulto, ut dicat nobis Deus quemadmodum Mosi: quid clamas ad me? Debent et in publico [8]) exerceri pro concione [9]), sed sine [10]) verbis, quae posset magistratus noster, cui nos Deus subiecit, accipere quasi in contumeliam contra se dicta, etiamsi sint optimo et benevolo animo dicta. Longas autem preces illas nostras priores, ut dicere coepi, nunc publice non dicimus, quia Caesarea Maiestas clementer nobis obtulit pacem, et externas nationes, quas metuebamus, prohibuit, ne ingrederentur in nostram civitatem, imo etiam mandavit nobis, ut vi arceremus a nobis si qui ex eis, non missi ab eius Maiestate, tentaverint ad nos ingredi.

Gratias agimus Caesareae Maiestati, inprimis vero Deo, qui servavit hanc civitatem, et speramus [11]), quod et porro servaturus sit et daturus etiam alia, quae hactenus rogavimus, sed nondum impetravimus. Oportuit enim et principem nostrum et nos castigari paterna virga. Iacta super dominum curam tuam etc. Deus iudex est; nos peccavimus. Non intres cum servo tuo in iudicium, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quidam concionator in arce nostra iussit orare pro Caesare, ut illuminatus agnoscat veritatem et salvus fiat. Quae verba ubi rescivit princeps *Modrusca* [12]), qui satis modeste et clementer agit in nostra civitate. Nomine Caesareae Maiestatis querebatur talia in vulgus spargi in contumeliam Caesaris. Cur, inquit, vos non sinitis nos quiete agere in nostra religione, quum vobis pacem permittimus in vestra religione? Non permittam, ut quisquam in vos vel verbum [13]) contumeliose iactet; ita enim mihi Caesarea Maiestas mandavit.

Certe, domini mei et fratres charissimi, sub Magistratu, cui nos Deus subiecit, non debemus aliud orare in publico pro Magistratu nostro, ne quis sibi inde faciat conscientias, quasi plus debeat, quam quae Paulus Timotheo scribit, ut quietam et tranquillam vitam sub eis agamus cum omni pietate et morum honestate; et Hieremias Iudaeis in Babylone captivis: orate pro pace regis [14]), nam in pace eius erit pax vobis etc. Reliqua pertinent ad occultos gemitus, ut dixi. Caeterum quod ad praedicationem attinet et ad errores [15]) taxandos, nihil omittimus. Ego a die Pentecostes quinque dies continuos praedicavi, currentibus quibusdam Hispanis et aliis per templum, et declaravi [16]) diserte discrimen fidei Papistarum et fidei christianae, quibus verbis volui testari apud milites Caesareanos, qui me audiebant, de doctrina huius nostrae Ecclesiae, quos et admonui publice, ne quid aliud de nostra doctrina sentirent aut dicerent, quam quae ex me audirent. Unus ex Caesareanis cum disputasset mecum et contendisset de doctrina et maxime de coniugio, mirabatur quaedam, quae respondebam, et modestior [17]) atque adeo, ut videbatur, magis amicus factus est, cum recederet a me cum aliis bonis viris. Hoc solum me admonebat, quasi amice consulens, ut curem [18]), quo nostri hic abstinerent [19]) in doctrina a contumeliosis verbis ac picturis. Caesaream Maiestatem bene nosse, quae [20]) Papa omnia habeat venalia etc. Respondi: quod ad me attinet, iam dudum hoc volui et curabo; modo ne rapiant in

5) *Deus*] cod. Mehn. *dominus*.
6) Cod. Goth. 190. *condonet*.
7) *pro concione*] cod. Mehn. *et pia concione*.
8) *publico*] cod. Mehn. *populo*.
9) *pro concione* non habet cod. Goth. 190.
10) Cod. Lang. addit *asperis*.
11) Cod Goth. 190. *precamur*.

12) Cod. Lang. *Modrusa*, cod. Mehn. *Hachuska*. Sleidanus in comment. illum nominat *Nicolaum Madrucium*.
13) *verbum*] cod. Goth. 190. *unum*.
14) Cod. Lang. *urbis*.
15) *errores*] cod. Goth. 190. *mores*.
16) *eis* addit cod. Mehn.
17) *modestior*] cod. Mehn. *moderatior*.
18) Cod. Mehn. *curarem*.
19) Cod. Mehn. *abstineant*.
20) Cod. Mehn. *quod*; fortasse rectius.

contumeliam dicta, quando [21]) condemnamus eorum errores per verbum Dei et evangelium Christi. Nos enim non possumus non loqui et testificari quaeque, quae vidimus et audivimus, certe non in contumeliam cuiusquam, sed in gloriam Dei et salutem mundi.

Nemo venit ad ordinationem aut venire potuit, dum interim Caesarea Maiestas hic fuit. De hac re audietis, si schola aut aliquid scholae, (quod Deus curare velit) nobis restitutum fuerit. Christus vos et vestram Ecclesiam servet in aeternum. Orate pro nobis. Nos oramus pro vobis, ut Deus nobis et aliis civitatibus, quae iam sunt in periculo, pacem brevi reddat. Ex Vitteberga, 1547.

Caspar Crucigerus et alii fratres.

Caesarea Maiestas hic fuit in arce tantum visendi gratia; mox enim recessit in castra sua extra civitatem. Cum autem intellexisset in arce, quod per duos dies, postquam milites Caesareani intromissi sunt [22]) in arcem, cessasset ibi cantus et praedicatio, indignanter [23]) dixit: quis hic prohibuit [24]) cantum aut praedicationem? Et statim coeperunt ibi rursum cantare, et quotidie praedicatur ut hactenus *).

Do. Po. Pastor.

No. 3912. (fere med. Iun.)

(*De precibus publicis.*)

Editum in den Unschuldigen Nachrichten, ann. 1747. p. 502., sed satis mendose. Apographa in cod. Lang. p. 29 b., in cod. Mehn. III. p. 210. et in cod. Goth. 191. p. 11. et ibid. p. 98. — Inscribitur in codd. „*Ph. Mel. de precationibus.*" — Videntur Wittebergenses ex Melanthone quaesivisse, quid nunc, postquam Dux Elector captus et Witteberga expugnata fuerat, dicendum sit in precibus publicis.

Ph. Mel. Consilium de precibus publicis.

Non abutendum est invocatione nominis Dei; et [1]) riderent precationem inimici, si post cladem adhuc peteremus, dari victoriam captivo, sicut nec David pro puero mortuo precatur, ut vivat. Sed rectius est, in genere precari, ut Deus piam et salutarem pacem [2]) restituat, regat mentes summorum gubernatorum, ut gubernatio sit salutaris Ecclesiae et politiis, servet Ecclesiam et politias. Ac propemodum haec sunt in nostra [3]) formula, quia consulto omisimus nomina. Sed tamen quaedam omittenda [4]) sunt, pro qua parte illud petatur, ut Deus omnes afflictos consoletur, et mentes eorum flectat ad veram invocationem Dei, et [5]) ad bonos fructus poenitentiae. Securitas, temulentia, πολυπραγμοσύνη [6]) et contemptus amicorum [7]) pepererunt nobis et multis [8]) hac miserias. Ideo et [9]) nos ipsi expergiscamus, et [10]) frenemus cupiditates nostras, et [11]) Deum oremus, ut nobis et aliis det Spiritum sanctum, ut in vera invocatione ipsi serviamus et salutaria faciamus.

21) Cod. Lang. *quum.*
22) Cod. Lang. *essent.*
23) Cod. Lang. *indignatus.*
24) *prohibuit*] cod. Lang. *perturbat.*
*) Postscripta verba: *Caesarea Maiestas — hactenus*, in cod. Mehn. non leguntur.
1) *et*] Cod. Lang. et U. N. *ne.*
2) U. N. addunt: *et tranquillitatem.*
3) *nostra*, i. e. Wittenbergensium. Vid. supra d. 4. Iul.
4) U. N. *emittenda.*
5) *et*] U. N. *tum.*
6) πολυπρ.] U. N., cod. Lang. et cod. Mehn. non habent.
7) *amicorum*] cod. Mehn. *inimicorum*, quod fortasse praeferendum.
8) *et multis*] U. N. *tam multas.*
9) *et*] U. N. *tum.*
10) *et*] U. N. *tum.*
11) *et*] U. N. *tum.*

No. 3913. (eod. t.)

(*Forma precum publicarum.*)

Mel. Consil. lat. P. I. p. 661 sq. — Haud dubie germanice scripta fuit haec forma precum, quam hoc tempore Mel. composuisse et Wittebergensibus misisse videtur. Scripsit haec postquam Witteberga Mauritio tradita fuerat. Nam verba: „ac *nostros principes* tuearis", Mauritium et eius fratrem, Augustum, spectant.

Formula precationis praescripta Pastoribus a Phil. Melanth. tempore belli Germanici, Anno 1547.

(quae consilio anteced. adiecta fuisse videtur.)

Omnipotens, aeterne et verissime Deus pater Domini et salvatoris nostri Iesu Christi, conditor coeli et terrae una cum filio tuo Iesu Christo et Spiritu sancto, agimus tibi gratias toto pectore, quod immensa misericordia te nobis patefecisti, misso filio Iesu Christo, et prolato arcano et admirando decreto de redemtione generis humani, et colligis tibi aeternam Ecclesiam per ministerium Evangelii

et Spiritum sanctum, et praebes hospitia Ecclesiae, et res vitae sustentationi necessarias. Haec et alia beneficia confitemur verissime tua dona esse, et abs te nobis propter filium tribui et conservari.

Confitemur etiam multis nos peccatis multipliciter pollutos esse, et veris atque ardentibus gemitibus deploramus, quod contra normam iustitiae tuae peccaverimus, ac precamur, ut convertas nos ad te, et condones nobis omnia peccata nostra propter dilectum filium tuum Iesum Christum, et Spiritu sancto tuo accendas in nobis veram fidem et veram obedientiam, et regas nos, ut sicut serio propositum nobis est, auxilio tuo emendemus vitam, et tibi obediamus.

Oramus etiam propter Iesum Christum filium tuum dilectum, ut inter nos et in his regionibus perpetuo tibi colligas Ecclesiam, et in ea puritatem verae doctrinae conserves, ut te vera invocatione colamus, et tibi obediamus, et in omni aeternitate te celebremus et diligamus. Ad hanc rem largiaris Ecclesiae fideles Doctores et pastores, qui recta docendo, et exemplo piae vitae gloriam tuam illustrent et prosint Ecclesiae.

Oramus etiam propter Iesum Christum filium, ut his terris largiaris piam, salutarem et tranquillam gubernationem, et Caesaream Maiestatem ac nostros Principes tuearis, ac Spiritu sancto tuo regas, ut tota ipsorum gubernatio serviat gloriae tuae, et ipsis ac subditis sit tranquilla ac salutaris. Confirmes etiam Principes nostros in pio proposito, tuam gloriam, veram doctrinam et honestatem disciplinae conservandi. Et Magistratus huius urbis clementer gubernes ac tuearis.

Precamur etiam, ut res terra nascentes (quas largiris, ut in hac vita genus humanum sustentetur, et te agnoscat et invocet) foveas et protegas, et panem quotidianum benigne nobis praebeas. Et quia tibi nota est ingens imbecillitas nostra, et promisisti te magnitudinem irae adversus peccatum temperaturum misericordia propter intercessionem dilecti filii tui, oramus, ut poenas, quas merito sustinemus, clementer mitiges, et afflictos omnes, qui te invocant, consoleris Spiritu sancto tuo, ut in vera fide et vera invocatione maneant constantes, et in omni aeternitate misericordiam tuam celebrent, Amen.

No. 3914.

Narratio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[1].

Narratio scripta a ***Philippo Melanth.***

Anno 1547. 24. April. captus est in proelio non procul a Torga Illustrissimus princeps Dux Saxoniae, *Iohannes Fridericus* Senior, Elector. Ibi annulum amisit seu casu seu vi detractum, qui fuerat avi Ducis *Ernesti*. Erat autem ornatus grandi caerulea gemma pulcerrima, quae a Turcis nomen habet. Hunc annulum gregarius miles postea in oppido vicino Salinarum ad aurifabrum attulit, cum ibi esset Carolus quintus, et eum sequeretur Dux Ioannes Fridericus. Cumque pro annulo miles famelicus pretium peteret aurifaber seu agnoscens annulum multis notum, seu suspicans esse Ducis Ioannis Friderici, libenter emit, ac dedit pretium, quanti erat aurum, et addidit duos aut tres Ioachimicos pro gemma. Miles laetus hoc precio contentus abit. Aurifaber statim ad Ducem Ioannem Fridericum accedit, et monstrat annulum: quod, si sit Ducis Ioannis Friderici, ait se libenter ipsi eum reddere. Dux valde laetatur conspecto annulo, quo propter avi memoriam delectatus erat, et nunc tanquam bonum omen interpretabatur annuli recuperationem. Interrogat igitur aurifabrum, unde acceperit, et quantum pro eo numerarit. Aurifaber seriem rei narrat, et ait, se non petere precium, sed gratis reddere, ut Dux intelligeret, ipsum affici dolore propter eius calamitatem. Sed Dux reddidit quantum militi numeraverat.

Hic multa disputari possunt. An Dux habuerit rei vindicationem? An debuerit aliquid numerare aurifabro, qui officiose emerat? An miles potuerit petere, ut rescinderetur venditio?

Phil. Mel. 1554.

No. 3915. 15. Iun. (Northusae.)

(*Syngraphus.*)

† Ex apographo in cod. Monac. 89. No. VI. p. 86.

Basbardt [*passe-port*] [für] Sebald und Leonhart Munsterer.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn, unsern Heiland zuvor, wünsche ich Philippus Melanthon allen

so diese Schrift vorkommen, und bitt sie gutwilliglich zu vernehmen, daß Zeiger dieser wahrhaftigen Schrift zween jungen Knaben, Sebald Munsterer seliger von Nurmberg Söhne und arme Waisen, züchtige, gottsfürchtige, sittige, wohlgelehrte Schüler sind, und haben diese Reise aus großer Nothdurft vorgenommen, nämlich daß sie nach der Zerstreuung der Universität zu Wittenberg wiederum zu ihrer Freundschaft gen Nurnberg kommen. Darneben auch dieser Bürger von Northausen, Hans Isenach, der mit ihnen gehet, sie gen Nurnberg zu führen, von ihren Verwandten zugegeben ist. Dieweil sie denn niemand zu schaden umziehen, und sind züchtige Leut, zudem daß sie arme Waisen sind ohne Vater und Mutter, kann sich ein jeder ehrliebender und christlicher Mann selbs erinnern, wie er sich gegen ihnen halten soll. So bitte ich ganz fleißig und um Gottes willen alle, so dieser Brief vorkommet, wollet sie unverhindert ihren Weg ziehen lassen, und ihnen, als züchtigen jungen wohlgelehrten Knaben und armen Waisen, Gutes erzeigen. Das ist dem ewigen allmächtigen Gott gefällig, der auch solche Wohlthaten gnädiglich belohnet. Datum zu Northausen am Tag Viti, anno 1547.

No. 3916. 16. Iun.

Hier. Besoldo.

Epist. lib. V. p. 220 sq. Apographon in cod. Lang. p. 10.

Hieronymo Besoldo (Norimbergae)

S. D. Charissime Hieronyme. Vera reverentia et pietas in animis auditorum erga Doctores perpetua esse debet. Quare et mandavi his auditoribus tuis Sebaldinis, ut isthic ad te accedant, tuam familiaritatem appetant, te *) colant, tuis consiliis utantur, et spero, eos cum naturae satis placidae sint et ἠθικαὶ, memores fore officii sui. Quare ita tibi eos commendo, simul ut petam, ut regas eos tuis consiliis et praeceptis. Scripsi ad Patruos, ut in Academiam aliquam mittantur in vicinia. Etsi spero, in his regionibus in Academia Lipsica aliquanto post † rursus" docentium et discentium coetus conventuros esse. Sed, ut sit diuturna pax, optandum est. Bene vale, et rescribe. Die 16. Iunii.

Philippus.

*) Saub. et.

No. 3917. 16. Iun.

Apoll. Wigando.

Epist. lib. V. p. 517 sqq.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Apollini Wigando, in inclyti Comitis Suarcebergii Cancellario, amico suo.

S. D. *Quo nos fata trahent, virtus secura sequetur*, inquit apud Lucanum Brutus, opinor, ad Catonem. Ego versu paululum mutato saepe dicere soleo: *Quo nos fata trahent, pietas secura sequetur.* Desinamus tandem de bello disputare, ac potius Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, oremus, et ut pacem restituat, et ut servet Ecclesiae reliquias, doctrinae studia, et disciplinam, et regat Doct. et Principes. Videmus enim in utroque genere, quanta sit paucitas bene consulentium communi saluti.

Me Witebergam praeter amicos, privatos homines, qui ibi sunt, nemo alius vocavit. Et quanquam ibi non omnes clamores probavi, tamen si possem naufragii Academiae tabulas colligere, deesse illi loco non vellem. Amo enim eam Academiam ut Patriam, in qua et cum doctis et honestis Collegis coniunctissime vixi, et doctrinam de rebus necessariis mediocri studio propagavimus. Filius captivi Principis tantum hoc petivit, ne ex his regionibus discederem, priusquam ipsi consilium meum indicassem *), ac si quis mihi locus vel in exigua schola in eius ditione esset, non gravatim ei servirem. Non enim iam de splendida conditione, sed de sepulchro cogito. Bene vale. Die 16. Iunii.

Philippus Melanthon.

No. 3918. 18. Iun.

Cruciger ad Wellerum.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 58.

Reverendo viro, Dom. Hieronymo Wellero, Doctori Theol., amico suo carissimo

S. P. Semper mutationes imperiorum saevissime quassarunt Ecclesiam et nullum tristius exemplum

*) Vid. epist. d. d. 9. Iun.

ex exilio babylonico, in quo quam acerbum fuit piis videre, pervastata et excisa dulcissima patria, de qua divinitus datae erant promissiones ac prorsus sublata omni priore facie ac forma pulcherrima rituum et disciplinae in communibus coetibus iudiciorum, denique et totius politiae a Deo constitutae, quam acerbum, inquam, fuit videre populum Dei opprimi non clementi et iusta servitute in imperio gentium pleno horribilis idolomaniae et turpitudinum, et tamen in ea ipsa calamitate aeternus Deus, qui etiam in ira misericordiae recordatur, ita respexit suam Ecclesiam, ut praecipuum eius firmamentum et nervos, hoc est doctrinam propheticam et coetus scholasticos docentium et discentium conservarit, et hos etiam insigni gloria inter acerba odia et contumelias potentum et vulgi, addo etiam favore et beneficiis aliquorum regum et principum, servarit. Nobiscum in his poenis quanto adhuc mitius egit Deus quam peccata nostra merentur, ut merito illud et cum gratitudine praedicare debeamus: *misericordia domini est, quod non sumus consumpti, quia nondum deficiunt miserationes eius.* Itaque cum videamus vestra et aliorum etiam Ecclesiarum studia et vota nobiscum coniuncta esse, idque tua et aliorum pia commemoratione amanter nobis significari, et vobis gratias agimus et eo minus iudicamus spem nostram et preces ad deum patrem et dominum ac liberatorem nostrum, filium Dei, abiiciendas esse, quas ipse iureiurando testatus est non fore irritas, etiamsi pro sua incomprehensibili sapientia eventus aliter reguntur quam nos cogitamus ipsi, ut Paulus ait.

Itaque haec, quae evenerunt, patienter ferentes teneamus illud: *in silentio et spe erit fortitudo vestra*, et vero pectore oremus patrem coelestem, ut servet inter nos semen sanctum, per quod propagetur doctrina coelestis, et ipse perpetuo celebretur, et flectat mentes regum ac principum, ut benigne praebeant hospitia exulanti Ecclesiae ac scholis.

Speramus etiam de bonitate illustrissimi principis nunc renunciati Electoris, fore, ut haec schola instauretur. Nam eius rei a praecipuis gubernatoribus bona spes ostensa est, et dominus *Philippus* et alii huc revocantur.

Commendamus autem hanc Ecclesiam ac scholam etiam tuis et collegarum piis precibus. Ipse etiam peto, ut reverendos collegas tuos, dominum Pastorem Ecclesiae et doctores meis verbis officiose salutes. Vittebergae 18. *) Iunii 1547.

Casp. Cruciger.

No. 3919. 19. Iun.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 58 sqq.

Iusto Ionae (*Hildesiae*)

S. D. Deo aeterno, Patri Domini nostri Iesu Christi, conditori et servatori Ecclesiae suae per Filium εἰκόνα ἀϊδίου πατρὸς mirando et inenarrabili consilio redemptae gratias ago, quod hactenus te et tuos servavit incolumes, et ut deinceps servet ac gubernet, toto eum pectore oro. Profecto enim sine Dei auxilio nec tueri vitam nec gubernare possumus. Θεοῦ γὰρ χωρὶς, οὐδεὶς εὐτυχεῖ βροτῶν. Ac nunc vere cernimus, nos ut Israelitas inter undarum montes, in mediis periculis versari. *Macedo*, cum *Lycaone* [1]) ad Carolum Imperatorem profectus est, petit pacem, nec fuisse rediturum ad Salam, arbitror, nisi antea convenisset de conditionibus, multi putant collusionem fuisse totum bellum. Nunc isti fabulae addet *Lycaon* [2]) vocem usitatam, Plaudite. Haec si ita sunt, noster Dux, qui captivus est, beatior est omnibus caeteris Ducibus, qui aut nunc triumphant, aut periculo se liberarunt. His de rebus plura scribere, nunc non libet. Ignescunt enim irae, et duris dolor ossibus ardet. Rediit in patriam *Franciscus* [3]) ad quem hodie hinc vehitur coniux cum familia. Quid adferat fabellarum, nihil enim nisi fabellas adferre eum, certum est, nondum significavit, nec valde requiro. Donec Deus concessit nobis docendi ἀφορμὴν, docui studiose, meque intra metas mei muneris continui. Idem faciam, si ad aliquam scholam me Deus reducet.

Pastor Ecclesiae nostrae et *Caspar* me revocant. Et ad eos accedam, de tabulis nostri naufragii cum eis deliberaturus. Spero enim, Deum servaturum esse Ecclesiam suam, etiamsi Imperia multis modis concutiuntur. Et concuti ea, quid

*) d. 18. edidi; sed forma numeri non satis distincta est, et potest etiam legi vel 10. vel 16.

1. 2. 3) nomina addit A. D. Saubertus ea tacuit.

miremur, cum tanta sit levitas, tam ineptae cupiditates multorum potentum.

Tres non longis intervallis † viri praestantes" [1]) mortui sunt *Widman* Cos. Lipsicus, Doctor *Turcus* et tuus adfinis *Hofmanus*. Et hunc quidem, iudico, fuisse virum honestum, de te, triduo ante mortem suam, mecum valde honorifice locutus est. *Turci* arces donatae sunt a *Carolo* Imperatore Comitibus *Mansfeldensibus*. His tantas opes coacervavit. Addam et somnium huius noctis. Venire in templum Witebergae mihi videbar, ubi canebatur lectio historiae de passione Christi, sed in ea clarissima voce sonabat sacerdos mihi notus haec verba, Evangelium nostrum praedicabitur. Qua porta sit egressum hoc somnium, nescio. Sed fortassis non erit ἄσημον. Nunc certe sonat vox Evangelii in ipsa passione. Et Deum, spero, Ecclesiae suae adfuturum esse, nec passurum, ut extinguatur Evangelium, etiamsi, ut semper, vera Ecclesia duriter exercebitur. Tu, quantum potes, cogitatione divinae voluntatis et doctrinae coelestis, animum a moestitia abducito, ut tua fides et animi tranquillitas etiam Ecclesiae τύπος sit, ut Paulus iubet. Bene vale. Die 19. Iunii.

Philippus Melanthon.

No. 3920. (19. Iun.)

Laur. Mollero.

Epist. lib. V. p. 447 sqq.

Laurentio Mollero (Hildesiae)

S. D. Tua erga se studia et officia in literis proxime missis vir Clarissimus, d. *Ionas* candidissime praedicavit. Etsi autem scio, te ut caeteras virtutes omnes, ita beneficentiam erga hospites, ac praecipue Doctores Evangelii vero iudicio propter Deum colere, tamen et ipse mei officii esse duxi, ut gratias tibi agerem. Habeo certe gratiam, meque tibi debere profiteor, quod hoc praesertim tempore nostros complecteris. Deseritur Ecclesia vera a summis principibus *), sed spero, ei locum fore in vestris Aristocratiis, idque ita semper iudicavi, et, ut fiat, faciat Deus aeternus, Pater Domini nostri Iesu Christi, quem oro, ut urbes bene moratas defendat et gubernet.

Etsi autem de publicis negotiis tantum nunc scribere non possum, quantum cupiebam, tamen illud scito. Certum est, *Macedonem* cum Lycaone *) ad Carolum Imper. profectum esse, ac pacem petiturum. Postea aiunt, Imperatorem editurum proscriptionem contra civitates Saxonicas, et, omissis obsidionibus propter moram, mandata daturum Lycaoni *) et aliis, ut civitates vicinas hostiliter vexent, intercludant commeatus, prohibeant itinera civium. Longum et exitiosum totis regionibus bellum erit, si haec fient. Optarim igitur, civitates et ipsas pacem petere, quam, credo, eas posse mediocribus conditionibus impetrare. Est sapientia quaedam, μὴ πιστεύειν τύχῃ, cum videmus, quo inclinent fata. Bene vale. Ionam tibi commendo, et peto, ut rescribas. (A. 1547. Northusae.)

Philippus.

1) addit A. D.

*) Sic A. D. sed Saub. *ab hominibus*.

*) Sic A. D. sed Saub. *N.*

No. 3921. 20. Iun.

Georgio Anhaltino.

Select. epist. p. 371. Epist. lib. I. p. 81. (ed. Lond. lib. I. ep. 35.).

Illustrissimo et Reverendissimo Principi ac Domino, Domino Georgio Principi in Anhalt, Comiti Ascaniae etc. Praeposito Ecclesiae Magdeburgensis, et Coadiutori in Ecclesiastica gubernatione Merseburgensi, Domino suo clementissimo.

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, Extat apud *Platonem* sententia, cuius cogitationem cum aliis viris sapientibus, tum vero bonis Principibus, gratam esse non dubito. Est enim doctrina de causis gubernationis, suntque haec verba: *Deus quidem et cum Deo temporum momenta res humanas, quod ad universum corpus attinet, gubernant.* Minus horridum est tamen adsentiri, ad has principales causas adiungi oportere artem seu diligentiam humanam. Postquam igitur Deus hoc tempore, ut cupiditates nostras frenaret, castigavit bonam *Germaniae* partem, et aliquam in gubernatione mutationem fecit, accedat hoc etiam, ut boni et sapientes viri, qui auto-

ritate antecellunt, diligentia sua istos quasi fluctus moderentur, et curent inter tumultus imperiorum restitui studia verae Invocationis Dei, Leges, Iudicia, et omnia disciplinae vincula. Audivi autem ex narratione, quam mihi Cels. T. significavit, Ducem ipsum victorem Deo gubernante eius pectus, sua sponte adfirmasse, has res salutares vitae hominum, et propter quas praecipue Deus Imperia constituit, sibi curae fore.

Scio et Cels. T. anniti, ut Ecclesiis recte consulatur, et disciplina sanciatur. Hac igitur consolatione meus dolor aliquantulum lenitur, quod cum video non negligi has res necessarias, spero Deum prohibiturum esse barbaricam vastationem, et servaturum aliquod semen sanctum etiam in his terris, et ut servet toto eum pectore oro. Ingentem dolorem multos annos etiam ante bellum in animo meo circumtuli, propter multa publica mala, quae nunc *Nemesis* secuta est. Atque utinam commonefacti tam tristi spectaculo, emendaremus errores nostros et vicia; quod ut fiat, orandus est Deus, ut Principum et Doctorum mentes exuscitet, ut veras deliberationes suscipiant. De his rebus brevi Deo iuvante coram cum C. T. colloquar. Nunc expecto *Noribergenses* literas, in quibus si quid erit dignum narratu, Cels. T. significabo. Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi servet et regat Cels. T. et fratres Principes, virtute et pietate ornantes Nobilitatem. Quare etiamsi in hac communi tempestate socii aerumnarum viciniae fuerunt, tamen Deo curae esse et ipsos, et vestras regiones vidistis, pro quo beneficio ei gratias agamus. Bene valeat Cels. T. Die 20. Iunii, Anno 1547.

No. 3922. 23. Iun.

V. Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 497 sq. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 651.

D. Vito Theodoro, docenti Evangel. in Ecclesia Dei in urbe Noriberga.

S. D. Olim dicitur Astraea pulsa ex urbibus, in rure concionata. Nunc rursus doctrinae studia et disciplina, ut spero, fugient in urbes bene moratas, cum Principes dissipatis scholis barbariem acturi in suis regionibus videntur. Quare pugnate, quantum omnino potestis, ut foveantur in vestris Politiis literarum studia, ne lux doctrinae caelestis in terris exstinguatur. *Ioachimum Camerarium* spero brevi ad vos venturum esse. *Περὶ Μειλιχίου*, ut cogitationem suscipias amico dignam, magnopere te adhortor. De bello quod vere nunc est *Μυσῶν λεία*, ut veteres dicebant, nihil scribo. Nam vos prius omnia auditis, quam nostrae literae perferuntur. Utinam Pallas aliqua Marti hastam extorqueret. Nam verius illud nunc accidit, quod ibi apud Homerum inquit Pallas, quam olim, *νόος ὤλετο καὶ αἰδώς*.

Literas ad *Franciscum Hispanum* scriptas, quas nuper *τῷ μικρῷ γραμματοφόρῳ* tradidi, si nondum misisti, tradas huic *Nicolao* Argentinensi auditori nostro, honesto adolescenti. De *Carolo* Imperatore et Rhenanis rebus literas a te expecto. Bene et feliciter vale. Die *Basilii* Episcopi Caesariensis collegae nostri, qui et ipse asperitatem Valentis Imperatoris expertus est, et tamen divinitus defensus *).

Philippus Melanthon.

No. 3923. 11. Iun.

Ducibus Saxoniae.

† Ex autographo Melanth. in Tabul. Vinar. Regist. N. fol. 452.

Dem Durchleuchten und hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Johansfridrichen dem Mittlern, und Herrn Johanns Wilhelm, Herzogen zu Sachsen, Landgraven in Türingen und Marggraven zu Meissen 2c. meinen gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen Eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Durchleuchte, hochgeborne, gnädige Fürsten und Herrn. E. F. G. andre Schrift habe ich in Unterthänikeit empfangen, und aus vielen Ursachen mit vielen Thränen gelesen, fürnemlich aus unterthänigem Mitleiden, darnach auch derhalben, daß E. F. G. Herr Vater noch in dieser seinen großen Betrübniß dennoch auch für mich armen und geringen gnädige Fürsorg traget. Der wahrhaftig allmächtig Gott, Vater unsers Heilands Jesu Christi wolle S. E. F. G. und Ew. F. G. Frau Mutter, und Ew. F. G. trösten, stärken, und ihnen diesen Jammer lindern. Denn er siehet aller Menschen Hertze, und weiß, wer

*) Alia manus adscripsit: 1547.

seine Wahrheit suchet und liebet, oder nicht, und hat zugesagt, er wolle bei den Betrübten, die ihn anrufen, wohnen. Nu sind wir ja die Armen, die mit herzlichem Seufzen zu ihm schreien, und sind seine arme Diener, die seine Lahr mit seiner Hülf treulich ausgebreitet haben, und sprechen mit David: dein sind wir, hilf uns. Denn deine Lahr haben wir gesucht und herzlich geliebet. Wir sollen auch nit zweifeln, Gott wird uns in diesem Elend Gnad und Linderung erzeigen.

Daß aber E. F. G. mir gnädiglich schreiben, daß ich ein Ort anzeigen soll, wo ich zu bleiben gedächt rc., darauf füge ich E. F. G. unterthäniglich zu wissen, daß ich vorhabe in kurz gen Weimar zu kommen, E. F. G. Gemüth weiter zu vernehmen, und dabei mein einfaltige und unterthänige Meinung anzuzeigen. Der wahrhaftige allmächtige Gott, Vater unsers Heilands Jesu Christi, wolle E. F. G. allezeit gnädiglich bewahren und regirn. Datum zu Northusen am Abend Iohannis Baptistae anno 1547.

E. F. G.
unterthäniger
Diener
Philippus Melanthon.

No. 3924. 28. Iun.

Medlerus ad Ionam.

† Ex autographo Medleri in Vol. Epist. Meining. ep. 98. — Edidimus hic hanc epistolam, quia historiam huius temporis et potissimum Vitebergensium illustrat.

Praestantiss. et Clariss. Viro, Dom. Doct. Iusto Ionae, Hallensis Ecclesiae inspectori, iam vero Hildesiam postulato, domino patrono et maiori suo semper observando,

Gratiam et pacem a Deo patre per unigenitum eius filium Iesum Christ., dominum nostrum, Amen. Praestantissime domine Doctor, et patrone observande. Gratissimae mihi tuae praestantiae literae fuerunt, tum quia veterem candorem et amorem eius erga me, tum quia tuam praestantiam iam *Hildesianae* ecclesiae inspectionem, atque adeo nobis vicinam factam esse significarunt. Ideo et nobis et ecclesiae vestrae ex animo gratulor. Credo enim firmiter, et certo in Deum confido, qui sibi in his partibus ecclesiam et sui verbi puram conservabit doctrinam, utque propter illam daturus sit nobis petentibus pacem. Ideo nostrum erit officium, populum ad poenitentiam instruere, et doctrina et exemplo nostro animosum eum reddere, ad confidentiam Dei allicere. Scimus enim, quod Deus sperantes in se non deserat, ideo certo mecum statui, nunquam latum pedem discedere, in quamcunque partem res se inclinaverit, tametsi sint, qui vobis vestroque (?) minentur propter liberatum *Henricum;* sed me e contra Dei verbum consolatur, et quod nihil video virtute Caesarem hucusque effecisse, neque etiam eum in aliis iuvandis promptum esse. Video, eum sua tantum quaerere, et parum amicis prae inimicis parcere. Id iam sero licet quidam intelligere incipiunt. Est etiam nuper *Halae* inter Hispanos et Germanos magna contentio orta, quae magnum inter ipsos odium pariet. Halis cum suo exercitu 23. Iunii discessit, et profectionem suam in superiorem Germaniam per Turingiam instituit secum et optimum nostrum principem *Electorem Saxoniae* inter sui exercitus pedites, et *Landgraffium* inter equites captivum abduxit. Halae autem nunc tranquillitatem fore spero, quemadmodum Witebergae, Deo sit gratia et laus in perpetuum, facta est. Scripsit enim dominus Doct. *Pomeranus* ibidem episcopus, et *Ambrosius Reuter* consul, in his diebus reverendissimi et sanctissimi viri, Doctoris *Martini Lutheri*, patris nostri, relictae viduae, ut domum redeat, quod et faciet; illic enim iam omnia esse tuta, et eius bona et aedes sibi illaesa mansisse. Eo etiam Dominum *Philippum*, praeceptorem meum observantissimum rediturum esse certo affirmant. Vocavit enim eum ad restituendam scholam Dux *Mauritius*, et frater eius vocavit Dominum Doctorem *Maiorem*, ut suus sit concionator, sed nescio tamen an *Martisburgi* an secum eum aulicum concionatorem habere velit. Scripsit quoque Elector noster, (quem Deus respiciat et ad gloriam sui nominis et ecclesiae salutem e vinculis liberet, amen) Domino Doctori *Pontano*, ut se in Turingiam recipiat, atque ibi sit in pristino suo statu et officio eius consularius, quo etiam profectus est cum omnibus suis. Ideo et illic tranquillitatem fore spero. Discessit etiam a nobis Dominus Doctor *Chilianus Goltstein*, quem in Marchia iam latere puto, tuae autem praestantiae ad breve tempus expectandum esse censeo, ut non ad se liberos et suppellectilem transferat, nisi prius ab Hallensibus literas accipiat. Interim etiam videbimus, quid in his partibus fiet. Episcopi, quicquid tentent, fortunam non habebunt. Iam dudum enim Dei sententia in libro Ioannis apoca-

lypsis contra eos lata est, quam non aufugient, et minantur quoque astra hodie illis interitum, quem et saepe illis praedixit nostris temporibus ille sanctus vir Dei, *Lutherus* piae memoriae, neque etiam imposterum Caesar fortunam habebit, qui se illis adiunxit et sanguinem innocentem tanta copia effudit. Quae autem fraudibus hucusque perfecit, illa non possunt esse firma. Puto eum ad summum pervenisse statum, quo ulterius progredi non licebit. Meruit autem hanc nostram cladem omnino nostrorum infidelitas; nam si aliquis fuisset princeps strenuus et fidens Deo, facile potuisset resistere Caesari. Si enim Elector noster non proditus fuisset et a suis derelictus; potuisset ipse Caesarem capere. Id affirmant omnes boni et fortes viri, qui una in conflictu fuerunt. Admonet etiam Dei optimae voluntatis et praesentiae, eius erga nos *Bremensium* Historia, quos Deus egregie iuvit. Utinam et alii ipsorum exemplo discerent Deo fidere et strenue suum facere officium, id quod et nostras urbes facturas spero, quas nos nostra praesentia, opera, oratione et doctrina confirmabimus, certo sperantes in Deum, qui neque nos deseret, et propter sui filii dilectissimi meritum ab omnibus adversariis nostris nos liberabit, amen. Cui et praestantiam tuam diligenter commendo, et eam rectissime valere opto, amen. Datae Brunswigae 28. Iunii anno 1547.

Tuae praestantiae deditus
Nicolaus Medler,
Doctor.

Literas*) praestantiae tuae 20. Iunii datas ego heri 27. eiusdem tandem accepi, et miror quod tam tarde ad me pervenerint. Est rumor apud nos, Gallum Caesarem ex Germania avocare, cui in inferiori Germania bellum infert. Sunt etiam qui dicunt, Turcam Viennam occupasse. Ita puto Caesarem incendisse ignem, quem ipse extinguere non poterit. Deus misereatur suae afflictae ecclesiae, amen.

No. 3925. **29. Iun.**

(*Commendatio.*)

Ex apogr. in cod. Goth. 399. p. 193b. edita in den Unsch. Nachr. ann. 1718. p. 46.

Omnibus lecturis has literas S. D.

Etsi non dubium est, multos, cum vident infirmitatem et dissipationes varias Ecclesiae, quae omnibus aetatibus fuerunt, dubitare, an aliquis hominum coetus, et praesertim an haec pars generis humani Deo curae sit, quae amplectitur vocem Evangelii, et doctrinam traditam inde usque ab initio per Filium Dei, Prophetas et Apostolos: tamen omnes pii in Ecclesia sciunt causas harum aerumnarum, et promissiones divinas. Non dubium est, qui[1]) vocem Evangelii, et doctrinam in Ecclesia puram et perpetuam amplectuntur, ubicunque sunt, vocatos esse ad aeternae vitae societatem et Deo placere, ut Filius Dei[2]) inquit: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum. Et hic coetus subiectus est cruci. Feramus igitur miserias, quibus onerata est Ecclesia, et speremus auxilium Dei. Nos etiam leniamus aerumnas piis, ubi possumus. Hic honestus Sacerdos, Magister *Iohannes Hellerus*[3]), natus in ditione Nassaensi, diu fideliter servivit Ecclesiae in ministerio Evangelii, et reverendo viro, Domino *Ioanni Lango*, Doctori Theologiae, et mihi diu notus fuit familiariter. Cumque sciam, virum esse integrum, et recte sentire de doctrina Ecclesiae, et amare pacem publicam, commendo eum omnibus bonis viris. Datae Northusae die Petri et Pauli (*i. e.* 29. *Iunii*) 1547.

Philippus Melanthon.

No. 3747. **(mense Iun.)**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 578 sqq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 770.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Bamb. amico et fratri suo cariss.

S. D. Cariss. Ioachime, scio tantam esse gravitatem et virtutem tuam, ut benevolentiam erga me tuam non mutatura sint tempora. Ne antea quidem talis fortuna mea fuit, ut propter eam, fuerit expetenda mea amicitia, dilexi et diligo te propter virtutem tuam, et amicitia nostra fruemur

---

*) Haec quae sequuntur schedae inscripta sunt a Medlero, et videntur huic epistolae inclusa fuisse.

1) *qui*] cod. Lang. *quin.*
2) *Dei*] addidi e cod. Lang.
3) Vid. Epist. ad Langum et Fr. Burchard. d. 4. Iun.

in aeterna consuetudine, etiamsi hi tumultus Imperiorum nos una vivere non sinent in huius vitae curriculo. Nec ego procul a meta absum. Res utiles, cum incidissem, meo quodam fato, in magnam confusionem disputationum, evolvere studui, et veritatem quaesivi, cuius meae voluntatis testem habeo Deum *καρδιογνώστην*, et fui adhortator iuventuti ad discenda utilia, utinam et rectiora doceant, qui sequentur, et sint feliciores. Intueor mente exitum conventus *Ulmensis*, qui an redditurus sit Ecclesiis et imperiis *νηνεμίαν*, res ostendet, de me non valde sum solicitus: scio Ecclesiam Deo curae esse, et nos in Ecclesia Dei septos esse ipsius tabernaculo, ut Psalmus inquit, Et dabit *κύνα βοηθοῦσαν πτωχῷ*, ut dicitur, amicis alicubi hospitia quaero.

De *Milichio* scripsi ad *Hieronymum* *), quaeso ut tu quoque sis hortator, ut si erit occasio, eius ratio habeatur. *Cornelii Sitardi* eruditionem et candorem scio tibi voluptati esse, cui meis verbis salutem dicito.

A te praeter proximas epistolas non accepi antea totis tribus mensibus, nisi unicam apud *Stibarum* scriptam.

Libenter tibi quasdam meas epistolas mitterem ad *Obernburgum* scriptas. Sed colloquemur ut spero, in autumno. Gratiam tibi habeo, quod mederi domestico meo vulneri studes. Deus mitiget publica et privata mala. Bene vale cum honestissima coniuge et dulcissimis liberis.

Audi historiam insuavem: *Lembus* ille tuus in concione palam iussisse fertur Deo gratias agi, quod Dux *Saxonicus* captus sit, deinde etiam peti, ut Deus flectat eius animum ad relinquendam haeresin Lutheranam, Hisque usus esse verbis, significationem indignationis manifesto fremitu multis bonis viris ostendentibus. Haec adeo sunt dira et execrandam habeant narrationem. Neque possum credere vera esse, qui, ut scis, facilis sum ad credendum. Sed nosti hoc, *φήμη δ' οὔτις πάμπαν*, et mihi litteris ista indicantur. Interea tamen *ὁ δήμαρχος* nos vocat. Ne te quidem puto suasorem fore, ut illius sycophantae fiam *δορυφόρημα κωμικόν*. Quaeso ut mihi saepius scribas. Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi, servet te et tuam Ecclesiam domesticam.

Φίλιππος.

*) Baumgartner.

Absolvi in hoc exilio, promissum filio munus, et ita pertexui, ut sperem adolescentibus profuturam lucubrationem ad iudicandum, sed tamen te Aristarchum esse volo. Coniugem Ducis *Borussiae* scis fortassis paulo post meae filiae mortem, ex hac mortali vita etiam ad aeternam consuetudinem Dei evocatam esse.

No. 3927. 2. Iul.

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 148. (ed. Lond. lib. II. ep. 186.) — Apographon in cod. Goth. 191. p. 74.

D. Paulo Ebero

S. D. Etsi mediocrem heri fasciculum literarum ex urbe *Noriberga* attulit nuncius, qui comitatus fuerat *Munsteros*, quos ad patruos misi: tamen nihil historiarum continebant. *Ioachimi* literas tibi mitto, in quarum alteris in *Graecis* verbis de *Vito* narrat mandatum esse, ne concionetur; qua de re copiosius ipse ad me scripsit, et quaedam satis iracunde *Bomgartnerus*. In aula *Wimariensi* nunc *Pontanus* est, et rediit *Franciscus*, *οὗτοι συμβουλεύουσι τῷ ἄρχοντι ἀποικίαν τῆς ἀκαδημίας οἰκίζειν ἐν τινι πολιχνίῳ τυριγετῶν*, qua de re brevi coram vobiscum colloquar. Te velim mihi scribere de typographicis officinis, et de tuis consiliis. Hactenus iter facere sine certis periculis nemo nostrum potuit, sed deinceps spero tuto nos posse iter facere. Vel istic vel alibi, Deo iuvante, scholasticas operas simul faciemus, ac quotidie Deum precor his verbis:

Συμβουλὴν ἀγαθὴν, καὶ ἀφορμὰς, εὐτυχίαντε
Δεῖξον ἐμοὶ τέκνον πατρὸς ὦ ἀϊδίου.

Bene vale. Salutem opto omnibus collegis. Die synodi Mariae et Elisabethae.

No. 3928. 2. Iul.

Ben. Schumanno.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³. et in cod. Bav. p. 681.

M. Benedicto Schumann, concionatori in Salinis Saxonicis [1]).

S. D. Hanc ad te, reverende Benedicte, epistolam scripsi eo die, quo memoria celebratur dulcis-

1) In cod. Bavari est inscriptio: D. Benedicto Schumann, Pastori Ecclesiae Dei in Salinis, amico suo carissimo.

simi congressus Mariae et Elisabethae, quarum historia nos consolemur et erudiamus. Ecclesia erat tunc coetus ille exiguus, oppressus ab Herode, Pharisaeis, Sadducaeis[2]) et alia[3]) impia multitudine. Non igitur miremur, nunc quoque Ecclesiam paucorum piorum agmen esse. Deinde quantis in miseriis illae matronae fuerunt[4]), Elisabetha et Maria mater. Viderunt a Ptolemaeo[5]) interfici triginta millia Iudaeorum, et superstites cogi, ut vescerentur interfectorum carnibus. Postea Elisabeth vidit interfici Zachariam maritum: fortassis et filio[6]) superstes fuit. Feramus igtur[7]) et nos communia Ecclesiae mala, nosque cogitatione pietatis et fortitudinis matronarum illarum consolemur. Iam quanto synodus illa Mariae et Elisabethae antecellit[8]) synodo Tridentinae? *οὐ γὰρ*[9]) *συμβλητ᾽*[10]) *ἐστὶ κυνόσβατος οὐδ᾽ ἀνεμώνη*[11]) *πρὸς ῥόδον*, inquit poëta; sed longe maior dissimilitudo est harum synodorum, cum Tridentina corruptelas verae doctrinae ediderit. Simus igitur in simplici doctrina tuenda vigilantiores, et concordiam tueamur, nosque complectemur mutuo[12]), ut illae matronae. Bene vale[13]).

Philippus.

No. 3929. 8. Iul.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 183 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 108., cui adscriptum est, epistolam d. 10. Iul. 1547. Noribergam allatam esse.

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti, Dom. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Norib. amico suo cariss.

S. D. Etsi mihi seu propter mediocria studia literarum, seu alia quaedam officia cum multis amicitia est in magna parte Germaniae, tamen profecto nullorum amicitiam pluris feci annos circiter viginti, quam tuam et *Ioachimi*. Non aliorum hominum nomina mihi dulciora fuerunt, nec ullos dilexi ardentius. Ac saepe de aeternae vitae consuetudine cogitans, laetabar ibi nos una futuros esse, et quidem de ea doctrina assidue collocuturos, quam hic inchoassemus. Quodque decet homines doctos, hanc nostram amicitiam ad publicam utilitatem, donec potuimus, retulimus. Nec mutabunt ulla tempora hunc meum erga vos animum. Nec vos statuo benevolentiam erga me vestram mutaturos esse propterea, quod nostra Argo, quam male vexerunt Argonautae nostri, me quoque simul oppressit.

Quorsum hoc exordium inquis? Lachrymis impedior ne plura addam. Literae tuae proximae non solum *Vito*, sed mihi quoque irasci videbantur. Suspicaris me aliquorum sermonibus retentum esse, quo minus istuc venerim, qui dubitarint de fide civitatis vestrae. Ego vero cum tibi responderem, in illa nostra solitudine Servestana fui, ac ne potui quidem cum aliis deliberare. De mea sententia candide nihil mali suspicans respondi. Imo cogitans de civitate vestra veterem versum, qui his verbis laudat Atticam civitatem,

Οὕνεκεν οἰκτείρειν οἶδε μόνη πόλεων,
*(Quia misereri novit sola urbium)**)

habuique causas mei consilii tres praecipuas. Oneri amicis esse nolui, nolui procul a collegiis discedere, metui ne siquis in concionibus vehementius loqueretur, suspicaturos esse aliquos, me incitatorem esse. Cessi igitur tempori, meque in his iugis Harcyniis abdidi, etsi nullorum hominum consuetudo mihi dulcior esset, quam vestra. Haec cum sint vera, te oro nequid secus suspiceris.

Vito semper hortator fui, ut tuis consiliis pareret: deinde non tantum *Vitum*, sed omnes Principes et Doctores saepe oravi, *μὴ πολυπραγμονεῖν καὶ πολλὰ νοσήματα πολιτικὰ πρᾴως φέρειν, καὶ μὴ εἶναι φιλομεμφεῖς ἐν πολιτικοῖς πράγμασι.* Ac vehementer dolui multos Doctores de politicis negotiis certamina movere, qui in dogmatum explicatione muti sunt. Nunc te oro, rursus ut *Vitum* complectare. Scripsi ad ipsum quoque, ne se a te seiungat.

---

2) Cod. Bav. *Saducaeis.*
3) *alia* cod. Par. non habet.
4) Cod. Bav. *fuerint.*
5) Cod. Bav. *Ptolomaeo.*
6) Cod. Par. mendose: *filius.*
7) *igitur* cod. Par. non habet.
8) Cod. Bav. *antecellunt.* Fortasse *antecelluit.*
9) *γὰρ* cod. Bav. non habet.
10) Cod. Bav. *συμβλητά.*
11) *ἀνεμώνη*] cod. Bav. *ἀνεμῶνα.*
12) *mutuo* cod. Par. non habet.
13) Cod. Bav. addit: 47.

*) Versio editoris.

De *Milichio* etiam te adhuc oro, ut quantum me amas, in eo iuvando labores. Magis in hac nostra miseria, amicorum causa quam mea sollicitus sum, teque oro propter Deum, ut huius curae partem mecum suscipias. *κοινὰ γὰρ φίλων ἄχη.* *Georgius Maior* ideo huc adduxit familiam, ut hinc ad vos proficisceretur. Sed pericula itinerum longiorum eum retinuerunt. Caetera ipse scribet. Bene vale et rescribe. 8. Iulii, Northusae *).

Philippus Melanthon.

No. 3930. 4. Iul.

H. Besoldo.

Epist. lib. V, p. 218 sq. — Apographa in codd. Gothanis 191. p. 60. et 399. p. 1.

Hieronymo Besoldo (Norimbergae)

S. D. Charissime Hieronyme. Hunc fasciculum literarum perfert istuc tabellarius *Northusanus*, iturus ad Dn. *Obernbürgium* [1]). Redeunti igitur aliquid literarum dabis, ac scribes diserte, an has literas acceperitis: et si quid habebitis de Synodo Tridentina et de Conventu *Ulmensi* [2]), in qua apparebit, quam telam texere coeperit ὁ αὐτοκράτωρ, moto bello ante annum. Multae coniecturae sunt, propositurum esse decretum, ut omnes Ecclesiae amplectantur Synodi sententias, quod cum speret *Islebius*, nuper palam in concione, cum egisset Deo gratias, quod captus sit Dux Saxoniae, simul precari populum iussit, ut flectatur [3]) Dux Saxoniae ad abiiciendam haeresin Lutheranam. His verbis cum usus sit, novum genus doctrinae expectat. Ferrem aequiore animo tales voces, si ipse aperte profiteretur, quid probet, et quid damnet. Sed Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, oremus, ne sinat extingui lucem verae doctrinae, et ut aliqua det Ecclesiis tranquilla hospitia.

Nunc aula *Wimariensis* deliberat, quanquam in tanta calamitate, quomodo Academiae nostrae ᾽γανάγια colligat. Deus mitiget publica et privata mala. Bene vale, et rescribe. 4. Iulii.

Philippus.

No. 3931. 4. Iul.

Matth. Irenaeo.

Edita in libro: Tertius libellus epistolarum Eobani Hessi, edit. auctore Ioach. Camerario. (Lips. 1561. 8.) p. 228 sq. (Danz.)

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Matthaeo Irenaeo, Wurceburgensi, amico suo charissimo,

S. D. Chariss. Matthaee. Saepe versum a te mutatum repeto

Et quo fata vocant pietas secura sequitur.

Etsi enim pulsi nostris nidulis vagamur extorres cum filiabus, tamen non solum conscientiam rectae voluntatis in studiis circumfero, sed etiam scio, pleraque a me vere et dextre explicata esse, cum quidem fato quodam meo in Labyrinthos incidissem opinionum pene inextricabiles, nosque curae esse Deo in hoc labore versatos, non dubito. Hac cum consolatione privatum dolorem utcunque leniam, tamen rursus maiore moesticia opprimor cogitans de posteritate. Qualem nobis Ecclesiam? Qualia imperia relinquent ii, qui nescio quod ἀξίωμα stabilire, ut ipsi loquuntur, volunt. Nunquam mihi turbulenta et seditiosa consilia placuerunt, ut ipse testari potes. Sed tamen gloriae Dei et veritati alicubi cedere αὐθαδείαν hominum, aequum fuerat. Verum postrema aetas ista mundi est, cui quae impendeant calamitates, vox divina praedixit. Praeparemus igitur animos. Spero tamen Deum, tibi et tui similibus et Ecclesiam et honesta hospitia aliqua instauraturum esse, et ut instauret, toto eum pectore oro. Ubi *Ioachimus* sit, certo non sciebam. Credo eum a *Stibaro* vix abesse, si a familia liceat. Bene vale, rescribe de Conventu quamprimum. IV. Iulii.

Phil. Mel.

No. 3932. 5. Iul.

Eberus ad Ionam, filium.

† Ex autographo Eberi in Volum. Epist. Meining. ep. 187.

---

*) Alia manus adscripsit: *ann.* 1547.

1) Codd. Goth. *Oberburgium.*

2) Caesar d. 6. Maii indixerat conventum Ulmae habendum idibus Iunii. Vid. Sleidan. LXIX. p. 579.

3) Cod. Goth. 399. *flecteretur.*

Eruditione et virtute praestanti iuveni Iusto Ionae artium liberalium Magistro, suo amico carissimo *).

S. D. Mi carissime M. Iona. Gratissima mihi fuerunt, quae de domino praeceptore eiusque sermonibus ad me perscripsisti, cui mitto papyrum, qualis quidem hoc tempore, quo istiusmodi merces raro huc afferuntur, inveniri hic potuit, quam ut cures ad D. Magistrum perferri, valde rogo. In aedibus patris nihil mutatum audio, etsi id certo explorare propter brevitatem temporis non potui. Festinabat enim supra modum tabellarius. Inquiram tamen diligenter, et si quid deprehendero, quod vos scire quam primum prosit, faciam quod res me decebit. Patri meis verbis incolumitatem et salutem optabis et excusabis me, quod nihil scribo. Deus te incolumem ad dominum *Philippum* reducet, ubi salutabis diligenter optimam matronam ipsius coniugem, cui dices cerevisiam adhuc salvam esse, nisi quod duo vasa ipse exhausi fere, pro quibus pretium iustum solvam. Item *filium Philippum*, *Magdalenam*, *Iohannem*, et omnes vobis familiares et mihi notos isthic. Bene vale. Datae V. die Iulii 1547.

Paulus [Eberus] tuus.

No. 3933. 7. Iul.

Laur. Mollero.

Epist. lib. V. p. 471 sq.

Laurentio Mollero (Hildesiae).

S. D. Cum Aeschines laudat consilia caeterarum Civitatum Graeciae, praeter Athenas, quod non dimicassent, respondet Demosthenes, nihilo tamen beatiores illas quoque esse, quia et ipsae essent serviturae, et turpius cecidissent quam Athenae. Idem nunc accidit N. **) qui, cum dimicare noluerit, nunc tamen captivus est, et spoliatur machinis bellicis. Et fortassis aliquanto post accipiet conditiones duriores, prolato edicto Conventus *Ulmensis* de religione. Multo gravius et honestius consilium fuit gravissimae nationis Saxonicae, quam ut Deus defendat et gubernet, toto eum pectore oro. Spero, Ecclesiae et doctrinae reliquias in civitatibus passim mansuras esse, postquam *οἱ Κένταυροι* delere eas in suis regionibus coeperunt. Tuum libellum nunc mecum feram ad ripam Albis. Bene vale. Die Iulii 7.

Philippus Melanthon.

*) Ex ep. Mel. ad Ionam patrem d. 11. Iul. intelligitur, Ionam filium mense Iulio non amplius fuisse Northusae, sed iter in Angliam ingressum esse.

**) *Macedoni*, Landgravio Hassiae.

No. 3934. 7. Iul.

Hier. Besoldo.

Epist. lib. V. p. 221 sq. Apogr. in cod. Lang. p. 8.

Hieronymo Besoldo (Norimbergae).

S. D. *Μοῦσαι μὲν Θεαὶ ἐντὶ, Θεὸν Θεαὶ ἀείδουσιν*, inquit Poëta. Et verum est, divinitus attributam esse Musicen Angelis et hominibus, ut Dei laudes praecipue sonet. Ac ille demum vere Musici laude dignus est, qui vim ingenii confert ad eum usum, ut Deum celebret [1]). Id fecit, ut scis, *Walterus Torgensis*, qui ad caeteras laudes etiam istam addidit, ut vir sit pius et sanctus. Cumque Templis plurimas cantilenas composuerit, quas in sacris Congressibus quotidie audimus, gratiam ei profecto Ecclesiae debent, et gratitudinem nostram erga filium declaremus. Nunc igitur in hac dissipatione Academiarum, cum Pater hunc *Ioh. Walterum*, filium ad me miserit, ut quaeram ei aut scholam aut paedagogiam, fretus et amicitia tua et erga Patrem benevolentia, misi eum ad te. Spero, tua ope inventurum esse *παιδαγωγίαν* apud aliquem civem, aut in vicinia, aut †certe" aliis scholasticis adiungi poterit, quibus hospitium praebetis. Et huic adolescenti propter Patris merita debemus gratiam. Totam rem tuae fidei et prudentiae commendo. Volo et *Vitum*, cui vetus amicitia est cum *Waltero*, curare, ut filio prospiciatur.

Civitas Vratislavia †iam" vestro exemplo Scholam instituit, et *Iohannes Aurifaber* gubernator est eius Scholae. Accersunt [3]) et *Paulum* nostrum B. V. Hodie, quod felix et faustum sit

1) Cod. Lang. *ut Deus celebretur.*

2) Saub. *ipsum.*

3) Cod. Lang. *Accersivit.*

iter ingredior, Witebergam profecturus[4]). Sed literas quoties ad me scribes, mittito Northusium aut Lipsiam ad *Rauscherum*, Senatorem, cui mandata dabo, ut ad me mittat, ubicunque ero. Quaeso, ut saepe scribas. Iterum vale. 7. Iulii[5]).

Philippus Melanthon.

No. 3935. 11. Iul. (Wimariae?)

I. Ionae.

† Ex autographo, quod asservatur in bibliotheca nobilis *a Meusebach* Berolini, a Clariss. *Foerstemanno* descripta.

(*Iusto Ionae, patri.* Pagella inscriptionis in autographo abscissa est.)

S. D. Reverende vir, et amice carissime. Fui hortator *Francisco*, ut ad principem *Ascanium* iter faceret; optarim enim, veteres amicitias, quae et sincerissimae et dulcissimae fuerunt, *ἀναζωπυρεῖσθαι*, ac spero, vobis conspectum, mutuum et colloquia in hac temporum moestitia aliquem levationem attulisse. De *Sleswicensi* dioecesi nihil vidi literarum. Sed hic narravit vir, nobilitate et virtute praestans et tibi amicus, *Christophorus a Taubenheim*, cum quidem de te honorifice et amanter loqueretur, se audivisse, te Regis Danici literis vocatum esse *πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν* Ecclesiae Sleswicensis. Autores alios huius sermonis non habeo. De filio *Iona* credo te angi animo *). Sed commendemus eum Deo. Etsi autem optarim, eum in gente Saxonica disputationes illas emittere, quas narrant, tamen moveri eum iudiciis tot doctorum et bonorum virorum in Brittannia nihil miror. Vidi ipse multorum gemitus et lacrymas deplorantium ecclesiae calamitatem, cum nervum multorum errorum stabiliri viderent. Sed haec coram. Scribam ad filium ubi primum audiero, quo mittendae sint literae, etsi Bremam recte mitti arbitror. Bene et feliciter vale, et repugna doloribus tuis. De concionibus recens audivi, mandato Caroli Imperatoris peculiari vestros homines cogi, ne concedant, ut ad populum concioneris; quod eo significo, ne secus suspiceris de tuorum voluntate. Iterum vale. Die 11. Iulii.

Philippus Melanthon.

4) Voluit utique iam d. 7. Iulii proficisci, ut ipse scripsit postea d. 15. Iul. ad Schurfium. Sed mansit.

5) Cod. Lang. addit: a. 1547.

*) Ex epistola Eberi ad Ionam filium d. d. 5. Iul. perspicitur, Ionam filium simul cum patre se contulisse Northusam, ubi autem non diu commoratus esse videtur.

No. 3936. 12. Iul. (Wimariae.)

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 221. (edit. Lond. lib. II. ep. 214.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime, et Reverendissime Princeps, Quod faustum et felix sit, iter ingressus sum, ac spero me cras *Ienam* accessurum esse *). Si de me privatim cogitarem, facillima mihi deliberatio esset. Redirem enim in patriam, quae nascentem primum excepit. Nunc mihi patria est, ubicunque ille coetus est virorum doctissimorum, et integerrimorum, in quo vixi tot iam annos, quorum opera literae in his regionibus late sparsae sunt. Deus confirmet quod operatus est, propter templum sanctum suum. Ubi ad C. V. venero, scribam ad Inclytum Ducem Saxoniae Electorem. Bene feliciter valeat C. V. Die 12. Iulii, *Wimariae.*

No. 3937. 12. Iul.

Testimonium a Crucigero datum.

† Ex autographo in tabul. Regio Magdeburg. nobis descripta a Clar. *Erhardo*, Doct. Magd.

Rector Academiae in oppido Wittebergensi, Caspar Cruciger, Theologiae Doctor, Lectoribus S. D.

Petivit a nobis testimonium de suis studiis et moribus honestus et eruditus iuvenis natus in familia nobili, *Franciscus a Koenigsmarck*, quod ei iustis de causis et pro officio nostro summa voluntate impertivimus. Cum enim in hac Academia biennium continuum vixerit, adscriptus in matriculam scholasticorum, Rectore clariss. viro D. *Augustino Schurpf*, artis medicae Doctore et Professore ordinario, mense Decembri anni M. D. XLIIII.,

*) Mutavit consilium et rediit Northusam.

comperimus eum et ingenio felici ac bonarum artium capaci praeditum esse, et eum in caeteris vitae officiis mores suos honeste rexisse, et studiosum esse pietatis ac doctrinam catholicae Ecclesiae Christi amplecti, et concordiam publicam amare. Cum autem linguam latinam et aliqua doctrinae philosophicae elementa didicisset, et intelligeret honestarum disciplinarum studia ad utilitatem reipublicae referenda esse, doctrinae iurisconsultorum sese addicere coepit, quae cum iustitiae formam perfectiss. proponat, et ad privatos mores regundos valde utilis est, et regula est gubernationis politicae, et custos disciplinae ac pacis intra cives. Eius rei causa hic *Franciscus* *) et Doctores artium et iuris in hac schola audivit, et eius industria et profectus bonis et doctis viris ita probari coepit, ut non dubitetur, ipsum, si Deo iuvante coepta studia prosecutus fuerit, reipublicae magno usui et ornamento futurum esse. Cum itaque omnium honestorum virorum favore digni sint, qui bonas artes, iustitiam, leges et disciplinam amant et venerantur, commendamus eis et hunc Franciscum, eosque hortamur, ut propter has quas diximus causas ipsum amanter complectantur, et studiis ac officiis suis non gravate ornare et adiuvare velint. Ac ne quis de fide harum literarum dubitet, obsignavimus eas sigillo magistratus scholastici, quo hoc tempore fungimur. Datae Wittebergae die XII. Iulii Anno Christi nati MDXLVII.

(L. S.)

*) Opus habuit Francisc. a K. eiusmodi testimonio, ut recipi posset in numerum canonicorum Magdeburg.

No. 3938. (13. Iul.)

Aug. Schurfio.

Epist. lib. II. p. 465. (ed. Lond. lib. II. ep. 493.).

D. Augustino Schurffio

S. D. Clarissime vir et amice charissime, Etsi statim initio exilii nostri vocatus sum in patriam: tamen subito ex his regionibus nolui discedere. Nec disputo quam sapienter fecerim. Sed me vel desiderium collegarum, vel aliae piae causae detinuerunt. Acquiesco enim in hac sententia: Si vel *Witebergae*, vel alibi inter veteres collegas viros doctissimos et integerrimos vivere possem, nec aliam sedem, nec alios amicos anteferrem. Patriam esse iudicabo, ubicunque illi erunt. Sed utrum duas Academias habere Dux victor velit, dubito. Et ut velit, si praesidia erunt in oppido veteris Academiae nostrae, quae potest ibi esse Schola, praesertim cum licentia et petulantia militum ibi maior sit quam in aliis locis? Audio enim *Gothae* Caesarianos milites collectos ad Danubium et Neccarum multo esse modestiores istis Henetis. Fortassis et Saxonicis Civitatibus bellum infertur, quod si fiet, tota illa vicinia erit inquietior. Ideo de veteri nostra sede, quid spei esse possit non video. Incredibili dolore adficior, quoties has tantas calamitates unius oppidi nostri considero, in quo, etiamsi multa fuerunt vicia: tamen multae res necessariae Ecclesiae recte illustratae sunt. Cum autem necesse sit nos ante hyemem de hospitiis cogitare, et ego sine consilio vestro nihil de mea migratione constituere velim, decrevi ad vos *Servestam* accedere, ac Deo iuvante cras iter ingrediar. Coepi et ante octiduum iter facere ad vos, sed me quaedam non levis causa huc retraxit, ut coram vobis exponam. Scribo ad *Paulum Eberum*, et ad *Vitum* de hoc meo itinere, vosque oro, ut literas *Vito* inscriptas ad honestum Civem Meideburgensem *Tucherum* mittatis, qui poterit eas Stendaliam mittere. Domino *Cunrado Wickart* salutem opto, quem miror nondum *Ienam* reversum esse, cum quidem Turingia nunc Dei beneficio tranquilla sit et spes sit copiosae messis et copiosae vindemiae. Profecto singulare Dei beneficium est quod in tantis miseriis harum terrarum Deus tamen prohibuit, vastationem Turingiae. Bene valete. Die Iulii 15.

No. 3939. 15. Iul. (Northus.)

Eidem.

Epist. lib. II. p. 466. (ed. Lond. lib. II. ep. 494.).

D. Augustino Schurffio

S. D. Clarissime vir et amice charissime, cum heri ad familiam meam reversus essem ex aula *Wimariensi*, lachrymans exhibuit mihi filia mea literas vestras de honestissimae coniugis vestrae morbo et interitu scriptas, quas cum legerem, cogitaremque ad communes miserias caeteras etiam domestica vulnera tam multa nobis accedere: magna facta est accessio ad dolores meos priores. Scio

fuisse modestum et placidum ingenium in coniuge vestra, et fuisse mutuum inter vos amorem, et in ipsa magnam vim amoris erga sobolem. Ideo et vos et parentes eius et aviam scio propter mortem ipsius magno in dolore esse. Horum omnium luctum ad me quoque pertinere sentio, et una lugeo, Deumque oro, ut pub. et privatas miserias leniat. Cum autem non negligatis coelestem doctrinam, ut alii multi docti Viri in Philosophia negligunt, sed vere statuatis, Deum se patefecisse generi humano editis promissionibus de futura hominum aeternitate, non dubito vos ex illis ipsis fontibus consolationem petere. Causas igitur communium aerumnarum cogitemus, quas aliter Philosophia, aliter coelestis doctrina tradit. Sciamus nos non casu, aut tantum ruentis materiae fluxu tam varie agitari, sed propter alias causas. Deinde confirmemus animos hac singulari doctrina, quae adfirmat adflictos non abiectos esse a Deo, sed ei curae esse in ipsis aerumnis. Hac cogitatione de praesentia Dei et spe aeternae et dulcissimae consuetudinis cum tota Ecclesia, nos consolemur, nec succumbamus dolori. Hanc totam doctrinam, cum non in umbra et in ocio, ut multi, sed in variis doloribus didiceritis, spero non deesse vobis veras consolationes. Deum autem oro, ut vos et dulcissimam Ecclesiam vestram domesticam servet incolumes, et reddat miserae *Germaniae* pacem, et flectat hominum mentes ad disciplinae amorem et ad veram invocationem. Bene et feliciter valete. Die 15. Iulii *Northusae.*

No. 3940. 15. Iul.

Hier. Krappio.

Edita in Riederer's Abhandlungen p. 445. (descr. a Lunzio).

Dem Erbarn und weisen Hieronymo Crappen, Burgermeister zu Wittenberg, meinem freundtlichen lieben Schwager und guten Freund.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Erbarer, weiser Herr Burgermeister und lieber Schwager, Ich kann wol achten, daß euch in diesem gemeinen Elende und großem unaussprechlichem Jammer eur Betrübnuß, das zuvor groß und schwer gewesen, nun viel schwerer und größer worden ist, von wegen des Todts eur lieben Tochter Anna, des Achtbarn und Hochgelerten Herrn Doctoris Augustin Schurfen tugendsamer Hausfrauen; und der Großmutter und des Herrn Doctoris Betrübnuß mir herzlich leid ist. Es sollen aber Christliche Lehr und Trost bey uns nicht für vergebliche Reden geacht werden, sondern wir sollen daraus in unsern Herzen wahrhaftigen lebendigen Trost und Linderung unsers Betrübniß empfinden. Darum wollet euch mit Gottes Verheißung stärken, der gesprochen hat, er wolle uns in der Trübsal erhören, und unser Elend in diesem Leben lindern, und nach diesem Leben ewige Freud geben. Wiewol ein*) menschliche Vernunft und Weisheit hart wider diesen Trost streitet, besonder wann zuviel Elends auf einen Haufen kommt, so wollen wir dennoch uns also stärken: Dieweil uns Gott gebothen hat, seine Verheißung anzunehmen, so sollen wir uns darauf verlassen, und werden auch Hilf und Lindrung erlangen, ob gleich nit alles gehet, wie wir bey uns abgemessen haben, und wie wir gern sehen wolten. Ohne solche Erfahrung lernt man nichts, was Glaube und Anrufung ist, und ist darum so viel Elends auf diese schwache menschliche Natur gelegt, daß wir Gottes Anrufung, und Glauben und Hoffnung des ewigen Lebens dadurch lernen, und kommet diese Erfahrung besonder über Gottes Volk, als über Abel, Jacob, Job, David rc. Weiter muß ich diese Erinnerung anhängen, die mich oft getröst hat. Wenn ihr an euer liebe Tochter gedenkt, und fühlet die väterliche Zuneigung und Liebe im Herzen, so lernt daran, diesen Funken habe Gott in unsere Herzen gepflanzet, daß wir dadurch erinnert werden, daß er seinen Sohn und uns auch also wahrhaftiglich und empfindlich lieb hab. Und dieweil dieses gewißlich also ist, so würdt [werde] Gott nicht unser vergessen, er würdt sich unsers Elends annehmen, und uns helfen, und die Strafen lindern. Dieses sind die rechten und besondern Gottesdienst, also Glauben und Anrufung üben, und bey Gott Trost suchen und gewarten. Derselbige almächtige warhaftige Gott, Vater unsers Heilands J. C., der genennt ist ein Vater des Trosts und der Barmherzigkeit, der wolle euch alle trösten, und alles Elend lindern, Amen. Datum zu Nordhausen, am 15. tag Julii anno 1547.

Wollet dem wirdigen Herrn Pastor und Magister Paulo und der Großmutter sagen, daß ich ihnen allen von Herzen wünsche, daß sie Gott gnädiglich bewahren wolle, und ihnen Stärk und Trost, Frieden und andere Güter geben. Die zween Brüder, Doctoris Sebaldi Söhn, hab ich gen Nürnberg gesandt, zuvor ehe der Kayser dahin gezogen ist.

---

*) ein] mendose, ut puto, pro ihm, vel pro nun.

Vom Kaiser weiß ich jetzund nichts nevlicheres [neulicheres], denn daß er heut acht Tage am Sonnabende, den 9. Julii, noch in Nürmberg gewesen, und haben seine Kriegsleut den Leuten auf dem Land großen Schaden gethan, viel Dörfer ausgebrandt. Christoff Pfintzing ist erstochen worden von einem Spanier, und etlich mehr. Die gefangene beide Fürsten sind nicht in Nornberg gebracht worden, sondern fürüber gen Schwabach geführet, damit nit groß Zulauff in Nornberg würde, so sie das Volck hätte sehen wollen. Gott bewahr euch.

Philipp Melanthon.

No. 3941. 15. Iul. (h. a.?)

Vict. Strigelio.

Epist. lib. III. p. 246. (ed. Lond. III. ep. 159.). — Data quidem dicitur ep. anno 1547., sed argumentum magis convenire videtur anno 1548.

Ad Victorinum Strigelium.

S. D. Clarissime *Victorine:* Saepe recitavi versus qui extant apud *Platonem* de concordia doctorum: οὐ χρύσος ἀγλαὸς, οὐδὲ ἀδάμας οὕτως ἀστράπτει πρὸς ὄψιν, ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόησις. Non aurum, non adamas ita fulgent, ut gratus est fulgor, consensus bonorum. Etsi autem coelestia dicta in eam sententiam alia habemus graviora: tamen et hanc veterem vocem saepe repeto, ut studium concordiae in nostro agmine confirmem. Audio istic nescio quae semina tumultuum spargi. Te oro, ut gravitate tua et animi moderatione totam eam rem dissimules et obruas. Tacendo facilius sanabitur id incommodum. Expatiabor ipse ad vos quamprimum, et mederi isti malo conabor. Mitto ad te adolescentem *Claudii Cantiunculae* Iurisconsulti filium. Videtur puer bono ingenio esse, et ait se discedere ex Patria sponte sua, quod Pater imperet quaedam superstitiosa, quae sine offensione conscientiae fieri non possint. Rogo ut quaeras aliquem amicum, cui serviat adolescens, et a quo victum aliquantisper habeat. Bene vale. Die 15. Iulii, Anno 1547 *).

*) Nescio an non in anno error sit; videtur ab alio adscriptus esse.

No. 3942. 16. Iul. (Northus.)

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 176. (ed. Lond. lib. II. ep. 166.).

D. Paulo Ebero

S. D. Iter ingredior quod faustum et felix sit hodie, videlicet, die XVI. Iulii, venturus Deo iuvante *Servestam* ad D. *Augustinum*, quo te quoque accedere velim. Vocavi eo et *Vitum* et *Erasmum*. Caetera coram. Etsi autem plus paginarum ipse adfero, tamen dedi meo cursori nunc adferendas has, quae locum generis et deinceps aliquot locos continent, in quibus et causarum doctrina est diligentius quam in Physicis recitata. Et aspersae sunt illecebrae non insuaves. Utinam Deus doctrinae lumen in Ecclesia servet, et spero alicubi hospitia studiis concessurum esse. Salutem opto Reverendo domino *Pastori*, Rectori et *Rorario*, cui dicas depositum apud me salvum esse. Opto salutem et caeteris Evangelii ministris et Iurisconsulto *Mausero*, et tuo vicino *Kelnero*. Die 16. Iulii.

No. 3943. 18. Iul. (Merseburg.)

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 687 sqq.

Michaeli Meienburgio; consuli Northus.

S. D. Dei beneficio pervenimus in oppidum *Mersburg*, ubi hodie manere decrevi. Audio, Lipsiam vocatos esse Pastorem Ecclesiae nostrae Doctores *Pomeranum* et *Crucigerum*. Hi Magistrum *Paulum* miserunt Wimariam, ut me ibi quaerat. Fortassis ex Wimaria *Paulus* ad vos iter faciet. Si venerit istuc, quaeso, ut eum amanter accipiatis. In via magnitudine aestus admodum delassati sumus. Equites nusquam nisi in oppido *Sangerhausen* paucos vidimus, qui nobis non fuerunt molesti. In diversoriis amanter tractati sumus, et sermones honestos audivimus. Aurigam ad vos misi, et solvi mercedem datis duobus Ioachimicis, et viatico.

Propositiones negotiorum Conventus vobis, quarum exemplum vobis ab illis mitti arbitror. Deum oro, ut det pacem his Regionibus, et salutarem gubernationem. Lipsiae audio, magis

pompas esse. Clarissimo viro Domino *Matthaeo*, Doctori artis Medicae, amico nostro integerrimo salutem opto. Bene et feliciter valete. Deus aeternus, Pater Domini nostri Iesu Christi, servet vos et honestiss. coniugem vestram, et dulcissimos liberos incolumes. Meam familiam vobis commendo. Datae in oppido Mersburg. Die 18. Iulii, qui est natalis meae filiae Magdalenae, quam Deus regat.

Philippus.

No. 3944. 18. Iul.

Mauritius El. ad Theologos.

Ex Actis synodicis germanicis p. 61b. — Latine in Actis synod. lat. Lit. L. p. 79. — Mauritius, Dux Saxoniae Elector, convocatis ordinibus conventum habuit Lipsiae mense Iulio 1547., ad quem etiam vocavit Georgium Anhaltinum, Principem, Episcopum Merseburgensem, Superintendentes ditionis suae et Theologos Vitebergenses, Bugenhagium, Crucigerum, Melchiorem Fendium et Paulum Eberum. In actis synodicis Philippus Melanthon quoque et Georgius Maior adfuisse dicuntur; quod si verum est, sequitur, Electorem horis pomeridianis cum Theologis egisse. Nam d. 18. Iulii habemus epist. a Melanthone scriptam Merseburgi datam. Theologis igitur Mauritius hancce declarationem, scriptam, exhiberi iussit.

(Mauritius Dux ad Theologos in Conventu Lipsico.)

Wir haben Ewer Liebe und euch derhalben beschrieben und erfordern lassen, daß wir uns gegen E. L. und euch unsres Gemüths der Religion halben erklären wollen, damit zwischen uns, E. L. und euch derhalben kein Mißverstand sey, und wir mit E. L. und euch ein solch beständig und rechtschaffen Vorwissen, daß man sich allerseits keiner Gefahr zu versehen noch zu vermuthen habe. Und demselbennach erklären wir uns gegen E. L. und euch, daß wir den papistischen Mißbräuchen, und alle deme, das Gottes Wort entgegen und unchristlich ist, uns nicht wieder anhängig machen, noch darein lassen wollen. Womit wir auch Gottes Wort und die Diener desselben fördern können, das wollen wir als ein christlicher Churfürst nach unserm Vermügen treulich, fleißig und gnädig thun. Wir wollen auch zu Friede und Einigkeit rathen, fördern und dienen, so viel uns menschlich und müglich ist.

So wollen wir auch die Studia und gelehrte Leut allzeit in unserer Förderung, Schutz und Schirm halten, daß sie mit Gottes Hülf unter unserer Regierung sollen zunehmen, auch geschützt und gehandhabt werden.

Dergleichen wollen wir ein unverdächtig Recht und Gericht in unsern Landen bestellen, daß männiglich sein Recht soll bekommen, und uns mit Gottes Hülf und Gnade allenthalben also verhalten, daß niemand Ursach soll haben, sich unsrer Regierung halben mit Grund zu beklagen.

Was nu E. L. und ihr uns hierinnen rathen, und E. L. und euer Bedenken in denen Sachen, die E. L. und euer Ampt belangend, anzeigen können, das wollen wir von E. L. freundlich gebethen und an Euch andern gnädig begehrt haben. Wollen auch solches von E. L. freundlich, und von euch andern gnädig vermerken, und uns darauf mit E. L. und euch freundlich und gnädig vergleichen.

Ueberantwort Montag nach Margarethe*).

No. 3945. 19. Iul.

Theologi ad Mauritium.

Ex Actis synod. german. p. 65. (Acta synodica latina Lit. M. p. 87.) — Scriptum traditum est hoc theologorum responsum, et quidem lingua vernacula.

(Responsum Theologorum in conventu Lipsico ad Mauritium, Elect.)

Ewer Ch. F. G. löbliche und christliche Anzeigung, die uns zugestalt ist, haben wir in Unterthänigkeit vernommen, mit Danksagung gegen Gott, und bitten, er wolle Ew. Chf. Gnaden gnädiglich regiren und bewahren, und in diesen Landen, die mit vielen schönen Gottesgaben begabt seyn, gnädigen Frieden, rechten Gottesdienst, Zucht und Recht durch Ew. Churf. Gnaden erhalten.

Und nachdem E. Chf. G. sich selbst mit klaren Worten christlich vernehmen lassen, daß sie Gott zu Ehre, und Landen und Leuten zu Wohlfahrt und Seligkeit gedenken, reine christliche Lehre zu erhalten und zu fördern, und nicht wiederum die Mißbräuch, die Gottes Wort entgegen, aufrichten lassen: (so) danken wir[1]) E. Chf. G., haben auch nicht Zweifel, Ew. Chf. G., als ein hochlöblicher christlicher Churfürst wissen, daß dieses Werk das höchste ist in aller Regirung, daß man rechte Gotteserkenntniß und Anrufung pflanzen und erhalten soll, wie im andern Psalm geschrieben stehet: und nun ihr Könige seyd verständig.

Und ist unser Bekenntniß darauf, daß wir mit christlicher Demuth Gott und Ew. Chf. G. auch zusagen, bei gedachter christlicher reinen Lehre, wie sie

---

*) i. e. d. 18. Iul.

1) Additur auch, quod est mendum.

jetzund in den Kirchen dieser Land durch Gottes Gnade geprediget, und von den Gottfürchtigen in diesen Kirchen ohne Sophisterei verstanden wird, zu bleiben, und darin Einträchtigkeit zu erhalten gedenken. Denn es gebühret keiner Creatur im Himmel oder auf Erden den wunderbarlichen Rath im Evangelio ausgedruckt, den Gott aus unermeßlicher Barmherzigkeit geoffenbart hat, zu verändern; darum Johannis 14. der Sohn Gottes spricht: wer mich liebet der bewahret meine Lehre, und mein Vater wird ihn lieben, und wir werden zu ihme kommen und unser Wohnung bei ihme machen.

Und damit kein Mißverstand hierinnen sey, meinen wir die einige, ewige, wahrhaftige Lehre der katholischen christlichen Kirchen, die in Symbolis ausgedrückt ist, mit welchen auch aller dieser Kirchen Augsburgischer Confession einhellig, damit wir alle Secten ausschließen, Wiedertäufer, und so die Sacrament unehren, päpstliche Mißbräuch und andere, wie sie mögen Namen haben, welche auch in der Confessio nämlich verworfen sind.

Wir erbiethen uns auch, treulich in nöthigen Stücken der Lehre, die zur Besserung dienet, anzuhalten, daß Gottesfurcht, Glauben, rechte christliche Anrufung, Zucht und gute Sitten gepflanzt werden, dazu Gott seine Gnade verleihen wolle. Und zu Erhaltung christlicher Lehre und Zucht ist nöthig, die verstörten Pfarren und Kinderschulen wiederum aufzurichten, und die andern, so nicht versorgt sind, besser zu bestellen, und diejenigen, so noch im Wesen sind, zu erhalten.

Und insonderheit achten wir, daß dieser Lande hohe Nothdurft sey, daß beide Universitäten, Leipzig und Wittemberg, erhalten werden. Denn es müssen etliche fürnehme Orte seyn, da die Studia im Wesen bleiben, und gründliche Lehre in allen Facultäten und nöthigen Sprachen und Künsten erhalten werden; wie auch Gott zu solchem Werk selbst eine Schul im Regiment Israel gebauet, und hernach die ältesten Thumstift als Universität gewesen sind zu Antiochia, Alexandria, Constantinopoli etc.

Und so viel die arme, zerstreuete Universität zu Wittemberg belanget, ist öffentlich, so keine geistliche Superintendencia da seyn würde, daß im armen Lande umher in der Chur[2]) in Kirchen eine elende Verwüstung und Barbarei werden müßte. Dazu ist nu gewöhnlich, daß die Nachbauern [Nachbarn] die Ordination zu Wittemberg suchen, und ist guter Fleiß mit der forma examinis allezeit geschehen, welcher auch ohne Zweifel zu Einigkeit in der Lehre in den Kirchen durch die Marke und Schlesien etc. nützlich gewesen. Daß man aber sagen will, solches sollen furthin die ordinarii Episcopi an jedem Ort ausrichten, das wäre gut, wenn sie ihr Ampt thun wollten. Man siehet aber öffentlich, daß sie sich solcher nöthigen Ding nicht annehmen. Es haben auch bis anher diese Schul und Ordination nicht allein die Nachbauern, sondern auch Andere aus fremden Landen, als Ungarn, Behem etc., besucht. So wolle doch um Gottes Willen Ew. Chf. G. bedenken, daß dennoch[3]) viel nützlicher Arbeit, als klare, schöne und gewisse Verdeutschung der ganzen Bibel, treulich und fleißig allda vollnbracht; item, daß so viel alter löblicher Churfürsten ihr Begräbniß da haben, daß zu erbarmen, so ganz eine Barbarei da werden sollte.

Es sind auch die Studia durch Gottes Gnade in beiden Universitäten in solcher guter Ordnung gewesen, als sonst in keinen Landen, davon die Gelahrten wohl Bericht haben. Gott gebe Gnade, daß sie wiederum in solche gute Ordnung gebracht werden, welches warlich allen Verständigen tröstlich wäre. Und dazu ist nützlich, daß etliche vorige Legenten wiederum herzugebracht werden, als nämlich Joachimus Camerarius gen Leipzig, mit welches Rath der Jugend Studia in Sprachen und Philosophia wiederum anzurichten. Es sind auch für arme Schüler, die in der Landschaft geboren sind, so vor dieser Zeit Stipendia aus dem Stift Altenburg und aus etlichen Klostergütern, davon man sich erkunden kann, verordnet gewesen. Diese Eleemosyne könnt leichtlich wiederum ins Werk gebracht werden, und wäre Gott gefällig und den Armen eine große Hülfe.

Es soll auch in beiden Universitäten ernstlich darob gehalten werden, daß nicht Schmachschriften oder dergleichen leichtfertige Schriften gedruckt werden, sondern, so viel Gott Gnade gibt, nützliche Werk zu Unterweisung und zur Zucht. Darum soll den Druckern gebothen werden, nichts ohne Zulassung eines Rectors anzunehmen.

Das Dritte von den Consistorien und Visitatio der Kirchen, und von der Superintendencia. Die Consistoria zu Mersburg und Meißen sind nöthig und nicht abzuthun, und sollen die Ehesachen und andre Sachen von Mißhandlung der Priester dahin gewiesen werden in Meißen, Voigtland und Düringen. Und dieweil die Chur etwas entlegen, so ist in allwegen nöthig, daß in Wittemberg ein Consistorium sey, dazu man aber

2) i. e. in den Churlanden, dem Churkreise, dessen Hauptstadt Wittenberg war.

3) dennoch, i. e. auch noch.

nicht andre Personen bedurft, denn die Legenten in Theologia und Jure, die sonst da sind, aus welchen etlichen besonder und nämlich dieses Werk aufzulegen, denen auch derhalben ihre Besoldung darum zu verordnen. Dazu ist auch noth, einen Notarium zu halten. Diese Personen sollen das ecclesiasticum iudicium halten in der ganzen Chur, und, so wichtige Sachen die Lehre belangend fürfallen, soll die ganze Universität von dem Superintendenten und Consistorio zu Rath gezogen werden.

Es sollen auch die Consistoria Befehl haben der Visitation halben, also, daß zu bequemen Zeiten der Notarius seinen Kreis durchzöge, und sich erkündet bei dem Superintendenten und sonst von Sitten der Priester und des Volks, daß nicht uneheliche Beiwohnung oder andere Laster geduldet werden. Die Superintendenten sollen auch auf der Kirchen Lehre und Ceremonien in ihrer Superintendentia ein Aufsehen haben, und die Pastores auf den Dörfern darzu halten, daß sie den Catechismum der Jugend fleißig einbilden, und wie es von vielen gehalten wird, daß man am Sonntag nach Mittag eine Stunde zu solchen Fragen und Aufsagen nimpt. Solche Weise wäre gut, daß sie durchaus in allen Dörfern gehalten würde. Die Eltern sollen auch vermahnt werden, daß sie gebührlichen Ernst erzeigen, daß die Kinder in die Kirchen kommen müssen. Und wiewohl diese Kinderübung gering scheinet, so ists doch der fürnehmsten Werke eines, zu Erhaltung der Lehre und guter Zucht nöthig.

Von Gleichheit der Ceremonien ist unser Bedenken, daß die Gleichheit in fürnehmen Stücken mit Fleiß zu erhalten sey. Wo aber etliche geringe Ungleichheiten sind, davon ist nicht zu zanken. Auch sollen die Superintendenten hierin vernünftige Maaß zu halten wissen, daß Aergerniß verhütet werde und Einigkeit erhalten.

Wir bitten auch in Unterthänigkeit, Ew. Chf. G. wollen gnädiglich befehlen und darob halten, in Städten und Dörfern, daß den armen Priestern ihre Besoldungen entrichtet und bezahlet werden, daß auch den Pfarrgütlein nichts entzogen werde. Item, daß die Pfarrgüter in baulichem Wesen erhalten werden, davon klarer Befehl zu thun, daß in Städten Burgemeister und Rath und auf dem Lande die Kirchenväter mit Hülf des Amts auf die Gebäude sehen, und die zerfallenen Gebäude aufrichten.

Nachdem auch etliche arme Priester und andre Personen sich zu Kriegs Zeiten mit Reden vergriffen: [so] bitten wir in Unterthänigkeit und um Gottes willen, E. Chf. G. wolle gnädiglich allen Sachen verzeihen und Gnade erzeigen, wie David und andre hochlöbliche Regenten nach dem Krieg solche Wunden mit Gnade und Gütigkeit geheilet. So spricht unser Heiland der Sohn Gottes: selig sind die Barmherzigen. So wollen auch wir in allen unsern Predigten und Reden treulich Vermahnung thun zu unterthäniger Erbietung und Gehorsam gegen aller hohen Obrigkeit. Wollen uns auch selbs als treue Unterthane gehorsamlich und friedlich halten, und mit Lehre und Leben zu Gottes Lobe und zu Frieden fleißig dienen.

Dieses arme elende Leben hat viel Mangel, wie alle, so in der Regierung seyn, selbst mit großer Mühe und mit großem Verlust erfahren. Darum bitten wir E. Chf. G. in Unterthänigkeit, sie wolle gnädiglich auch mit uns Geduld haben, und erwägen, wie den alten gebrechlichen Personen, so von wegen ihrer Schwachheit das Ampt nicht verwesen können, Unterhaltung zu verordnen seyn sollt, da an ihrer Statt andere tüchtige Personen angenommen und unterhalten mögen werden.

Wo auch die armen Pastores absterben, und die Wittfrauen und Kindlein alsbald weichen müssen, wie denselbigen eine Hülf zu thun sey.

No. 3946. **(20. Iul.)**

Mauritius ad Theologos.

Ex actis synodicis german. p. 69. (latin. p. 92.) — Hanc ulteriorem declarationem ad responsum Theologorum, scriptam Theologis tradi iussit Mauritius, Dux Elector. Intelligitur, eam in Actis synodicis non esse integram.

(Mauritius Dux Sax. Elector ad Theologos in conventu Lips. congregatos.)

Und wollen beide Universitäten mit gutem Rath anrichten, und zu Gottes Ehr erhalten, des gnädigen Versehens, die Lehrer werden an ihrem Fleiß nichts erwinden lassen, sondern neben ihrer Lehre alles befördern, das zu Frieden Ruhe und Einigkeit dienstlich. Wir haben auch zu Erhaltung unsrer Universität allhie Magistrum Joachimum Camerarium wieder erfordern lassen, und wollen uns zu ihme versehen, er werde sich zum förderlichsten allhie einstellen und mit Rath Eures, Magistri Philippi, die Studia und Universität allhie wiederum in Wesen bringen helfen, als wir an Euers, Magistri Philippi, Fleiß nicht Zweifel tragen.

(*Porro Mauritius scripsisse dicitur* p. 70.):

Und thun uns zu Ewer Liebe und Euch andern freundlich und gänzlich versehen, die werden die Wege finden, daß auf der Kanzel Gottes Wort und wahrhaf-

tig Bekenntniß desselbigen gepredigt, und das Volk treulich unterweiset werden, worin ihr Trost und Seligkeit stehet, und daß schmähe Reden und unnöthige Verkleinerung, die zum christlichen Wandel wenig fürträglich, gemieden werden. Damit meinen wir nicht, daß man unchristliche Mißbräuch des Papsts, falscher Lehre und Gottesdiensts, wo es vonnöthen, mit ziemlichen Worten, die zu Besserung dienen, nicht strafen, sondern daß man in deme das melden soll, das unnöthig ist und wenig Frucht bringet. Insonderheit hat unsre Landschaft an uns gelanget, daß wir vorkommen wollten, damit von den gewesenen Kriegsläuften nicht disputirt, noch auf der Kanzel einigem Theil Bei- oder Abfall gegeben werde, sondern Gott um gnädigen Friede und Ruhe zu bitten.

Zudeme bitten und begehren wir, E. L. und ihr wollet euch einer Form eines Gebets vergleichen, wie die Prediger nicht allein zum Gebet vermahnen, sondern dem Volk aus einem Zettel vorlesen sollen, damit das Volk nicht allein ermahnt werde, sondern also nachspreche und bete.

No. 3947. (eod. t.)

Forma precum.

Ex actis synodicis germanicis p. 71 b. (versio latina in actis synodicis latinis p. 95.). — Postulaverat Mauritius, Princeps Elector, ut Theologi qui erant in conventu Lipsico congregati formam precum publicarum scriberent. Tradiderunt igitur hanc, quam Elector probavit. Videtur Melanthon eam conscripsisse, eamque destinatam fuisse solum modo terris a Mauritio recenter occupatis.

(Forma precum publicarum.)

Allmächtiger, ewiger, wahrhaftiger Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, Schöpfer Himmels und der Erden, sampt deinem lieben Sohne, Jesu Christo, und heiligem Geist, wir danken dir mit wahrhaftigem Herzen, daß du dich gnädiglich uns geoffenbaret hast, und hast uns deinen Sohn Jesum Christum gesandt, und hast deinen heimlichen wunderbarlichen Rath von unsrer Erlösung geoffenbaret, und sammlest dir eine ewige Kirchen durch dein Evangelium und heiligen Geist, gibst auch gnädiglich leibliche Regiment und Nahrung. Diese und andere Güter bekennen wir wahrhaftiglich, daß sie deine Gaben sind und durch dich um deines Sohnes willen uns gegeben und erhalten werden.

Wir bekennen auch, daß wir leider mit vielen Sünden, wissentlich und unwissentlich, verunreint seyn, und ist uns herzlich leid, daß wir wider deinen gerechten Willen gethan haben. Und bitten, du wollest unsre Herzen zu dir bekehren, und wollest uns allen unsre Sünde um deines lieben Sohnes Jesu Christi willen vergeben, wie du aus großer, unermeßlicher Barmherzigkeit zugesagt hast; und wollest in uns mit deinem heiligen Geist rechten Glauben und rechten Gehorsam anzünden und uns regieren. So ist auch unser ernstlicher Fürsatz, uns zu bessern und in deinem Gehorsam zu leben.

Wir bitten auch um deines lieben Sohnes Jesu Christi willen, du wollest dir unter uns und in diesen Landen für und für eine Kirche sammlen, und christliche reine Lehre erhalten, daß wir dich recht anrufen, und in rechtem Gehorsam leben, und dich in ewiger Seligkeit preisen, loben und lieben mügen. Darzu wollest du treue Lehrer und Prediger geben, die mit rechter Lahre und gutem Exempel zu deinem Lob und der Leut Seligkeit dienen.

Wir bitten dich auch um deines lieben Sohnes Jesu Christi willen, du wollest diesen Landen friedliche, christliche, selige Regiment geben, und Röm. Kais. Maj. und unserer Herrschaft, Herzog Moritzen, Churfürsten, und seiner Ch. F. G. Bruder gnädiglich bewahren, und mit dem heiligen Geist regieren, daß ihr Leben und Regierung dir zu Lobe, und ihnen und den Unterthanen zu Frieden und Seligkeit dienen müge. Daß auch Gott ihr Chur und Fürstl. G. in diesem christlichen Gemüth, Gottes Ehr, christliche Lahre und Zucht zu erhalten, stärken und darzu helfen wolle.

Wir bitten dich auch, du wollest uns die Frucht der Erden, die du gibest, daß in diesem leiblichen Leben die Menschen erhalten werden, und dich lernen erkennen und anrufen, und das tägliche Brod mildiglich geben und segnen.

Du weissest auch die große Schwachheit menschlicher Natur, und willt darum deinen großen Zorn mit Barmherzigkeit lindern, von wegen der Fürbitt deines lieben Sohnes. Darum bitten wir dich, du wollest unsre wohlverdienten Strafen gnädiglich lindern, und alle Betrübten, die dich anrufen, mit deinem heiligen Geist trösten, daß sie in rechtem Glauben und rechter Anrufung bleiben, und deine Barmherzigkeit in Ewigkeit preisen. Amen.

No. 3948. 23. Iul. (Lipsiae.)

N. Medlero.

Danz. in ep. ad Medler. e cod. Cod. Bav. p. 1049., nunc ex eod. cod. descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Reverende D. Doctor, et amice cariss. Cum essem arcessitus a principe Georgio *Ascanio* et a nostro Rectore *Lipsiam*, ut de tabulis naufragii nostrae Academiae colloqueremur, legi articulos in conventu propositos, in quibus Elector Dux Saxoniae *Mauritius* adfirmat *), se doctrinam, quae nunc in Ecclesiis harum regionum sonat, non mutaturum esse, et puritatem doctrinae servari velle. Adsunt hic et pastor ecclesiae nostrae Doctor *Pomeranus* et multi alii pii et docti viri, testes huius voluntatis in principe. Hoc cum ita sit, credo consilia, quae de pace instituta sunt, non spectare ad mutationem ecclesiarum in urbibus, et opto ut Deus salutarem pacem restituat. Hanc meam epistolam ut Domino *Theodorico* **) ostendatis, vos oro. Nam vera scribo, et optarim, harum regionum et civitatum bene moratarum tranquillitatem restitui, quibus ex animo bene volo. De consiliis autem deponendorum armorum ideo non scribo, quia conditiones mihi ignotae sunt, quas tamen postquam haec scripsi audivi. Et quia dux Elector princeps *Mauritius* brevi ad Imperatorem iturus est, utile esset, in tempore vos ad Electorem legatos mittere, et petere, ut ipse hanc pacificationem adiuvet. Bene vale; postridie Magdalenae 1547.

Phil. Melanthon.

No. 3949. 25. Iul. (Lipsiae.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 575 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 721.). Data quidem dicitur epistola „*VIII. Calend. Septb.*", sed ex errore, et pro *Septbr.* scribendum est: *August.* An Melanthon ipse in mense scribendo peccaverit, an editor in culpa sit, definire nolo. Certum est, epistolam d. 25. Iul., quo die Lipsia relicta Wittebergam cum Crucigero, Pomerano et Ebero rediret, scriptam esse, verosimiliter hora matutina, antequam iter ingressus est.

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Bambergensi, amico et fratri suo carissimo 1),

S. D. Longam Odysseam tibi nostrorum errorum scribere possem, sed coram exponam, Deo volente. Me primum collegarum voluntas, deinde itinerum pericula et alia συναίτια detinuerunt: sed accessit quaedam seu ex ignavia orta, seu iudicio suscepta contentio, quo minus procul discederem. Nolui suspicionem ullis praebere, me cupiditate, aut studio novarum rerum in ea loca accedere, ad quae vocabar. Adhuc igitur in his regionib. donec Deus volet maneo, si poterit fieri, nostram μυρμηκίαν instaurare cupimus. De te audivi principem 2) honorifice loqui. Nunc cum *Crucigero*, pastore nostro et *Paulo* 3) ad nidulos nostros redeo, ubi quam diu futurus sim, nescio, sed ubicunque ero, memoriam tuae erga me benevolentiae circumferam, usque ad illam aeternam consuetudinem nostram cum filio Dei, et prophetis et Apostolis.

Erasmi conspectus Lipsiae mihi levationem aliquam dolorum attulit, quem et propter ipsius virtutem, et propter te valde diligo. Tuum reditum et optari et expectari a principe et praecipuis viris intelligo. Caetera coram. Nam aut istic aut hic 4) te videbo, si vivam. Bene vale, VIII. Cal. Septemb. 5)

Phil. Melanth.

(*D. 25. Iulii Melanthon, finito exilio, rediit Wittebergam.*)

No. 3950. 26. Iul.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 494. (ed. Lond. lib. II. ep. 522.).

D. Ioachimo Mollero

S. D. Charissime Ioachime, *Misericordiae Domini, quod non consumpti sumus*, inquit *Ieremias*. Servat et servabit, ut spero, nunc quoque reliquias Ecclesiae suae Deus, etsi nos omnes interim castigat, ut de iustissima ira sua adversus peccata securos et temulentos admoneat. Nunc redii in nostros nidulos, ut deliberemus de Academiae tabulis velut ex naufragio colligendis. Deus haec consilia adiuvet. Eram in itinere ad te iturus, sed Dux *Franciscus Luneburgensis* *) movit

---

*) Vide declarationem Electoris d. 18. Iul.

**) Theodorico Brutzen, secretario Brunsvic. [Nota Bavari.]

1) tunc Norimbergae versanti.

2) Mauritium, Lipsiae.

3) Ebero.

4) i. e. aut Norimbergae aut Lipsiae.

5) In die error est, ut docuimus.

*) Vid. epist. d. 10. Maii.

meum comitatum, ut regrederemur. Gratiam autem et tibi, et patri tuo optimo habeo, quod me toties amanter invitastis. Et vobiscum esse me optarim, οὐ μέμφομαι ὅτι εἰρήνην ᾐτήσατε, ἀνωφέλιμος γὰρ ἡ συμμαχία κενταυρικὴ ἐγένετο, ut saepe questi sumus in nostris colloquiis. *Carolus* Imperator conventum indixit, ut scis, cuius magna est expectatio. Principes captivi praemissi sunt in *Sueviam*. Illud etiam aiunt magnam contentionem de Synodo *Tridentina* esse *Carolo* Imperatori cum Romano antistite, ac scripsisse *Carolum* Romano antistiti, viam sibi ad urbem *Romam* notam esse. Bene et feliciter vale. Deus et patrem, et te, et fratres servet incolumes. *Paulus* noster salutem vobis omnibus optat. *Witebergae*. Postridie *Iacobi*.

Quaeso scribas saepius, poterit enim *Medlerus* mihi literas mittere.

No. 3951. (fere 26. Iul.)

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 457. (ed. Lond. lib. II. ep. 482 sq.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Non magnam habui causam, cur hoc tempore in oppidum nostrum proficiscerer. Sed ut a luctu abduceretur animus, praesertim cum nactus essem comites collegas nostros et amicos dulcissimos una iter feci. Et erat numeranda Quaestori pecunia, qui in Turingis *Stigelio* solvi curaverat. De Republica nihil audivi ἀξιόλογον, ac ne interrogo quidem quenquam. Sic enim statuo, nullis humanis consiliis sanari posse haec mala, quae cum Ecclesiam, tum has nostras regiones diu iam adflixerunt. Θεοῦ οὖν ἐν γούνασι κεῖται ὅλον τὸ ἐκβάν. Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi conditorem universae naturae et generationis autorem, quae plena est miraculorum, oro, ut honestiss. coniugem tuam servet incolumem, et adsit parienti, et totam tuam domesticam Ecclesiam custodiat. Bene vale.

No. 3952. 27. Iul.

Academiae Francof.

Manlii farrag. p. 210. Epist. lib. III. p. 128. (edit. Lond. lib. III. ep. 60.). — Apographa in cod. Bav. II. p. 236., in cod. Goth. 401. p. 8.

Ad Academiam Francofordiensem ad Oderam sitam.

Apud Xenophontem *Cyrus*, cum proponit edictum, ut agricolis parcatur, addit causam, quia in ipso etiam belli incendio prospiciendum sit, ut quam minimum sit belli. Id suo quemque loco [1]) imitari decet. Etiamsi concutiuntur imperia, cuius rei multae sunt causae, tamen interim quaedam foedera communia religionis et naturae servari oportere sciamus. Diligamus Ecclesiam ubicunque est, diligamus cognatos et amicos ubicunque sunt, et eis leniamus aerumnas. Ita in ipso bello minus erit belli.

Id cum ab Illustrissimo Electore *Marchione* factum sit in hoc bello, qui et lenire mala publica studuit, et tanquam *Nestor* inter Duces pacificator fuit, et privatim multis opem tulit, virtus eius perpetua laude digna est. Ego quoque Cels. eius et publico et meo nomine gratias ago.

Deinde quod † et [4]) Academia vestra exemplum sui Principis imitatur, ac mihi in hoc exilio defert hospitium, vobis etiam pro ista erga me benevolentia gratias ago, ac levationem mearum miseriarum magnam fore ducerem, si contingeret in illa frequentia Doctissimorum virorum, qui omnium artium cognitionem complectuntur et fovent, vivere: Cumque nondum certam sedem [2]) habeam, aliquanto post de mea voluntate, et ad Illustrissimum Electorem *Marchionem*, et ad vos copiosius scribam.

Nam accersitus sum *Witebergam*, ut de tabulis nostri naufragii deliberemus, et rationes quaedam referendae sunt. Adsum etiam editioni quarundam lucubrationum, quas multo ante propter utilitatem Adolescentiae institui. His absolutis, fortassis (mea) [3]) peregrinatio in alia loca suscipienda erit, quam ut Deus gubernet oro, qui cum sit fons doctrinae, et Ecclesiae conditor et servator, toto eum pectore [4]) oro; ne studia doctrinae extingui sinat, sed servet, tum alias Academias in quibus recte invocatur, tum vero vestram quae unica in his regionibus nunc domicilium est coelestis doctrinae, et integrae Philosophiae. Bene valete. 5to [5]) Calend. Augusti, Anno 1547.

---

1) Cod. Goth. 401. *id nos quoque hoc tempore.*
2) *sedem*] edidi ex utr. Mst. et Manl. pro *aedem.*
3) *mea*] non habent Manl. et cod. Bav.
4) † *etiam*] cod. Bav.
5) 5to] in Manl. et cod. Bav. desideratur.

No. 3953. 28. Iul.

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 646 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northus.

S. D. Gratias vobis ago pro studio vestro erga me. Sed in his literis, quas iam misistis, nihil erat aliud, nisi quod ab *Anhaldino* et *Paulo Ebero* invitabar, et iter ad Anhaldinum maturarem. Vos rogo, ut deinceps omnes epistolas mihi inscriptas legatis *); nec mitti opus est inanes. Rursus Witebergae coguntur nuncii literas ostendere iis, qui praesunt in arce. Et pleraeque non redduntur iis, quibus inscriptae sunt. Ideo prius legite literas Noribergenses et alias mihi inscriptas, ut, si intercipiantur, tamen argumenta sciamus. Nuncio dedi mercedem. Brevi, Deo iuvante, ad vos redibo **). Bene valete. Die Iulii 28.

Philippus.

No. 3954. 28. Iul.

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 441. (ed. Lond. lib. II. ep. 463.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Etiamsi varie exercemur, tamen Deus et te et nos respicit, et dabit aliquos tuae familiae nidulos. Si vel *Noribergae* vel alibi poteris habere certum stipendium, primum consilium est ut eo migres, et nondum abieci cogitationem de *Noriberga* vel *Argentorato*. Sed si alicubi Academia instaurabitur, deliberandum erit, an in Academia aut *Erfordiae* esse malis, εἰ οὐ προχωρεῖ συμβούλη περὶ νωριχῆς πόλεως. Et quae sint de Academia deliberationes, ex nostris collegis tui amantissimis intelliges. Mox autem ubi rediero cras *Witebergam*, mittam ipse tabellarium *Erfordiam* ad amicos, quibus meum de te consilium exponam, et ut adiuvent, eos adhortabor. Mitto tibi de meo viginti Ioachimicos. Bene et feliciter vale. Die 28. Iulii.

---

*) Videlicet multi, qui nesciebant, Melanthonem Vitebergam rediisse, mittebant epistolas Northusam.

**) Versabatur adhuc Northusae familia Melanthonis.

No. 3955. (fere h. t.)

Georgio Anhaltino.

Edita in Riederer's Abhandlungen p. 448. (Danz.) — Non suo nomine Melanthon sed alterius cuiusdam scripsit, si vere Melanthonis manu exarata fuit.

Ad Georgium, Princ. Ascan.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Hochwürdigster, Hochgeborner, gnädigster Fürst und Herr. Ich sollt billig E. F. G. vor ihrem Abreisen von Leipzig mündlich in Unterthänigkeit gedankt haben der gnädigen Fürbitt, die E. F. G. für mich, belanget den Anfall Willmars Güter, gnädiglich gethan haben, So seind aber die Zeit im Auffbrechen E. F. G. mit so vielen Sachen zugleich beladen gewesen, daß sich nit wol geziemt hätte, daß ich E. F. G. dieselbe Zeit angesprochen hätte. Derhalben ich verursacht jetzund an E. F. G. unterthäniglich zu schreiben. Und nachdem ich und andere mehr Verwante, lange Zeit befunden, daß E. F. G. mir und denselbigen mit besondern Gnaden geneigt seind, haben auch jetzund in dieser Fürbitt Jren gnädigen Willen gegen mir erzeigt: [so] danke ich E. F. G. in Unterthänigkeit, und bitt E. F. G. wollen also furthin mein gnädiger Herr sein und bleiben. Wo ich auch als ein armer E. F. G. zu gefallen dienen kann, darzu erbiethe ich mich gantz willig. Und wiewol mein Person gering ist, so bin ich doch allzeit gegen E. F. G. Unterthanen als Nachtbarn also gesinnet gewesen, und noch, daß ich zwischen der Nachtbarschaft gern zu Frieden und Einigkeit gerathen hab, welchs ich auch furthin durch Gottes Gnad allezeit thun will, und bitte unterthäniglich E. F. G. wolle diese meine einfältige Schrift gnädiglich verstehen. Der Allmächtige Gott beware E. F. G. allzeit. Datum Wittenberg 1547.

No. 3956. (fere ex. Iul.)

(Gabr. Zwilling.)

Editum a Pezelio in Melanth. christlichen Bedenken p. 286. — Scriptum est eo tempore, quo Ioannis Friderici Ducis Electoris terrae traditae sunt Mauritio Duci Saxon. a Carolo Imperatore, ergo fere mense Augusto anni 1547. Quum Melanthon ad Pastores fere ubique latino scripserit, etiam eum ad Torgaviensem latine scripsisse putaverim, ideoque epistolam germanicam versionem habeo, a nescio quo factam. Pastor Torgaviensis erat illo tempore *Gabriel Zwilling*.

jetzund in den Kirchen dieser Land durch Gottes Gnade geprediget, und von den Gottfürchtigen in diesen Kirchen ohne Sophisterei verstanden wird, zu bleiben, und darin Einträchtigkeit zu erhalten gedenken. Denn es gebühret keiner Creatur im Himmel oder auf Erden den wunderbarlichen Rath im Evangelio ausgedruckt, den Gott aus unermeßlicher Barmherzigkeit geoffenbart hat, zu verändern; darum Johannis 14. der Sohn Gottes spricht: wer mich liebet der bewahret meine Lehre, und mein Vater wird ihn lieben, und wir werden zu ihme kommen und unser Wohnung bei ihme machen.

Und damit kein Mißverstand hierinnen sey, meinen wir die einige, ewige, wahrhaftige Lehre der katholischen christlichen Kirchen, die in Symbolis ausgedrückt ist, mit welchen auch aller dieser Kirchen Augsburgischer Confession einhellig, damit wir alle Secten ausschließen, Wiedertäufer, und so die Sacrament unehren, päpstliche Mißbräuch und andere, wie sie mögen Namen haben, welche auch in der Confessio nämlich verworfen sind.

Wir erbiethen uns auch, treulich in nöthigen Stücken der Lehre, die zur Besserung dienet, anzuhalten, daß Gottesfurcht, Glauben, rechte christliche Anrufung, Zucht und gute Sitten gepflanzt werden, dazu Gott seine Gnade verleihen wolle. Und zu Erhaltung christlicher Lehre und Zucht ist nöthig, die verstörten Pfarren und Kinderschulen wiederum aufzurichten, und die andern, so nicht versorgt sind, besser zu bestellen, und diejenigen, so noch im Wesen sind, zu erhalten.

Und insonderheit achten wir, daß dieser Lande hohe Nothdurft sey, daß beide Universitäten, Leipzig und Wittemberg, erhalten werden. Denn es müssen etliche fürnehme Orte seyn, da die Studia im Wesen bleiben, und gründliche Lehre in allen Facultäten und nöthigen Sprachen und Künsten erhalten werden; wie auch Gott zu solchem Werk selbst eine Schul im Regiment Israel gebauet, und hernach die ältesten Thumstift als Universität gewesen sind zu Antiochia, Alexandria, Constantinopoli etc.

Und so viel die arme, zerstreuete Universität zu Wittemberg belanget, ist öffentlich, so keine geistliche Superintendencia da seyn würde, daß im armen Lande umher in der Chur[2]) in Kirchen eine elende Verwüstung und Barbarei werden müßte. Dazu ist nu gewöhnlich, daß die Nachbauern [Nachbarn] die Ordination zu Wittemberg suchen, und ist guter Fleiß mit der forma examinis allezeit geschehen, welcher auch ohne

2) i. e. in den Churlanden, dem Churkreise, dessen Hauptstadt Wittenberg war.

Zweifel zu Einigkeit in der Lehre in den Kirchen durch die Marke und Schlesien etc. nützlich gewesen. Daß man aber sagen will, solches sollen furthin die ordinarii Episcopi an jedem Ort ausrichten, das wäre gut, wenn sie ihr Ampt thun wollten. Man siehet aber öffentlich, daß sie sich solcher nöthigen Ding nicht annehmen. Es haben auch bis anher diese Schul und Ordination nicht allein die Nachbauern, sondern auch Andere aus fremden Landen, als Ungarn, Behem etc., besucht. So wolle doch um Gottes Willen Ew. Chf. G. bedenken, daß dennoch*) viel nützlicher Arbeit, als klare, schöne und gewisse Verdeutschung der ganzen Bibel, treulich und fleißig allda vollnbracht; item, daß so viel alter löblicher Churfürsten ihr Begräbniß da haben, daß zu erbarmen, so ganz eine Barbarei da werden sollte.

Es sind auch die Studia durch Gottes Gnade in beiden Universitäten in solcher guter Ordnung gewesen, als sonst in keinen Landen, davon die Gelahrten wohl Bericht haben. Gott gebe Gnade, daß sie wiederum in solche gute Ordnung gebracht werden, welches warlich allen Verständigen tröstlich wäre. Und dazu ist nützlich, daß etliche vorige Legenten wiederum herzugebracht werden, als nämlich Joachimus Camerarius gen Leipzig, mit welches Rath der Jugend Studia in Sprachen und Philosophia wiederum anzurichten. Es sind auch für arme Schüler, die in der Landschaft geboren sind, so vor dieser Zeit Stipendia aus dem Stift Altenburg und aus etlichen Klostergütern, davon man sich erkunden kann, verordnet gewesen. Diese Eleemosyne könnt leichtlich wiederum ins Werk gebracht werden, und wäre Gott gefällig und den Armen eine große Hülfe.

Es soll auch in beiden Universitäten ernstlich darob gehalten werden, daß nicht Schmachschriften oder dergleichen leichtfertige Schriften gedruckt werden, sondern, so viel Gott Gnade gibt, nützliche Werk zu Unterweisung und zur Zucht. Darum soll den Druckern gebothen werden, nichts ohne Zulassung eines Rectors anzunehmen."

Das Dritte von den Consistorien und Visitatio der Kirchen, und von der Superintendencia. Die Consistoria zu Mersburg und Meißen sind nöthig und nicht abzuthun, und sollen die Ehesachen und andre Sachen von Mißhandlung der Priester dahin gewiesen werden in Meißen, Voigtland und Düringen. Und dieweil die Chur etwas entlegen, so ist in allwegen nöthig, daß in Wittemberg ein Consistorium sey, dazu man aber

*) dennoch, i. e. auch noch.

nicht andre Personen bedurft, denn die Legenten in Theologia und Jure, die sonst da sind, aus welchen etlichen besonder und nämlich dieses Werk aufzulegen, denen auch derhalben ihre Besoldung darum zu verordnen. Dazu ist auch noth, einen Notarium zu halten. Diese Personen sollen das ecclesiasticum iudicium halten in der ganzen Chur, und, so wichtige Sachen die Lehre belangend fürfallen, soll die ganze Universität von dem Superintendenten und Consistorio zu Rath gezogen werden.

Es sollen auch die Consistoria Befehl haben der Visitation halben, also, daß zu bequemen Zeiten der Notarius seinen Kreis durchzöge, und sich erkündet bei dem Superintendenten und sonst von Sitten der Priester und des Volks, daß nicht uneheliche Beiwohnung oder andere Laster geduldet werden. Die Superintendenten sollen auch auf der Kirchen Lehre und Ceremonien in ihrer Superintendentia ein Aufsehen haben, und die Pastores auf den Dörfern darzu halten, daß sie den Catechismum der Jugend fleißig einbilden, und wie es von vielen gehalten wird, daß man am Sonntag nach Mittag eine Stunde zu solchen Fragen und Aufsagen nimpt. Solche Weise wäre gut, daß sie durchaus in allen Dörfern gehalten würde. Die Eltern sollen auch vermahnt werden, daß sie gebührlichen Ernst erzeigen, daß die Kinder in die Kirchen kommen müssen. Und wiewohl diese Kinderübung gering scheinet, so ists doch der fürnehmsten Werke eines, zu Erhaltung der Lehre und guter Zucht nöthig.

Von Gleichheit der Ceremonien ist unser Bedenken, daß die Gleichheit in fürnehmen Stücken mit Fleiß zu erhalten sey. Wo aber etliche geringe Ungleichheiten sind, davon ist nicht zu zanken. Auch sollen die Superintendenten hierin vernünftige Maaß zu halten wissen, daß Aergerniß verhütet werde und Einigkeit erhalten.

Wir bitten auch in Unterthänigkeit, Ew. Chf. G. wollen gnädiglich befehlen und darob halten, in Städten und Dörfern, daß den armen Priestern ihre Besoldungen entrichtet und bezahlet werden, daß auch den Pfarrgütlein nichts entzogen werde. Item, daß die Pfarrgüter in baulichem Wesen erhalten werden, davon klarer Befehl zu thun, daß in Städten Burgemeister und Rath und auf dem Lande die Kirchenväter mit Hülf des Amts auf die Gebäude sehen, und die zerfallenen Gebäude aufrichten.

Nachdem auch etliche arme Priester und andre Personen sich zu Kriegs Zeiten mit Reden vergriffen: [so] bitten wir in Unterthänigkeit und um Gottes willen, E. Chf. G. wolle gnädiglich allen Sachen verzeihen und Gnade erzeigen, wie David und andre hochlöbliche Regenten nach dem Krieg solche Wunden mit Gnade und Gütigkeit geheilet. So spricht unser Heiland der Sohn Gottes: selig sind die Barmherzigen. So wollen auch wir in allen unsern Predigten und Reden treulich Vermahnung thun zu unterthäniger Erbietung und Gehorsam gegen aller hohen Obrigkeit. Wollen uns auch selbs als treue Unterthane gehorsamlich und friedlich halten, und mit Lehre und Leben zu Gottes Lobe und zu Frieden fleißig dienen.

Dieses arme elende Leben hat viel Mangel, wie alle, so in der Regierung seyn, selbst mit großer Mühe und mit großem Verlust erfahren. Darum bitten wir E. Chf. G. in Unterthänigkeit, sie wolle gnädiglich auch mit uns Geduld haben, und erwägen, wie den alten gebrechlichen Personen, so von wegen ihrer Schwachheit das Ampt nicht verwesen können, Unterhaltung zu verordnen seyn sollt, da an ihrer Statt andere tüchtige Personen angenommen und unterhalten mögen werden.

Wo auch die armen Pastores absterben, und die Wittfrauen und Kindlein alsbald weichen müssen, wie denselbigen eine Hülf zu thun sey.

No. 3946. (20. Iul.)

Mauritius ad Theologos.

Ex actis synodicis german. p. 69. (latin. p. 92.) — Hanc ulteriorem declarationem ad responsum Theologorum, scriptam Theologis tradi iussit Mauritius, Dux Elector. Intelligitur, eam in Actis synodicis non esse integram.

(Mauritius Dux Sax. Elector ad Theologos in conventu Lips. congregatos.)

Und wollen beide Universitäten mit gutem Rath anrigten, und zu Gottes Ehr erhalten, des gnädigen Versehens, die Lehrer werden an ihrem Fleiß nichts erwinden lassen, sondern neben ihrer Lehre alles befördern, das zu Frieden Ruhe und Einigkeit dienstlich. Wir haben auch zu Erhaltung unsrer Universität allhie Magistrum Joachimum Camerarium wieder erfordern lassen, und wollen uns zu ihme versehen, er werde sich zum förderlichsten allhie einstellen und mit Rath Eures, Magistri Philippi, die Studia und Universität allhie wiederum in Wesen bringen helfen, als wir an Euers, Magistri Philippi, Fleiß nicht Zweifel tragen.

(Porro Mauritius scripsisse dicitur p. 70.):

Und thun uns zu Ewer Liebe und Euch andern freundlich und gänzlich versehen, die werden die Wege finden, daß auf der Kanzel Gottes Wort und wahrhaf-

tig Bekenntniß desselbigen gepredigt, und das Volk treulich unterweiset werden, worin ihr Trost und Seligkeit stehet, und daß schmähe Reden und unnöthige Verkleinerung, die zum christlichen Wandel wenig fürträglich, gemieden werden. Damit meinen wir nicht, daß man unchristliche Mißbräuch des Papsts, falscher Lehre und Gottesdiensts, wo es vonnöthen, mit ziemlichen Worten, die zu Besserung dienen, nicht strafen, sondern daß man in deme das melden soll, das unnöthig ist und wenig Frucht bringet. Insonderheit hat unsre Landschaft an uns gelanget, daß wir vorkommen wollten, damit von den gewesenen Kriegsläuften nicht disputirt, noch auf der Kanzel einigem Theil Bei- oder Abfall gegeben werde, sondern Gott um gnädigen Friede und Ruhe zu bitten.

Zudeme bitten und begehren wir, E. L. und ihr wollet euch einer Form eines Gebets vergleichen, wie die Prediger nicht allein zum Gebet vermahnen, sondern dem Volk aus einem Zettel vorlesen sollen, damit das Volk nicht allein ermahnt werde, sondern also nachspreche und bete.

No. 3947. (eod. t.)

Forma precum.

Ex actis synodicis germanicis p. 71 b. (versio latina in actis synodicis latinis p. 95.). — Postulaverat Mauritius, Princeps Elector, ut Theologi qui erant in conventu Lipsico congregati formam precum publicarum scriberent. Tradiderunt igitur hanc, quam Elector probavit. Videtur Melanthon eam conscripsisse, eamque destinatam fuisse solum modo terris a Mauritio recenter occupatis.

(Forma precum publicarum.)

Allmächtiger, ewiger, wahrhaftiger Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, Schöpfer Himmels und der Erden, sampt deinem lieben Sohne, Jesu Christo, und heiligem Geist, wir danken dir mit wahrhaftigem Herzen, daß du dich gnädiglich uns geoffenbaret hast, und hast uns deinen Sohn Jesum Christum gesandt, und hast deinen heimlichen wunderbarlichen Rath von unsrer Erlösung geoffenbaret, und sammlest dir eine ewige Kirchen durch dein Evangelium und heiligen Geist, gibst auch gnädiglich leibliche Regiment und Nahrung. Diese und andere Güter bekennen wir wahrhaftiglich, daß sie deine Gaben sind und durch dich um deines Sohnes willen uns gegeben und erhalten werden.

Wir bekennen auch, daß wir leider mit vielen Sünden, wissentlich und unwissentlich, verunreint seyn, und ist uns herzlich leid, daß wir wider deinen gerechten Willen gethan haben. Und bitten, du wollest unsre Herzen zu dir bekehren, und wollest uns allen unsre Sünde um deines lieben Sohnes Jesu Christi willen vergeben, wie du aus großer, unermeßlicher Barmherzigkeit zugesagt hast; und wollest in uns mit deinem heiligen Geist rechten Glauben und rechten Gehorsam anzünden und uns regieren. So ist auch unser ernstlicher Fürsatz, uns zu bessern und in deinem Gehorsam zu leben.

Wir bitten auch um deines lieben Sohnes Jesu Christi willen, du wollest dir unter uns und in diesen Landen für und für eine Kirche sammlen, und christliche reine Lehre erhalten, daß wir dich recht anrufen, und in rechtem Gehorsam leben, und dich in ewiger Seligkeit preisen, loben und lieben mügen. Darzu wollest du treue Lehrer und Prediger geben, die mit rechter Lahre und gutem Exempel zu deinem Lob und der Leut Seligkeit dienen.

Wir bitten dich auch um deines lieben Sohnes Jesu Christi willen, du wollest diesen Landen friedliche, christliche, selige Regiment geben, und Röm. Kais. Maj. und unserer Herrschaft, Herzog Moritzen, Churfürsten, und seiner Ch. F. G. Bruder gnädiglich bewahren, und mit dem heiligen Geist regieren, daß ihr Leben und Regierung dir zu Lobe, und ihnen und den Unterthanen zu Frieden und Seligkeit dienen müge. Daß auch Gott ihr Chur und Fürstl. G. in diesem christlichen Gemüth, Gottes Ehr, christliche Lahre und Zucht zu erhalten, stärken und darzu helfen wolle.

Wir bitten dich auch, du wollest uns die Frucht der Erden, die du gibest, daß in diesem leiblichen Leben die Menschen erhalten werden, und dich lernen erkennen und anrufen, und das tägliche Brod mildiglich geben und segnen.

Du weissest auch die große Schwachheit menschlicher Natur, und willt darum deinen großen Zorn mit Barmherzigkeit lindern, von wegen der Fürbitt deines lieben Sohnes. Darum bitten wir dich, du wollest unsre wohlverdienten Strafen gnädiglich lindern, und alle Betrübten, die dich anrufen, mit deinem heiligen Geist trösten, daß sie in rechtem Glauben und rechter Anrufung bleiben, und deine Barmherzigkeit in Ewigkeit preisen. Amen.

No. 3948. 23. Iul. (Lipsiae.)

N. Medlero.

Danz. in ep. ad Medler. e cod. Cod. Bav. p. 1049., nunc ex eod. cod. descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Reverende D. Doctor, et amice cariss. Cum essem arcessitus a principe Georgio *Ascanio* et a nostro Rectore *Lipsiam*, ut de tabulis naufragii nostrae Academiae colloqueremur, legi articulos in conventu propositos, in quibus Elector Dux Saxoniae *Mauritius* adfirmat *), se doctrinam, quae nunc in Ecclesiis harum regionum sonat, non mutaturum esse, et puritatem doctrinae servari velle. Adsunt hic et pastor ecclesiae nostrae Doctor *Pomeranus* et multi alii pii et docti viri, testes huius voluntatis in principe. Hoc cum ita sit, credo consilia, quae de pace instituta sunt, non spectare ad mutationem ecclesiarum in urbibus, et opto ut Deus salutarem pacem restituat. Hanc meam epistolam ut Domino *Theodorico* **) ostendatis, vos oro. Nam vera scribo, et optarim, harum regionum et civitatum bene moratarum tranquillitatem restitui, quibus ex animo bene volo. De consiliis autem deponendorum armorum ideo non scribo, quia conditiones mihi ignotae sunt, quas tamen postquam haec scripsi audivi. Et quia dux Elector princeps *Mauritius* brevi ad Imperatorem iturus est, utile esset, in tempore vos ad Electorem legatos mittere, et petere, ut ipse hanc pacificationem adiuvet. Bene vale; postridie Magdalenae 1547.

Phil. Melanthon.

No. 3949. 25. Iul. (Lipsiae.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 575 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 721.). Data quidem dicitur epistola „*VIII. Calend. Septb.*", sed ex errore, et pro *Septbr.* scribendum est: *August.* An Melanthon ipse in mense scribendo peccaverit, an editor in culpa sit, definire nolo. Certum est, epistolam d. 25. Iul., quo die Lipsia relicta Wittebergam cum Crucigero, Pomerano et Ebero rediret, scriptam esse, verosimiliter hora matutina, antequam iter ingressus est.

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Bambergensi, amico et fratri suo carissimo [1]),

S. D. Longam Odysseam tibi nostrorum errorum scribere possem, sed coram exponam, Deo volente. Me primum collegarum voluntas, deinde itinerum pericula et alia συναίτια detinuerunt: sed accessit quaedam seu ex ignavia orta, seu iudicio suscepta contentio, quo minus procul discederem. Nolui suspicionem ullis praebere, me cupiditate, aut studio novarum rerum in ea loca accedere, ad quae vocabar. Adhuc igitur in his regionib. donec Deus volet maneo, si poterit fieri, nostram μυρμηκίαν instaurare cupimus. De te audivi principem [2]) honorifice loqui. Nunc cum *Crucigero*, pastore nostro et *Paulo* [3]) ad nidulos nostros redeo, ubi quam diu futurus sim, nescio, sed ubicunque ero, memoriam tuae erga me benevolentiae circumferam, usque ad illam aeternam consuetudinem nostram cum filio Dei, et prophetis et Apostolis.

Erasmi conspectus Lipsiae mihi levationem aliquam dolorum attulit, quem et propter ipsius virtutem, et propter te valde diligo. Tuum reditum et optari et expectari a principe et praecipuis viris intelligo. Caetera coram. Nam aut istic aut hic [4]) te videbo, si vivam. Bene vale, VIII. Cal. Septemb. [5])

Phil. Melanth.

(*D. 25. Iulii Melanthon, finito exilio, rediit Wittebergam.*)

No. 3950. 26. Iul.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 494. (ed. Lond. lib. II. ep. 522.).

D. Ioachimo Mollero

S. D. Charissime Ioachime, *Misericordiae Domini, quod non consumpti sumus*, inquit *Ieremias.* Servat et servabit, ut spero, nunc quoque reliquias Ecclesiae suae Deus, etsi nos omnes interim castigat, ut de iustissima ira sua adversus peccata securos et temulentos admoneat. Nunc redii in nostros nidulos, ut deliberemus de Academiae tabulis velut ex naufragio colligendis. Deus haec consilia adiuvet. Eram in itinere ad te iturus, sed Dux *Franciscus Luneburgensis* *) movit

---

*) Vide declarationem Electoris d. 18. Iul.

**) Theodorico Brutzen, secretario Brunsvic. [Nota Bavari.]

1) tunc Norimbergae versanti.

2) Mauritium, Lipsiae.

3) Ebero.

4) i. e. aut Norimbergae aut Lipsiae.

5) In die error est, ut docuimus.

*) Vid. epist. d. 10. Maii.

meum comitatum, ut regrederemur. Gratiam autem et tibi, et patri tuo optimo habeo, quod me toties amanter invitastis. Et vobiscum esse me optarim, οὐ μέμφομαι ὅτι εἰρήνην ᾐτήσατε, ἀνωφέλιμος γὰρ ἡ συμμαχία κενταυρικὴ ἐγένετο, ut saepe questi sumus in nostris colloquiis. *Carolus* Imperator conventum indixit, ut scis, cuius magna est expectatio. Principes captivi praemissi sunt in *Sueviam*. Illud etiam aiunt magnam contentionem de Synodo *Tridentina* esse *Carolo* Imperatori cum Romano antistite, ac scripsisse *Carolum* Romano antistiti, viam sibi ad urbem *Romam* notam esse. Bene et feliciter vale. Deus et patrem, et te, et fratres servet incolumes. *Paulus* noster salutem vobis omnibus optat. *Witebergae*. Postridie *Iacobi*.

Quaeso scribas saepius, poterit enim *Medlerus* mihi literas mittere.

No. 3951. (fere 26. Iul.)

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 457. (ed. Lond. lib. II. ep. 482 sq.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Non magnam habui causam, cur hoc tempore in oppidum nostrum proficiscerer. Sed ut a luctu abduceretur animus, praesertim cum nactus essem comites collegas nostros et amicos dulcissimos una iter feci. Et erat numeranda Quaestori pecunia, qui in Turingis *Stigelio* solvi curaverat. De Republica nihil audivi ἀξιόλογον, ac ne interrogo quidem quenquam. Sic enim statuo, nullis humanis consiliis sanari posse haec mala, quae cum Ecclesiam, tum has nostras regiones diu iam adflixerunt. Θεοῦ οὖν ἐν γούνασι κεῖται ὅλον τὸ ἐκβάν. Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi conditorem universae naturae et generationis autorem, quae plena est miraculorum, oro, ut honestiss. coniugem tuam servet incolumem, et adsit parienti, et totam tuam domesticam Ecclesiam custodiat. Bene vale.

No. 3952. 27. Iul.

Academiae Francof.

Manlii farrag. p. 210. Epist. lib. III. p. 123. (edit. Lond. lib. III. ep. 60.). — Apographa in cod. Bav. II. p. 236., in cod. Goth. 401. p. 8.

Ad Academiam Francofordiensem ad Oderam sitam.

Apud Xenophontem *Cyrus*, cum proponit edictum, ut agricolis parcatur, addit causam, quia in ipso etiam belli incendio prospiciendum sit, ut quam minimum sit belli. Id suo quemque loco [1]) imitari decet. Etiamsi concutiuntur imperia, cuius rei multae sunt causae, tamen interim quaedam foedera communia religionis et naturae servari oportere sciamus. Diligamus Ecclesiam ubicunque est, diligamus cognatos et amicos ubicunque sunt, et eis leniamus aerumnas. Ita in ipso bello minus erit belli.

Id cum ab Illustrissimo Electore *Marchione* factum sit in hoc bello, qui et lenire mala publica studuit, et tanquam *Nestor* inter Duces pacificator fuit, et privatim multis opem tulit, virtus eius perpetua laude digna est. Ego quoque Cels. eius et publico et meo nomine gratias ago.

Deinde quod † et" Academia vestra exemplum sui Principis imitatur, ac mihi in hoc exilio defert hospitium, vobis etiam pro ista erga me benevolentia gratias ago, ac levationem mearum miseriarum magnam fore ducerem, si contingeret in illa frequentia Doctissimorum virorum, qui omnium artium cognitionem complectuntur et fovent, vivere: Cumque nondum certam sedem [2]) habeam, aliquanto post de mea voluntate, et ad Illustrissimum Electorem *Marchionem*, et ad vos copiosius scribam.

Nam accersitus sum *Witebergam*, ut de tabulis nostri naufragii deliberemus, et rationes quaedam referendae sunt. Adsum etiam editioni quarundam lucubrationum, quas multo ante propter utilitatem Adolescentiae institui. His absolutis, fortassis (mea) [3]) peregrinatio in alia loca suscipienda erit, quam ut Deus gubernet oro, qui cum sit fons doctrinae, et Ecclesiae conditor et servator, toto cum pectore [4]) oro; ne studia doctrinae extingui sinat, sed servet, tum alias Academias in quibus recte invocatur, tum vero vestram quae unica in his regionibus nunc domicilium est coelestis doctrinae, et integrae Philosophiae. Bene valete. 5to [5]) Calend. Augusti, Anno 1547.

---

1) Cod. Goth. 401. *id nos quoque hoc tempore.*
2) *sedem*] edidi ex utr. Mst. et Manl. pro *aedem.*
3) *mea*] non habent Manl. et cod. Bav.
4) † *etiam*] cod. Bav.
5) 5to] in Manl. et cod. Bav. desideratur.

No. 3953. 28. Iul.

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 646 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northus.

S. D. Gratias vobis ago pro studio vestro erga me. Sed in his literis, quas iam misistis, nihil erat aliud, nisi quod ab *Anhaldino* et *Paulo Ebero* invitabar, et iter ad Anhaldinum maturarem. Vos rogo, ut deinceps omnes epistolas mihi inscriptas legatis *); nec mitti opus est inanes. Rursus Witebergae coguntur nuncii literas ostendere iis, qui praesunt in arce. Et pleraeque non redduntur iis, quibus inscriptae sunt. Ideo prius legite literas Noribergenses et alias mihi inscriptas, ut, si intercipiantur, tamen argumenta sciamus. Nuncio dedi mercedem. Brevi, Deo iuvante, ad vos redibo **). Bene valete. Die Iulii 28.

Philippus.

No. 3954. 28. Iul.

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 441. (ed. Lond. lib. II. ep. 463.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Etiamsi varie exercemur, tamen Deus et te et nos respicit, et dabit aliquos tuae familiae nidulos. Si vel *Noribergae* vel alibi poteris habere certum stipendium, primum consilium est ut eo migres, et nondum abieci cogitationem de *Noriberga* vel *Argentorato*. Sed si alicubi Academia instaurabitur, deliberandum erit, an in Academia aut *Erfordiae* esse malis, εἰ οὐ προχωρεῖ συμβούλη περὶ νωρικῆς πόλεως. Et quae sint de Academia deliberationes, ex nostris collegis tui amantissimis intelliges. Mox autem ubi rediero cras *Witebergam*, mittam ipse tabellarium *Erfordiam* ad amicos, quibus meum de te consilium exponam, et ut adiuvent, eos adhortabor. Mitto tibi de meo viginti Ioachimicos. Bene et feliciter vale. Die 28. Iulii.

---

*) Videlicet multi, qui nesciebant, Melanthonem Vitebergam rediisse, mittebant epistolas Northusam.

**) Versabatur adhuc Northusae familia Melanthonis.

No. 3955. (fere h. t.)

Georgio Anhaltino.

Edita in Riederer's Abhandlungen p. 448. (Danz.) — Non suo nomine Melanthon sed alterius cuiusdam scripsit, si vere Melanthonis manu exarata fuit.

Ad Georgium, Princ. Ascan.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Hochwürdigster, Hochgeborner, gnädigster Fürst und Herr. Ich sollt billig E. F. G. vor ihrem Abreisen von Leipzig mündlich in Unterthänigkeit gedankt haben der gnädigen Fürbitt, die E. F. G. für mich, belanget den Anfall Willmars Güter, gnädiglich gethan haben, So seind aber die Zeit im Aufbrechen E. F. G. mit so vielen Sachen zugleich beladen gewesen, daß sich nit wol geziemt hätte, daß ich E. F. G. dieselbe Zeit angesprochen hätte. Derhalben ich verursacht jetzund an E. F. G. unterthäniglich zu schreiben. Und nachdem ich und andere mehr Verwante, lange Zeit befunden, daß E. F. G. mir und denselbigen mit besondern Gnaden geneigt seind, haben auch jetzund in dieser Fürbitt Iren gnädigen Willen gegen mir erzeigt: [so] danke ich E. F. G. in Unterthänigkeit, und bitt E. F. G. wollen also furthin mein gnädiger Herr sein und bleiben. Wo ich auch als ein armer E. F. G. zu gefallen dienen kann, darzu erbiethe ich mich gantz willig. Und wiewol mein Person gering ist, so bin ich doch allzeit gegen E. F. G. Unterthanen als Nachtbarn also gesinnet gewesen, und noch, daß ich zwischen der Nachtbarschaft gern zu Frieden und Einigkeit gerathen hab, welchs ich auch furthin durch Gottes Gnad allezeit thun will, und bitte unterthäniglich E. F. G. wolle diese meine einfältige Schrift gnädiglich verstehen. Der Allmächtige Gott beware E. F. G. allzeit. Datum Wittenberg 1547.

No. 3956. (fere ex. Iul.)

(Gabr. Zwilling.)

Editum a Pezelio in Melanth. christlichen Bedenken p. 286. — Scriptum est eo tempore, quo Ioannis Friderici Ducis Electoris terrae traditae sunt Mauritio Duci Saxon. a Carolo Imperatore, ergo fere mense Augusto anni 1547. Quum Melanthon ad Pastores fere ubique latino scripserit, etiam eum ad Torgaviensem latine scripsisse putaverim, ideoque epistolam germanicam versionem habeo, a nescio quo factam. Pastor Torgaviensis erat illo tempore *Gabriel Zwilling*.

An den Pfarrherrn zu Torgau, ob man möge einem Päpstischen Herrn huldigen.
(Inscriptio apud Pezel.)

Ich weiß wohl, daß man in vielen Sachen pro et contra disputiren kann; und darnach die Leute geneigt sind, oder wie die Leute seyn also schleußt man, und sucht, wie man dasselbe groß und heftig mache. Ich will aber meine Meinung einfältig sagen, die ich wahrhaftig und ungefehlt achte.

Zwischen der Huldigung und Bekenntniß ist Unterschied, als zwischen Gefängniß und Jungfrauschaft. Daß die Jungfrau gefangen ist, daran hat sie nicht Schuld noch Sünde; wenn sie aber hernach williget in des Kriegers Unzucht, daran thut sie Sünde. Also in diesem Falle: wenn der Kaiser oder ein andrer Herr, ob er gleich unrechte Sache hätte, einen armen Flecken überfällt, da ein jeder Vernünftiger richten kann, daß die Gegenwehr vergeblich ist; so thun die Leute recht, daß sie den Kaiser annehmen, und thun ihm Huldung [Huldigung]. Denn diese Huldung ist eine weltliche gezwungene Zusage zur Knechtschaft, darunter die Leute unter zweien Elend das geringere Elend ohne ihre Sünde wählen; als, wenn ein Kriegsmann einen andern gefangen hat, will dieser nicht erstochen seyn, so mag er sich gefangen geben wie die Kriegsgewohnheit ist; oder so ein Straßenräuber einem auf der Straßen das Geld nimmt, diesen Schaden zu leiden ist besser als das Leben verlieren, und williget hiermit nicht der Beraubte in des Räubers Unrecht. Also ist die Huldung eine weltliche gezwungene Zusage, als wenn eine Jungfrau mit Gewalt gefangen ist, so ist die in fremder Gewalt.

Weiter aber die Bekenntniß ist ein ander Werk, so der Kaiser hernach spricht, du sollst päpstische Lehre nicht strafen, sollst forthin Heilige anrufen, sollst Messe halten lassen. Hie ist noth, zu bekennen was recht ist, es gelte das Leben; aber vertragen *), wie zuvor von der Jungfrau gesagt ist, zur Schande soll sie nicht willigen. Und ist in diesem Unterschied auch solches zu merken: wer bekennen will, der soll für sich bekennen, und nicht andre in Gefährlichkeit setzen.

Aber die Huldung ist ein gemein Ding. Wenn gleich du so großmüthig wärest und wolltest lieber sterben denn hulden, so sind doch die andern nicht so großmüthig. Da Nabuchdonosor die Juden weggeführet, waren sie gefangene Leute und mußten Unterthanen seyn; aber hernach haben Daniel und andere gleichwohl die Götzen nicht anrufen wollen. Wer sich aber von solcher Gewalt aufhalten kann, wie Esaias den Sennacharib wegtrieb, das ist besser, und ist eine große Gabe Gottes.

Was aber das Gebeth belanget ist Casus confessionis; wir halten, unsern Herrn geschehe Unrecht, und bitten für sie. Das sollen wir noch so forthin thun.

Philipp. Melanth.

*) Pez. edidit: oder Vortragen, quod utique mendosum habeo. Vertragen, i. e. zu einem Vertrag.

No. 3957. 1. Aug.

Io. Weinlaubio.

Ex autogr. in cod. Seidl. Dresd. ep. 16. edita in *Wegscheideri* Progr. II. ep. 12 sqq.

Clarissimo viro eruditione, prudentia et virtute praestanti D. Iohanni Weinlawb, Cancellario Inclyti Principis Electoris Marchionis etc. Patrono suo colendo.

S. D. Clarissime vir et patrone carissime. Gratiam Vobis habeo pro perpetuo in me studio et benevolentia, et Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut vicissim Vobis bene faciat. Duas Vestras epistolas recentes in hoc itinere ad Albim accepi, quarum altera ad me scripta fuit, altera ad *Hieronymum Stauden.*

De Lipsica conditione scitote, me prorsus recusasse Lipsiam migrare, etsi reverenter, ut decet. Egi gratias illustrissimo principi Electori, Duci *Mauritio*, quod hoc tempore clementiam suam mihi declaret. Usus sum vera excusatione, quod vires ingenii mei non sint pares illi oneri, quod Lipsiae sustinendum esset. Postea Witebergam accessi propter rationes fisci academiae et propter editionem libelli, quem spero utilem fore adolescentiae. De instauratione academiae Witebergensis adhuc incertae sunt deliberationes; multae enim causae, ut ipsi ratiocinari potestis, eam impediunt. Scripsit ad me academia Francofordiana graviter et amanter, cui quod responderim, cognoscetis ex epistolae ad academiam missae exemplo. Postquam rationes fisci nostri retulerimus, qui propter ecclesiam huius oppidi non negligendus est, de me quoque deliberabo *), et ad Vos copiosius scribam aut ipse istuc veniam. Reverenter autem Vobis et me et amicos nostros, qui Stendaliae sunt, commendo. Deus servet et illustris-

*) Wegsch. *deliberato*, ex mendo.

simum principem Electorem Marchionem et Vos incolumes. Bene valete. Calendis Augusti. Witebergae.

Philippus Melanthon.

No. 3958. 1. Aug.

Christiano Regi Dan.

Schumacher's Briefe an die Könige in Dänemark. Vol. II. p. 15.

(*Christiano III., Regi Daniae.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Durchleuchtigster, großmächtigster, gnädigster König und Herr. E. K. M. dank ich in Unterthänigkeit, daß sie in diesem unsern vielfältigen Elend gnädiglich an mich und andere Personen unser Universität gedenken, und uns gnädiglich Hülf gethan und jetzund weiter mich in E. K. M. Universität erfordern, und will E. K. M. nicht bergen, daß ich auf dem Weg gewesen, mich in E. K. M. Lande zu verfügen. Als aber D. Georgius Major und ich gen Giffhorn kommen sind, und die Unsicherheit auf der Straßen vernommen, sind wir von wegen der Kinder wiederum zurück gezogen.

Hernach hat sich zugetragen, daß ich von dem ehrnwürdigen Herrn Doctor Johann Bugenhagen, Pastorn der Kirchen zu Witteberg, wiederum in die Universität gen Witteberg erfordert bin worden. Wiewohl ich nu selb diese Sorg habe, diese angefangen sächsische Krieg haben noch kein Ende: so habe ich doch etliche Arbeit, der Jugend nützlich, allhie im Druck, bei der ich bleiben muß, bis sie fertig wird, und so die Studia in diesen Landen nicht mögen wiederum angericht werden, wollte ich am liebsten in E. K. M. Landen seyn, der Jugend allda durch Gottes Gnad mit meiner Arbeit, so viel mir Gott verleihen würde, zu dienen. Es ist auch zu besorgen, daß von wegen christlicher Lehr wider uns ein neue Verfolgung vorgenommen werde, so man nach dem Concilio eine Inquisition und Execution in den teutschen Landen ordnen wird; aber solches alles müssen wir Gott befehlen, der seiner Kirchen auf Erden etwa noch ein Hewinlin und Hütlin geben wird. Derselbig allmächtig wahrhaftige Gott, Vater unsers Heilandes Jesu Christi, wolle E. K. M. allezeit bewahren und regiren. Dat. Witteberg primo Augusti 1547.

E. K. M.

unterthänigster Diener

Philippus Melanthon.

(*Pagella huic epistolae addita.*)

Zeitungen.

Der Römisch Kaiser hat ein Reichstag ausgeschrieben, der zu Augsburg am ersten Tag Septembris soll angefangen werden.

Er führt beide gefangene Herrn, Sachsen und Hessen noch mit sich, hat vor, sie auf dem Reichstag bei sich zu haben. Was er damit meint, davon habe ich nichts vernehmen können.

In Leipzig ist ein Landtag in der Wochen nach Margarethe *) gehalten worden, darin Herzog Moritz, Churfürst, den Ständen, auch den Pastoren, die er dazu erfordert, vorgehalten hat, daß er bei der Lehr, wie sie jetzund in diesen Landen gelehrt und bekannt wird, zu bleiben gedenke, und dieselbigen in seinen Kirchen zu erhalten, und nichts dagegen aufzurichten oder anzunehmen.

Der Kaiser und der Papst sind des Concilii halben nicht einig; denn der Papst will das Concilium zu Trident selb zerreißen, darum daß des Kaisers Gesandten den päpstlichen in etlichen Sachen einreden. Darauf hat der Papst etliche gen Bononia erfordert, daselb das Concilium zu vollziehen, darüber ist der Kaiser ungedultig und hat aus Noriberg dem Papst hart geschrieben, und sagt man, diese Wort sollen im Brief stehen: er wisse den Weg gen Rom noch wohl.

Was dieser künftig Reichstag bringen will, wird die Zeit ausweisen. Gott gebe Gnad.

Man arbeitet die Universität zu Witteberg wiederum zusammen zu bringen, dazu Gott gnädiglich seine Hülf verleihen wolle.

Man practicirt einen neuen Bund im deutschen Reich, und ist allerlei Nachdenken, wozu vornemlich derselbige Bund gemeint sey. Und ist der Anfang gemacht, daß Confoederati sind Kaiser, König Ferdinandus, Bayern, Pfalz, Würteberg.

Es sind auch die Lärmen in Behemen noch nit gestillet, wiewohl König Ferdinandus in Prag jetzund ist, und seinen Anhang darin hat. **)

Vom Türken sind jetzund keine Reden.

No. 3959. 1. Aug.

Alberto Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 135. ep. 38 sq.

---

*) Ergo d. 18. Iul. et seqq.

**) Vid. Sleidan. Comment. p. 582. et p. 586 sq.

Alberto, Duci Borussiae.

S. D. Illustrissime Princeps, ac Domine clementissime. Etsi in itinere fui, egressus Brunswiga, ut ad Balticum litus accederem, tamen cum in Ducatu Luneburgensi transitus nobis non concederetur, regressus sum, et vel fato, vel mea quadam contatione in his regionibus commoratus sum. Nunc ad Academiam revocatus sum, ubi de nostri naufragii tabulis deliberationes sunt, quas deus gubernet. Ad has accessi non alia causa, nisi quod iudicavi hactenus coniunctionem nostrorum collegarum profuisse studiis doctrinae. Ideo optarim eam restitui. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi consuletur Celsitudinem vestram et in luctu*) et in omnibus aliis curis ac doloribus et servet eam incolumem. Recentissimas historias in pagella comprehendi, quam exhibebit Cels. v. D. *Sabinus* gener meus. Bene et foeliciter valeat Cels. v. Calendis Augusti.

Cels. v.
addictissimus
Philippus Melanthon.

Adiecta est huic epistolae eadem pagella novarum rerum, quae inclusa fuit, epistolae ad Regem Daniae d. 1. Aug. h. a.

No. 3960. 1. Aug.

Cph. Pannonio.

Edita a *Wegscheidero* I. ep. 11. ex apogr. cod. Zeltn. Dresd. Contuli apogr. in cod. Mehnert. No. 4. p. 65.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Christophoro Pannonio in Academia Francofordiana, amico suo cariss.

S. D. De Carolo Imp. leniente victorias scripsit quidem Italus, qui castra sequitur: *una gerit bellum, reddit manus altera pacem.* Delector argutia versus, nec sententiam improbo; nam [1]) lenitas victoris orbi terrarum aliqua ex parte miserias mitigavit. Sed nos etiam Dei bonitatem celebremus, qui reliquias ecclesiae et doctrinae vult servari. Et, ut servet, toto eum pectore oro. Nuncium ad vos meo sumptu mitto, ut Academiae exhibeantur meae literae, in quibus ad vestras respondeo. Nam vester nuncius ad me non rediit. Te oro, ut ipse Magnif. Rectori Academiae vestrae reddas meam epistolam [2]), et mihi rescribas, an sit exhibita. Alteram mittas domino Cancellario Principis Electoris Marchionis [3]). Certam sedem nondum habeo. Sed in oppidum nostrum [4]) redii, ut dialecticen rursus edam, quae in hoc secessu propterea, quod me secuti sunt adolescentes aliqui, a me ita scripta est, ut omnia, quae praeceptis comprehendi prodest, complexus videar, et multum adspersi utilium [5]) exemplorum ad iuvanda [6]) ingenia. Quaeso ut huic meo nuncio des literas ad me. *Camerarius* Noribergae fuit hactenus. Bene vale et rescribe. Cal. Aug. 1547.

Philippus Melanthon.

No. 3961. 4. Aug.

Io. Aurifabro.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54 [a].

D. Iohanni Aurifabro Vratislaviensi, amico suo cariss.

S. D. Carissime Iohannes. Notae tibi sunt veteres historiae, quae narrant quam difficilis fuerit instauratio urbium post excidia. Templi Ierosolymorum exstructio quoties impedita est post reditum populi ex Chaldaea? Sed tamen instauratum est templum tandem. Ita etsi tardius fortassis procedet restitutio Academiae nostrae: processuram tamen spero, Deo iuvante, ac princeps respondit, se curaturum esse, ut reditus pendantur. Quare cum primum certi aliquid sciemus, te revocare decrevimus, et arbitror, te in Academia vivere malle quam usquam alibi. Οὐδὲν γλύκιον πατρίδος. Sed vere mihi patriam esse statuo vestram consuetudinem, ubicunque una esse nos Deus volet. Et coniunctionem nostram profuisse studiis iudico, et adhuc profuturam spero. Bene vale. Salutem opto D. *Moibano* et filiis, quos ad Academiam, ut spero, reduces. 4. Aug. 1547. Salutem opto *Winglero*, viro optimo, et filio.

---

*) Die Herzogin Dorothea war den 11. April d. J. verstorben. (Fab.)

1) Wegsch. *num.*

2) Vide eam supra d. 27. Iul.

3) *Io. Weinlaubio.*

4) Wegsch. *meum.*

5) Wegsch. mendose *variorum.*

6) Wegsch. *invitanda.*

No. 3962. 6. Aug.

Burch. Mithobio.

Epist. lib. II. p. 342. (edit. Lond. lib. II. ep. 317.).

D. Burcardo Mithobio

S. D. Non sum Stoicus, et aliquanto fortius dimico cum *Zenonis* familia de Fato, quam nostri bellatores ad Danubium et ad Albim praeliati sunt. Non igitur Stoica *ἀνάγκῃ* accidisse nobis haec mala, in quibus sumus, iudico, sed sunt *ἐπίσπαστα κακὰ*, quorum causas *προηγουμένας*, ut vos medici vocatis, multo ante collegimus, alii aliis vitiis magna securitate et temulentia indulgentes. Haec meministi te et me una deplorare ante biennium, cum consedissemus ante meas aedes. Nunc Deum oremus ut et vulnera nostra sanet, et servet ac regat Ecclesiam ipse suo Spiritu sancto. Ego gravissimas habui causas, quo minus properarem ad novam sedem quaerendam, nec ad littus Balticum descendebam mea causa, sed ut *Lutheri* familiam alicubi collocarem. Nunc ad Albim redii ad deliberationes de Academiola nostra, quam utinam Deus instauret. Si non procedit instauratio, postea alia sedes quaerenda erit. *Dedekindi* ingenium valde probo, et Deum oro ut studia eius adiuvet, quia ea ad Ecclesiae utilitatem refert, quod a paucis iam fieri videmus. Sed semen aliquod sanctum servabit Deus, ut apud *Esaiam* promittit. Dedi operam, ut extaret explicata doctrina sine labyrinthis in plurimis articulis, ac optarim posteritati de omnibus articulis certissimam doctrinam relinqui, quod ut fieret, anniti et Principes et Doctores ubique oportebat. Bene vale. 6. Augusti.

No. 3963. 9. Aug.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 303 sq.

Christophoro Pannonio (in Acad. Francof.)

S. D. Laudat Pindarus Homeri dictum, *ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἴδῃ.* Ubi rem bonam et gratam esse inquit Homerus, si nuncius sapiat. Meus tabellarius, quem ad vos misi, nihilo plus mentis habet, quam vester, quem ad me miserat Académia. Nondum rediit tabellarius meus, cum iam absit dies decem. Quare, an Academia meas literas, quas quidem a te exhiberi volui, acceperit, ignoro.

Me adhuc ad Albim et spes quaedam instaurandae Academiae et libelli editio detinent. Etsi hunc locum mihi Patriam esse duco, et nunc in senecta longa exilia suscipere difficile est: tamen cogitare me necesse est, Ecclesiae usitata esse exilia, ut de primo nostro exilio, in quo ex coelesti Patria pulsi sumus amissa iustitia et vita, admoneamur: deinde etiam de Filii Dei exilio, quem Pater misit, *ἵνα κατάγῃ ὑμᾶς φυγάδας.* Et aderit Filius Dei nobis custos, ubicunque exulabimus. Tuas literas expecto. De Conventu Augustano si quid accepero *ἀξιόλογον*, significabo. Bene vale. Die 9. Augusti.

Philippus Melanthon.

No. 3964. 9. Aug.

Nohae Buchholzero.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54[a].

Ingenio et eruditione praestanti Nohae Buchholzero.

S. Et elegiam, quam ad me misisti, et *κατήχησιν* latinis versibus redditam legi, et non solum venae felicitatem suavitatemque laudo, sed etiam voluntatem tuam, quod vim ingenii ad Deum celebrandum confers. Iustissimum est enim, cum Deus ingeniis indiderit hanc mirificam harmoniam, vicissim eo ex suo munere gratiam referri. Perges igitur Deo iuvante in his optimis studiis te exercere, ut in munere omnium maximo et difficillimo, in explicatione verae doctrinae, servire Ecclesiae possis, quam ad rem opus est multiplici doctrina *). Mitto tibi Sophoclem, ut tragicas comoedias legere incipias, teque et rerum cognitione instruas et horum imitatione te ad sonum aliquanto grandiorem assuefacias. Bene vale et rescribe, an codicem acceperis. die 9. Augusti anno 1547.

Philip. Melanchthon. (sic!)

---

*) *doctrina*] superscriptum est: *eruditione.*

No. 3965. 9. Aug.

Casp. Peucero.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. No. VII. p. 135.

Casparo Peucero Philippus Melanthon.

Doctissime ac charissime Caspar. Meministi me saepe recitare dictum Platonis de causis praecipuis gubernationis rerum humanarum: θεὸς μὲν πάντα, καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς τ' ἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα, ἡμερώτερον μὲν τρίτον συγχωρῆσαι τούτοις δεῖν ἕπεσθαι τέχνην *). Ut igitur studia doctrinae ad Albim instaurentur, et Dei auxilio et tranquillitate temporum opus est. Princeps quidem ostendit, voluntatem instaurandae Academiae sibi non deesse, et cum antea coniunctio nostrorum collegiorum mediocriter profuerint ad propagationem doctrinae philosophicae et coelestis, ego ab eis non discedere decrevi. Sed tota res est ἐν γούνασι θεοῦ. Expectamus adhuc aulica decreta. Quod si procedet instauratio, ut speramus, maxime optarim, te nobiscum in dulcissimis studiis vivere. Nec mea tibi officia deerunt. Urbs *Cygnea* quaerit virum doctum, quem praeficiat suae scholae, et cum *Marcello* ea de re egit. Verum is quoque expectat nostrae Troiae restitutionem. Tu si Cygneae esse voles, de te ad Senatum scripturus essem, καὶ δοκεῖ μοὶ ὅτι ἐκεῖνο πρᾶγμα οὐκ ἔστι ἀνεπιτήδειον φιλοσοφοῦντι. Sed delibera. Bene vale. Witenbergae, 9. Augusti 1547.

No. 3966. 10. Aug.

Ioach. Mollero.

Epist. lib. II. p. 493. (ed. Lond. lib. II. ep. 521.).

D. Ioachimo Mollero

S. D. Charissime *Ioachime*, Scis ex historia *Esdrae*, quam difficilis et quam tarda fuerit instauratio templi Solymorum, cum exules ex Babylone reversi essent. Ita video difficilem fore instaurationem Academiae nostrae, quam tamen ut Deus adiuvet, toto eum pectore oramus. Certe studiis Ecclesiae prodest servari hanc doctrinae sedem. Nunc deliberationes sunt de tabulis nostri naufragii colligendis. Ac voluntas Ducis non aliena est ab Academia. Sed scis in aulis περὶ χρημάτων εἶναι βραδεῖαν σκέψιν, καὶ ὥσπερ ἀετοὶ κύκνους μισοῦσιν, οὕτως καὶ κενταύρους πολεμίους εἶναι τοῖς φιλοσόφοις. Reliquum vitae meae degere in urbe vestra constitueram, si Deus ita voluisset, cum iter ad vos suscepi. De conventu *Augustano* adhuc silentium est. Sed illud scito, praesidia in Suevicis urbibus rursus in sex menses conducta esse. Omnino in ea Germaniae ora nova bella brevi secutura esse arbitror. Literas a te expecto, vel te ipsum. Bene vale. *Witebergae* die Laurentii. Mitto tibi Psalmi exemplum. Salutem opto viro integerrimo tuo patri, fratri et D. *Aepino.*

*) Eundem locum Platonis, qui est lib. 4. de legibus, adfert infra in Ep. ad Staphyl. d. 20. Aug.

No. 3967. 10. Aug.

Iohanni Ministro.

Epist. lib. II. p. 589. (edit. Lond. lib. II. ep. 620.).

*Iohanni Ministro suo *)*

S. D. Charissime *Iohannes*, Misissem ad vos cursorem nostrum, sed *Bartolomaeus Cycnaeus* aegrotat, cui servire eum oportet; Ego sic satis valeo. Etsi autem scio me reprehendi, quod vel *Lipsiam* accessi, vel huc: tamen multae fuerunt causae probabiles, cur nollem deserere Academiam et nostros collegas, quorum coniunctio studiis nostris profuit. *Lipsiae* a me petitum fuit, ut in eius urbis Academiam migrarem; plane recusavi. Et iam ante meum adventum fuerat petita instauratio nostrae Academiae, quam impedivissem, si me etiam huc rediturum esse negassem. Nunc deliberationes sunt de instauratione nostrae Academiae, et res adhuc incerta est, quia nondum decrevit aula, quos reditus Academiae attribuere velit, et de pecunia tardae in aulis sunt deliberationes. Si vir optimus Doctor *Matthaeus* exhibuit uxori meae pecuniam *Wimaria* allatam, praecipio ut integram ei sine ulla contatione restituatis. Bene et feliciter vale; commendo tibi filias nostras et familiam. Die Laurentii.

*) Versabatur Iohannes cum familia Melanth. adhuc Nordhusiae.

No. 3968. 10. Aug.

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 595 sq.

Michaeli Meienburgio, *consuli North.*

S. D. Gratias vobis ago, quod literarum fasciculum mihi misistis. Etsi autem scio, reprehendi, quod huc accessi, tamen ita multae causae probabiles concurrunt, ut vix aliter facere potuerim. Promiseram, me ad *Anhaltinum* [1]) venturum esse; deinde attractus sum *Lipsiam*, vocatus Principis literis. Cum eo venissem, petitum est a me, ut in Academiam eius urbis migrarem. Plane recusavi. Fuerat autem petita instauratio nostrae Academiae ante meum adventum, quam certo impediissem, si me huc rediturum esse negassem. Nunc instaurationis spes est, sed de reditibus adhuc sunt deliberationes, quae in Aulis difficiles sunt. Certe, nisi haec Academia restituetur, magna erit in Ecclesiis barbaries, quam Deus prohibeat.

Ego hic commorabor, donec Dialecticen absolvero, quam spero utilem fore vestris filiis. Deinde ad vos, Deo iuvante, redibo.

Dn. Doctori *Matthaeo*, viro optimo, salutem opto. Si dedit pecuniam meae uxori Wimariam allatam, praecepi eam reddi. Etsi adhuc incertum est, ubi sim mansurus, misi ad vos virum honestum, *Georgium* N. [2]) qui se offert ad serviendum Ecclesiae vestrae. Bene valete. Familiam meam vobis commendo. Die Laurentii. Nuncio dedi mercedem.

Philippus Melanthon.

1) *Georgium*, Episcop. Merseburg.
2) *Georg. Stal*, vid. epist. ad Meienb. *d.* 31. *Aug.* 1547.

No. 3969. 10. Aug.

Dan. Graesero.

Strobelii Melanchthoniana, p. 140. Apographon in cod. Goth. 190. p. 225.

Venerando viro, *eruditione et virtute praestanti*, *Dom. Danieli Graeser*, *pastori eccles. Dei in oppido Dresda*, *amico suo carissimo.*

Venerande domine pastor et amice carissime. Cum inter nos sit vetus amicitia et propter ecclesiam vera [1]) et perpetua animorum coniunctio esse debeat [2]), oro, ut ea, quae scripturus sum, ita accipias, ne existimes, me sumere mihi aliquid auctoritatis in tua ecclesia. Sed tantum [3]) pro nostra coniunctione meam sententiam tibi exponere decrevi. Deinde vero ecclesiae tuae nomine rem repeto honestam et hoc tempore valde utilem. Et ex tua oratione et narratione honestissimorum virorum *Dresdensium* Senatorum intellexi, te ex his regionibus discedere velle. Quod cum cives tui commemorarent, simul ostenderunt, et sese [4]) et universam civitatem valde optare, ut maneas, et a me petiverunt, ut suae ecclesiae nomine te [5]) orarem, ne discedas. Etsi autem tibi non deest consilium et voluntates hominum isthic notiores sint tibi quam mihi, tamen opinionem meam significandam tibi esse duxi. Mutatio boni pastoris semper perniciosa est, maxime vero nunc, cum post bellum difficilior sit gubernatio. Retinendi sunt in statione boni viri, qui viciniam [6]) et sensus civium norunt; praesertim cum nec facile inveniri mediocriter idonei successores possint, et si qui inveniuntur, iis opus est annis aliquot ad considerandam et discendam viciniam et caetera, quae gubernatori familiariter nota esse debent. Nec leve ducendum est illud [7]), quod benevolentia civitatis erga te maxima est, quodque [8]) multum refert, aures et mentes auditorum assuefactas esse ad certam docendi formam, qua mutata vel minus intelligitur concionator, vel [9]) etiam opinionum mutatio sequitur. Sed revocor, inquies, in Cattos? Credo, impetrari posse a principe Cattorum, ut permittat, ut diutius vice tua alius praesit ecclesiae in *Giessen*, vel ut perpetuo maneas *Dresdenae*, ac prior functio alteri mandetur, et in utramque sententiam scribam principi Cattorum. Nunc te oro, ecclesiae et meo nomine, ne ex his regionibus hoc praesertim tempore discedas, sed retineri te votis bonorum et auditorum voluntate [10]) sinas. Mutationes alioqui multae in ecclesiis hoc anno

1) Strob. *una.*
2) Strob. *debet.*
3) Strob. *tamen.*
4) *et sese*] Strob. praetermisit.
5) *te*] Strob. non habet.
6) Strob. *animum.*
7) *illud*] Strob. non habet.
8) Strob. mendose *quoque.*
9) *vel*] non habet Strob.
10) Strob. *utilitate.*

No. 3982. **24. Aug.**

Io. Matthesio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 402. p. 443 b.

Phil. Melanth. ad Iohannem Matthesium.

Venerande vir et amice carissime. Scis quam gratum sit peregrinis, habere in iis locis, ad quae veniunt, aliquos proxenos seu patronos. Et melius est honestos hospites complecti. Ideo tibi interdum nostros commendo. Hic *Iohannes Thomas* Argentoratensis, noster auditor, vir doctus et honestus est. Ut eum isthic propter Theanas *) venientem amanter excipias te oro. Spero, eius conditos sermones tibi voluptati fore. De conventu Augustano quicquid habebis significa. Bene vale. Die Bartholomaei. Salutant te amanter et officiose *Caspar Creutziger* et reverendus dominus *Pastor* et M. *Paulus Eberus.*

No. 3983. **25. Aug.**

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 442. (ed. Lond. lib. II. ep. 465.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Eadem hora, qua tuas literas accepi, in quibus significas te invitari ad *Viadrum*, simul accepi epistolam a *Michaele Northusano*, qui narrat expeti te a *Francofordianis* ad *Moenum*. Significabis igitur an velis, nos in eam rem incumbere. De Academia tardae sunt deliberationes, seu quia semper leviter curantur literarum negotia in aulis, seu quia nunc expectatio Conventus moram adfert. Ego ipse cum *Paulo* profectus *Dresdam* [1]) literas impetravi de inquirendis reditibus. Nunc *Cunradus* Notarius Mansfeldiam [2]) profectus est. Haec acta sunt postquam una fuimus. Si procedit instauratio Academiae, manebo apud hos amicos, quorum coniunctio diu studiis profuit: si non procedet, quaerenda erit alia sedes, si tamen vivam. Nunc enim valde labefactantur vires meae animi doloribus et occupationibus, quas habeo insuaviores, quam antea. Cum hic magna frequentia esset, caeteris scribere non potui, sed salutem vobis omnibus opto. *Carolo* Imp. dicitur liber de doctrina Ecclesiae a *Lovaniensibus* scriptus esse, quem putant propositurum esse tanquam normam doctrinae et concordiae. Sed omnino ratiocinor novum et magnum bellum fore in *Suevia* et Ecclesiis. Nuper Comiti *Ottingio* trucidati sunt agricolae fere ducenti. Uxor D. *Benedicti* honestissima matrona nuper hic extincta est, cum δυσεντερίᾳ per aliquot dies laborasset. *Ioachimus Camerarius* spem ostendit nobis sui reditus ad Academiam *Lipsicam*, sed nescio quid morborum admodum grassari *Lipsiae* dicitur. Bene vale et rescribe. Salutem opto D. *Hieronymo* nostro conterraneo et amico. Die 25. Augusti, quo ante annos 29 primum veni *Witebergam.*

*) Haud dubie mendum, fortasse pro θεατά.

1) d. 13. Aug.

2) Ad reditus colligendos, 'qui solvendi erant Comitibus Mansfeldensibus.

No. 3984. **26. Aug.**

Georg. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 391 sq.

Georgio Fabricio (gubernanti scholam Misnensem).

Magnum omnino decus est ingeniorum, vel potius humanae naturae, sanitas et elegantia orationis, cum suavitate coniuncta. Hae virtutes cum in scriptis tuis mirifice luceant, statim de valde amare coepi, postquam vidi ante aliquot annos tua scripta. Nuper autem in nostro itinere *) vidi, similem esse tuam in moribus elegantiam et suavitatem, quare te magis etiam amare coepi, voloque inter nos perpetuam amicitiam καὶ ἀδιάλυτον esse. Nunc igitur pro nostra amicitia te rogo, ut hoc tibi negotii imponi patiaris. Scribit Academiola nostra ad virum Clariss. D. *Georgium Cummerstadium* de rebus necessariis, et plurimum refert, nostras certo reddi literas, refert etiam, non insulse eas exhiberi. Nam illud Homericum saepe usurpo, quod et Pindarus laudat, ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ. Meum igitur tabellarium, ignotum istic, iussi tibi nostrum fa-

*) Cum Dresdam proficisceretur d. 12. Aug. h. a.

Den Erbaren und Weisen Herrn Burgemeistern und Rath zu Oschatz, meinen günstigen Fründen.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Erbare, weise, günstige Fründ, Ewr. Weisheit bitt ich, wolle diese meine Schrift fründlich annehmen. Zeiger dieser Schriften Johannes Cunius von Ilenburg *) hat vernommen, daß man in Ewr. Kirchen eins Diaconi bedarf. Nu wollt er gern zu Gottes Lob und vieler Menschen Seligkeit in Kirchenämptern dienen, darum er auch im Studio eine gute Zeit gewesen, und hat hernach die Jugend in einer Schul unterwiesen, und hat christliche Lehr fleißig und recht gelernet. So ist er gottfürchtig, züchtig und sittig. Darum bitt ich, Ewr. Weisheit wolle ihr gunstiglich diesen Johannem lassen befohlen seyn, und ihn hören, und so er euch nit mißfallen wird, ihm das Diaconat befehlen, darin erbeut er sich christlichen Fleiß zu thun, und friedlich und ohne Aergernuß zu leben. Gott bewahr Euch allezeit, Dat. Witteberg am Tag Laurentii Anno 1547.

Ewr. Weisheit
willliger Philippus
Melanthon.

No. 3972. **11. Aug.**

Henrico Luneburg.

† Ex apographis in cod. Goth. 189. p. 14. sect. tertia. Cod. Goth. 401. p. 16., et cod. Monac. 89. No. VI. p. 82.

(*Henrico Schmedstedt, Luneburgensi*) [1])

S. D. Semper me hac consolatione sustentavi, carissime Henrice, quae est in verbis Gamalielis: quod est a Deo non dissolvetur. Nec vero dubito, doctrinam Ecclesiae nostrae esse ex Deo, duraturamque esse spero etiam ruentibus mundi imperiis. Imo etiamsi ipsa Ecclesia dure castigabitur [2]), manet vox Evangelii, etiamsi nos propter nimiam securitatem et multa peccata iustissime plectimur. Spero etiam Scholae instaurationem [3]), quam ut Deus adiuvet vota et preces iungamus. De stipendiis adhuc deliberationes sunt, propter quas iter cras ingrediar, profecturus ad dominum Electorem Principem, *Mauritium*, de quibus si clementer respondebitur, publico scripto significabitur initium lectionum. Post duas septimanas velim te huc ad nos expatiari [4]). Bene vale. Postridie Laurentii.

Phil. Melanthon.

*) In Hofmanni „Historischer Beschreibung der Stadt, des Amtes und der Dioeces Oschatz (1 B. S. 566.) in catalogo Archidiaconorum Oschaziensium p. 566. haec habentur: „8) Johann Heune soll 1530 (was aber zu bezweifeln ist) zu Eilenburg geboren worden seyn. Er war erst Schulmeister zu Seyda, ward aber auf Melanchthons Empfehlung zum hiesigen Archidiakonus angenommen, und am 4. Tag nach Bartholomäi 1547 zu Wittenberg ordinirt, worauf er sein Amt Sonnabends nach Matthäus antrat. In Oschatz blieb er bis 1555, in welchem Jahre er von den landesherrlichen Visitatoren zum Mittagsprediger an der Domkirche zu Freiberg berufen ward, wie dieß in den Oschatzer Visitationsacten ausdrücklich gemeldet wird."

1) Cod. Goth. 189.: *Henrico N.*, cod. Goth. 401. et cod. Monac.: *Henrico Sax.* — Est Henricus Schmedstedt, cognominatus *Luneburgensis*, etiam *Saxo*, Profess. in Acad. Rostockiana.

2) Cod. Mon. 89. *duriter castigatur.*

3) Cod. Goth. 401. et cod. Monac. *instaurationem*; cod. Goth. 189. *restaurationem.*

4) *De stipendiis — expatiari*] praetermissa sunt in cod. Goth. 401. et cod. Mon. 89.

No. 3973. **11. Aug.**

C. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 326 sq.

Christophoro Pannonio.

S. D. Vetus consuetudo est Ecclesiae Dei, explorare doctrinam et mores eorum, quibus munus docendi commendatur, quod profecto inter humana opera praecipuum est. Atque utinam Episcopi, quibus olim haec δοκιμασία curae fuit, hac tanta in re facerent officium, quod Deo et Ecclesiae debent. Sed cum illi nec intelligant doctrinam, et delere eam potius conentur, pietas eorum laudanda est, qui et studia discentium adiuvant, et illam δοκιμασίαν mediocriter exercent. Audivimus hunc Polonum, qui erudite de tota doctrina Ecclesiae respondit, teque oro, ut eum commendes iis, apud quos tua ei commendatio profutura est. Mitto tibi pagellas, teque oro, ut, si quid audivisti de meis miseris orphanis *), mihi etiam significes. Bene vale. Postridie Laurentii.

Philippus.

*) Liberis Sabini. Adduxit mox Sabinus liberos ex Anna Melanthonis filia partos. Vid. ep. d. 18. Sptb. 1547.

No. 3974. 12. Aug.

Maur. Helingio.

Epist. lib. V. p. 331 sq.

Mauritio Helingio.

S. D. Doctissime vir, et amice charissime. Inter has Imperiorum ruinas tamen Filius Dei alicubi suos coetus servabit, et eis Halcyonia tribuet. *Pomerania* nunc, Dei beneficio, et tranquilla est, et habet Ecclesias bene constitutas et aulas pene Philosophicas. Estque *Stetinum* urbs culta et abundans rebus ad vitam necessariis. In ea urbe Principum munificentia constituta est Schola Lutherana, quam feliciter gubernat *Antonius Walterus*, vir doctus et integer. Is redire in Academiam decrevit suo quodam consilio. Nunc petit Princeps indicari alium idoneum ad eius Scholae gubernationem. Te igitur indicavimus, et hortator sum tibi, ut in urbe tranquilla *Stetino*, et ubi stipendia iuste solvuntur, vivere malis, quam in his regionibus, ubi bellis studia doctrinae turbantur, et dolores nobis cumulantur. Ego prorsus decrevissem Stetinum migrare, nisi Collegarum causa manerem. Quare velim, te de hac re diligenter cogitare.

Hic tabellarius est Principis Pomeranici Secretarius, qui, me hortante, ad te proficiscitur. Quare et ipsi et nobis, re deliberata, plane respondebis. Mitto tibi etiam literas Principis ad me scriptas. *Caspar* *) poterit esse comes tuae profectionis, et laborum socius. Bene vale. Die 12. Augusti. Philippus.

*) Cruciger?

No. 3975. 16. Aug.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. No. VII. p. 38 b.

Phil. Mel. salutem dicit omnibus lecturis has literas.

Pax optima rerum
Quas homini novisse datum est; pax una triumphis
Innumeris potior,

si tamen cum pietate erga Deum coniuncta sit. Ut enim educari infantes, ut doceri adolescentia, ut honesta disciplina retineri et foveri, et regi Ecclesiae possint, tranquillas politias necesse est. Sed propter diaboli furores et caecas hominum cupiditates nulla potest esse diuturna pax in imperiis, nisi Deo gubernante mentes principum ad salutaria consilia. Quare Deum aeternum, patrem domini nostri I. C. authorem pacis oremus, ut restituat Germaniae tranquillitatem, nec deleri disciplinam et doctrinae studia sinat. Ut autem multi alii in hoc tristi bello ex his Academiis Albi vicinis discesserunt, ita et hic *Iohannes Weitzhofer*, natus in oppido Bavarico aliam Academiam in regione tranquilliore quaerere decrevit. Discedens igitur testimonium sibi dari de suis moribus et studiis petivit, ut et in itinere et aliis urbibus honestis hominibus commendatus esset. Testor igitur eum triennium in Academia Vitenbergensi commoratum esse, eum *) honeste vixisse. Didicit autem doctrinam Iuris civilis, non solum ut ad forum se instrueret, sed etiam ut pietatem, cognitis eius praeceptis, ipse in gubernatione suae vitae et morum suorum coleret. Ad hanc autem pietatis doctrinam adiunxit dialecticen et philosophiae moralis studia, cuius cognitio aliquid lucis affert legibus. Didicit etiam doctrinam Ecclesiae de Deo, quam vera invocatione et pietate morum exercet. Ingenii vero ipsius humanitas etiam ex studio Musices cognosci potest, in qua cum excellit noster, in eo bonitas et suavitas cum artis dulcedine congruit. Nobis etiam eo charior fuit, quod virum clarissimum *Hieronymum Baumgartnerum*, senatorem Noribergensem, eruditione, sapientia, virtute praestantem, cognatione attingit. Deum igitur oramus, ut hunc Iohannem *Weitzhofer* servet et regat, et omnibus honestis viris et tuendum et ornandum commendamus, praesertim cum speramus, eius industriam reipublicae usui futuram esse. Datae Witenbergae, 17. Calendas Septembr. 1547 **).

*) Aut hic exciderunt quaedam, aut pro *eum* aliter legendum vel *et*, vel *atque*.

**) Aut in anno, aut in die error est, aut Melanthon non est auctor huius scripti; nam d. 16. Aug. non Witebergae sed Dresdae vel Misniae versatus est.

No. 3976. 20. Aug.

Georg. Maiori.

Epist. lib. V. p. 346 sqq.

Georgio Maiori (Merseburgi).

S. D. Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, oro, ut te et tuos servet incolumes, teque in ministerio Evangelico gubernet. †Quod etsi semper alias variis modis oppugnarunt diaboli, tamen in hac extrema et delira mundi senecta multo rabiosius oppugnant, ut ipsi experimur. Oremus igitur filium Dei, ut suam cymbam regat." *)

Heri accepimus fasciculum novum literarum Noribergensium, quas ὁ μικρὸς γραμματοφόρος attulit. In quibus quae fuerint memoratu digna, leges in pagella, quam Principi *Georgio* exhibebis. Tibi inscriptas nullas vidi, nec in hoc fasciculo, nec in priore.

Hieronymus Besoldus in munere docendae Ecclesiae successit Doct. *Wenceslao*. Sed totam *Viti* epistolam tibi mitto, ut te minus poeniteat mansisse in his regionibus, etsi ne hic quidem deerunt pericula.

De quaestione vestra respondi, ut fere soleo, sine ambiguitate καὶ διαῤῥήδην. Sed non solum dicendae erant sententiae. Postea enim et magistratuum severitas custos esse debebat coniugiorum et castitatis. Hic iuvenis promittit, se non deserturum esse hanc, quam petit: si sententia vestra concedet, ut eam ducat. Sed vigilantia Magistratuum in his rebus opem ferre legibus et disciplinae debebat.

De Academia audies omnia ex nostro Notario *Conrado* **), qui post paucos dies iter per oppidum vestrum facturus est. Adhuc deliberatur de reditibus, nondum tamen spem abiicio. Et hortatorem esse Principem *Georgium* Electori optarim. Vides enim, hanc nostram Scholam multis serviisse, et, Deo iuvante, servituram esse, si instaurabitur. Quod scribis, malle te coniugem in hac nostra Sarepta vivere, credo, in hac novitate vos minus tranquillis animis esse, sed lenire tibi molestias consuetudo Principis *Georgii* poterit. Et tempori nunc parendum est.

Tonitrua, velim, te melius interpretari. Significant enim Evangelii vocem, quam sonabis inter adversarios. Et tamen erit efficax Ministerium. B. V. et saepe ad nos scribito. Witeb. die 20. Augusti, quo ante annos 29 primum veni Lipsiam.

Philippus.

*) Addit A. D.

**) De eo eiusque itinere vid. ep. ad Milichium d. 25. Aug. h. a.

No. 3977. 20. Aug.

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 551 sq.

Michaeli Meienburgio consuli North.

S. D. Spero, *Georgium* Schnell, quem iudicavi idoneum esse ad docendam Ecclesiam vestram, ad vos pervenisse, deque eo quid decreveritis, scire cupio. De *Augustano* Conventu mirificae opiniones sunt hominum, quibus curae est Respublica. Dicitur novus liber de doctrina compositus esse, quem propositurus sit Imperator. De Academiae reditibus nondum certi sumus, et fortassis propter Conventum res differtur. Etsi autem propter studia iuventutis doleo: tamen mea causa non valde pugno, ut retineatur. Si Imperator proponet illum suum librum, erunt haud dubie nova bella in superiore Germania. Deus haec mala mitiget. *Magdeburgensibus* concessum est, ut Lipsiae negotientur: et praesidia dimittuntur hic et in Meideburg. Brevi, Deo iuvante, ad vos redibo. Salutem opto honestissimae matronae, coniugi vestrae, et dulcissimis liberis, et viro Clarissimo, Doctori *Mattheo*. Bene et feliciter valete. Die 20. Augusti.

Philippus.

No. 3978. 20. Aug.

Io. Pfeffingero.

Epist. lib. III. p. 182. (ed. Lond. lib. III. ep. 106.). An vere a Melanthone scripta sit haec epistola, dubito, et opinor, alium epistolam concepisse, et Melanthonem ei simul subscripsisse. Nomine enim plurium eam esse scriptam, manifestum est.

D. Iohanni Pfeffingero.

Reverende vir, et amice charissime, Multae graves causae sunt, cur prosit praesertim hoc turbulento tempore, non fieri crebras mutationes docentium in Ecclesiis, si modo recte doceant et mores sint tolerabiles. Quare et vos retineri *Lypsiae* maluimus, praesertim cum audiremus benevolentiam Ecclesiae erga vos non vulgarem esse. Sed Ampliss. Senatus *Vratislaviensis* in literis ad me scriptis commemorat Ecclesiae suae pericula, nec

*) In epist. d. 31. Aug. scripta non *Schnell* sed *Stal* vocatur.

No. 3974. 12. Aug.

Maur. Helingio.

Epist. lib. V. p. 331 sq.

Mauritio Helingio.

S. D. Doctissime vir, et amice charissime. Inter has Imperiorum ruinas tamen Filius Dei alicubi suos coetus servabit, et eis Halcyonia tribuet. *Pomerania* nunc, Dei beneficio, et tranquilla est, et habet Ecclesias bene constitutas et aulas pene Philosophicas. Estque *Stetinum* urbs culta et abundans rebus ad vitam necessariis. In ea urbe Principum munificentia constituta est Schola Lutherana, quam feliciter gubernat *Antonius Walterus*, vir doctus et integer. Is redire in Academiam decrevit suo quodam consilio. Nunc petit Princeps indicari alium idoneum ad eius Scholae gubernationem. Te igitur indicavimus, et hortator sum tibi, ut in urbe tranquilla *Stetino*, et ubi stipendia iuste solvuntur, vivere malis, quam in his regionibus, ubi bellis studia doctrinae turbantur, et dolores nobis cumulantur. Ego prorsus decrevissem Stetinum migrare, nisi Collegarum causa manerem. Quare velim, te de hac re diligenter cogitare.

Hic tabellarius est Principis Pomeranici Secretarius, qui, me hortante, ad te proficiscitur. Quare et ipsi et nobis, re deliberata, plane respondebis. Mitto tibi etiam literas Principis ad me scriptas. *Caspar* *) poterit esse comes tuae profectionis, et laborum socius. Bene vale. Die 12. Augusti. Philippus.

*) Cruciger?

No. 3975. 16. Aug.

Testimonium.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. No. VII. p. 38 b.

***Phil. Mel.* salutem dicit omnibus lecturis has literas.**

Pax optima rerum
Quas homini novisse datum est; pax una triumphis
Innumeris potior,

si tamen cum pietate erga Deum coniuncta sit. Ut enim educari infantes, ut doceri adolescentia, ut honesta disciplina retineri et foveri, et regi Ecclesiae possint, tranquillas politias necesse est. Sed propter diaboli furores et caecas hominum cupiditates nulla potest esse diuturna pax in imperiis, nisi Deo gubernante mentes principum ad salutaria consilia. Quare Deum aeternum, patrem domini nostri I. C. authorem pacis oremus, ut restituat Germaniae tranquillitatem, nec deleri disciplinam et doctrinae studia sinat. Ut autem multi alii in hoc tristi bello ex his Academiis Albi vicinis discesserunt, ita et hic *Iohannes Weitzhofer*, natus in oppido Bavarico aliam Academiam in regione tranquilliore quaerere decrevit. Discedens igitur testimonium sibi dari de suis moribus et studiis petivit, ut et in itinere et aliis urbibus honestis hominibus commendatus esset. Testor igitur eum triennium in Academia Vitenbergensi commoratum esse, eum *) honeste vixisse. Didicit autem doctrinam Iuris civilis, non solum ut ad forum se instrueret, sed etiam ut pietatem, cognitis eius praeceptis, ipse in gubernatione suae vitae et morum suorum coleret. Ad hanc autem pietatis doctrinam adiunxit dialecticen et philosophiae moralis studia, cuius cognitio aliquid lucis affert legibus. Didicit etiam doctrinam Ecclesiae de Deo, quam vera invocatione et pietate morum exercet. Ingenii vero ipsius humanitas etiam ex studio Musices cognosci potest, in qua cum excellit noster, in eo bonitas et suavitas cum artis dulcedine congruit. Nobis etiam eo charior fuit, quod virum clarissimum *Hieronymum Baumgartnerum*, senatorem Noribergensem, eruditione, sapientia, virtute praestantem, cognatione attingit. Deum igitur oramus, ut hunc Iohannem *Weitzhofer* servet et regat, et omnibus honestis viris et tuendum et ornandum commendamus, praesertim cum speramus, eius industriam reipublicae usui futuram esse. Datae Witenbergae, 17. Calendas Septembr. 1547 **).

No. 3976. 20. Aug.

Georg. Maiori.

Epist. lib. V. p. 346 sqq.

*) Aut hic exciderunt quaedam, aut pro *eum* aliter legendum, vel *et*, vel *atque*.

**) Aut in anno, aut in die error est, aut Melanthon non est auctor huius scripti; nam d. 16. Aug. non Witebergae sed Dresdae vel Misniae versatus est.

Georgio Maiori (Merseburgi).

S. D. Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, oro, ut te et tuos servet incolumes, teque in ministerio Evangelico gubernet. †Quod etsi semper alias variis modis oppugnarunt diaboli, tamen in hac extrema et delira mundi senecta multo rabiosius oppugnant, ut ipsi experimur. Oremus igitur filium Dei, ut suam cymbam regat." *)

Heri accepimus fasciculum novum literarum Noribergensium, quas ὁ μικρὸς γραμματοφόρος attulit. In quibus quae fuerint memoratu digna, leges in pagella, quam Principi *Georgio* exhibebis. Tibi inscriptas nullas vidi, nec in hoc fasciculo, nec in priore.

Hieronymus Besoldus in munere docendae Ecclesiae successit Doct. *Wenceslao.* Sed totam *Viti* epistolam tibi mitto, ut te minus poeniteat mansisse in his regionibus, etsi ne hic quidem deerunt pericula.

De quaestione vestra respondi, ut fere soleo, sine ambiguitate καὶ διαῤῥήδην. Sed non solum dicendae erant sententiae. Postea enim et magistratuum severitas custos esse debebat coniugiorum et castitatis. Hic iuvenis promittit, se non deserturum esse hanc, quam petit: si sententia vestra concedet, ut eam ducat. Sed vigilantia Magistratuum in his rebus opem ferre legibus et disciplinae debebat.

De Academia audies omnia ex nostro Notario *Conrado* **), qui post paucos dies iter per oppidum vestrum facturus est. Adhuc deliberatur de reditibus, nondum tamen spem abiicio. Et hortatorem esse Principem *Georgium* Electori optarim. Vides enim, hanc nostram Scholam multis serviisse, et, Deo iuvante, servituram esse, si instaurabitur. Quod scribis, malle te coniugem in hac nostra Sarepta vivere, credo, in hac novitate vos minus tranquillis animis esse, sed lenire tibi molestias consuetudo Principis *Georgii* poterit. Et tempori nunc parendum est.

Tonitrua, velim, te melius interpretari. Significant enim Evangelii vocem, quam sonabis inter adversarios. Et tamen erit efficax Ministerium. B. V. et saepe ad nos scribito. Witeb. die 20. Augusti, quo ante annos 29 primum veni Lipsiam.

Philippus.

*) Addit A. D.

**) De eo eiusque itinere vid. ep. ad Miliehium d. 25. Aug. h. a.

No. 3977. 20. Aug.

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 551 sq.

Michaeli Meienburgio consuli North.

S. D. Spero, *Georgium* Schnell, quem iudicavi idoneum esse ad docendam Ecclesiam vestram, ad vos pervenisse, deque eo quid decreveritis, scire cupio. De *Augustano* Conventu mirificae opiniones sunt hominum, quibus curae est Respublica. Dicitur novus liber de doctrina compositus esse, quem propositurus sit Imperator. De Academiae reditibus nondum certi sumus, et fortassis propter Conventum res differtur. Etsi autem propter studia iuventutis doleo: tamen mea causa non valde pugno, ut retineatur. Si Imperator proponet illum suum librum, erunt haud dubie nova bella in superiore Germania. Deus haec mala mitiget. *Magdeburgensibus* concessum est, ut Lipsiae negotientur: et praesidia dimittuntur hic et in Meideburg. Brevi, Deo iuvante, ad vos redibo. Salutem opto honestissimae matronae, coniugi vestrae, et dulcissimis liberis, et viro Clarissimo, Doctori *Mattheo.* Bene et feliciter valete. Die 20. Augusti.

Philippus.

No. 3978. 20. Aug.

Io. Pfeffingero.

Epist. lib. III. p. 182. (ed. Lond. lib. III. ep. 106.). An vere a Melanthone scripta sit haec epistola, dubito, et opinor, alium epistolam concepisse, et Melanthonem ei simul subscripsisse. Nomine enim plurium eam esse scriptam, manifestum est.

D. Iohanni Pfeffingero.

Reverende vir, et amice charissime, Multae graves causae sunt, cur prosit praesertim hoc turbulento tempore, non fieri crebras mutationes docentium in Ecclesiis, si modo recte doceant et mores sint tolerabiles. Quare et vos retineri *Lypsiae* maluimus, praesertim cum audiremus benevolentiam Ecclesiae erga vos non vulgarem esse. Sed Ampliss. Senatus *Vratislaviensis* in literis ad me scriptis commemorat Ecclesiae suae pericula, nec

*) In epist. d. 31. Aug. scripta non *Schnell* sed *Stal* vocatur.

remittit obligationem, et arbitramur in eandem sententiam ad vos scribi copiosius: Itaque consilium, quod est simplicissimum, duximus esse rectissimum.

Cum Senatus *Vratislaviensis* non remittat obligationem, existimamus vos recte facturos esse, si Amplissimo Senatui *Lypsico* reverenter exponatis necessariam causam migrationis: Vos in illo communi dolore permotos esse, ut promitteretis Ecclesiae *Vratislaviensi*, nec remitti ab iis obligationem: Quare cum vincti teneamini vestra promissione, Petatis veniam dari necessitati. Si dimittent, nulla dubitatio restat: Sed si nolunt dimittere, in sese culpam derivabunt, et quaerent, quomodo vos vel Illustriss. Principis Electoris literis vel suis excusent. Id enim nisi facturos se esse ostendant, migratio necessaria est.

Etsi autem scimus Vobis non deesse consilium, tamen quid nobis videatur, plane scripsimus. Et hanc viam agendae huius rei simplicissimam et minus perplexam esse, maximeque convenire fidei, et gravitati vestrae iudicamus. Poteritis tamen et vobiscum, et cum paucis aliis, quorum fidem et sapientiam magnifacitis, ac praecipue cum Viro Clarissimo D. Doctore *Ludovico Fachsio*, si adest, de eadem re deliberare. In hac tanta moestitia temporum non mirum est vos invitatos ad aliam Ecclesiam, citius implicatos esse obligationi. Quare existimationis vestrae nunc ratio habenda est; quod speramus facturum esse Prudentiss. Senatum, et tamen simul Ecclesiae *Lypsicae* consulturum, quam quidem et nos pie et fideliter regi et tranquillam esse maxime optamus. Bene et feliciter valete. Die 20. Augusti, Anno 1547.

No. 3979. 20. Aug.

Frid. Staphylo.

Ex collect. Hallens. Vol. I. p. 187., cui haec epist. ex autogr. Mel. [illegible]

Clariss. Viro, eruditione et virtute praestanti, Dom. Friderico Staphylo, enarranti doctrinam Ecclesiae Dei in Academia Regiomontana, amico suo cariss.

S. D. [illegible] sententiae Platonis saepe a nobis recitatam, quae extat in libro 4. de legibus: [illegible] ὡς θεὸς μὲν πάντα, καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς τ' ἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα· ἡμερώτερον μὴν τρίτον συγχωρῆσαι τούτοις δεῖν ἕπεσθαι τέχνην. Cum igitur fatalis mutatio his annis aliquot exorta esset, etsi, ut fit in mutationibus, simul multi πανικοὶ tumultus inciderunt, tamen gubernari Ecclesiae studia divinitus vidimus. Artis non multum adhibuerunt tum doctores tum aulae, nam diligentia et moderatione leniri mala aliqua potuissent. Nec tu ignoras, me multa tulisse, dum quas controversias explicare simplicius studui, qua in re non ambitioni sed veritati et iuventutis utilitati serviri. Et spero, hanc meam diligentiam ad iudicandum et ad moderationem multis profuisse. Sustento igitur me cum aliis consolationibus tum vero conscientia rectae voluntatis et verae explicationis doctrinae.

Revocatus sum ad Academiam, de cuius instauratione nunc deliberatur, ut narrabit vir clarissimus Dominus Doctor *Andreas*. Si non procedet instauratio academiae, ut in aulis difficile est invenire pecuniam ad iuvanda studia literarum, decrevi iter ad vos suscipere. Te velim ad nos saepius scribere, meamque erga te benevolentiam scito fore perpetuam. Valde et mihi et caeteris amicis placuerunt sententiae tuarum disputationum, ac luculenta est explicatio dicti: *super hanc petram* etc. Deus studia pia defendat. Bene vale. Die 20. Augusti. Wittebergae.

Philippus Melanthon.

No. 3980. 21. Aug.

Alberto Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in epistolis p. 136 sqq. ep. 39.

(An Albrecht Herzog von Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtister hochgeborner gnedigster Fürst und Herr, E. f. g. dank ich in Unterthenikeit, daß sie also gnediglich für mich sorgen, daß sie nicht allein mich durch Schrifft erfordern, sondern haben auch den hochgelarten Herrn Doctor Andream Aurifabrum, meinen günstigen Herrn und Freund, mir zu gut anher gesandt, welchem ich derhalben auch für seine Person Dank sage.

Nachdem aber E. f. g. numehr wissen, daß ich auf den Weg von Brunswig auch auf Lünenburg gewesen,

der Meinung fort zu zihen, und daß ich nit hab können durch kommen, daß ich auch hernach gen Witeberg erfordert bin, ob durch Gottes Gnad der gefallen Universität widerum auf zu helffen, ist nicht noth solchs widerum zu erholen *). Es wird auch solchs alles gedachter Herr Doctor Andreas mündlich berichten.

Diweil nu dises Werk vorgenommen ist, die Universität widerum aufzurichten, und aber noch nit entlich vom Einkommen geschlossen, hanget die Sach noch ungewiß.

Darum muß ich des Endes erwarten und kann jetzund nicht abkommen. Auch habe ich ein nützlich Schulbuch, nemlich Dialecticam, im Druck.

So bald ich aber vernemen werde, daß man das Einkommen zur Universität nicht verordnen will, so gedenk ich auch davon zu zihen, und will mich alsdenn förderlich zu E. f. g. verfügen.

Wird aber das Einkommen gewilligt, so will ich gleichwohl, so bald es sein kann, nach Anfang der Lection ein Zeit nemen, mit Erlaubnis ein Reise zu E. f. g. zu thun. Mich jammert, so dise Universität Witeberg, die so viel schöner Arbeit gethan hatt, ob gleich auch menschliche Gebrechen darinn gewesen, nicht widerum aufgerichtet wird, Aber der allmächtige Gott erinnert uns also, daß wir auf Erden keine gewisse Herberg haben und sollen nach der ewigen trachten, daß auch die Kirche Gottes nicht an Jerusalem oder andere Städt gebunden sey, sondern an Gottes Wort.

Doch Gelegenheit diser Land und diser Zeit zu betrachten, kann ich nit anders gedenken, denn daß es nützlich und gut wäre, daß dise Schul, zu Einträchtigkeit der Lahr dienlich erhalten werde, dazu wolle der ewige allmächtige Gott Vater unsers Heilands Jesu Christi seine Gnad verleihen.

Zeitungen so viel wir jetzund gehabt, habe ich in beygelegter Schrifft verzeichnet. Der allmächtig ewige Gott, Vater unsers Heilands Jesu Christi, wolle E. f. g. trösten, stärken, erhalten und bewaren in seliger und fridlicher Regirung und wolle die bösen Practiken aller E. f. g. Feind verhindern, Amen, Datum Witeberg Sontags den 21. Tag Augusti Anno 1547.

E. f. g.
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

(Die Beilage fehlt.)

*) i. e. wiederholen.

No. 3981. 22. Aug.

Cruciger ad Academicos.

Scripta publ. Acad. Witeb. T. I. p. 188 b.

Rector Academiae Witeberg. Casparus Cruciger Doctor.

Oremus Deum aeternum patrem domini nostri I. C., ut in ira simul misericordiae recordetur et poenas mitiget. Non exhauriri dolor noster posset, etiamsi tantum flumen lacrymarum profundere possemus, quantum undarum vehit Albis, tanta multitudo calamitatum concurrit. Accesserunt ad caetera belli mala tristissima plurimorum domestica funera, et quod ominosum est, videmus insigni virtute et pietate praeditos praecipue extingui, quasi granis exemptis denuncientur aliae tristiores poenae siliquis. Heri honestissima matrona coniunx viri clarissimi domini doctoris *Benedicti Pauli* in invocatione filii Dei et inter vota, plena pietatis, ex hac mortali vita decessit, et ingentem dolorem ac ingens desiderium, hoc praesertim tristi tempore, marito, gravi annis et patri multorum liberorum et pleno sincerissimi amoris erga coniugem et liberos, reliquit. Huius dolore nos quoque adficiamur, et nos ipsos communium et nostrarum miseriarum cogitatione ad invocationem Dei et ad vera officia pietatis exuscitemus. Fiet hodie funus mortuae illi matronae hora tertia, ad quod convenire volumus eos, qui ad Academiam pertinent, quicunque nunc nobiscum in oppido degunt. Fuit ipsa matrona exemplum illustre pietatis et optimorum morum universae civitati, et cum in tota vita Deum veris officiis coluit, tum in ipso aditu mortis perspicua confessione fidei et invocatione sese filio Dei, domino nostro Iesu Christo, commendavit. Quare ab huius matronae moribus in vita, et a consolatione, qua ipsa sese erexit in morte, exemplum sumamus. Harum rerum cogitatio etiam lenire luctum marito, virtute et pietate praestanti, debet, cum quidem verissimam esse vocem filii Dei statuat: haec est voluntas Dei, ut omnis, qui credit in filium, habeat vitam aeternam. Hac nos consolatione confirmemus, nec depravari eam falsa interpretatione hostium Evangelii sinamus. Datae die 22. Augusti, anno 1547.

No. 3982. 24. Aug.

Io. Matthesio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 402. p. 443 b.

Phil. Melanth. ad Iohannem Matthesium.

Venerande vir et amice carissime. Scis quam gratum sit peregrinis, habere in iis locis, ad quae veniunt, aliquos proxenos seu patronos. Et melius est honestos hospites complecti. Ideo tibi interdum nostros commendo. Hic *Iohannes Thomas* Argentoratensis, noster auditor, vir doctus et honestus est. Ut eum isthic propter Theanas *) venientem amanter excipias te oro. Spero, eius conditos sermones tibi voluptati fore. De conventu Augustano quicquid habebis significa. Bene vale. Die Bartholomaei. Salutant te amanter et officiose *Caspar Creutziger* et reverendus dominus *Pastor* et M. *Paulus Eberus*.

No. 3983. 25. Aug.

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 449. (ed. Lond. lib. II. ep. 466.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Eadem hora, qua tuas literas accepi, in quibus significas te invitari ad *Viadrum*, simul accepi epistolam a *Michaele Northusano*, qui narrat expeti te a *Francofordianis* ad *Moenum*. Significabis igitur an velis, nos in eam rem incumbemus. In Academia tardae sunt deliberationes, non quia semper leviter curantur literarum negotia in aulis, sed quia nunc expectatio Conventus moram addet. Ego ipse cum *Paulo* profectus *Dresdam* 1) literas impetravi de inquirendis reditibus. Nunc *Conradus* Notarius Mansfeldiam 2) profectus est. Haec acta sunt postquam una fuimus. Si procedit instauratio Academiae, manebo apud has ruinas, quarum coniunctio diu studiis profuit; si non procedet, quaerenda erit alia sedes, si tamen vivam. Nunc enim valde labefactantur vires meae animi doloribus et occupationibus, quas habeo insuaviores, quam antea. Cum hic magna frequentia esset, caeteris scribere non potui, sed salutem vobis omnibus opto. *Carolo* Imp. dicitur liber de doctrina Ecclesiae a *Lovaniensibus* scriptus esse, quem putant propositurum esse tanquam normam doctrinae et concordiae. Sed omnino ratiocinor novum et magnum bellum fore in *Suevia* et Ecclesiis. Nuper Comiti *Ottingio* trucidati sunt agricolae fere ducenti. Uxor D. *Benedicti* honestissima matrona nuper hic extincta est, cum δυσεντερίᾳ per aliquot dies laborasset. *Ioachimus Camerarius* spem ostendit nobis sui reditus ad Academiam *Lipsicam*, sed nescio quid morborum admodum grassari *Lipsiae* dicitur. Bene vale et rescribe. Salutem opto D. *Hieronymo* nostro conterraneo et amico. Die 25. Augusti, quo ante annos 29 primum veni *Witebergam*.

*) [illegible], fortasse pro Dresd.

1) [illegible]

2) [illegible], qui solvendi erant Comitibus M[illegible]

No. 3984. 26. Aug.

Georg. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 391 sq.

Georgio Fabricio (gubernanti scholam Misnensem).

Magnum omnino decus est ingeniorum, vel potius humanae naturae, sanitas et elegantia orationis, cum suavitate coniuncta. Hae virtutes cum in scriptis tuis mirifice luceant, statim de valde amare coepi, postquam vidi ante aliquot annos tua scripta. Nuper autem in nostro itinere *) vidi, similem esse tuam in moribus elegantiam et suavitatem, quare te magis etiam amare coepi, voloque inter nos perpetuam amicitiam καὶ ἀδιάλυτον esse. Nunc igitur pro nostra amicitia te rogo, ut hoc tibi negotii imponi patiaris. Scribit Academiola nostra ad virum Clariss. D. *Georgium Cummerstadium* de rebus necessariis, et plurimum refert, nostras certo reddi literas, refert etiam, non insulse eas exhiberi. Nam illud Homericum saepe usurpo, quod et Pindarus laudat, ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ. Meum igitur tabellarium, ignotum istic, iussi tibi nostrum fa-

*) Cum Dresdam proficisceretur d. 12. Aug. h. a.

sciculum tradere, ac a te peto, ut per hominem fidelem et idoneum nostras literas exhiberi cures. Iussi autem expectare nuncium nostrum, donec scies, literas exhibitas esse, significabis igitur mihi, an literae sint redditae. Et tibi et fratri et *Cummerstadii* filiis mitto exempla Psalmi quinquagesimi. Bene vale. VI. KL. Septembris.

(*Χαῖρε πόλις etc. hos versus Fabricius Annalibus Urbis Misniae inseruit.*) (Nota Sauberti.)

Nr. 3985. 26. Aug.

Eberus ad Sitzingerum.

† Ex autographo Eberi in cod. Goth. 123. ep. 81. Addidi hanc epistolam, quia illustrat Melanthonis et Academiae restauratae historiam.

Huldrico Sizingero (Tubingae)

S. D. Etsi certi, quod scriberem de eo, quod te scire cupere praecipue credo, hoc est, de scholae nostrae restitutione, nihil habebam, tamen cum ex domino praeceptore et tabellario Suevo intellexissem, te nunc *Tubingae esse*, facere non potui, quin pro nostra coniunctione vel hoc saltem tibi indicarem, me in his oppidi nostri periculis Dei singulari clementia servatum esse cum coniuge et liberis. Scio enim, me a te diligi, et meam salutem tibi curae fuisse. De tua supellectile scribit ad te praeceptor; reliquorum res scito esse adhuc salvas in aedibus domini praeceptoris, a quibus aegre quidem sed tamen prohibiti, manus abstinuerunt *Caesaris* milites. Spes nobis ampla facta est a *Mauricianis* et ipso quoque duce instaurandae huius academiae, sed laboratur adhuc in conquirendis reditibus, qui academiae pro ablatis addantur. Ea res afferet studiis aliquam moram. Neque enim huc vel reverti possunt, vel redire volent collegae nostri, qui hactenus exularunt, prius, quam constituto certo fisco academiae scire possint, qua spe mercedis hic esse debeant, etsi quibusdam studiose trahi negotium hoc videtur propter indictum conventum, donec appareat, quae sit futura voluntas imperatoris de religione. Nobis molestissimum est hoc ignavum otium, et afficimur commiseratione iuventutis ex multis locis huc scribentis et conquerentis de dissimili ratione studiorum in aliis academiis, et anxie sciscitantis, quando inchoaturi simus hic lectiones publicas, cui nos nihil certi respondere posse valde dolemus.

Dominus *Philippus* iam ferme mensem hic nobiscum fuit, ut absolveret dialecticen, opus profecto eruditum et plurimum profuturum studiis universis. Sed ab illo labore saepe avocatur molestissima occupatione scribendarum literarum, qua hic vir suo quodam quasi fato paene conficitur. Excruciatur deinde etiam acerbissime sermonibus quorundam, reprehendentium eius consilium, quod huius scholae instaurationem sub hoc principe sua praesentia adiuvet; cuius tamen consilii sui habet rationes pias et graves, quas te, nisi scirem pro tua sollertia intelligere, hic adponerem. Sed Deum coniunctis votis oremus, mi Huldrice, ut et praeceptorem nostrum, natum piis studiis excitandis et propagandis, ecclesiae et universae rei literariae conservet et tueatur, et scholae ruinas sarciat, et pacem politiis et ecclesiis piam et salutarem restituat.

Haec pro nostra amicitia confabulari tecum volui, cum quo coram memini me multa de magnis saepe rebus conferre. Te spero vicissim ad me de tuis studiis et rebus communibus aliquid scripturum; certe id ut facias te amanter rogo. Peto etiam, ut quam officiosissime salutes M. *Davidem* [1]), doctissimum iuvenem, et si qui alii isthic sunt ex nostra schola mihi familiariter noti, quos omnes opto feliciter isthic degere, et in studiis successus habere.

Salutat te mea coniunx et *Paululus*, *Bartholomaeus* [2]) iste Cygneus, qui praeceptorem huc est comitatus. Datae Wittenbergae die Augusti 26., anno 1547.

Paulus Eberus.

No. 3986. 27. Aug.

Ulr. Sitzingero.

Strobelii Melanchthoniana p. 142. Apographa in cod. Goth. 191. p. 78. cod. Goth. 401. p. 56. et cod. Monac. 88. IV. p. 121.

---

1) *Chytraeum.*

2) *Barth. Lasanus.*

Honestissimo viro, eruditione et virtute praestanti, Ulrico Sitzingero, amico suo chariss. in Academia Tubingensi,

S. D. Carissime *Ulrice.* Quum toties audieris nos et enarrare et praedicare dulcissimas disputationes Aristotelis, τὴν ἰσότητα in officiis iustitiae requirentes: si ipse eam negligerem, merito vituperarer. Memini autem te ita apud nos vivere, ut cum erga omnes in omni officio diligentiam praestiteris, tum vero me singulari pietate colueris. Quare iustissimum est, ἴσά σοι ἀποδοῦναι. Nec vero simulari diu amor potest. Ex multis autem signis animadvertere potuisti, te a me valde et vere diligi. Nec hanc benevolentiam haec [1]) locorum intervalla mutabunt. Quare te et esse et fore mihi carissimum scias [2]). Post tuum discessum epistolas aliquot accepi tuas, ac tibi pro assiduitate illa gratias ago. Solis fuligo [3]), quam Erphordiae vidisti, ubique spectata est per totam Germaniam [4]). Testatus est sol ipse, lugere se calamitatem principis boni et benemeriti. Fortassis et caligo illa novas Ecclesiae tenebras significat [5]). Longa est Odyssea nostri exilii, postquam ex Servesta discessimus, ubi [6]), scito [7]), res vestras adhuc integras esse. Nuper enim ibi convenimus ego et ceteri Professores, qui adhuc sunt *Stendaliae.* Mea familia adhuc est in iugis Harcyniis [8]) in oppido *Northausen.* Ego huc accersitus sum ad deliberationes de Academia, quae propter conventum fortassis erunt tardiores, de quo velim, te mihi saepius scribere. Arbitror enim, te posse literas Norimbergam mittere. *Ioachimus Camerarius* nobis spem ostendit reditus sui in Academiam Lipsicam [9]). Ego, si vivam, etsi ad aliquot Academias invitatus sum, tamen in patria vivere malim [10]). Nunc recudo Dialecticam propter utilitatem adolescentiae. Bene vale, 6. Cal. Septemb. [11]). Salutem opto fratri et *Ioanni Iacobo* [12]). 1547.

Phil. Mel.

1) *haec* non habet Strob.

2) Cod. Goth. 191. *statuas.*

3) Cod. Goth. 191. *caligo.*

4) Sleidan. lib. 19. p. 577.: „Quo tempore Caesar prope Misenam accessit (d. 22. Apr.) deinde, postridie, et eo die, quo flumine transmisso pugnavit, et aliquot post diebus, solis adspectus valde tristis fuit, obscurus, pallidus et veluti caligine quadam circumdatus. — — per Galliam etiam et Britanniam id fuit observatum."

5) Codd. *significat*; Strob. *significabit.*

6) Cod. Goth. 401. *ibi.*

7) Cod. Goth. 191. *scio.*

8) *Herciniis* cod. Goth. 191.

9) Verba: *Nuper enim ibi — — Acad. Lipsicam* in cod. Goth. 401. praetermissa sunt.

10) Hic finitur apographon in cod. Goth. 401.

11) Dies et mensis non habentur in codd. praeter Monac.

12) *Salutem opto* etc. tantum in cod. Monac. 88.

No. 3987. 29. Aug.

Ge. Maiori.

Epist. lib. V. p. 343 sq.

Georgio Maiori (Merseburgi)

S. D. Reverende vir, et charissime frater. Si quid esset ἀξιόλογον in literis Anglicis, non reliquissem eas Witebergae: Sed *Lascius* misit scriptum περὶ δείπνου Κυριακοῦ, nec aliud quicquam est in literis. Mihi vero scribitur, *Osiandrum* quaerere locum in Anglia, sed adversantur nonnulli, quorum iudicia ibi non arbitror contemni. Curabo tamen, ut huc mihi mittatur libellus ille cum literis, et ut ad te perferatur. † Si, ut aliquando futurum existimo, de Ecclesiis deliberatio communis in Germania instituetur, et non erit fucoso animo, optarim et illos prodire, qui nunc adversus nos debacchantur in conviviis. Sed Deo commendemus has nostras aerumnas, et recta doceamus" *).

Nuncium vestrum dimisimus, quia Doctor *Laurentius*, ad quem literas attulit, non aderat. Ego ei, cum redierit, literas exhibebo. Aderit enim ante *Dresdensem* Conventum: ad quem ipse quoque profecturus est. Has literas scripsi, cum iam *praefationem in Haggaeum* in manibus haberem, et disputarem cum *Paulo* περὶ χρονολογίας. *Funccius* Darium intelligit, filium Hystaspis, nos Artaxerxem Longimanum esse hunc Darium existimamus; cuius fit mentio in Haggaeo: quia iam aedificatio inchoata erat. Sed haec coram. Bene vale. Die 20. Augusti, quo Alexander Thebas coepit ante annos 1888 **).

Philippus.

*) In hoc anno (vid. supra epp. d. 25. Iul.) error est; nam scripta esset epist. 1554., quum tamen, ut ex commemoratione Osiandri et tota serie epist. intelligatur, scripta sit anno 1552.

**) Addit A. D.

No. 3988. 29. Aug. (1. Sept.)

Casp. Aquilae.

Select. epist. p. 449. Iterum lib. I. ep. p. 277. (ed. Lond. lib. I. ep. 95.). — Apographa in cod. Goth. 191. p. 62., in cod. Bavari I. p. 684. et in cod. Monac. 90. No. IV. p. 155 b.

D. Casparo Aquilae, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Salfeld [1]).

S. D. Cum spes ostensa esset instaurationis Academiae nostrae [2]), meque vehementer obtestarentur collegae, ut redirem, moverunt me Academiae nomen, coniunctio collegarum, solitudo et moestitia huius Ecclesiae, in quam antea multae gentes intuebantur, ut huc accederem. Videbatur enim [3]) singulare beneficium Dei esse, quod oppidulum nostrum non funditus deletum esset, iudicabamque alterum Dei beneficium fore, si etiam alveoli scholae restituerentur. Cum autem sciam, mihi atrociter maledici a multis [4]) propter hunc meum reditum, nihil respondeo, nisi precari me, ut meo dolori venia detur. *Aeger animus semper errat*, inquit Ennius. Fuit igitur in hac tanta moestitia mea fortassis animus meus avidior coniunctionis veterum amicorum, quibuscum in societate honestissimi laboris tam diu vixi. Fieri etiam potuit, ut spei plus habuerim, quam pro temporum conditione sperandum erat, de instauratione Academiae, quae an processura sit, adhuc dubium est. Certe nec voluptates nec opes quaesivi. Vivo hic meo sumptu ut hospes [5]), et versor in communi luctu et precatione, nec mihi dies ulla sine lacrymis abit. Si procedet instauratio, spero profuturum esse Ecclesiis harum regionum. Si non procedet, tum demum in nova exilia distrahemur. Nec mirum est, nos, ut amantes, huic distractioni moram aliquam quaesivisse. Qui hoc meum erratum sic exaggerant, quasi [7]) doctrinam abiecerim, suo more iniuriam mihi faciunt [8]). Qui utinam sua etiam errata reputarent [9]). Amicos autem oro, ut vel propter amicitiam iudices sint mitiores, praesertim cum hoc iter meum nihil nocuerit Reipublicae. Edo hic libellum puerilem, sed, ut spero, profuturum discentibus. Nam ita retexui dialecticen, ut pene integram artem [10]) complexus sim, et illustravi exemplis, quae in Ecclesia extare utile est.

Nunc ad tuam epistolam venio, quam ad reverendum virum D. *Pomeranum* scripsisti. Pindarus inquit [11]): *maledicta obsonium esse in conviviis.* Adeo vetus consuetudo est maledicendi. Sed nec spargere [12]) calumnias, nec eis credere, re non explorata iustum est [13]): deinde multo tristius est, totam Ecclesiam contumelia afficere quam paucos. Quod autem illi, de quibus scribis, aiunt, hic dissentire concionatores, hanc Ecclesiam, quae alioqui in magno luctu est, manifesta iniuria afficiunt. Una et consentiens vox Evangelii in hac Ecclesia, in oppido Witeberga Dei beneficio sonat, ut sonabat ante bellum. Et fere singulis septimanis ministri Evangelii hic publica ordinatione confirmati mittuntur ad vicinas regiones: hac septi-

---

1) In cod. Monac. 90. inscribitur: *Valentino Trotzendorfio.*

2) *nostrae* Peuc. non habet.

3) Peuc. *Videbam etiam*; mendose.

4) Haud dubie Wimariae et in vicinia, quare causa intelligitur, cur Mel. tam prolixe ad Aquilam ea de re scripserit.

5) *ut hospes* Peuc. et cod. Monac. 90. non habent.

6) *esse* Peuc. non habet.

7) *quasi* codd.; sed Peuc. *tanquam.*

8) *iniuriam m. faciunt*] Sic codd., sed Peuc. *suo more calumniis delectantur.*

9) *reputarent*] Peuc. *cogitarent.*

10) *artem* Peuc. non habet.

11) Pro verbis: *Pindarus inquit*, et quae sequuntur usque ad finem, codices Gothani tantum haec habent: „Scio, te non delectari fabellis, quas narrari istic scribis. Sed auctores, qui spargunt istas calumnias, graviter laedunt et nos et Ecclesiam huius oppidi, alioquin oppressam dolore. Una et consentiens vox Evangelii adhuc in oppido nostro sonat Dei beneficio, et mittuntur hinc singulis septimanis ministri aliis Ecclesiis. Colimus etiam vera pietate et reverentia captivum Principem optime meritum, et pro eo publice et privatim ad Deum precationes facimus. Denique mentes erga Ecclesiam Dei et erga Principem et doctrinam in nobis nondum mutatae sunt, nec mutabuntur. Nec quenquam in hoc tristi oppido audimus male loquentem de altera aula. Quare te oro, ne calumniis, quae contra nos sparguntur, credas, et potius misericordia adficiaris nostrae Ecclesiae, quae in magno luctu et moerore est. Ego nondum scio, ubi Deus in hac mea senecta mihi hospitium concessurus sit, in quo aliquanto post sepeliar. Nostri doctores D. *Pastor*, et *Cruciger* et *Rorarius* tibi salutem optant. Bene vale. Kalendis Septbr. 1547.

Magister *Sebastianus*, collega meus, copiosius narrare potest statum huius oppidi nostri.

Phil. Melanthon."

De causa huius diversitatis quid statuam non habeo. Scripsitne Melanthon binas eiusdem argumenti epistolas vel ad Aquilam per diversos tabellarios missas, vel alteram Aquilae alteram Trockendorfio inscriptam? — Estne fortasse Peucerus ausus, epistolam amplificare, an vero auctores codicum Gothanorum sunt usi apographo, ubi posterior pars epistolae contracta fuit? — Definire nolo.

12) *nec spargere*] Cod. Monac. 90. *viros graves neque spargere.*

13) Cod. Monac. 90. praetermittit: *re non explorata*, et pro *iustum est* habet: *decet.*

mana sex pii et docti viri hinc ad vicinas regiones missi sunt, qui omnes, ut olim profitentur, se vocem Evangelii puram tradituros esse suis auditoribus. Et ante exploratur eorum eruditio, ut antea. Res ipsa ostendit, in nobis nec mentem nec sententiam de doctrina mutatam esse. Publice etiam et privatim fiunt precationes pro captivo Principe. Nec audimus quenquam hic male loqui de captivo Principe, nec paterentur id huius oppidi magistratus. Valde igitur te oro, ne credas iis, qui nos aut Ecclesiam huius oppidi calumniis deformare student, quarum quidem spero refutatorem etiam Deum fore, qui liberabit nos a venenatis linguis. Constanter docet *Ionas* in Ecclesia Hallensi, et nihil ad quenquam scripsit inhonestum. Ego vero pietate et reverentia colo Principem captivum, et quotidianis lacrymis et precibus eum Deo commendo, ac Deum oro, ut liberetur ac regatur. Haec cum sint verissima, miratus sum vanitatem illius, quisquis fuit, qui mihi tantam crudelitatem tribuit, ut dixerit, me etiam precationem prohibere: sed Deum oro, ut Ecclesiam suam servet ubique, et nos alioqui afflictissimos liberet a talibus calumniis. Bene vale. Die 29. Augusti [1]), quo die celebratur memoria necis Iohannis Baptistae, quae nos commonefacit de docentium aerumnis. Feramus, ut ille tulit, miserias, et Deo nos commendemus. Novi a quibus orian tur hae fabulae. Haec scripsi meo et D. *Pastoris* et *Crucigeri* nomine, qui tibi salutem optant.

No. 3989. **30. Aug.**

Iohanni ministro.

Epist. lib. II. p. 589. (ed. Lond. lib. II. ep. 619.).

Iohanni Ministro suo (tum Nordhusae versanti cum familia Melanthonis)

S. D. Charissime *Iohannes*, Oro Deum vitae fontem, ut tibi corporis et animae vires conservet, ac valde te adhortor, ut victus et valetudinis tuae causa ad nos venias. Magistri *Caspari* reditum expecto, aut certe literas, ut de tua valetudine certiora cognoscam. Vellem te vino uti et sumptus non metuere. Audio brevi futurum, ut milites istinc abducantur. Et conventus *Dresdensis* nunc quidem spem pacis, Dei beneficio, ostendit, quae utinam sit diuturna. *Carolum* Imperatorem audimus rediisse *Augustam*. Bene vale, 30. Augusti.

1) Cod. Monac. 90. *die* 27. *Aug.*, ex mendo.

No. 3990. **31. Aug.**

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 671 sqq.

Michaeli Meienburgio, consuli North.

S. D. Etsi ratiocinabar vos iam ad Conventum profectos esse, praesertim cum vicinos Comites scirem iter ingressos esse, scripsi tamen, ac maluissem ipse istuc accurrere, nisi me Typographi retinerent. De Ecclesia vestra, quamprimum ad Albim redii, suscepi curam quaerendi idonei Pastoris. Et ostenderat quidam vir, doctus et honestus, *Magister Georgius Stal* *), se iturum esse ad vos. Dedi igitur ingredienti iter literas ad vos. Sed post tres septimanas rescribit, se in morbum incidisse, et postea a Principe *Anhaltino Wolfgango* rogatum, ne ex sua Ecclesia discederet, ut ostendent literae, quas his adiunxi. Postea igitur alium quendam hortatus sum ad vestrae Ecclesiae gubernationem suscipiendam sed et hic retinetur a suis. Redii igitur ad *Andream Hebergensem*, quem audivistis, et gravitatis, modestiae et eruditionis laudem habere eum iudico. Hic etsi vocatus est ad Aulam Torgensem, tamen vobiscum mallet esse, et promittit, se serviturum Ecclesiae vestrae, sed ita, ut detur stipendium aurei centum et viginti, et frumentum, de quo nuper facta est mentio, videtur petitio non absurda. De *Milichio* et ipse orat, et oro ego, quantum potestis, detis operam, ut Francofurdianus Senatus eum conducat tanquam Medicum. Stipendium si erit mediocre, non habebit longam disputationem. Quaeso, pro vestra humanitate, ut hanc rem diligenter curetis.

Conventus, ut ego ratiocinor, nova bella accendet in Suevia, et in Saxonia. Deus servet reliquias Ecclesiae suae, et servet vos et honestissimam coniugem vestram, et dulcissimos liberos. Dialectica absoluta ad vos, Deo iuvante, redibo. Bene et feliciter valete. Pridie Calend. Septemb. 1547. Philippus.

*) In epist. scripta d. 20. Aug. vocatur Georg. *Schnell.*

No. 3991. 31. Aug.

Erasmo Benedicto.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [1].

Erasmo Benedicto.

S. D. Carissime *Erasme.* Non dubito patriam tuam, totam videlicet Silesiam, una voce optare et flagitare instaurationem Academiae nostrae, a qua videt ornatas esse Ecclesias suas et tam multa ingenia exculta in tota vicinia optima doctrina coelesti et philosophica. Nuper hic fuerunt fratres *Aurifabri*, Doctor *Andreas* et Magister *Ioannes.* Causa tam longi itineris Doctoris *Andreae* haec praecipue fuit, ut me adduceret ad littus Balthicum. Sed si procedet instauratio alveolorum, ab his collegis non discedam, quorum coniunctio studiis profuit. Et si procedet, *Cingulario* locus apud nos erit, quod ei dici volo. Si vir clariss. d. *Michael* consul *) ad conventum profectus est, literas ei mittito. De Ecclesia et ad ipsum et ad te scribo, ut ex pagella addita intelligis. Nescio an absente d. *Michaele* agi de ea re cum aliis prosit. Sed vos deliberabitis. Bene vale et rescribe. Prid. Cal. Sept. Salutem opto honestissimae matronae coniugi D. *Michaelis* et dulcissimis liberis. Dominus vos servet incolumes.

No. 3992. 1. Sept.

Ioanni Camerario.

Epistola nuncupatoria in Mel. Erotemata Dialectices. Witteb. 1547. 8. 1 Alph. (vid. *Strobelii* Biblioth. Melanth. No. 310.). Hanc editionem non vidimus. Descripsit epistolam *Lunsius* ex editione hac: Erotemata Dialectices, continentia fere integram artem, ita scripta ut iuventuti utiliter proponi possint, edita a Phil. Mel. post tertiam editionem. Lips. ex offic. Valent. Papae. 1549. 8. — Recusa Witebergae 1550. 8. et 1552. 8. — Argentorati 1574. — Lips. 1580. 8.

Ioanni Camerario, filio viri clarissimi D. Ioachimi Camerarii Philippus Melanchthon

S. D. In tenui labor est, at tenuis non gloria, ut *Virgilii* verbis utamur, recte didicisse Dialecticen, et ad metas artis ita adsuefactum esse, ut in explicatione rerum cognitione dignarum sequi lineas quasi praescriptas ab arte possis, ut sit explicatio vera, propria, simplex, perspicua, certa et firma: deinde ut iudicare possis deerrantes ab his metis et refutare, ac tanquam in viam et intra septa revocare. Nec si sine literis et hac puerili doctrina aliqui ingeniosi homines in multis controversiis naturali luce vident argumentorum fontes et membrorum connexiones, ac multa artificum similia facere possunt, propterea ars negligenda est. Nam illa ingenii celeritas non est omnium communis, sed multo plura sunt mediocria ingenia, quae, nisi excolerentur arte, in perpetuis tenebris manerent. Deinde etsi sunt ingentia bona ingenii acumen, rectitudo et dexteritas: tamen duo sunt summa artis opera, quae ne ingeniosi quidem sine doctrina et sine literis efficere possunt: quorum prius est videre causas certitudinis, cur firmae sint sententiae, quas amplectimur, et cur necesse sit cohaerere ea, quae contexímus. Alterum est refutare imposturas monstratis locis mendosis et causis imposturarum, ac membra argumentorum distinguere artium appellationibus, quasi non fallentibus notis, ut his vinculis adversarius, tanquam Proteus captus, teneri se constrictum sentiat, deducaturque ad extremum ad normas certitudinis, quae κριτήρια vocantur, ubi se convinci et condemnari divina voce agnoscat. Nam normae illae, experientia, principia, intellectus consequentiae, sunt revera vox divina: et his addimus doctrinam Ecclesiae divinitus traditam, ut suo loco dicemus. Ita pictor ingeniosus et usu peritus, etsi umbras saepe recte pingit, tamen sine Optica causas non videt, nec aberranti errata monstrare potest. Etsi igitur magna vis est naturae, tamen opera quaedam propria sunt artificum, quae ineruditi facere non possunt. Saepe et hoc accidit ingeniosis, ut vel fiducia sui, vel blandientes ingeniis suis evagentur longius in disputando, et ludant praestigiis, et falsas opiniones defendant et confirment, ut Academici, Arcesilas, Pyrrho, et alii nimium sibi indulgentes fecerunt: nec caeteris aetatibus exempla desunt. Necessariam igitur artem esse, non dubium est, quae et mediocria ingenia erudiat et adiuvet, et excellentia regat et intra metas coerceat, ac ad quaerendam ac amandam certam veritatem assuefaciat. Sed quid disputo, an arte opus sit? Si qua esset auctoritas mea, multo magis obiurgari a me contemtores doctrinae, quam disputatione refutari deceret. Nam contemtus artium non ingeniorum praestantiam, sed barbaricam feritatem significat. Prorsus enim

---

*) *Michael Meienburg*, consul Northusan.

ut in moribus legum vincula effrenes naturae oderunt, ita artium praecepta, tanquam carcerem, multi fugiunt: et ut in vita licentiam omnibus cupiditatibus concedi volunt, ita in religionibus, in philosophia, in foro, amant infinitam libertatem, perniciosam et ipsis, et Ecclesiae Dei, in defendendis ac reiiciendis opinionibus. Etsi autem tales naturae petulantes non moventur nostra admonitione, quorum ingenia moderatiora sunt, non deserenda sunt. Hos et adhortor, et propter gloriam Dei ac propter Ecclesiae salutem obtestor, ne Dialecticen negligant, nec applaudant insulsis sermonibus eorum, qui vituperant eam, et Ecclesiae inutilem esse clamitant. Sed credibile est, ante hoc tempus venisse Dialecticen in contemtum et in odium, propterea quod non ars, sed obscura quaedam artis umbra, tradebatur, imo labyrinthi inextricabiles proponebantur, quos ne doctores quidem intelligebant: ac tantum aberat, ut iuvare ingressos in alias artes possent, ut potius et illarum corruptelae essent. Ego veram, incorruptam, nativam Dialecticen, qualem et ab *Aristotele*, et aliquot eius non insulsis interpretibus, ut ab *Alexandro Aphrodisiensi* et *Boëtio* accepimus, praedico. Hanc affirmo non modo in foro et in iudiciis, aut in philosophia, sed etiam in Ecclesia valde utilem esse. Ac, ut de Ecclesia nunc dicam, res ostendit in libris divinitus traditis de Deo, de voluntate Dei, de lege, de peccato, de evangelio et aliis vicinis locis proponi amplissimam doctrinam. In hac si quis dicet nihil definiendum, nihil distinguendum esse, non ostendendum esse discrimen inter humana iudicia et sententias ex arcano sinu aeterni Patris prolatas supra et extra conspectum humanae mentis, nec viam aut ordinem adhibendum esse in explicatione, hoc vere erit, ut dicitur, toto coelo errare. Imo Dialectica opus est, non solum ut doctrina lucem habeat, sed etiam ut sit concordiae vinculum. Ut enim sit una et consentiens vox docentium, necesse est tenere doctrinae summam inclusam artium septis, proprio sermone et ordine comprehensam. Nam cum his repagulis artium effractis doctrina improprio sermone, sine ordine, sine definitionibus, sine distinctionibus spargitur, discordias sequi necesse est, cum dictata alii aliter et accipiant et reddant. Retineri ergo Dialecticen in Ecclesia necesse est: sed sit erudita, verecunda, gravis, amans veritatis, non sit garrula, non rixatrix, non praestigiatrix. Nec deterreamur a Dialecticae studio propterea, quod scripserunt aliqui, Dialecticae armis veritatem a pravorum dogmatum auctoribus labefactatam esse: haec enim non est artis, sed malorum ingeniorum et pravae institutionis reprehensio. Sit, ut in aliis studiis natura recta et veritatis amans et artem sobrie discat, eamque modeste et graviter ad inquisitionem et illustrationem veritatis adhibeat: non exerceatur sophistica, non amentur captiones et praestigiae, ut multae pravae naturae similes Autolyci, Sisyphi, Eurybati et aliorum impostorum delectantur ludis captionum et calumniis. Et horum similes fuisse et esse multos malorum dogmatum mangones, ut ita dicam, satis apparet, qui nequaquam Dialectici sunt aut fuerunt, sed potius Sophistae seu impostores, et non solum aliarum doctrinarum, sed etiam Dialecticae depravatores. Ut numerorum notitia et donum Dei ingens est, et valde necessaria hominum vitae: ita veram docendi et ratiocinandi viam sciamus Dei donum esse, et in exponenda doctrina coelesti et inquisitione veritatis in aliis rebus necessariam. Ideo et Paulus, cum iubet in docendo recte partiri sermonem coelestem seu ὀρθοτομεῖν, ut ipse loquitur, postulat certe adhiberi curam discernendi membra doctrinae diversa, ut Legem, Evangelium, Philosophiam, Politicam gubernationem et alia multa. Idque verbum ὀρθοτομεῖν a ritu sacrificiorum sumtum esse apparet. Non enim licebat victimarum carnes quoquo modo lacerari, sed certae partes Deo cremandae erant, ut adeps, lumbi, et cauda: certae erant sacerdotum, ut pectus et harmi. Erat igitur ars partiri membra, quia voluit Deus haec ipsa exercitia commonefactiones esse de rebus maioribus. Pectus et harmos sacerdotibus attribuit, non solum quia ea membra, cum plus carnis habeant, et magis thorosa sunt, plus cibi suppeditant, sed etiam quia pectus significat sapientiam, harmi baiulos. Antecellere autem sacerdotes eruditione et sapientia oportet, et ingens onus gubernationis praecipue sustinere. Cauda Deo cremabatur, ut significaretur ad hunc finem omnes actiones referendas esse, ut Deus celebraretur. Sed omitto longiorem enarrationem huius ritus. Haec enim eo tantum commemoravi, ut de Paulino verbo ὀρθοτομεῖν, a sacrificiis sumto, iuniores admonerem. Ut autem hostiae certo modo secandae erant, ita certa ratione sententiae coelestes distribuendae sunt, cuius rei via cum in sola Dialectica proprie traditur, haec ars tanquam culter huius partitionis exis-

Hortaberis autem Principem *Georgium* *), ut scribat ad Electorem Saxonicum, ne sinat hanc Academiam collabi. Prodest Ecclesiis et studiis, servari hanc doctrinae sedem. Bene vale, et rescribe. 5. Septembris.

Tuis filiis utile opus Dialecticen recudo.

Philippus.

No. 4009. 5. Septb.

Alex. Alesio.

Edita a Ballenstaedt. I. ep. 5. Apogr. in cod. Guelph. in 4to. 20. 15., cod. Monac. II. p. 175 b. et cod. Monac. 89. p. 4 b.

Viro optimo D. Alexandro Alesio, Scoto, Docenti Evangelium in Academia Lipsiensi, amico suo

S. D. Carissime Alesi. Etsi nondum prorsus est tranquillitas in Germania, tamen cum ad Albim essent castra, colloqui per epistolas de nostra amicitia et [1]) sententiis solebamus. Nunc quum minus hic sit tumultuum, silentium tuum miror. Meus certe animus idem est, qui fuit antea; non doctrinam, non amicitiam mutavi, nec mutabo. Quaeso igitur, ut mihi scribas. Mitto tibi miram de *Polo* [2]) historiam, qui, ut *Iulianus*, abiectis studiis, ad regnum adspirat. Quaeso rescribe. Ego dialecticen recudo, quum tibi placituram spero. B. V. d. 5. Septbr. 1547.

Ph. M.

No. 4010. 5. Septb.

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 204. (edit. Lond. lib. II. ep. 196.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime Princeps, *Non idem valet Oratio dicta a Principe viro, et ab homine abiecto,* ut Euripides inquit. Ego nec gratia nec autoritate apud *Granvellum* valeo. Plus valebit epistola nomine C. V. ad eum scripta. Talem igitur composui, de qua tamen pro arbitrio vestro statuetis. Ad meum conterraneum *Obernburgium* scripsi, et tamen scio eum meas literas aliis ostendere. Utinam vere hoc facerent illi summi gubernatores, ut calamitates generi humano sua moderatione lenirent, quod cum fit, divinum est. De Academiae nostrae instauratione spei nihil est, nisi sua liberalitate Dux Elector attribuet novos reditus. Prodest Ecclesiis et studiis, servari hanc doctrinae sedem. Id optarem C. V. ad Electorem scribere. Velim etiam de *Iona* eum orari, ut clementer respondeat, se remittere offensionem. Bene valeat Celsitudo Vestra, 5. Septemb. Edo nunc Dialecticen, quam valde profuturam discentibus spero.

No. 4011. 6. Septb.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 287 sq.

Christophoro Pannonio.

S. D. Charissime Christophore. Malim de nostris studiis ad te scribere, quam de Conventu *Augustano*, sed quoniam petis, ut de eo aliquid significem, scito, finem esse deliberationum *περὶ συνόδου τῆς ἐν τριαίνῃ*. Nam Principes et ordines assentiuntur omnes *τῷ αὐτοκράτορι*, dicenti illud Homericum, *ἐμοὶ δὲ καὶ ταῦτα μελήσεται, ὄφρα τελεύτο.* Misit igitur *αὐτοκράτωρ* ad Romanum Pontificem Legatum, Cardinalem, Episcopum Augustanum *), nescio, quam sententiam expositurum Pontifici, fortassis ut audiantur nostri. Sed haec ipsa consilia bellis Helveticis et Saxonicis impedientur, ut multi ratiocinantur, *τῆς τριαίνης* nomine moveor, quae Ecclesiam in tres sectas distractam conatur in concordiam redigere. Sed in Apocalypsi scriptum est, *τὴν Βαβυλῶνα* ruentem in tres partes dividi, qua de re saepe ante multos annos cogitavi. Sed inter has dilacerationes ut Deus servet aliquas verae Ecclesiae reliquias, et honesta ac tranquilla studiis doctrinae

---

*) Anhaltinum, Episcop. Merseburgensem. Maior illo tempore commorabatur Merseburgi.

1) Ball. *ex.*

2) „*Reginaldus Polus*, purpuratus hic innuitur, qui, quoniam Stirpi regiae Eboracensi cognatione innexus erat, nuptias *Mariae*, Angliae Reginae, ambiisse, et, si ea non recusasset, in spem regni venisse dicebatur." (*Ballenst.*). Vid. etiam ep. ad Fabricium d. 4. Septb. h. a.

*) Serius misit non episc. Augustanum, sed episc. Tridentinum Cardinalem, Madruzzi, ad Papam.

inquit Theognis. Nostros evertit insolentia. Arbitror idem eventurum iis, qui nunc superbe victoria utuntur. Erit et conventus *Augustanus* novi belli classicum, praesertim si Mysteria illa *Grudiorum*, seu, ut alii narrant, *Groperi* proferentur, munita edictis hasta *Caroli* scriptis. Saepe hoc tristissimo tempore intuens dissipationem Ecclesiae toto orbe terrarum, et principum ac docentium distractiones, in ipsis precationibus illam Pauli vocem repeto, ut velit Deus *πάντα ἀνακεφαλαιώσασθαι ἐν τῷ χριστῷ.* Arbitror enim et ipsum Apostolum hoc usum verbo, contemplantem generis humani distractiones horribiles et infinitas, quod tandem ad unum caput adglutinabitur, quod ut cito fiat, toto pectore opto.

Confessionem Augustanam eo te in graecam linguam transfundere gaudeo, quia pro nostris horride scriptis, habebunt studiosi tua illa nitidius scripta, et legent plures. Te tamen optarim brevia illa *κεφάλαια* longiorib. explicationib. ornare. Nemo tunc nos adiuvabat. Et erat non exigua confusio disputationum. Nunc aliquanto aliter res easdem instituerem, et recitarem quaedam prolixius.

Tuam *κατήχησιν* quam ante annos aliquot inchoasti, absolvi admodum utile esset.

De meo reditu ad Albim quid scribam? sermones scio insuaves spargi, sed brevi hac molestia ut spero liberabimur. Frustra enim quibusdam videtur ostensa esse spes instaurationis, quoque utuntur nostri collegae firmissimo argumento, eo fortassis ledimur, qui prodesse dicunt Ecclesiae, servari hanc doctrinae sedem. Profecto in hac vicinia, si hic nulla erunt doctrinae studia, barbaries Ecclesiarum seu vastitas tristissima erit. Nec raro venit in mentem vaticinii undecunque est, quod ait *τοὺς μυσοὺς ἐθνικίσειν*, quod Deus prohibeat. Si non procedet instauratio Academiae, de meo exilio tecum deliberabo, non cum illis, qui me suo arbitrio, odia exercere volunt, quasi ipsi nihil peccarint. Ubicunque autem ero, veri Dei invocationem et eandem doctrinae vocem circumferam, quam sonant nostri libelli. Typographus socer *Andreae Aurifabri* Medici ut spero, ex Prussia brevi litteras a filio afferet. Bene et feliciter vale. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi te et honestiss. coniugem tuam et dulciss. liberos servet incolumes Cal. Septemb.

Phil. Melanth.

No. 3994. 1. Sept.

Georg. Otmanno.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54¹.

Eruditione et virtute praestanti Magistro Georgio Otmano, συμφιλοσόφῳ et amico suo.

Doctissime Georgi, non dubito te naturae tuae bonitate moveri, ut pecuniam, sicut scribis, miserae illi missurus sis: sed tamen quod ea in re mei etiam rationem habere te scribis, delector amore erga me tuo, tibique gratiam habeo, ac inter nos perpetuam amicitiam esse volo. Honestum est, nos, qui virtutis doctrinam colimus, etiam virtutis officia inter nos colere et amicitia coniunctos esse: id et paci publicae utile erit aliquando. Illud antem te oro, ut de toto negotio, de quo scribis, magis in consilium adhibeas tuam *φιλοστοργίαν* quam *ἀκριβολογίαν δικανικήν.* Scis illud Euripideum, quod convenientissimum est tuae humanitati: *τὰς χάριτας ὅστις εὐγενῶς χαρίζεται, ἥδιστον ἐν βροτοῖσιν.* Bene vale et nos ama. *Illyricum* scito Brunswigae esse, et arbitror ibi hanc hyemem eum mansurum esse. Iterum vale. Cal. Septb.

Philippus Mel.

No. 3995. 1. Sept.

Sebaldo et Leonhardo, Münsteris.

† Ex apographis in cod. Lang. p. 21. Cod. Goth. 191. p. 77. et cod. Zelt. Dresd.

Honestis et eruditis fratribus Sebaldo ac Leonhardo Munsteris, filiis suis carissimis in urbe inclyta Noriberga versantibus.

Carissimi filii [1]). Cum in ea sitis urbe, quae vos non tantum [2]) doctrina erudire, sed etiam honestis exemplis instituere potest, ut de Athenis Cicero dicit [3]), et dulcissima consuetudine patrui [4]) et sanctissimae amitae [5]) vestrae fruamini, meum consilium est, ut nondum ex patria [6]) discedatis.

1) Melanthon tutor erat filiorum Munsteri.
2) Cod. Goth. 191. *solum.*
3) Cod. Goth. 191. *dixit.*
4) Cod. Goth. 191. *patris.*
5) *amitae*] cod. Dresd. *aviae.*
6) Cod. Lang. *patruis.*

praesertim cum isthic schola sit par cuivis academiae. Auditis mathemata, doctrinam Ecclesiae, linguae graecae interpretes viros doctissimos, *Ioachimum Camerarium* et D. *Michaelem Rotingum* [7]). Hos ipse cuperem audire, si occasio daretur. Quare iam isthic ingenio [8]) excolite et exercete. De academiae nostrae instauratione etsi spem nondum abiicio, tamen, ut deliberatio tardior sit, fortassis conventus Augustanus et alia impedimenta faciunt. Dei beneficio soror vestra *Anna* [9]) mediocriter valet. Nam heri huc advenit mea coniux mox ad familiam [10]) reditura, quae narrat, familiam Dei beneficio incolumem esse. Me hic editio dialectices detinet, quam spero profuturam studiis multorum. Bene et feliciter vale. Calendis Septembris 1547.

Ph. M.

No. 3996. **1. Sept.**

Hier. Besoldo.

Epist. lib. V. p. 228 sq. — Apographa in cod. Lang. p. 10. et in cod. Monac. II. p. 172b.

Hieronymo Besoldo (*Norimbergae*)

S. D. Charissime Hieronyme. Scis ipse, ex quibus fontibus laudes sumendae sint ministerii Evangelii, deinde et commonefactionem, quales Deus esse velit delectos ad hanc militiam. Leges igitur ipse, et curabis, ut Paulus Timotheum iubet, *ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ὅ ἐστιν ἐν σοί.* Gaudeo, te ad ministerium Evangelicum vocatum esse, et Filium Dei, sedentem ad dextram Patris, et hoc ipsum ministerium gubernantem oro, ut te regat. De *Walteri* filio vobis omnibus gratias ago. Patri narravi vestra officia. De Academiae nostrae instauratione scribam alias certiora. Optarim, si fieri posset, non distrahi *) Collegas nostros, quia res ipsa loquitur, eorum coniunctionem studiis profuisse. Fuitque haec praecipua caussa mei reditus. Sed Deo nos commendemus, tu quoque tuis votis nos iuvato.

De Conventu Augustano, item de Synodo Tridentina quidquid audies *ἀξιόλογον*, nobis significato. Nam earum rerum historiam nosse, et tua et omnium nostri ordinis, interest, imo totius Ecclesiae. Agitantur † enim" ibi controversiae de doctrina, cuius limpidos fontes turbari non sinamus. Bene vale et rescribe. Cal. Septembris *).

Philippus Melanthon.

No. 3997. **1. Sept.**

Guil. a Turgem.

† Ex apogr. in cod. Goth. 191. p. 73b, et cod. Lang. p. 21.

Nobilitate generis et honestiss. indole praedito, D. Othoni Wilhelmo a Turgem [1]).

Valde laudo consilium patris tui, nobilitate generis et virtute praestantis, quod et doctrina ingenium tuum excoli curat, et nunc in eam te urbem misit, quae in his motibus tranquillior fuit caeteris magnis Germaniae urbibus fere cunctis et [2]) in qua maximarum rerum historiam, quae nunc geruntur, et iudicia gravissimorum virorum audire potes, quorum consideratio etiam est virtutis doctrina. Te igitur adhortor, ut studiose praeceptores audias, teque ipse scribendo et latine loquendo non segniter exerceas, et in ipsa literarum doctrina te ad agnitionem et amorem virtutis exsuscites, cogitesque ideo tradi literas, ut in genere humano notitia Dei luceat, et ut mores nostri cum aeterna regula recte factorum, quae in mente divina est, congruant. Oro autem Deum aeternum, patrem dom. n. I. C., ut te servet incolumem, et regat tua studia, et totum vitae curriculum, quod quidem certo faciet, si tu quoque mediocri diligentia mores gubernabis, et auxilium divinum petes, ut scriptum est: *quanto magis pater vester coelestis dabit spiritum suum petentibus.* Si instauratio nostrae academiae procedet, libenter te in aedes meas recipiam. B. V. Calendis Septbr. anno 1547.

No. 3998. **1. Sept.**

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 135 sq. — Hic ex autographo in cod. Mon. I. p. 110.

---

7) *Rotingum* abest a cod. Goth. 191.
8) Cod. Lang. *illic ingenium.*
9) Cum uxore et familia Melanthonis Nordhusae versabatur.
10) Nordhusam.
*) *distrahi* codd. recte pro *tristari*, quod dedit Saub.

*) Cod. addit: *anno* 1547.
1) Cod. Lang. *Thungen.*
2) *et* abest a cod. Goth. 191.

Clarissimo viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori urbis Noribergae, amico suo cariss.

S. D. Et collegis meis et mihi gratissima fuit Epistola tua, in qua significas, te non improbare studium nostrum de Academiae restauratione, quod a multis reprehendi scimus. Sed non tam horum moveor sermonibus, quam vereor conatus nostros irritos fore. Multa enim sunt impedimenta. Non habuimus praedia, nisi admodum pauca, in quibus iam ipsius *Caroli* Imp. tentorium fixum fuit. Reliqua pecunia ex aula quotannis mendicanda fuit. Nunc nova aula difficulter † aliquid" pendet. Certe hanc sedem doctrinae servari prodesset Ecclesiae. Et coniunctio nostrorum collegarum mediocriter iuvit studia multarum gentium, ut res ostendit. Oro autem Deum, ut alicubi doctrinae domicilia servet, nec sinat lucem Evangelii et alias artes utiles vitae deleri.

De *Laurentia*, si recte intellexi tuam Epistolam, significari tibi voluisti, an historia sit ἀξιόπιστος, est omnino. Extat enim apud Ambrosium in libro officiorum et apud Prudentium, qui praeconiis Martyrum titulum fecit, περὶ στεφάνων, quia victorias celebrat, et mos fuit coronari victores in Olympiis et alibi. In his praeconiis Hymnus est integer, recitans certamen et supplicium Laurentii. In Codice Aldino pagina 99. ubi hi versus sunt Praefecti postulantis thesauros Ecclesiae proferri:

Quod Caesaris scis, Caesari da, nempe iustum postulo.
Ni fallor, haud ullam tuus signat Deus pecuniam.

Vides nec illi aetati defuisse acumen Iurisconsultorum. Nam tunc quoque astute distinxerunt inter quaestionem de doctrina, et quaestionem de opibus. Constat opum dominum esse Imperatorem, inquit hic Praefectus. Da igitur Caesari quae sunt Caesaris. Ita nunc aiunt, Constat, spoliatos ante omnia restituendos esse. De doctrina postea viderit Synodus. Nec ago nunc ista recito, ut omni culpa liberem eos, qui Ecclesiarum praedia occuparunt. Sunt omnino multa magna peccata Principum, docentium, populi, mea et aliorum in utraque parte. Sed tamen primam esse curam doctrinae oportuit. Deum autem oro toto pectore, ut mitiget horribiles poenas Germaniae, et servet Ecclesiae suae reliquias et aliquas honestas politias, et in his vestram, et te et honestissimam coniugem tuam et dulcissimos liberos tuos. Bene vale. Calendis Septembris *).

Philipp. Melanthon.

No. 3999. 1. Sept.

Ioach. Frentzelio.

† Ex autographo in Bibliotheca Milichiana Gorlitziense descripta a Clariss. D. *Antonio*, Rectori Gymnasii Gorlitz.

Dem Ehrenvesten und gestrengen Herrn Joachim Frenzel, zu Görlitz Rathsherrn [1]), meinem günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn, Jesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Ehrenvester und gestrenger Herr. Mich hat mein guter Freund Christophorus Schramm, der ein ehrlicher Bürger allhier ist, angesucht, von wegen seiner Schwester Sohn an Ew. Ehrenveste zu schreiben. Nun ist die Sache also, daß ich selbst für nöthig achte, daß man den jungen Gesellen in Strafe genommen hat, und ist derwegen ein Ehrbarer Rath zu Görlitz zu loben; denn die Jugend ist leider zu frevel, und bedarf Straf und ernstlicher Exempel: dieweil ich aber höre, daß dieser junge Geselle eine fromme und betrübte Mutter hat, so bitt ich, nicht, daß er ungestraft bleibe, sondern um Linderung der Strafe, so doch an ihm Besserung zu hoffen, und die Ehrsach [2]) nun durch den Richter geörtert ist. Ich weiß nicht Umstand dieser Sache oder Personen, darum ich nicht viel schreiben kann; bitte auch, Ew. Ehrenveste wolle mir diese meine Fürschrift zu gut halten, und selbst der betrübten Mutter zu Trost hierin Linderung suchen, so viel die Sache leiden mag. Der allmächtige Gott, Vater unsers Heilands Jesu Christi, wolle Ew. Ehrenveste gnädiglich bewahren, und selige Regiment und Frieden diesen Landen geben. Datum am ersten Tag Septembris anno 1547.

Ew. Ehrenvest
williger
Philippus Melanthon.

---

*) Alia manus adscripsit ann. 1547.

1) Celeberr. *Anton*, Rector Gymnasii Gorlitzensis, qui mihi descripsit hanc epistolam, monet, nullum Senatorem Gorlitziens. hoc nomine notum esse, sed Dominum quendam pagorum Königshain et *Lieb*, qui 1565. mortuus esset.

2) Ehesache vel Ehrensache?

No. 4000. 2. Sept.

Vito Theodoro.

† Ex apographo vetustiss. in cod. Monac. II. p. 172.

Vito Theodoro.

Cariss. (Vite). Non dubito moram tabellarii vobis ingratam esse, sed scito, nullam ipsius esse culpam. Paginas enarrationis Mosaicae cum omnino eum istuc adferre vellemus tantisper retentus est, donec illae ex iugo Harcinio allatae sunt. Inde igitur allatas tradidimus vestro tabellario, ac optamus, ut incorruptae ad te perferantur. Omnino haec pars posterior libri dulciores conciones et imagines continet, quam illa prima tristis narratio de totius generis humani exitio, quod lapsum primorum parentum secutum est, etsi illa doctrina etiam Ecclesiae dei necessaria est. Te vero in his editionibus melius iudico de Ecclesia mereri, quam si ex auro et marmore templum exstrueres [1]). Vult Deus extare haec doctrinae testimonia singulis aetatibus, et ea ad posteros transmitti; quare faciamus quod Paulus iubet τὴν καλὴν παρακαταθήκην φύλαξον.

De tua migratione meum consilium, quod est Pericleum, non muto, videlicet ἔτι δεῖ προςδοκᾶν σύμβουλον ἄριστον τὸν χρόνον. Ante conventus *Augustani* exitum nusquam pedem [movebo] [2]); nam fortassis postea edicta *Caroli* hasta scripta, ut Demadis figura utar, cogent multos exulare. Scribes autem de conventu ἀξιόλογα πάντα, non ut noster Historicus pastor Ecclesiae nostrae historiolam γεροντικῶς nunc scripsit [3]), sed ut Herodianus nominat τὰ κορυφαιότατα.

Ego huc accersitus ut accederem, moverunt me Academiae nomen, in quam antea multae gentes intuebantur, collegarum coniunctio, quae studiis profuit, denique huius Ecclesiae solitudo, et accessi non ut opes aut voluptates quaererem, sed ut in moestissima civitate socius essem publici luctus. Vivo hic meo sumptu, mansurus donec absolvero editionem dialectices, quam spero filiis tuis profuturam esse. De instauratione Academiae nihil promitto. Impedimur non tantum temporibus, sed etiam aliis causis. Quare si qui mihi irascuntur, quod huc accessi, fortasse placabuntur rursus, ubi audient, nos spe frustratos esse. Certe hic meus reditus non pariet doctrinae mutationem, ut quidam nos calumniantur.

Mitto tibi pagellam de reprehensione τῆς δουλείας ἐν πολιτείαις *). Ita dimicarunt nostri heroes anno superiore de libertate, ut miseram Germaniam aeterna et tristi servitute nunc oppressam esse videamus. Sed agnoscamus his poenis, nos a deo commonefieri, ut et mores emendemus, et frenemus eas cupiditates, quibus haec mala accersivimus. Sed quo me dolor ad hanc commorationem deducit? Bene vale, 2. Septemb.

Φ. Μελ.

1) Sine dubio loquitur de Lutheri Commentariis in Genesin, cuius pars prima, adiuvante Vito Theodoro, prodierat vivente Luthero, pars secunda lucem vidit a. 1550. Vitum Theodorum in illa parte edenda partes habuisse intelligitur ex hac epistola. Vid. etiam Walchius in opp. Luther. T. I. praef. §. IV.

2) *movebo* vel simile hic praeteriit qui epistolam descripsit.

3) Historia expugnationis Vitebergae, scripta a Bugenhagio.

*) i. e. iudicium quod sequitur.

No. 4001. 2. Sept.

Eidem.

Manlii farrag. p. 158 sq. — Item in Mel. Consil. lat. P. I. p. 662. — Apographa in cod. Goth. 191. p. 46., cod. Goth. 19. p. 96 b., cod. Mehn. II. p. 124. et in cod. Monac. II. p. 122. — In codd. inscribitur Vito Theodoro, s. Dieterico.

Quatenus docenti Ecclesiam, de gubernationis oneribus dicendum sit. (Inscriptio ap. Pezel.)

Non dubitatur de privatis delictis gubernatorum. Pariter igitur minister Evangelii debet taxare [1]) omnia privata delicta magistratuum et privatorum manifesta, praesertim enormia: ut Nathan arguit Davidem propter adulterium, Baptista Herodem. Sic principum taxandae sunt helluationes, ebrietates: sic potentum rapacitas, qui usuras ne quidem politicis legibus permissas petunt. Et fiat reprehensio ordine in Evangelio tradito. Nec dubitetur de publicis erroribus doctrinae, et de idolomaniis. Haec mala severe taxanda sunt, et simul erudite etiam vera doctrina proponenda est. Tantum de hoc membro quaestio est:

Cum servitus sit [2]) durior, quae tamen sine peccato fieri potest, an duricies magistratuum [3]) taxanda sit?

1) Manl. *notare.*

2) Pez. *est.*

3) *tunc* addunt codd.

De hac quaestione sic respondeo: Si manifesta tyrannis est, ut cum imponuntur tributa aut opera [4]) sine necessitate publica, et sine modo: ut Pharao imponebat Israelitis, aut ut Dionysius spoliabat matronas ornatu, aut ut fit in multis locis, Nobiles cogunt [5]) subditos sibi parvo vendere frumentum, coquunt malam cerevisiam, et prohibent aliam emi a subditis: et huiusmodi onera varia et multa sunt, quae et sine modo et sine necessitate publica imponuntur.

Haec manifesta et iniusta aucupia taxanda sunt, quae habent excusationem: ut cum propter calamitates aliquas fisco opitulandum est. In eo casu non est reprehendendus magistratus, nova tributa mediocria indicens. Et volo intelligi mediocria ἐν πλάτει. Hic minister Evangelii doceat, politias non similiter florere: aliam esse aetatem auream, aliam ferream: servitutem paulatim fieri duriorem propter peccata: ut sub Davide et Salomone felicior status fuit, quam sub Achas [6]). Et saepe fit, ut in tristissima tempora incidant boni magistratus: quia Deus tunc aliquorum bonorum moderatione calamitates lenire vult: ut Hieremias [7]) tristi tempore fuit.

Talibus autem qui sunt tyranni, multa in gubernatione condonari volo. Quid autem tyrannum aut bonum principem nominemus, saepe alias dictum est.

Tyrannus est, qui habet studium scelerate faciendi: et plerunque scelerate facit, etiamsi saepe iusta facit [8]).

Bonus princeps est, qui habet studium [9]) recte faciendi, et plerunque recte facit: etiamsi multum et saepe peccet non petulantia, sed vel temporum miseriis, vel communi imbecillitate victus. Et hic eo melior est, si hospitium praebet Ecclesiae Dei.

Deus pingit [10]) imperium Cyri argenteum, quod tamen horribilem vastationem in Ionia et alibi fecit: ut ex primo libro Herodoti intelligi potest. Et post Cyrum secuti sunt multo deteriores principes, Cambyses, Darius, Artaxerxes. Nec ullius imperii tempus tam felix est, quin secundis rebus multae magnae calamitates misceantur.

Haec D. Philippus ad Vitum Theodorum postridie Calend. Septembris, Anno 1547. scribebat. (Codd. *Cal. Novembr.* 1547.)

4) Pez. *onera*; cod. Monac. *operae*.
5) Adscripsit G. Buchholtzer: *„ut ille comes Schwartzburg."*
6) Pez. *Helia*.
7) Manl. et cod. Monac. *Ieeonias*.
8) Pez. *etiamsi interdum iustitiam faciat*.
9) Pez. *bonum studium*; cod. Goth. 19. *propositum seu studium*.
10) Pez. pro *Deus pingit* habet *Fuit*.

No. 4002. 2. Sept.

Nic. Medlero.

Danzii epp. ad Medler, ep. 72. e cod. Bav. I. p. 1047., e quo nunc denuo descripta est.

Dm. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Reverende vir, et amice carissime [1]). Etsi spe instaurationis academiae huc accessi, tamen eam multae magnae res impediunt. Sed Deo nos commendemus. Ego nondum certam sedem habeo et fortassis conventus Augustanus excitabit ubique maiora bella. Sive autem hic manebo, sive discedam, habebitur ratio *Wernheri*, quam primum occasio erit consulendi ei. Nam nomen eius dabo et *Crucigero*, quem scio in iuvandis bonis viris officiosum esse. Ubicunque [2]) autem ero, veram Dei invocationem et sententiam de doctrina eandem circumferam, quam hactenus studiose docui et toto pectore credo veram esse. Nunc dialecticen recudo, et spero lucubrationem utilem studiosis fore. Bene vale. 2. Septbris.

Phil. Melanthon.

1). Praetermisit haec Dz.
2) Dz. mendose: *Ubique*.

No. 4003. (2. Sept.

Eberus ad Ketzmannum.

† Ex apographo in cod. Monac. II. p. 172 b. — Edidi hic hanc epistolam quia rem Melanthonis et Academiae il. tempore illustrat.

Paul. Eberus ad P. Ketzm. (*Ketzmannum*)

De scholae instauratione certi scribere nihil adhuc possumus, cum tota res pendeat a principis novi voluntate, qui quidem aperte et διαρρήδην spem fecit nobis restituendae et augendae quoque Academiae, sed eius subita migratio ad conventum hucusque rem distulit, nec adhuc certa est spes alicuius fisci certorum redituum, quo fit, ut pro-

fessores, qui tempore belli hinc emigrarunt, adhuc desint, nec remigrare velint in hunc locum, antequam intelligant, qua spe mercedis hic vivere possint. Solus D. *Philippus* huc concessit, sine familia tamen, quam collocatam habet in Cheruscorum oppido Northusen, et iam ultra mensem laboravit in scribenda dialectice, quam vix intra mensem alterum absolvet, postea hic rursus abiturus ad suos, nisi quid certi interim aula de Academia constituerit. Senatus nostri oppidi et quaestor arcis suis et principis sumptibus curant iam a sordibus perpurgari domos Academiae, et earum conclavia omnia calce et tectorio obduci. Deus faxit, ut brevi responsum aliquod certum ex aula accipiamus; tum publico scripto significabitur tempus inchoandarum lectionum publicarum.

No. 4004. 3. Sept.

Spiegelio.

† Ex apographo in cod. Bavari Vol. I. p. 587

Ad filium Asmi Spiegelii, (Erasmi Spiegelii, Parochi in oppido Grimma, ut intelligitur ex epistolis Spalatini nondum editis.)

S. D. Audivisse te arbitror Philoxenum cum nollet laudare Dionysii poëmata, ductum esse in λατομίας, id est in fossas, unde lapides exciduntur, quo tum abiici damnati solebant. Post dies aliquot extractus est, ac rursus interrogatus lecto poëmate, quid de eo iudicaret. Hic nihil respondit aliud, nisi quod iussit se in Latomias abduci. Ita ergo malim in Latomias abiici, quam ad ullos conventus principum proficisci. Deo iuvante hic manebo et pertexam dialecticen, tuis studiis optimis profuturam. Sed si honestissima mater, virtute et nobilitate praestans, volet mittere literas, possum eas tradere Hamburgensibus legatis, fide dignis viris qui certo reddent patri. Potuissem et hodie Noribergam mittere, unde recto ad patrem perferri poterit, si quid per me literarum eo misuri estis. Bene vale. 3. Septembris, anno 1547.

P. Melan.

No. 4005. 3. Sept.

Hier. Oedero.

† Ex autographo Melanth. in cod. Landshut. fol. 188. descripta a S. V. Schulzio.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Domino Hieronymo Oedero, doctori artis medicae, ἀρχίατρῳ inclyti Ducis Pomeraniae, adfini et amico suo carissimo,

S. D. Clarissime d. doctor amice chariss. Ὕβρις καὶ μάγνητας ἀπώλεσε καὶ κολοφῶνα, inquit Theognis. Insolentia nos adflixit, qui cum causam honestam haberemus, tamen non dedimus operam, ut eam moderatione et diligentia in rebus necessariis ornaremus. Multo magis perdet insolentia *Lycaonem*, qui nunc in Saxonia novum bellum accendit, qui ad causae impiae defensionem adiungit superbiam et ἀστοργίαν in patriam. Nos vero sciamus, deum Ecclesiae suae reliquias et semen sanctum inter hos tumultus generis humani servaturum esse. Hac te consolatione erigas, et eo suavius infantulam filiam tuam recens natam complectare, et in eius labellis et genis dulciora oscula figas. Gaudeo tibi filiam natam esse, et deum oro, ut te et matrem et filiam servet incolumes.

Ego huc accessi accersitus, cum spes esset ostensa Academiae instaurandae, meque causae probabiles moverunt. Cum enim manifestum sit collegarum nostrorum coniunctionem studiis profuisse, distrahi eos nolebam. Sed quo argumento non firmissimo utimur, eo fortassis laedimur, quod dicimus prodesse Ecclesiis, servari hanc doctrinae sedem. Sed Deo commendo exitum. Illustrissimo Principi *Philippo* scripsi, ac vobis eam epistolam exhiberi iussi, vosque oro, ut eam Illustrissimo Principi exhibeatis. Bene et feliciter vale. Salutem opto omnibus doctis viris in Academia vestra docentibus. Die 3. Septembris 1547.

Philippus Melanthon.

No. 4006. 4. Sept.

Ge. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 893 sq.

Georgio Fabricio (gubernanti scholam Misnens.)

S. D. Etsi reditum meum ad Albim, sciebam, reprehensuros esse multos, quorum amicitiam et iudicia non parvi facio, accessi tamen huc, spe ostensa instaurationis nostrae μυρμηκίας, quod ut facerem, praecipua caussa fuit, quod prodesse iu-

dico studiis et Ecclesiis vicinarum regionum, hanc doctrinae sedem servari. Si non res procedet, in nova exilia distrahemur, ubicunque autem ero, et memoriam tuae virtutis, et benevolentiam mecum circumferam. Regna vetusta reditus Academiis seu Doctorum Collegiis in praediis certis constituerunt, ut mutatis Imperiis literarum doctrina maneret. Duo millia annorum sunt a Ioseph usque ad Barbaricum Mahometi Imperium, tantisper duravit Aegyptiaca Schola, et Romani Alexandrinam servarunt. Interea, quoties factae sunt in Aegypto regni mutationes? At nos praedia non habuimus, praeter admodum pauca, olim templo attributa a fortissimis Principibus, qui in Asia militarunt. Reliqua stipendia quotannis in aula mendicanda erant. Nunc igitur, cum praedia certa non habeamus, difficilis erit instauratio, sed hanc DEO commendo.

Tibi gratias ago de literis missis, et nuncio. Mitto tibi pagellam recentissimarum historiarum. De *Polo* miraberis, hominem elegantia naturae et literarum praestantem de regno cogitare *), sed ubi haec consilia nata sint, facile est ratiocinari. Dialecticam mittam, quamprimum absoluta erit. 4. Septembris.

No. 4007. **4. Sept.**

Cph. Pannonio.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. No. VII. p. 199.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Christophoro Pannonio, amico suo Ph. M.

Doctissime et Charissime Christophore. Nihil mirum est, in tanta caligine et confusione omnium politiarum me, ut navigantes in saevis tempestatibus, timide ac lente procedere. Initio existimavi, hoc non tam mihi quam meis collegis expeditissimum fore, si alveoli instaurarentur. Itaque cum venti praesertim ad hunc portum nos impellerent, huc appuli, quod faustum et foelix sit. Sed non magna spes est instaurationis Academiae nostrae, quia, cum antea non haberemus reditus in praediis certis constitutis praeter exiguam partem, nunc in hac temporum difficultate novi reditus non facile nobis attribuuntur. Expecto iam aulicum responsum. Nam coniunctionem collegarum nostrorum, quam profuisse studiis constat, tueri nos posse optarim. Sed si negligit nos aula, distrahemur in nova exilia, quae Deus gubernet. Et Electori Marchioni significabo meam voluntatem, et ad te de rebus meis scribam, vel fortasse coram tecum deliberabo. Sed Deus gubernet nostra consilia et Ecclesiae reliquias, ut saepe his verbis peto:

συμβουλὴν ἀγαθὴν καὶ ἐφορμὴν εὐτυχίας τε
δεῖξον ἐμοὶ τέκνον πατρὸς ὦ ἀϊδίου.

Salutem meis verbis reverenter dicito magnifico Domino Rectori, cuius eruditio in tota philosophia eximia est. Et virtus egregia in *Gasparo*; quare, etsi non dubito te eum diligere propter ipsius ornamenta, tamen ut mei causa etiam tuendum esse ducas te oro. Nondum enim audio proposita esse capita deliberationis, ut fieri solet. Illud omnino existimatur futurum, ut propter urbem Constantiam *) Elvetii bello implicentur. Vale. 4. Septbr. 1547.

*) Loquitur de Polo Cardinali. Illum post mortem Pauli III. adspirasse in conclavi mens. Decb. 1549. habita, ad Episcopatum summum, narrat Sleidan. in Comment. p. 672. Sed ad hoc propterea haec verba referri non possunt, quod epistolae reliquum argumentum docet, eam scriptum esse anno 1547. De quanam alia re cogitandum sit vid. epist. ad Alesium d. 5. Sept. Eo autem tempore, ni fallor, Polus non erat in Anglia sed Tridenti.

*) Proscripserat Carolus Imperator Constantienses, qui primum Helvetiorum intercessionem petierant, mox vero, quum Caesar intercessores repulisset, se dederunt Ferdinando et domui Austriacae. Vid. Sleid. Comment. p. 644. et 648.

No. 4008. **5. Sept.**

Ge. Maiori.

Epist. lib. V. p. 556 sq.

Georgio Maiori, (Merseburgi.)

S. D. Charissime Dn. Georgi. Silentium tuum non oblivionem nostri, quod certo scio, significat, sed, ut metuo, dolorem aliquem tuum, quem literis non putes committendum esse. Quaeso te, hac nos solicitudine libera, et tandem aliquid scribito. Credo, ut sunt nunc praesertim ubique multae difficultates, istic etiam sensus et voluntates aliquorum non omnino cum tuis congruere. Talis est in omnibus Imperiis miseria motis civilib. dissensionibus. Quaedam igitur arte ferenda, quaedam lenienda sunt ratione et suavitate. De Academia scito reditus Alstadianos et alios nusquam inveniri. Nunc ex aula expectamus responsum.

Hortaberis autem Principem *Georgium* *), ut scribat ad Electorem Saxonicum, ne sinat hanc Academiam collabi. Prodest Ecclesiis et studiis, servari hanc doctrinae sedem. Bene vale, et rescribe. 5. Septembris.

Tuis filiis utile opus Dialecticen recudo.

Philippus.

No. 4009. 5. Septb.

Alex. Alesio.

Edita a Ballenstaedt. I. ep. 6. Apogr. in cod. Guelph. in 4to. 20. 15., cod. Monac. II. p. 175 b. et cod. Monac. 89. p. 4 b.

Viro optimo D. Alexandro Alesio, Scoto, Docenti Evangelium in Academia Lipsiensi, amico suo

S. D. Carissime Alesi. Etsi nondum prorsus est tranquillitas in Germania, tamen cum ad Albim essent castra, colloqui per epistolas de nostra amicitia et [1]) sententiis solebamus. Nunc quum minus hic sit tumultuum, silentium tuum miror. Meus certe animus idem est, qui fuit antea; non doctrinam, non amicitiam mutavi, nec mutabo. Quaeso igitur, ut mihi scribas. Mitto tibi miram de *Polo* [2]) historiam, qui, ut *Iulianus*, abiectis studiis, ad regnum adspirat. Quaeso rescribe. Ego dialecticen recudo, quum tibi placituram spero. B. V. d. 5. Septbr. 1547.

Ph. M.

No. 4010. 5. Septb.

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 204. (edit. Lond. lib. II. ep. 196.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime Princeps, *Non idem valet Oratio dicta a Principe viro, et ab homine abiecto,* ut Euripides inquit. Ego nec gratia nec autoritate apud *Granvellam* valeo. Plus valebit epistola nomine C. V. ad eum scripta. Talem igitur composui, de qua tamen pro arbitrio vestro statuetis. Ad meum conterraneum *Obernburgium* scripsi, et tamen scio eum meas literas aliis ostendere. Utinam vere hoc facerent illi summi gubernatores, ut calamitates generi humano sua moderatione lenirent, quod cum fit, divinum est. De Academiae nostrae instauratione spei nihil est, nisi sua liberalitate Dux Elector attribuet novos reditus. Prodest Ecclesiis et studiis, servari hanc doctrinae sedem. Id optarem C. V. ad Electorem scribere. Velim etiam de *Iona* eum orari, ut clementer respondeat, se remittere offensionem. Bene valeat Celsitudo Vestra, 5. Septemb. Edo nunc Dialecticen, quam valde profuturam discentibus spero.

No. 4011. 6. Septb.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 287 sq.

Christophoro Pannonio.

S. D. Charissime Christophore. Malim de nostris studiis ad te scribere, quam de Conventu *Augustano*, sed quoniam petis, ut de eo aliquid significem, scito, finem esse deliberationum περὶ συνόδου τῆς ἐν τριαίνῃ. Nam Principes et ordines assentiuntur omnes τῷ αὐτοκράτορι, dicenti illud Homericum, ἐμοὶ δὲ καὶ ταῦτα μελήσεται, ὄφρα τελεύτο. Misit igitur αὐτοκράτωρ ad Romanum Pontificem Legatum, Cardinalem, Episcopum Augustanum *), nescio, quam sententiam expositurum Pontifici, fortassis ut audiantur nostri. Sed haec ipsa consilia bellis Helveticis et Saxonicis impedientur, ut multi ratiocinantur, τῆς τριαίνης nomine moveor, quae Ecclesiam in tres sectas distractam conatur in concordiam redigere. Sed in Apocalypsi scriptum est, τὴν Βαβυλῶνα ruentem in tres partes dividi, qua de re saepe ante multos annos cogitavi. Sed inter has dilacerationes ut Deus servet aliquas verae Ecclesiae reliquias, et honesta ac tranquilla studiis doctrinae

---

*) Anhaltinum, Episcop. Merseburgensem. Maior illo tempore commorabatur Merseburgi.

1) Ball. ex.

2) „*Reginaldus Polus*, purpuratus hic innuitur, qui, quoniam Stirpi regiae Eboracensi cognatione innexus erat, nuptias *Mariae*, Angliae Reginae, ambiisse, et, si ea non recusasset, in spem regni venisse dicebatur." (*Ballenst.*). Vid. etiam ep. ad Fabricium d. 4. Septb. h. a.

*) Serius misit non episc. Augustanum, sed episc. Tridentinum Cardinalem, Madruzzi, ad Papam.

hospitia concedat, toto eum pectore oremus. Et servabit haud dubie nos, doctrinam ipsius fideliter sonantes. In Britannia et Pannonia tranquillitas mediocris est, et Ecclesiae recte docentur. Bene vale. Die 6. Septemb.

Philippus Melanthon.

No. 4012. 6. Septb.

Fr. Bernbeckio.

Manlii farrag. p. 328. — Apographa in codd. Goth. 191. p. 56. et 401. p. 4. Praeterea in cod. Zeltn. Dresd. ep. 26. et in cod. Monac. 89. No. VI. p. 26.

D. Friderico Bernbeck[1]), *senatori urbis Cithni*[2]),

S. D. Honestissime domine Friderice. Cum *Paulus*[3]) noster et tui et patriae[4]) amore ad vos profecturus esset, et[5]) ipse comes amicissimi hominis nunc esse non possem, vota tamen eum[6]) cum mea etiam epistola[7]) comitari volui. Ac primum oro filium Dei, ut sicut iter facientem Iacob cum familia custodivit, ita hunc *Paulum*[8]) et honestissimam eius[9]) coniugem, et dulcissimos liberos servet incolumes. Vobis etiam opto, ut incolumes et laeti conspectu mutuo ac dulcissimorum sermonum communicatione fruamini, et ut colloquium vestrum sit velut nepenthes, quod leniat moesticiam, quam propter Rempubl., ut omnes boni viri toto orbe terrarum, ita et vos circumfertis. Mihi hic in oppido moestissimo nulla res humana alia, nisi *Pauli* consuetudo, dolorem mitigavit. Nunc solitudinem valde metuo: sed si diutius eum retinebitis, me quoque isthinc attrahetis una. Est[10]) simul et honestissima et dulcissima vivendi[11]) ratio, vivere in consuetudine doctorum, ac eruditis colloquiis pectus ad cogitationem de deo et aliis rebus bonis accendere. Haec ratio vivendi praecipue appetenda esset, etiamsi quid aliud in vita delectare non[12]) posset. Nunc in hac confusione imperiorum, quid delectare hominem sanum potest? Confugiamus igitur ad hanc vivendi rationem, et nobis quantum deus concedit[13]), mutuis officiis dolores leniamus: vota etiam coniungamus ad Deum, ut[14]) Ecclesiae semen sanctum, studia doctrinae et hospitia aliqua servet. Haec vota non erunt irrita, sed magis medebuntur publicis calamitatibus, quam regum conventus. Sed sum brevior, quia talium sermonum scio congressus vestros plenos[15]) fore. Vale die 6. Septembris, anno 1547.

1) Manl. *Bernberck.*

2) *Cithni*] cod. Goth. 401. *Cithin.* Cod. Mon. 89. *Kitthingensis.* Est oppidum Kitzingen.

3) Paulus Eberus, qui in patriam urbem, Kitzingen, in Franconia, cum familia profectus erat.

4) Cod. Mon. 89. *tuae patriae.*

5) Cod. Mon. 89. *et cum.*

6) *eum*] Manl. *mea.*

7) *cum mea et epist.*] codd. Goth. 401. *et epistolas.*

8) *Paulum*] non habet Manl.

9) *eius*] praetermissum a Manlio.

10) Cod. Monac. 89. *attrahetis. Una est.*

11) *vivendi*] praetermisit Manl.

12) *non*] cod. Goth. 401. et cod. Mon. 89. *nos.*

13) *concedit*] cod. Goth. 401. et cod. Mon. 89. *concedet.*

14) Sic cod. Goth. 401., cod. Zeltn. et cod. Monac. 89. — Sed Manl. et cod. Goth. 191.: *coniungamus, ut Deus.*

15) Manl. *plerosque*, ex mendo.

No. 4013. (6. Septb.)

Iohanni ministro.

Epist. lib. II. p. 587. (ed. Lond. lib. II. ep. 615.).

Iohanni Ministro suo

S. D. Charissime *Iohannes*, Nisi me Dialectices editio retineret, multo ante ad vos profectus essem. Sumus hic in magna moestitia, nec dies ullus sine lachrymis mihi abit. Nec tamen discederem, si qua spes esset instaurationis Academiae. Hodie Magister *Paulus* *) in *Francos* ducit coniugem, quod faustum et felix sit. Retinere ibi eum multi conabuntur. Sed Deo nos commendemus. Bene vale. *Annae* ministrae mittimus triginta tres Ioachimicos.

*) Eberus, qui in Franconiam cum familia med. Septb. profectus est.

No. 4014. 8. Sept.

Aug. Schurffio.

Epist. lib. II. p. 464. (ed. Lond. lib. II. ep. 492.).

Clarissimo viro, virtute et eruditione praestanti D. Augustino Schurffio, artis Medicae Doctori etc. amico et patrono suo colendo

S. D. Clarissime vir et amice charissime, Etsi tempora haec turbulenta per sese impediunt scholarum constitutionem; tamen si aulicae voluntates aequiores essent, procedere instauratio scholae posset. Iam cum haec scriberem, ingeniosum adolescentem *Augustanum* remitto *Lipsiam*, qui huc missus est. Et tales multi hic fuerunt, audituri quae spes sit de Academia. Sed video in aula differri has deliberationes, fortassis ut mora nos tandem cogat discedere. Ego tamen nondum abibo, sed expectabo nundinas *Lipsicas*. Nam me etiam officinae typographorum retinent. Cum autem discedam, iter ad vos faciam. Nam aut *Stendaliam* recta ibo, aut ad *Mersburg*, unde iter est commodiss. ad *Northusen*. Deus servet vos et vestram domesticam Ecclesiam incolumes, et vobis vires corporis restituat. Amen. Die Natali *Mariae* Virginis, qui fuit dies excidii *Ierosolymorum* ante annos 1473.

No. 4015. 8. Sept.

Eut. Musculo.

† Ex autographo in biblioth. urbis *Zofingen* mihi descripta a Pl. Rev. *Friherio*.

Venerando viro, eruditione et Virtute praestanti, D. Eutychio Musculo, gubernanti Ecclesiam Dei in urbe Augusta, fratri suo carissimo *),

S. D. Ὦ φίλτατε ἀδελφὲ καὶ θεοσεβέστατε διδάσκαλε. Etsi sum in magno dolore propter tetros belli eventus, tamen non multo minorem dolorem meum annos iam amplius duodecim circumfero, causas ingentium malorum assidue intuens, dissidium docentium in Ecclesiis nostris de re maxima, neglectionem veritatis in multis doctoribus et principibus, καὶ πλεονεξίας πολυπραγμοσύνην τῶν ἡγεμόνων. Feramus igitur poenas, et Deum oremus, ut sanet vulnera nostra.

Hunc *Ioachimum*, quem vidisti mecum in urbe Vangionum et Ratisponae, scis optimo ingenio praeditum esse, et praeclare instructum eruditione, et reverenter colere τήν τε ἀλήθειαν καὶ τῆς ἀληθείας διδασκάλους. Quare te oro, ut eum complectaris.

Mea mens et vox in Ecclesia eadem erit, nec me seiungam a te et similibus piis doctoribus, ubicunque ero. Nondum enim certam sedem habeo. Et spero fore ut aliquando colloquamur. Bene vale et recribe. 5. Idus Septembres. Witebergae.

Philippus Melanthon.

*) Adscriptum est: 1547. 24 Septb., haud dubie, ut significetur, Musculum eo die hanc epistolam accepisse.

No. 4016. (10. Sept.)

P. Ebero.

Epist. lib. II, p. 184. (edit. Lond. lib. II. ep. 180.).

D. Paulo Ebero

S. D. Meministi versus a Platone citatos, nec aurum nec Adamantem adeo fulgere, ut fulget bonorum concordia. Vidi hic Dei beneficio multorum excellenter doctorum et bonorum virorum concordiam esse egregiam, et dignam philosophis, cuius consideratio magnae mihi voluptati fuit. Utinam nos in *Sarepta* nostra mutuo amore nobis ipsis miserias nostras etiam leniremus. In conventu *Augustano* narrant aliquandiu iam propter adversam valetudinem Imperatoris intermissos esse publicos congressus, ac nondum finem esse deliberationum περὶ τῆς ἐν τριαίνῃ συνόδου putant. Me etsi repugnantem, tamen *Ascanias* in vicinum oppidum attrahit. Interim quaeso ut pagellas reliquas dialecticae, positas in mea mensa, quae media est in conclavi meo, typographis tradas, ut editionem absolvant. Nam in postremis illis pagellis nihil necesse est mutari. Unum atque alterum exemplum fortassis addidissem, si isthic essem. Cupiebam etiam inserere locum περὶ προσωποληψίας, ut et vocabulum iunioribus notum fieret, et emendaretur *Stoica* imaginatio περὶ προορίσεως. Sed alio tempore poterunt addi quae volumus. Bene vale. Salutem opto vobis omnibus, et familiae meae. Vellem *Matthaeum* vicinum tuum inchoare σφαιρικά.

No. 4017. 13. Sept.

Alex. Alesio.

Epist. lib. III. p. 186. (ed. Lond. lib. III. ep. 102.). — Nunc integra ex apographis cod. Goth. 191. p. 72., cod. Goth. 401. p. 126., cod. Monac. II. p. 173. et cod. Monac. 89. No. IV. p. 4.

Alexandro Alesio, (Lipsiae).

S. D. Etsi occupatus sum, et variis doloribus excrucior, tamen tibi propositiones de Paulino loco dulcissimo instituerem [1]), si tempus disputationis significares [2]). Solitudo non eo tantum mihi molesta est, quia non abducunt me amicorum colloquia a cogitatione miseriarum nostrarum, sed etiam quia [3]) de his ipsis materiis, quas scribo, desidero συζήτησιν eruditorum, qua me, scis, et commonefieri et excitari. Profecto studiis solitudo non est conveniens in inquisitione veritatis; illis fortasse [4]) grata est, qui non veritatem quaerunt, sed suae voluptatis causa legunt [5]), † et commen„tantur quod libet [6]). Hodie legi πρότασιν conven„tus sane terribilem. Ut Iupiter Homericus mini„tatur, se Deos omnes de catena suspensurum esse, „sic de concilii sententia concionatur ὁ αὐτοκρά„τωρ. Praeparemus animos [7]) ad simplicem et per„spicuam ἐξομολόγησιν de rebus necessariis. Scri„psi in his itineribus aestivis tanquam tabulas testa„menti, in quibus plane de omnibus controversiis „narro quid sentiam, et obscurius alicubi dicta in „locis explico. Optarim aliquot bonos et doctos „viros de editis Synodi sententiis communi et pri„vato consensu iudicium posteritati relinquere. De „hac re cogitabo [8]). Hunc iuvenem *Martinum* vo„bis commendo. Si potero loqui cum doctore „*Cummerstadio*, et ego eum propter patris, opti„mi viri, memoriam ei commendabo [9]). Bene vale. „13. Septb. 1547."

Ph. M.

1) Pezel. edidit: *tamen propositiones de loco Paulino scriberem.*
2) Pez. *significaveris*; mutatio propter *scriberem* facta a Pezelio.
3) *quia*] non habet Pez. Cod. Goth. 401. *est* pro *quia.*
4) Pez. et cod. Goth. 401: *fortassis.*
5) Hic addit Pez. *Bene vale.* Omnia autem, quae sequuntur, praetermissa sunt, hic adiecta sunt ex codd.
6) *Et commentantur q. libet*] cod. Goth. 401. non habet.
7) *animum* codd. Mon. 89.
8) Hic epistola finitur in cod. Goth. 401.
9) *Hunc iuvenem — commendabo* tantum habet cod. Mon. 89.

No. 4018. 13. Sept.

Vict. Strigelio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 64 [a].

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, Dom. Victorino, docenti coelestem doctrinam in Academia Erfordiana, amico suo.

S. D. Cum nuper in excipienda cantiuncula adeo fueris officiosus vel pius potius, etsi ipse verecunde amicorum benignitate in hoc genere uti studeo, tamen nunc et hunc adolescentem in urbem Ierae mitto, teque oro, ut quaeras ei nidulum aliquem apud cives vel scholasticos: quod ut facias, non mea tantum commendatione adduci te velim, sed patris potius, viri optimi, moestitia et luctu. Nam huic *Davidi* *) pater est sanctus et vere θεοσεβὴς Evangelii praeco, qui diu Ecclesiam Cicenensem docuit. Nunc expulsus cum honestissima coniuge et tribus parvis filiis exulat. Duos a se filios dimisit, ut ne essent οἰκόσιτοι, vel ut alicubi ad inchoata studia redirent. Leniamus quaeso moestitiam et miseriam parentibus, cum quidem sciamus, severissime a Deo praecipi, ut piorum doctorum familiis, quantum quisque potest, opem feramus. Et adolescens *David* virtute turbitur nostras commendationes, ac docere literas potest. Bene vale. Idib. Septemb. 1547.

Phil. Mel.

*) Davidi Voit, cuius pater primum Evangelium docuit in oppido Zeitz, et hoc anno Pastor factus est Ecclesiae in oppido Bürgeln. Cf. etiam Seckendorfii hist. Luth. supplementa ad Indicem I. sub: *Voigt.*

No. 4019. 15. Sept.

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 435. (ed. Lond. lib. II. ep. 456.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Legi πρότασιν conventus *Augustani* terribilem, nec in *Germania* atrociorem unquam propositam esse arbitror. Non est bellicosa haec aetas, sed oratoria et seditiosa, diluta venenis Saturni, Martis, Lunae et Mercurii. Nulla igitur spes est vel mediocris status: Sed Deo nos commendemus, et quantum fieri potest, consulant honesti patres suis Ecclesiolis domesticis. De *Fran-*

cofordia quid scribat *Michael*, leges in eius literis. De Academia ad *Vitum* scripsi, et literas vestras expecto. Nuncio vos solvere nolo. Ego cum mitto, precium ipse polliceor de meo. Bene et feliciter vale. Die 15. Septembris.

No. 4020. **18. Sept.**

Iohanni ministro.

† Ex autogr. quod asservatur in bibl. Paulina Lipsiensi (cod. No. 131. fol. No. 12.) descripta a Lunzid.

Iohanni ministro Philippi Melanthonis, fidelissimo et integerrimo

S. D. Cariss. Iohannes. Filium iussi mox accedere ad matrem, quam spero adhuc vivere. Deus eam consoletur, et sanet. Ego mox, absolutis adhuc duabus pagellis in Dialectica, ad vos veniam. Commendo Deo, et vobis familiam. Bene vale. Die 18. Septemb.

Philippus.

[Pecuniam invenies in maiori marsupio, in mea arcula minori, quae in cubiculo uxoris collocata erat. Inde sumito, quantum opus est. Ego brevi istuc veniam.

Sabinus dicitur in itinere esse, et secum advehere omnes liberos *).

No. 4021. **(18. Sept.)**

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 452. (edit. Lond. lib. II. ep. 458.).

D. Iacobo Milichio.

S. D. Mox remittendum duxi tabellarium, non solum ut de contagio scriberem, de quo interrogas, sed etiam ut caeteris significarem, quid mihi videretur. Contagii nihil esse iudico, et post *Augustum* minus fiet funerum et morborum. Oppidi magna est moesticia. Ideo si istic aliquid accedit propter artis medicae usum, magis consulo, ut maneas istic, donec sciemus quid decreverit Senatus *Francofordianus*, quod, ut spero, brevi sciemus. Nec mea causa huc te properare opus est: nam brevi necesse erit me redire ad meam familiam. Mea uxor propter reprehensiones mei reditus laetali morbo decumbit; misi ad eam filium, et ipse irem, nisi me Typographi retinerent; qui cum me dimittent, ad familiam, Deo iuvante, proficiscar, sive vivat uxor, sive mortua fuerit. Omnino fatalis quaedam tempestas ἐπιπίπτει in hunc annum, quam Deus mitiget. Caeteris seu omnibus, seu aliquibus qui advenient, coram exponam meum consilium. Nam ego nondum ante nundinas abiturus sum. Conventus *Augustanus*, novas deliberationes mihi adferet. Etsi mirandus occultator est suorum consiliorum Imperator, nec facile adfirmari aliquid potest: tamen multi narrant, moturum esse bellum *Helveticum* et arcem belli fore *Argentoratum*, in quo *Carolus* ipse cum praesidio futurus dicitur. Cogita quaeso quanta rerum conversio facta sit, quam nihil sit firmi in rebus humanis. Salutem tibi optat D. *Ziglerus*, qui astabat scribenti. Bene et feliciter valete fratres vera pietate, καὶ φιλοστόργως καὶ ἀνυποκρίτως dilecti.

*) Advenit Vitebergam exeunte Septbri, et rediit mense Oct. Regiomontum.

No. 4022. **18. Sept.**

Casp. Aquilae.

Manlii farrag. p. 552b. — Apographa in cod. Goth. 191. p. 61. et in cod. Monac. 89. No. VI. p. 56b.

Reverendo viro, D. Casparo Aquilae, pastori Ecclesiae Dei in oppido Salveld, et viciniae episcopo, amico suo.

S. D. Venerande domine Caspar. Etsi magnae disputationes quotidie fiunt, et impendent tristiores, tamen Deo iuvante, mea mens cum Ecclesiis harum regionum sonantibus vocem Evangelii, quam tua Ecclesia sonat, semper consentiet. De Academia nostra nihil certi scribere possum. Fortassis conventus proximus [1]) nos nova exilia suscipere coget. Imperator enim postulat, ut omnes principes Concilio adsentiantur: et promisisse dicuntur, se adsensuros esse. Sed brevi nos et tu certiora audiemus.

Dialectici libelli primum in nundinis absolventur: cum erunt absoluti, tuis dulcissimis † filiis [2]) mittam exempla [3]). Gratias tibi ago, quod

1) Mst. et cod. Monac. 89. *augustanus.*
2) „*filiis*" deest Manlio.
3) Mst. *exemplaria.*

No. 4017. 13. Sept.

Alex. Alesio.

Epist. lib. III. p. 186. (ed. Lond. lib. III. ep. 182.) — Nunc integra ex apographis cod. Goth. 191. p. 72., cod. Goth. 401. p. 186., cod. Monac. II. p. 172. et cod. Monac. 89. No. IV. p. 4.

Alexandro Alesio, (Lipsiae).

S. D. Etsi occupatus sum, et variis doloribus excrucior, tamen tibi propositiones de Paulino loco dulcissimo instituerem [1]), si tempus disputationis significares [2]). Solitudo non eo tantum mihi molesta est, quia non abducunt me amicorum colloquia a cogitatione miseriarum nostrarum, sed etiam quia [3]) de his ipsis materiis, quas scribo, desidero συζήτησιν eruditorum, qua me scis et commonefieri et excitari. Profecto studiis solitudo non est conveniens in inquisitione veritatis; illis fortasse [4]) grata est, qui non veritatem quaerunt, sed suae voluptatis causa legunt [5]), † et commentantur quod libet [6]). Hodie legi πρότασιν conventus sane terribilem. Ut Iupiter Homericus minitatur, se Deos omnes de catena suspensurum esse, sic de concilii sententia concionatur ὁ αὐτοκράτωρ. Praeparemus animos [7]) ad simplicem et perspicuam ὁμολογίαν de rebus necessariis. Scripsi in his itineribus antivis tanquam tabulas testamenti, in quibus plane de omnibus controversiis narro quid sentiam, et obscurius alicubi dicta in locis explico. Optarim aliquot bonos et doctos viros de editis Synodi sententiis communi et privato consensu iudicium posteritati relinquere. De hac re cogitabo [8]). Hunc iuvenem *Martinum* vobis commendo. Si potero loqui cum doctore *Cummerstadio*, et ego eum propter patris, optimi viri, memoriam ei commendabo [9]). Bene vale. 13. Septb. 1547."

Φ. M.

1) Pezel. edidit: *tamen propositiones de loco Paulino scriberem.*
2) Pez. *significaveris*; mutatio propter *scriberem* facta a Pezelio.
3) *quia*] non habet Pez. Cod. Goth. 401. *est pro quia.*
4) Pez. et cod. Goth. 401. *fortassis.*
5) Hic addit Pez. *Bene vale.* Omnia autem, quae sequuntur, praetermissa sunt, hic adiecta sunt ex codd.
6) *Et commentantur q. libet*] cod. Goth. 401. non habet.
7) *animum* codd. Mon. 89.
8) Hic epistola finitur in cod. Goth. 401.
9) *Hunc iuvenem — commendabo* tantum habet cod. Mon. 89.

No. 4018. 13. Sept.

Vict. Strigelio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 88.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti Dom. Victorino, docenti [illegible] in Academia Erfordiana, amico suo

S. D. Cum nuper in excipiendo [illegible] fueris officiosus vel pius potius, [illegible] de amicorum benignitate in hoc genere [illegible] tamen nunc et hunc adolescentem [illegible] mitto, teque oro, ut quaeras ei [illegible] apud cives vel scholasticos. quod ut facias, [illegible] mea tantum commendatione adduci te velim [illegible] patris potius, viri optimi, moestitia et luctu. Nam huic *Davidi* *) pater est sanctus et [illegible] Evangelii praeco, qui diu Ecclesiam [illegible] docuit. Nunc expulsus cum honestissima coniuge et tribus parvis filiis exulat. Duos [illegible] misit, ut ne essent ἄσχολοι, vel ut alicubi inchoata studia redirent. Leniamus quaeso moestitiam et miseriam parentibus, cum quidem sciamus severissime a Deo praecipi, ut piorum [illegible] familiis, quantum quisque potest, opem feramus. Et adolescens *David* virtute [illegible] nostras commendationes, ac docere literas potest. Bene vale. Idib. Septemb. 1547.

Phil. Mel.

*) Davidi Voit, cuius pater primum Evangelium docuit in oppido Zeitz, et hoc anno Pastor factus est Ecclesiae in oppido Bürgeln. Cf. etiam Seckendorfii hist. Luth. supplementa ad Indicem I. sub: *Voigt.*

No. 4019. 13 Sept.

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 435. (ed. Lond. lib. II. ep. 466.)

D. Iacobo Milichio

S. D. Legi πρότασιν conventus *Augustani* terribilem, nec in *Germania* atrociorem unquam propositam esse arbitror. Non est bellicosa haec aetas, sed oratoria et seditiosa, diluta venenis Saturni, Martis, Lunae et Mercurii. Nulla igitur spes est vel mediocris status: Sed Deo nos commendemus, et quantum fieri potest, consulant honesti patres suis Ecclesiolis domesticis. De *Fran-*

cofordiis quid scribat *Michael*, leges in eius literis. De Academia ad *Vitum* scripsi, et literas vestras expecto. Nuncio vos solvere nolo. Ego cum mitto, precium ipse pollicear de meo. Bene et feliciter vale. Die 15. Septembris.

No. 4020. 18. Sept.

Iohanni ministro.

† Ex autogr. quod asservatur in bibl. Paulina Lipsiensi (cod. No. 131. fol. No. 12.) descripta a Lommo.

Iohanni ministro Philippi Melanthonis, fidelissimo et integerrimo

S. D. Cariss. Iohannes. Filium iussi mox accedere ad matrem, quam spero adhuc vivere. Deus eam consoletur, et sanet. Ego mox, absolutis adhuc duabus pagellis in Dialectica, ad vos veniam. Commendo Deo, et vobis familiam. Bene vale. Die 18. Septemb.

Philippus.

[Pecuniam invenies in maiori marsupio, in mea arcula minori, quae in cubiculo uxoris collocata erat. Inde sumito, quantum opus est. Ego brevi istuc veniam.

Sabinus dicitur in itinere esse, et secum advehere omnes liberos *).

No. 4021. (18. Sept.)

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 492. (edit. Lond. lib. II. ep. 453.).

D. Iacobo Milichio

S. D. Mox remittendum duxi tabellarium, non solum ut de contagio scriberem, de quo interrogas, sed etiam ut caeteris significarem, quid mihi videretur. Contagii nihil esse iudico, et post *Augustum* minus fiet funerum et morborum. Oppidi magna est moesticia. Ideo si istic aliquid accedit propter artis medicae usum, magis consulo, ut maneas istic, donec sciemus quid decreverit Senatus *Francofordianus*, quod, ut spero, brevi sciemus. Nec mea causa huc te properare opus est: nam brevi necesse erit me redire ad meam familiam. Mea uxor propter reprehensiones mei reditus laetali morbo decumbit; misi ad eam filium, et ipse irem, nisi me Typographi retinerent, qui cum me dimittent, ad familiam, Deo iuvante, proficiscar, sive vivat uxor, sive mortua fuerit. Omnino fatalis quaedam tempestas incurrit in hunc annum, quam Deus mitiget. Caeteris seu consiliis, seu aliquibus qui advenient, coram expectare meum consilium. Nam ego nondum ante nundinas abiturus sum. Conventus *Augustanus*, novas deliberationes mihi adferet. Etsi mirandus occultator est suorum consiliorum Imperator, nec facile adfirmari aliquid potest: tamen multi narrant, moturum esse bellum *Helveticum* et arcem belli fore *Argentoratum*, in quo *Carolus* ipse cum praesidio futurus dicitur. Cogita quaeso quanta rerum conversio facta sit, quam nihil sit firmi in rebus humanis. Salutem tibi optat D. *Ziglerus*, qui astabat scribenti. Bene et feliciter valete fratres vera pietate, καὶ φιλοστόργως καὶ ἐπιεικῶς dilecti.

No. 4022. 18. Sept.

Casp. Aquilae.

Manlii farrag. p. 552b. — Apographa in cod. Goth. 191. p. 61. et in cod. Monac. 89. No. 91. p. 56b.

Reverendo viro, D. Casparo Aquilae, pastori Ecclesiae Dei in oppido Salveld, et viciniae episcopo, amico suo.

S. D. Venerande domine Caspar. Etsi magnae disputationes quotidie fiunt, et impendent tristiores: tamen Deo iuvante, mea mens cum Ecclesiis harum regionum sonantibus vocem Evangelii, quam tua Ecclesia sonat, semper consentiet. De Academia nostra nihil certi scribere possum. Fortassis conventus proximus ¹) nos nova exilia suscipere coget. Imperator enim postulat, ut omnes principes Concilio adsentiantur: et promisisse dicuntur, se adsensuros esse. Sed brevi nos et tu certiora audiemus.

Dialectici libelli primum in nundinis absolventur: cum erunt absoluti, tuis dulcissimis † filiis ²) mittam exempla ³). Gratias tibi ago, quod

---

*) Advenit Vitebergam exeunte Septbri, et rediit mense Oct. Regiomontum.

1) Mst. et cod. Monac. 89. augustanus.
2) „filiis" deest Manlio.
3) Mst. exemplaria.

et nostro dolore adficiaris, et tua consolatione mederi meis vulnerib. studiis. Plura scriberem: sed iam accepi literas de periculoso meae coniugis casu *), et de aliis plurib. periculis. Deus mitiget publicas et privatas aerumnas. Bene et feliciter vale. Salutem opto viro integerrimo, patri *Erasmi*, quem hodie expecto. Die 18. Septembris, 1547.

No. 4023. (hoc temp.)

Alex. Alesio.

Epist. lib. III. p. 187. (ed. Lond. lib. III. ep. 110.). Nunc accuratius edita ex apogr. in cod. Goth. 191. p. 71. et apogr. vetustiss. in cod. Monac. II. p. 173 b.

D. Alexandro Alesio.

S. D. Ψυχῆς νοσούσης [1]) ἰατροί εἰσιν λόγοι, praesertim amicorum et doctorum. Auget autem mihi solitudo moestitiam, adeo ut contabescam, videamque mihi † huius" vitae aerumnosae finem instare. Tuum silentium tali praesertim tempore, cum scias desiderari a me literas [2]), miror, et moleste fero, me, cuius officia antea multas lenierunt curas, nunc ab amicis vix epistolam impetrare posse. Sed, ut video, spreti, victi, invisi, καθάρματα καὶ περιψήματα esse ducimur [3]). Deum autem aeternum patrem domini nostri I. C. oro, ut opem suae [4]) veritati ferat, et nos rursus erigat, et vulneribus nostris medeatur; quod facturum esse non dubito.

Lycaon in Saxonia novum bellum accendit, et *Carolus* Helvetiis minitari dicitur; qui, si ideo tam [5]) multa movet, ut deleat doctrinam, procul adhuc ab eo fine mihi abesse videtur. Sed his de rebus tuas literas expecto. Ego absoluta dialectica, si vivo [6]), de novo exilio deliberabo, eroque [7]) alter ἀλήσιος. Nam hanc solitudinem ferre non

*) Mst. et cod. Monac. 89. *morbo*.
1) Lond. mendose νοθούσης.
2) Pez. edidit: *me desiderare literas tuas*.
3) *miror et moleste* etc.] Pez. mutilata sic edidit: *miror; ac scis mea officia antea multis leniisse curas. Sed existimo, non minus te angi communibus ecclesiae periculis. Sumus enim, ut vides, spreti et invisi pluribus, imo καθάρματα καὶ περιψήματα dicimur.*
4) Pez. *suam*.
5) *tam*] non habet Pez.
6) *si vivo*] non leguntur in cod. Goth. 191., cod. Monac. *vivam*.
7) Pez. *erisque*.

possum. Quaeso explores, an *Paulus* isthinc discedens aliquid ad me scripserit, ut certe existimo. Mitti cures [8]) si quid est ad me literarum a *Paulo* isthic relictum [9]). Ideo enim hunc Tabellarium misi, ut tandem literas a vobis extorqueam. Famam de novo Pontifice audivisse te arbitror. Bene vale. Salutem opto D. *Ziglero*, et *Esromo* [10]).

No. 4024. 20. Sept.

Eberus ad Melanthonem.

† Ex autographo Eberi in cod. Goth. 123. ep. 93.

(*Paulus Eberus ad Philippum Melanthonem*)

S. D. Quod Deo aeterno patri domini nostri Iesu Chr. gratias ago, veni cum meo grege incolumis in patriam, ibique reperi amicos et propinquos valentes et mei amantes, et observantes. In itinere autem aliquoties intuens comitatum meum collectum ex parvulis imbecillibus et inermibus cogitavi de gubernatione Ecclesiae, quae in mundo per summas difficultates vehitur errabunda, nusquam certam sedem, fidum hospitium et firma praesidia inveniens, estque tantum Deo duce tuta; quam ut Deus similiter tueatur, ut nos per loca aspera et infesta feliciter traduxit, ex animo precor. Eundem oro, ut nos rursus ad nostrum nidulum incolumes reducat. Cupio enim isthic esse quam primum, ut vel in schola nostra, si restituetur, piissimi laboris vestri socius et particeps sim, vel tecum alio, quo nos fata vocabunt, migrem. Etsi enim hic amplis amicorum promissis teneri possem, tamen non volo adhuc quidem me a nostro collegio, et inprimis a tua consuetudine, quam ego omnibus commodis et voluptatibus anteferendam duco, seiungere. Spero igitur, me intra dies sedecim isthuc rediturum, Deo iuvante. In patria uxorem hac hyeme relinquerem, sed persuaderi ei non potest, ut me discedente commorari hic diutius, etiam in deliciis, velit.

8) Sic codd., sed Pez. *Mitte igitur*.
9) Paulus Eberus medio Septbr. Viteberga abiit et cum uxore et liberis in Franciam profectus est. Quare intelligitur, hanc epistolam fere d. 18. vel 19. Septb. scriptam esse.
10) Pro: *et Esromo* Pez. habet *etc.*, haud dubie quia *Esromi* legere non potuit. — Cod. Goth. 191. verba: *a Paulo isthic* etc., non habet, sed finit ep. cum verbis: *si quid est*.

Dominus *Fridericus* *) tuam epistolam cum maxima voluptate legit, et sollicitus est de responso, excusans suam infantiam. Altero die postquam huc veni, misit ad eum *Vitus Theodorus* Ioelis enarrationem **), quam *Friderico* dedicaverat. Ita utriusque vestrum, quos merito facit maximi, iudicio honorifico mirifice est delectatus. Verum optat, sibi contingere antequam moriatur, ut te in suis aedibus hospitem videre et coram audire de publicis rebus disserentem possit. Ideoque oravit, ut si in patriam proficisceris, de recta via aliquantum deflectas. et ad ipsum divertaris. Promittit, se observantiam erga te suam non sumptuosis, sed, ut sperat, gratis officiis tibi declaraturum.

Nova hic prorsus nulla reperi, nisi quod rumor *Herbipoli* hic allatus est, imperatorem 18 millia Hispanorum recens ingressorum Germaniam collocaturum in Episcopatus Wirceburgensem et Bambergensem in hiberna, quae res Francos nostros valdé consternatos reddidit. Ego autem existimo, magis terrendorum, ipsorum causa tales rumores spargi, ut postea facilius ab iis pecunia quae petetur, exigi queat. Talibus confictis rumoribus a multis magna extorta sunt.

De comitiis prorsus hic apud nostros Francos silentium. De tumultu, qui exortus est Augustae inter milites Caesaris, audivisti credo ex *Mattheo Ireneo*, cuius praesentiam certo scio tibi aliquam molestiarum partem levaturam esse. Audio etiam *Ioachimum* Noriberga egressum esse, ut Lipsiam redeat, unde non dubito eum ad te excursurum.

Salutat te dom. Pastor, M. *Schonnizing* (?), M. *Petrus* Diaconus, Dominus *Fridericus* et meus hospes *Hieronymus Berbing*, optimus senex, tuique observandissimus. Salutem opto dom. Pastori et caeteris Ecclesiae ministris ac collegis nostris, etiam *Sylvestro* nostro, quos omnes cupio orare Deum, ut meum pusillum gregem feliciter ad vos reducere possim salvam et valentem. Datae Kyzingae, 20. die Septembr. pridie Matthaei 1547.

No. 4025. 21. Sept.

Eberus ad Comitem N.

† Ex autographo Eberi in cod. Goth. 123. ep. 94. Est prima epistolae delineatio, ab Ebero sibi asservata.

*) Frid. Bernbeck. Vid. ep. d. d. 6. Septb.
**) Est Lutheri altera enarratio Ioelis prophetae, vid. Opp. Luth. Hal. Tom. VI. p. 2148.

Paulus Eberus ad Comitem N. N.

S. D. Cum familiam meam hoc tempore, quo schola nostra Witebergensis prorsus dissipata iacet et silet, in patriam adduxissem, ut propinquos et omnes viserem, eamque ob causam etiam Wirceburgum accessissem, ubi fratrem habeo hunc, qui a me rogatus vobis hasce literas offert, generose domine Comes, diu cogitavi, scriberemne ex vicino ~~loco ad vos~~, an vero ~~occupationum vestrarum~~ ratione habita insalutatis vobis ex hac regione discederem. Etsi autem certo sciebam, vobis literarum et pietatis amore flagrantibus academiae nostrae incolumitatem curae esse, et reiterationem status illius gratam fore, tamen verecundia impediebar, ne ad tuam generositatem scribere tenuissimae fortunae hominem auderem. Sed postea profecto mihi *Kyzingam*, quae mihi natale solum est, *Bartolomaeus* quidam *Laub*, meus discipulus, filius Quaestoris in Sumerhausen narravit, se audivisse ex suo domino, domino *Carolo Schenckio* Limpurgensi, a vestra generositate recens mei mentionem factam esse talem, ex qua coniectura fieri possit, me vobis curae et carum esse. Hoc nuncio audito, etiam longius a vobis remotus, tamen putavi nefas esse, si non, antequam patria exirem, per literas vos salutarem, cum constet, vos memoriam et curam mei etiam in hac nostra calamitate et isto vestro splendore tam constanter retinere.

Excussa igitur verecundia volui vestrae generositati pauca quaedam de scholae nostrae statu et rebus meis quoque significare, officiose rogans, ut tua generositas certo sibi persuadeat, non me captatum aliquid hanc scriptionem instituisse, sed officii rationem habuisse, ut intelligeretis, mihi vestram benevolentiam, qua me semel complexi adhuc prosequimini, gratissimam esse.

Historiam belli tristissimi quod in Bavaria et Suevia gestum totum in Saxoniam nostram translatum est et tristissimo eventu finitum, certo scio, vos ex aliis certis hominibus cognovisse. Cum autem superiore anno in fine authumni oppidum Witeberga firmo praesidio muniretur principis Electoris tertio edicto, vix potuit compelli Dominus *Philippus*, ut cum aliis collegis urbe excederet, et locum daret militi, cui cum scholasticis non bene conveniret. Ibi alii alio se receperunt, ubi se tutos fore crediderunt, donec belli incendium restingueretur, nec inveniri locus vel in Ducatu

Electoris, vel in vicinia commodus potuit, quo totum corpus Academiae transferretur. Itaque dominus *Philippus* in oppidum vicinum Anhaltinorum principum *Zerbestam* se contulit. Alii professores Magdeburgum, alii Brandeburgum elegerunt, ubi latitarunt ad id tempus, quo captus Elector Saxonicus nunciatus est. Me autem tum initio, cum aliis egredi urbe et vitare strepitum militum cupientem, morbus filioli periculosus retinuit in oppido, ubi sane difficultates tales pertuli, quae inexperto graves videri possent, sed collatae ad eas, quae secutae sunt, ludus iocusque dici poterant. Nam nunciata strage exercitus nostri et conspecta tristissima specie advolantium ex fuga, denique nunciata calamitate Electoris captivi, nullus ibi animus fuit tam celsus tam firmus, qui non subito isto terrore prorsus percelleretur. Et quamvis periculosissima obsidio urbis nostrae metuenda esset, imperatore cum exercitu ex Torga descendente, tamen cum familia fugere ex urbe non potui, eo, quod nostri equites, qui in fuga omnia sua perdiderant, sine discrimine tam socios quam hostes spoliabant, et direptionibus tristibus omnes viae erant infestae. Mansi igitur inclusus cum meis in oppido in toto tempore belli, ubi in quantis periculis, in quantis terroribus et moeroribus cum aliis fuerim, non licet brevitati epistolari explicare, et vestra generositas ipsa pro sua sagacitate aestimare poterit.

Hortabatur me dominus *Philippus*, primis diebus, cum portae adhuc paterent ternis literis ad capessendam fugam, ut me sibi exulanti adiungerem, sed, ut dixi, propter latrocinia magis nostrorum equitum palantium quam hostium, non fui ausus, meum pusillum gregem periculis certissimis exponere. Ibi obsessa urbe *Philippus* cum familia cessit ex *Zerbesta Magdeburgum;* inde petivit *Brunsvigam*. Ex eo loco concessit ad iuga Hercinia in oppidum imperiale *Northusen*, ubi bonam partem aestatis delituit cum familia. Alii professores, qui Magdeburgi fuerant per hyemem, cum illo loco etiam periculum immineret, transtulerunt suas familias et reculas in Marchiae oppidum *Stendel*, ubi adhuc degunt, nec eorum quisquam familiam Vitebergam reduxit, aut ipse mansurus eo rediit. Solus *Philippus* multis epistolis vocatus ad conventum provincialem, qui Lipsiae celebrabatur circa Margaretae, inde Vitebergam venit, ubi eum abiens in patriam 6. die Septembr. in meis aedibus commorantem reliqui occupatum in dialectices epitome absolvenda, quam speramus editum iri intra mensem. Scribit enim eum librum accurate et diligenter, mirifice profuturum studiis iuventutis.

In conventu Lipsiensi, de quo dixi, etiam petebatur a Duce *Mauritio* scholae Witebergensis restitutio, qui et tum statim, et posthac Witebergae coram amplis verbis promisit, se non modo laboraturum, ut restauretur ad pristinam formam, verum etiam quaesiturum vires, quibus locupletari et augeri possit academia Witebergensis. Ea spes sollicitos habuit omnium professorum animos non volentium hanc scholam deserere, in qua lux doctrinae coelestis splendere primum coepit, et bonae artes Ecclesiae necessariae magno cum fructu iuventutis traditae et illustratae fuerunt, nec tamen audentium redire in urbem non prius constituto fisco academiae, ut scire possint, qua spe stipendiorum ibi sint futuri cum aerumnosis suis familiis, exhausti sumptibus, quos in hoc exilio magnos fecerunt. Constitutio autem fisci eo tardior est, quod princeps ipse abiit ad conventum Augustanum, nec antea aliquam rerum ecclesiasticarum et scholasticarum omnium curam postremam suscepit.

Vocati sunt et Philippus et alii alio magnis praemiis propositis; sed suae constantiae esse iudicarunt, expectare, ut viderent, num serio novus dominus scholae instaurationem suscipere velit.

Hic est Academiae nostrae status, quem indicare vestrae generositati volui cum in vicinia essem, omissis negotiis belli, quae ex aliis audire poterit. Cum igitur otium nobis a lectionibus iam omnibus ferme datum esset, volui hoc autumni tempore meam familiam in patriam adducere, eamque popularibus meis commendare, ut, si quid mihi humanum accideret, sicut sum imbecilli corpore, et parum aut nihil prorsus rei liberis relinquere possum, haberent tamen coniunx et liberi aliquos, qui ipsorum curam agant. Et decrevi intra quadriduum hinc abire iterum in Saxoniam et conventum scholae nostrae expectare, quae si non restituetur, erit mihi alibi locus quaerendus aut diutius exulandum.

Deum oro, ut mitiget iram suam, ne cum mutatione imperiorum etiam studia pia extingui sinat. Necesse est enim vastatis scholis magnam ubique barbariem sequi, nec puritas doctrinae ecclesiasticae retineri neglectis studiis linguarum et artium poterit. Tuam generositatem oro, ut sub

precibus etiam hanc rem tantam Deo commendet, quem toto pectore oro, ut in his Germaniae motibus et turbulentissimo tempore vos cum generosa et piissima matre ac tota ditione clementer tueatur, regat et conservet. Salutem opto etiam *Christophoro Schreiber*, optimo viro, et *Erasmo Fridebergensi*, amico veteri. Datae festinanter die Matthei Apostoli anno 1547.

Tuae generositati
obsequentissimus
Paulus Eberus
Kyzingensis, in patria exul.

Significo etiam vestrae generositati, hospitem vestrum, virum optimum et integerrimum, D. *Benedictum Paulum* supra accepta damna etiam in fortunarum omnium utque adeo capitis periculum venisse ob quasdam epistolas interceptas, in quibus nescio quid scripserat liberius de novo domino. Illis curis confecta honestissima matrona coniunx ipsius in morbum incidit, quo post dies aliquot extincta est.

No. 4026. 25. Sept.

Georgio Anhaltino.

Beckmanni access. hist. Anhalt. p. 114.

Georgio, Princ. Anhaltino.

Illustris et Reverendissime Princeps. Exposuit mihi mandata Cels. Vestrae Vir integerrimus, nobilitate generis, virtute et eruditione praestans, Doctor *Ziglerus* [1]). Etsi autem literis domesticis revocor [2]) ab iis, qui praesunt Academiae, tamen ad C. V. iter faciam, et cras, Deo iuvante, istuc [3]) veniam, die videlicet 26. Septembris. Non magis avida est C. V. colloquii nostri, quam ego sum; multae enim graves causae sunt, de quibus meos dolores C. V. exponere cupio. Bene et feliciter valeat C. V. Die 25. Septemb.

C. V.
addictissimus
Phil. Mel.

1) Lipsiae. Ergo Mel. iter fecit per Lipsiam.
2) Witebergam; commorabatur Nardhusae ob morbum gravem uxoris.
3) Merseburgum.

No. 4027. 26. Sept.

Cruciger ad Medlerum.

E cod. Bav. II. p. 370. edita a Danz. in Epp. ad Medler. ep. 73. Nunc e cod. ipso descripta.

Reverendo viro, eruditione et pietate praestanti D. Nicolao Medlero, gubernatori Ecclesiae Dei in urbe Brunsvicensi, amico suo observando,

S. D. Literas tuas, Reverende Dom. Doctor, ac Dom. Doctoris *Ionae* per hunc adolescentem, D. *Philippo* adscriptas eodem die, quo allatae sunt, eidem *Philippo*, paulo ante ingresso iter ad uxorem suam in extremo periculo Northusii decumbentem, misi, sed tamen prius ex ipsius mandato, quod mihi dedit discedens, resignatas et lectas. Sed [cum] [1]) propter coniugis, quod dixi, periculum ei properandum esset, non licuit ei per tempus nunc vobis rescribere. Sed responsurus est ac missurus literas aut illinc, quo nunc accessit, aut hinc, quo se brevi, Deo volente, rediturum constituit.

Quis sit status rerum, et in quo periculo sint Ecclesiae, satis videmus. Sed nos, quid aliud possumus nisi ut eo ardentioribus gemitibus et lachrymis ipsarum et nostram salutem Deo patri, et filio eius, domino et liberatori nostro, commendemus, et retineamus constantem confessionem purae doctrinae ad extremum usque spiritum, ac confirmemus nos hac fide, quae statuit, Christum vivere et regnare ad dextram patris, nec istis modis, quibus coeperunt, oppressuros esse adversarios veritatem, sicut nec hactenus opprimi potuit, etiamsi nos interfecti sumus, et illi se delevisse doctrinam gloriantur. Habemus enim dominum victorem mundi et portarum inferi [2]), etsi merito dolet piis, sic grassari illos contra Ecclesiam, et Satanam immaniter saevientem in hoc extremo suo furore multis saevis vulneribus eam sauciare.

De instauratione huius scholae, in qua hactenus fuit sedes et domicilium doctrinae pietatis et optimarum artium, bona spes esset, quia iam de reditibus et stipendiis provideri coepit, nisi metum nobis adferret expectatio huius conventus, cuius exitum precemur ut Deus pro sua sapientia, bonitate et potentia gubernet ad gloriam sui nominis contra omnes potestates adversarias. Is eadem sua

1) *cum*] desideratur. Danzius illud addidit, sed non dixit, illud in cod. Bav. non legi.
2) Danz. *inferni*, ex correctione.

potentia servet et defendet [3]) et Ecclesiam suam in vestra urbe et istis omnibus regionibus. Periculum omnibus commune est, quare invocatio sit etiam communis et preces piorum coniunctae, quas non dubito per filium Dei mediatorem et ducem nostrum efficaces fore etiam in summa infirmitate nostra, et extrema prope desperatione humana. Bene vale. Vitebergae, die 26. Septembris.

Caspar Cruciger D.

No. 4028. 6. Oct. (Nordhusae.)

Ge. Maiori.

Epist. lib. V. p. 387 sqq.

Reverendo Viro, eruditione et virtute praestanti Domino G e o r g i o M a i o r i, *Doct. Theologiae, amico suo charissimo.*

S. D. Charissime D. Georgi. Magna est universae naturae humanae infirmitas: sed tamen Petrus non sine caussa gravi vocat mulieres *σκεύη ἀσθενέστερα,* quod ita esse, et tu et ego in hoc tristi exilio experti sumus. Gemens vidi tuam coniugem honestissimam luctu et dolore admodum languefactam. Mea quoque magis animi aegritudine quam alio corporis morbo laborat: etsi accesserat *δυσεντερία,* qua depulsa manet moestitia, quae tamen, donec adsum, aliquantulum levatur. Mansi igitur diutius. Sed deliberationes de nostris alveolis cogunt me redire ad Albim. Quare post triduum, Deo adiuvante, iter ingrediar.

Mitto Illustrissimo Principi *) pagellas, quas an fideliter custoditas exhibuerit nuncius, mihi significes, velim. Mittes autem literas vel D. *Chiliano*, vel *Emerico*, ut eas in Salinis inveniam. Nam auriga noster Prutenicus non aliam novit viam, nisi eam, qua nuper iter fecimus: et *Sabinum* **) sua negotia cogunt redire ad Salinas. Ego ad vos iter facere malim, scribam tamen ad te in Salinis.

Cum aetas nostra in magnos tumultus inciderit et Ecclesiae et Politiarum, bene nobiscum agi putemus, si Deus ita nos gubernet, ne doctrinam corrumpamus, etiamsi in aliis rebus accidunt nobis *σφάλματα,* non tragica tamen.

Edita sunt Dialectica, quorum lectorem desidero *Leonartum* nostrum. Sed spero tamen aliis tuis filiis profuturum esse hunc laborem et, ut prosit, opto.

Mitto tibi tuam insignium historiarum narrationem. Magna profecto est saevitia N. *), si seni modestissimo Principi N. **) qui et familiarissimus fuit, eripit summum *ἀξίωμα* in ultimo vitae articulo. Tale est odium Cainicum adversus doctrinam. Praeparemus igitur animos ad ferendas iniurias, et Deum oremus, ut poenas mitiget: et servet aliquod semen sanctum, et nidulos filiis tuis et aliorum piorum. B. vale. 6. die Octob.

Philippus Melanthon.

3) Dans. emendat: *defendat.*

*) Georgio Anhaltino.

**) De itinere Sabini vid. ep. ad Iohannem d. 18. Septb.

*) Saub. nomen tacuit. A. D. habet τοῦ Ἀετοῦ.

**) Ioanni Friderico. A. D.

No. 4029. 6. Oct. (Northusae.)

Georgio Anhaltino.

Select. epist. p. 376. Epist. lib. I. p. 84. (ed. Lond. lib. I. ep. 37.).

Illustrissimo et Reverendissimo Principi ac Domino, Domino G e o r g i o *Principi in Anhalt, Comiti Ascaniae etc.*

S. D. Nec oblivione accidit, nec propter itinera mea, ut tardius mittam concionem: Sed partim aliae lucubrationes me remoratae sunt, partim dubitatio de argumento. Tandem diu quaesita materia, sumpsi dictum *Pauli ad Timotheum*: Attende lectioni, consolationi et doctrinae. Est enim eruditissima partitio. Et quanquam magis idonea materia scholae videtur, quam templo, tamen in sacerdotum coetu decet non ineruditas orationes haberi. Atque utinam diu sonent in Synodis eruditae conciones. Quid enim moliantur hostes doctrinae videtis. Sed Deum oremus, ut Ecclesiae suae reliquias servet, nec sinat extingui doctrinae lucem. Brevior est et minus splendida enarratio dicti *Paulini:* Sed nec domi, nec animo tranquillo scripsi; ac Cels. T. permitto iudicium de scripto. Significari etiam mihi per Doctorem *Georgium* Cels. T. curet, an pagellas recte custoditas tabellarius vester exhibuerit. Mitto tres historias admodum insignes; Scio multa cogitaturam esse de tota *Germania*, ubi leget Cels. T. narrationem de Electore *Palatino*. Deus reprimat con-

silia eorum, qui delere vocem Evangelii conantur. Acta consilii *Tridentini*, hoc est, articuli aliquot cum refutatione editi sunt *), quorum exemplum heri dedi Comiti *Stolbergio Henrico*. Cum venero *Witebergam*, si aliud exemplar invenero, mittam Cels. T. Iter Deo iuvante intra triduum ingrediar. Bene valeat Cels. T. Die 6. Octob.

*) auctore Francisco Hispano, qui tum erat Basileae.

No. 4030. (6. Oct.)

(*Scripta.*)

Tres habentur enarrationes loci 1 Timoth. 4, 13. quae Melanthoni tribuuntur. Una quae legitur in Manlii farrag. p. 100. — altera in apogr. cod. Goth. 191. p. 99., — et tertia in eod. cod. l. l., quae cum textu Manlii congruit usque ad verba: „alligat Ecclesiam ad hos libros divinitus," ubi alia adduntur ac Manlius habet. — Enarratum esse hunc locum a Melanthone in usum Georgii Anhaltini, Episcopi Merseburgensis, intelligitur ex epistola ad eundem d. d. 6. Oct. h. a.

A) Ex Manlii farrag. p. 100 sqq.

Paulus 1 *Timoth*. 4. *Προσέχει τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ.*

Multa continentur in hoc brevi dicto. Primum praecipit de studio: quare sciamus cogi nos mandato divino, ut discamus doctrinam a Deo patefactam. Deinde magna consolatio est piis, cum propter veritatis studium sustinent aerumnas, scire ideo se impiorum saevitiam subire, quia mandato Dei obedierint, ac discere doctrinam a Deo traditam voluerint. Id autem mandatum maxime faciendum, et maxime necessarium esse, inde existimari potest. Quia cum singulare et ingens beneficium Dei sit, quod prodiens ex arcana sede patefecit sese, et mirandum decretum de reconciliatione: ingratitudo horribilis est, negligere tantum beneficium, et nolle Deum nos alloquentem audire. Distribuit autem Paulus eruditissime genera doctrinarum in Ecclesia.

Primum vocat lectionem, et praecipit ut legamus monumenta tradita divinitus. Geometria et aliae artes, quae ex demonstrationibus extruuntur, non discuntur primum lectione: sed in nostra mente principia quaerimus, et inde demonstrationes texuntur. At promissio reconciliationis et vitae aeternae non nascitur nobiscum: sed est mirandum decretum, factum in consilio aeterni patris, filii et spiritus sancti, et postea promulgatum et traditum patribus et prophetis, ut literis mandaretur.

Dissimilis est igitur haec doctrina humanis artibus et aliis religionibus. Artes et leges sine literis natura cerni possunt. Sed promissio aliunde tradita est, et mandata literis. Ideo legi necesse est: et Ecclesiae opus est literis, libris, et studiis literarum. Et cum nominat Paulus lectionem, alligat Ecclesiam ad hos libros divinitus traditos. Sequitur consolatio. Postquam ex lectione cognita est promissio, proximum est ut eam nobis ipsis applicemus: agnoscamus Deum, sicut se patefecit: convertamur ad eum, et intueamur filium nobis missum, et promissionem reconciliationis amplectamur. Hac erecti consolatione, invocemus Deum: et confirmati feramus aerumnas, quibus Ecclesia onerata est: nec fracti mole miseriarum deficiamus a Deo, sed leniamus nobis dolores agnitione praesentiae et auxilii Dei, et invocatione et expectatione liberationis.

Hoc secundum membrum, scilicet consolatio, praecipue ad promissionem, et ad applicationem promissionis referatur: et late patet in tota vita, in omnibus periculis et doloribus.

Tertium membrum nominat doctrinam. Lectio continet non tantum promissionem reconciliationis, etsi ea pars praecipua est: sed etiam legem, exempla, promissiones rerum necessariarum in praesenti vita, articulos de praesentia Dei, de tribus personis, de voluntate Dei, de filio Dei nato ex virgine, de Ecclesia, de peccato, de sacramentis, de resurrectione, de vita aeterna, de praemiis ac poenis aeternis. De his rebus, quae in lectione recitata sunt, redigat pius lector in ordinem, ut artifex, sed ut Dialecticus. Et recte distributa primum ipse mente comprehendat, postea aliis proponat et illustret, ac praecipue hanc normam semper in conspectu habeat, videlicet discrimen legis et promissionis: ac videat ubi lectio de lege, ubi de promissione concionetur. Ita paucis verbis Paulus modum discendi tradidit.

[Philippus Melanthon *)
in exilio, 1547.]

† B) Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 99.

1 *Timoth*. 4.

Προσέχε τῇ ἀναγνώσει καὶ τῇ παρακλήσει καὶ τῇ διδασκαλίᾳ. Eruditissima haec partitio

*) Sunt haec a Manlio adscripta. Sed erravit.

est. Primum de lectione praecipit, quia doctrina Ecclesiae dissimilis est philosophiae. Arithmetica et aliae artes humanae extruuntur ex principiis non notis nec traduntur initia lectione. Notitias enim numerorum et alia proportionum initia monstrat lex naturae; sed promissio Evangelii proprie nulli creaturae nota fuit, estque decretum Dei arcanum, quod Deus sua voce patefecit, et mandari literis voluit per patres, prophetas et apostolos, et curam servandorum librorum Ecclesiae mandavit. Praecipit igitur ut legamus et approbat, ac tuetur studia discentium literas. Hanc consolationem in studiis teneamus. Deinde tertio non solum necessaria est, sed ex lectione sumendum est ordine corpus doctrinae. Discerni oportet legem et Evangelium, discerni doctrinam de Deo falsam a vera, discerni et doctrinam de Ecclesia et de impiis. Tertio, non satis est doctrinam nosse, sed ad usum transferri eam necesse est, et summus gradus est consolatio oppressi peccato et morte. Sed in vera poenitentia erecti consolatione per fidem recipiamur, fiamus iusti et haeredes vitae aeternae efficiamur. 1547.

C) Ex eod. Cod.

Idem aliter.

(Initium ut in Manlio, usque ad verba: *alligat Ecclesiam ad hos libros divinitus traditos*, ubi mst. sic pergit:)

Sequuntur reliqua duo membra: consolatio et doctrina. Sed post lectionem primum doctrina mentes instituantur. Necesse est enim teneri summam doctrinae reductam in ordinem et velut in corpus, et conspici discrimen doctrinae, quae propria est Ecclesiae Dei, et aliarum artium seu sectarum. Ac initio legem et Evangelium discerni oportet. Lex in decalogo breviter comprehensa est. Evangelium autem proprie est gratuitae r. p. [remissionis peccatorum] promissio, seu reconciliationis, quae donatur propter filium Dei. Discendi sunt et articuli fidei, quorum ut summa breviter comprehensa esset, symbolum compositum est, sed testimonia et explicatio sumantur ex his libris. Necesse est, doctrinam propriam Ecclesiae de Deo discerni ab ethnica, videlicet, ne a vero Deo aberremus, et ut nostram invocationem ab ethnica seiungamus. Scire oportet tres esse personas divinitatis, patrem aeternum, filium, qui est λόγος καὶ εἰκὼν ἀΐδιος ἀϊδίου πατρὸς, et spiritum sanctum. Horum descriptiones et testimonia de patefactione quaerantur in lectione horum librorum. Dicendum est etiam, quid sit Ecclesia, quid differat ab imperiis, quid sit iustitia politica, quid iustitia spiritus, quid ministerium evangelii, quid gubernatio politica etc. Tertio, etsi necesse est, doctrinam teneri; tamen id non satis est. Nam et multi hostes Dei eam norunt; sed oportet accedere consolationem. Ad hunc ultimum finem referenda est doctrina, ne peccato et morte oppressi pereamus, sed erecti consolatione vocis evangelii de filio Dei recipiamur, iustificemur, et efficiamur haeredes vitae aeternae. Hanc consolationem in exercitiis poenitentiae, in omnibus periculis et in quotidiana invocatione experiamur, ut crescat in nobis fides et agnitio praesentiae et misericordiae Dei erga nos, et inchoetur in nobis vita aeterna iuxta dictum filii Dei: haec est vita aeterna, ut agnoscant, te solum esse Deum verum, et quem misisti, Iesum, esse Christum. Haec explicatio ostendit, Pauli dictum continere utilissimam commonefactionem de ordine et usu coelestis doctrinae et de initio ac fine [eius].

No. 4031. 7. Oct.

Cruciger ad Menium.

† Ex autographo Crucigeri in cod. Goth. 884. in fol.

Reverendo viro, eruditione et pietate praestanti, d. Iusto Menio, pastori Ecclesiae Gothanae et aliarum Ecclesiarum in Turingia inspectori, amico suo cariss. C. Cruciger.

S. D. Gratissima mihi fuit singularis testificatio benevolentiae tuae erga me, quam tuae literae peramanter scriptae te adhuc constanter retinere confirmant. Itaque tibi etiam gratias agendas esse iudico, quod inter tam multos, qui nunc vel ex iniquis suspicionibus vel ex falsis rumusculis, vel propter nescio quod nullo malo animo aut studio, sed fortasse non satis considerate et sic satis γεροντικῶς scriptum, a nobis abalienantur; quidam etiam palam nobis acerbe maledicunt. Nos vero quid in hac rerum omnium tristi confusione agamus? Quid? nisi ut miserias nostras, quas peccatis nostris nobis omnes accersivimus, et Ecclesiarum tantam quassationem deploremus, et ex imi pectoris gemitibus et suspiriis a Deo, patre domini nostri Iesu Christi, horum vulnerum et con-

tritionis sanationem exposcamus. Facile possum animo concipere, quae vos miseriae premant, ex iis ipsis, quae nos hic perpessi sumus. Sed cogitemus illud, in mundo θλίψιν, praedictum Ecclesiae, ut ad ea ferenda instructissimus, et consolationem ex veris fontibus petamus a Servatore nostro Christo, sinamus interim mundum furere, ruere, et omnia misceri horribilibus confusionibus. Quid enim ad nos, quid fiat de imperiis, quae videmus prorsus pessum ire? et si Deus conservaturus est, ut speramus, aliquam Ecclesiam, subiiciamus nobis talem statum, qualis fuit vastata Ierosolyma et exulante populo, ac paucis reliquiis relictis in patria; fortasse enim et nobis eveniet quod dixit propheta: *reliquum faciam in te populum pauperem et inopem, et sperabunt in nomine domini*, videlicet destituti humanis praesidiis et defensione. Nos hic eo maxime, quia honeste haec Ecclesia deseri non potuit, hic remansimus, etsi propterea a multis plagas accipimus. Nec alia spe retenti sumus, nisi si Deus, qui antehac hanc scholam ipse evexit et fecit sedem doctrinae pietatis et artium studiis florentem, eamdem etiam ipse, (nam de humana ope nihil firmum et perpetuum nobis polliceri debemus) velit in his ruinis aliquo modo velut in naufragio rursus collecto aliquo coetu instaurare, ad quam rem operam nostram deesse non debere existumamus. Et nunc satis bona spes ostenditur, etsi ea ipsa non sine sollicitudine est de exitu huius conventus. Sed quidquid erit, Deum orabimus, ut alicubi servet et colligat reliquias sui coetus. Et si hic res non procedet, nobis etiam exilia quaerenda erunt. Simus autem nos quantum omnino possumus veris animis et studiis coniuncti, ut uno ore unoque pectore Deum aeternum invocemus, ut nos et in hoc perdito mundo servet a malo, et velit esse salutaria organa misericordiae, ac in illa foelici ac perpetua schola coelesti aeternum velit esse coniunctos in laetissima consuetudine cum filio suo. Amen. Bene vale cum familia. Salutem tibi optat D. Pomeramus, pastor Ecclesiae, *Philippi* reditum expectanus ex Theodosii urbe *), ubi eius uxor cum summo vitae periculo aegrotavit, sed nunc Dei beneficio, ut audimus, restituta. Witebergae die 7. Octobris 1547.

Casp. Cr. d. [Cruciger, Doctor.]

*) Northus.

No. 4032. 10. Oct. (Witebergae.)

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 573 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli North.

S. D. Cum, Deo iuvante, rediissem ad Collegas meos, statim interrogavi de M. *Andrea*, quem ad docendam Ecclesiam in urbe *Northusen* vocavimus. Hunc, narrabant, iam Lipsiam profectum esse, me ut ibi alloqueretur, ac decrevisse, deinde recta ad vos proficisci. Si, ut arbitror, istuc veniet, commendo eum vobis. Vir gravis et doctus est. Explorabo etiam in eius Patria, an profectus sit. Civis oppidi nostri *Kelner* fuit captus, sed rursus, Deo iuvante, liberatus est. Hodie, credo, hic adfuturum esse. De Synodo Tridentina magnae contentiones sunt in Conventu Augustano. Volunt enim aliqui indici novam Synodum, et nolunt recipere decreta Tridentina, quia decretum de Iustificatione, factum in Synodo Tridentina, sine ulla dubitatione falsum est. Bene valete, et rescribite. Die 10. Octobris.

Deus servet vos et vestros incolumes.

Salutem viro Clarissimo, Dn. Doctori *Matthaeo*. Mitto vobis Prognosticon: sed ex Conventu Augustano certius Prognosticon sumi potest. Iterum valete. Audio, in viis passim latrocinia exerceri.

Philippus.

No. 4033. 10. Oct.

C. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 286 sq.

Christophoro Pannonio, (in Acad. Francofort.)

S. D. Ut veniam des brevitati mearum literarum, mitto tibi carmen, in quo longa sunt itinera, sed elegantissime descripta. Autor vir optimus est *), et bene de studiis meretur. Gubernat enim Academiam in urbe Mysorum, quae est ἐπώνυμος τῷ ἔθνει. De Conventu Augustano scias, nunc contentionem esse de Synodo Tridentina. Postulat ὁ αὐτοκράτωρ, ne eius Synodi decreta recipian-

*) Georgius Fabricius, gubern. scholam Misnensem.

tur, eum quidem τὸ περὶ δικαιοσύνης ψήφισμα adseveret quaedam falsas sententia. Multi igitur, ut nova Synodus, et quidem in Germania, indicatur, petunt. *Peucero* de suis rebus dicito, me significaturum esse post paucos dies quaedam εὔχαιρα. Nunc enim plura scribere propter iter institutum non poteram. Bene vale. 10. Octobris.

Philippus Melanthon.

No. 4034. 13. Oct. (Lipsiae.)

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 196. (ed. Lond. lib. II. ep. 186.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps. In Ecclesiis in Comitatu *Mansfeldensi* pie et fideliter docuit hic *Iohannes Libius*, et vir doctus et honestus est. Venerat autem in Academiam nostram paulo ante bellum. Nunc rursus quaerit locum ubi doceat. Quaeso ut Celsitudo Vestra praeficiat eum alicui Ecclesiae. Spero enim recte facturum esse officium. Valet ingenio, et mores sunt honesti, et doctrinam Evangelii recte intelligit. Vagantur in exilio miseri sacerdotes, quorum affici calamitatibus C. V. praecipue scio. Bene valeat C. V. Die 13. Octobris, Lipsiae 1547.

No. 4035. 15. Oct. (Witeb.)

Senatui Ileburgensi.

† Ex autographo Mel. in cod. Dresd. collect. Seidel. No. 88. a Cl. Gersdorfio descripta.

Den Ehrbaren und weisen Herrn Burgermeistern und Rath zu Ilenburg meinen günstigen Herrn und Freunden.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor, Ehrbare weise günstige Herrn, Zeiger dieser Schrift David Scheffer des verstorbenen Pastors zu Pretin Sohn hat mir angezeiget, daß ein Dienst in der Schul zu Eilenburg ledig sey, und daß er darum gebeten, hat derwegen mich um Zeugniß seiner Bitten und seines Studii angesucht, nun wissen E. W. daß ich die Euere zu fördern allezeit geneigt gewesen, und noch bin, bitte derwegen E. W. wolle ihn diesen armen Priesters Sohn David günstiglich lassen befohlen sein, und ihn zu diesem geringen Schuldienst annehmen, denn er ist ein ziemlicher grammaticus, und ist fromme, hat auch vor dieser Zeit, in Schul zu Belgren gedient und wird mit der Zeit durch Gottes Gnad in Kirchen zu Ausbreitung christlicher Lehre zu gebrauchen sein, der allmächtige Ewige Gott Vatter unsers Heilandes Jesu Christi wolle Euch bewahren und diesen Landen gnädigen Frieden und selig Regiment geben. Datum Witteberg, 15. Octobris 1547.

E. Weisheit

williger Philippus Melanthon.

No. 4036. 16. Oct.

Cruciger ad Studiosos.

Scripta publ. T. I. p. 189 b. — Melanthon, nisi fallimur, scripsit.

Rector Academiae Witebergensis Casparus Cruciger, Doctor.

Misericordiae Domini, quod non consumpti sumus, inquit Ieremias, non tantum de suae aetatis calamitatibus, sed etiam de tristioribus poenis, quas in Ecclesia horribiliter grassaturas esse aliis temporibus vidit, quas tamen leniri significat immensa bonitate Dei, ne prorsus ipsius noticia in genere humano extinguatur. Ergo ut Ieremias, ita nos quoque Deo aeterno patri domini nostri I. C., conditori coeli et terrae et Ecclesiae suae, laudem iustitiae et misericordiae tribuamus, quod et vere irascitur peccantibus, et tamen in ira misericordiae suae recordetur, eumque verò timore et vera invocatione colamus, ac nunc gratias agamus, quod aliquas Ecclesiae suae in hac urbe et in his regionibus reliquias servat, quodque lucem doctrinae suae non prorsus extingui sinit. Etsi autem in magno luctu et moerore sumus, tamen et hanc ipsam ob causam, ut a voce Dei consolationem petamus, decrevimus, Deo iuvante, rursus inchoare praelectiones, de quibus singuli lectores horas et materias significabunt.

Quanquam autem iucundiora sunt studia doctrinae laetis temporibus, tamen propter imperiorum tumultus nullo modo abiicienda sunt. Sed cum propter privatam consolationem tum vero propter posteritatem colenda sunt, et difficultatibus repugnandum est animi moderatione et pia precatione, quae non erit irrita.

Excitemus nos ad curam legendi et discendi voce divina, quae inquit: 'si quis diligit me, sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum, et veniemus ad eum et mansionem apud eum faciemus. Habitabit inter nos Deus, si studia coelestis doctrinae modeste colemus, et nobis et aliis calamitates leniet, et hospitiis doctrinae restituet tranquillitatem, et labores discentium provehet; quod ut faciat, ardentibus eum votis et veris gemitibus oramus. Die 16. Octobris anno 1547.

No. 4037. 16. Oct.

Maximo Aemiliano (Oehmlero).

† Ex apographo in cod. Monac. 90. nr. VII. p. 63.

D. D. Maximo Aemiliano, Coburgae.

Reverende vir, etsi nondum certam sedem usque scio, tamen nunc propter editionem aliquot libellorum, quos studiis adolescentiae utiles esse spero, huc ad officinas typographicas veni, et ubicunque ero, Deo iuvante eandem vocem Evangelii sonabo, quam legis in nostris scriptis, et in tuae disputationis propositionibus, quas meministi multis bonis et doctis viris placere. Sunt hic et aliquot collegae nostri, et in hoc loco tam tristi tempore non libenter divellimur. Te oro, ut benevolentiam tuam erga nos extingui non sinas. Bene vale 1547, die 16. Octobris, quo ante annos 1868 Demosthenes interfectus est*), cuius excellens natura inutilibus contentionibus consumpta est. Nos Deo gratias agemus, quod ad labores in Ecclesia salutares vocati sumus, et Deum oremus, ut nos gubernet et adiuvet. Iterum vale. Wittenbergae.

No. 4038. 16. Oct.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 149. — Apographon in cod. Goth. 212. p. 111. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 129.

Clariss. viro — D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg. etc.

S. D. Hanc epistolam scripsi die 16. Octobris, quo ante annos 1868 interfectus est *Demosthenes*, cum triduo ante interfectus esset *Hyperides*; quorum virorum ingenia in qualibus contentionibus consumpta sint, non ignoras. Ac exempla quidem talia et monent, saepe falli humanam sapientiam, et hortantur, ut fugiamus civilia certamina. Sed scis nos cogi voce divina, ut quantum suo quisque loco potest, aliquid operae et studii conferat ad conservandam Ecclesiam Dei. Qua in statione cum te quoque Deus collocarit, forti animo feras eas difficultates, quas ferri necesse est, nec dubites Filium Dei tibi adesse.

Mitto vobis pagellas meo more, etsi scio te antea graecam legisse Lycurgi Orationem dulcissimam. Nec ideo verti, ut latina [1]) potius legeretur, sed ut tyronum studia iuvarem. Bene vale et rescribe. Filia Regis Anglici maxima natu scribitur mortua esse *).

†Philippus Melanthon.

No. 4039. 16. Oct.

Studiosis.

Scripta publ. I. p. 190.

Philippus Melanthon (Studiosis in Academia).

Deo, aeterno Patre domini nostri Iesu Christi, conditore coeli et terrae et Ecclesiae suae, iuvante inchoabo enarrationem epistolae Pauli scriptae ad *Colossenses*, die 24. Octobris proxima, hora nona in aedibus Collegii veteris. Deinde caeterarum praelectionum materias et tempora indicabimus. 16. Octobris [1547.].

No. 4040. 16. Oct.

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 320 sq.

---

*) Secundum *Ebert* Calendar. sub d. 16. Oct., Demosthenes veneno periit 322 ann. ante Christum natum. Ergo haec epistola anno 1546 scripta esset. Docet autem argumentum, illam pertinere ad annum 1547.

1) Spanh. *Latine*, mendose.

*) Adscripsit aliquis: *die* 18. *Oct.* 1548, quae etiam in lib. VI. edita sunt. In inscriptione epistolae leguntur: 29. *Oct.* 1548. (videl. accepi).

Christophoro Pannonio.

S. D. Chariss. Christophore. Aristoteles inquit, οὐκ εἶναι φιλικὸν, nimis accurate scribere epistolas. Et verum est. Sed tamen non laudo negligentiam. Me vero negligentius scribere cogit necessitas, quia saepe multis eodem tempore scribo. Nunc Doctori *Sabino* abeunti non fasciculos tantum, sed pene ἁμάξας ἐπιστολῶν addidimus. Dabis igitur veniam brevitati. D. *Sabinum* amanter excipito. Et *Casparo Peucero* dicas, ut, si est ociosus istic, ad nos expatietur. Bene vale. Die 16. Octob. quo ante annos 1868 Demosthenes veneno periit, cuius cum naturae praestantiam consumptam esse inutilibus ταραχαῖς videmus, deploremus naturae humanae infirmitatem, et Deo gratias agamus, quod nos in Ecclesia vocat ad utiliores labores.

No. 4041. 17. Oct.

Io. Langero.

† Ex apographo in cod. Monac. 90. Nr. VII. p. 62 b.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, Dom. Iohanni Langero, docenti Evangel. in Ecclesia Dei in oppido Coburgo, amico suo chariss.

Reverende vir et amice charissime. Usitata sunt ecclesiae exilia omnibus fere aetatibus, ut nos commonefaciant de primo exilio generis humani, in quo patriam coelestem amiserunt primi parentes, deinde et de filio Dei, qui exul factus est nostra causa, ut nos in patriam primam reducat. Feramus igitur una cum reliqua Ecclesia communes aerumnas, et metuo, multas dissipationes passim secuturas esse. Sed donec in hac nostra Academiola nobis esse licebit, fideliter docebimus eandem doctrinam, quam sonant Ecclesiae tuae et nostri libri, qui extant. Quare si huc mittes filium, non deerunt ei nostra officia, et poterit erudiri simul in arithmetica et sphaericis elementis. *Victorinus* vir doctus et honestus est, tuoque iudicio et arbitrio permitto, quem in locum mittere velis filium, et fortasse tempus ostendet consilium. Nam si exitus conventus Augustani erit placidus tum hic tum in Turingia tuto esse poterit; si non erit placidus, ubique magni motus erunt.

Hunc *Iohannem* tibi commendo, et te adhortor, ut praesentibus sis author, ut sinant eum fratris liberos retinere et solvant precium. Saepe hic gementes deploramus fratris *Wolfgangi* interitum, cuius erat excellens ingenium, facundia splendida, eruditio locuples et rectitudo iudicii egregia. Tali ingenio orbatam esse Ecclesiam valde doleo; fortassis parentum duricies aliquam morbo causam praebuit, quam si mihi narrasset, quaesivissem aliquid consilii. 17. Octobris.

No. 4042. (17. Oct.)

Ge. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 394 sqq. Apographon in cod. Monac. 66. p. 65.

Georgio Fabricio (gubernanti Scholam Misnensem).

S. D. Cum ex iugis Harciniis ad Albim reversus essem, et epistolam accepi tuam, et legi peregrinationem*), in qua non Cyclopas et Laestrygonas narras, sed pulcherrimam Italiae partem pingis, et Doctorum quorundam praeconia recitas. Periucunda mihi et *Sabino*, qui tunc aderat, et caeteris amicis nostris haec χωρογραφία fuit, gratum etiam mihi fuit, quod adiunctis meis versiculis de Mysia vestra, et si rudiores sunt, ostendis lectoribus nostrae amicitiae et nostri congressus testimonium.

De Republica, quae in literis tuis significas, aliquanto post certius sciemus. Sed me non tam terrent certamina Conventuum, quam diri et tetri positus siderum, qui ἐπιαχήψονσι in hunc venientem annum. Tres sunt Eclipses exiguo intervallo, sed media Solis in Scorpio, ubi in ipsas tenebras incurrunt Mars, Venus et Mercurius. Si de mundi fine pronunciare liceret, dicerem excidium orbis terrarum significari. Sed profecto horribiles confusiones horum congressus, Solis, Lunae, Martis, Mercurii et Veneris in Scorpio denunciat**). Deum oremus, ut mitiget calamitates pu-

*) Iter fecerat Fabricius in Italiam, ut iam scripto pinxerat Latium, eiusque urbes, quod postea 1560. prodiit: Fabricii Roma s. antiquitatum libr. II.

**) Fabricius in epist. Cal. Nov. scripta Meurero, cui misit hanc epistolam, haec: „Vides quid sentiat de futuri anni malis; respondi audacter, videtur enim plusculum tribuere illis divinationibus." In scheda d. 24. Oct. h. a. data a Re-

blicas et privatas, et servet Ecclesiae reliquias, nec extingui lucem doctrinae sinat. Bene vale, et interdum ad nos scribito. Salutem opto D. *Rivio* et *Dabercusio*, cuius versus edi curabo.

No. 4043. **18. Oct.**

Iohanni ministro.

Epist. lib. II. p. 586. (ed. Lond. lib. II. ep. 614.).

Iohanni Ministro suo

S. D. Charissime *Iohannes*, Etsi sedem certam nondum hic habemus: tamen me operae typographicae detinent. Vendita sunt tria millia exemplorum *Dialectices*. Nunc recuditur, et emendatione indiget. Decrevi igitur accersere familiam, ac volo, ut cum valetudo uxoris ac puellarum sinet, istic currus conducatis, et huc transvehatis totam familiam et supellectilem. Nam opinor domum in qua habitatis, iam Magistro *Andreae* cedendam esse, et cum hic sit filius *Sabini*, et mihi in aliena domo hyeme manere incommodum sit, hic mecum esse familiam, donec Deus concedet, commodius esse iudico. Nam etiamsi rursus aliae peregrinationes suscipiendae erunt, hic mulieri reliqua supellex inspicienda est. Expectabimus hic Deo iuvante exitum Conventus. Bene vale. Die Lucae.

No. 4044. **18. Oct.**

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 690 sq.

Michaeli Meienbùrgio, consuli Northus.

S. D. Clarissime vir et amice charissime. Etsi de Academia adhuc pendet deliberatio: tamen quia me Typographicae officinae detinent, accerso huc familiam, et vobis et honestissimae coniugi vestrae pro omnibus beneficiis, quae in me et meos plurima liberalissime contulistis, ago gratias, et semper ero gratus. Si filium huc mittetis, mea ei officia non deerunt. De minoribus filiis duobus expectetur venturi veris tempus, quod si erit tranquillum, alicubi studia literarum rursus colentur. Sed profecto metuo maiorum Imperiorum confusiones secuturas esse. Nec tantum moveor coniecturis, sumptis ex Principum voluntatibus, sed etiam terrae Eclipses me terrent. Si liceret pronunciare de fine rerum, dicerem proxima Solis Eclipsi aut finem huius mundi significari, aut certe ruinam † quam brevi finis sequutura sit" *). Deus aeternus, Pater Domini nostri Iesu Christi, adsit nobis, et mitiget calamitates publicas et privatas, et servet Ecclesiae suae reliquias, et aliqua earum hospitia, et servet vos et vestros incolumes. Bene valete. Die Lucae.

Philippus.

No. 4045. **18. Oct.**

Alberto Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 198 sqq. ep. 40.

Alberto Duci Borussiae

S. D. Illustrissime et clementissime Princeps. Cum adesset vir clarissimus D. *Andreas* Medicus, respondi Celsitudini vestrae. me propterea retineri hoc tempore quod ostensa esset spes instaurationis Academiae, in qua Collegas deserere non liceret. Eadem me causa adhuc retinet. Nec tamen ante exitum Conventus *Augustani* spem certiorem de Academia fore arbitror. Quod si principes vincula sibi iniicient, ut promittant se velle amplecti decreta Synodi Tridentinae, horribiles dissipationes Ecclesiarum in Germania passim secuturae sunt, quas Deus prohibeat. Sed haec brevi sciemus. Celsitudini vestrae reverenter commendo virum clarissimum D. *Sabinum* generem meum carissimum, qui cum mihi narravit se nactum ocium ad scribendum, deposito Magistratu **), velle instituere librum Fastorum continentem Christiana festa, in quibus et doctrinae locos prae-

---

...ctore Academiae Witeb. leguntur haec: „minitantur horribiles motus non solum discordiae in rebus publicis, sed etiam Eclipses, quarum illa, in qua sol mense Novemb. obscurabitur ingentes tumultus proximo anno indicat, quia in illis tenebris cum congressus fiat Solis, Lunae, Martis, Veneris in Scorpio, fastigium coeli tenente, dira venena miscentur." Vid. Scripta publ. T. I. p. 192 sq.

*) Sic A. D., sed Saub. *ruinam maximam.*

**) Sabinus hatte damals das beständige Rectorat niedergelegt. (Faber.)

eipuos, et ortus et occasus siderum complecti poterit, valde adprobavi eius consilium. Erit enim opus utile, et ornamento erit Germaniae et Celsitudini vestrae. Quod ex filia mea natos apud me et apud coniugem meam educari maluit, consilium pium est, et mihi gratum. Etsi enim nondum certam sedem habeo, tamen deo curae esse et nos et parvum gregem non dubito. Celsitudini vestrae etiam gratias ago, quod donatione aedium declaravit eximiam erga meos benevolentiam. Exhibebit et Celsitudini vestrae D. *Sabinus* libellos hic editos et Celsitudini vestrae inscriptos a viro integerrimo qui reverendi D. *Lutheri* lucubrationes multis iam annis edi curavit, et fideliter Ecclesiae dei in earum emendatione servivit. Quare et ipsum *Georgium Rorarium* Celsitudini vestrae reverenter commendo. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi servet Cels. v. incolumem, propter Ecclesiae et reipublicae salutem Datae Witebergae die Lucae Evangelistae Anno 1547.

Celsitudini vestrae

addictissimus

Philippus Melanthon.

(*Pagella inclusa.*)

Celsitudini vestrae gratias ago quod studia viri doctissimi et integerrimi *Erasmi Reinholdi* fovet. Habet in manibus opus utile, et artifice dignum. Hoc absolvet, deo iuvante, hac hyeme. Scit autem Cels. v. mathematum studia pulcherrima minime questuosa esse, et a plurimis negligi et contemni, cum tamen vitae hominum Anni Computatio necessaria sit. Ideo commendo *Erasmum* Celsitudini vestrae.

No. 4046. **18. Oct.**

Io. Stigelio.

Dunz. in epp. ad Stigel. ep. 28. Cod. Goth. 188. ep. 86. — Apogr. in mst. Manl. p. 163.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, felicitate ingenii summa praedito, amico suo carissimo

S. D. Gratiam tibi habeo, carissime *Stigeli*, et debere me †tibi" profiteor, quod mea causa iter ad iuga Hercinia fecisti, ac valde optarim, nos collocutos esse. Sed amanter fecisti, quod literis, cum colloqui non licuisset, meos maximos [1]) dolores lenire studuisti, tuoque amore et officio valde delector. De negotio toto [2]) simplicissima est haec responsio. Instaurationem huius Academiae, cum spes ostenderetur, impedire me non decuit; quae, qualiscunque fuit, tamen literarum studiis in magna parte Germaniae mediocriter profuit, et lucem aliquam Ecclesiis reddidit, etiamsi magni imperiorum consecuti sunt, ut fieri solet in omni repurgatione doctrinae. Extinctis autem studiis hoc ipso in loco, non solum barbaries in vicinarum gentium Ecclesiis secutura erat, sed hostes nostri hunc triumphum addidissent ceteris triumphis, de Massylia nostra deleta. Deinde vidi aulae Thuringiacae difficultates. Cogitabam etiam, famam novae scholae condendae captivo Principi periculum aucturam esse; et si quid ibi adversus *Synodi Tridentinae decreta* dicerem, aut scriberem, ne ipsis etiam principibus iunioribus nova pericula crearentur. De promissis quod dicunt [3]), nescio quae citent, cum meum scriptum habeant, in quo haec pericula commemoro. Scripsi ante mentionem scholae, me malle ipsis, quam alibi servire; id etiam nunc malim, si quis mei apud eos usus esset, et si sine ipsorum periculo id fieri possit [4]). Huc igitur accessi, non ad hostes, sed ad moestissimam Ecclesiam, etsi ne nunc quidem scio, quam diu hic manere possim, nec vox doctrinae in hac urbe mutata est, et luxum multorum compescuit calamitas. Nec in tanto luctu consolationem aliam, nisi ex doctrinae studiis et precatione habemus, qua pacem Ecclesiae et Reipub. et liberationem optimo principi a Deo petimus. Dicam vero sine ulla Rhetorica: miratus sum, in tanta moestitia temporum cogitare eos de nova Academia condenda, praesertim nondum sedatis bellis. Meum etiam animum hebetiorem cogitatio futurorum tumultuum facit. Sidera pene exitum universo generi humano proximo anno denuntiant. Inter tot infaustos positus novam civitatem condere, difficile visum est. Hac excusatione si non impetro veniam, misericordia tamen mei ob hanc causam afficiantur, qui dolore, non cupiditate aliqua, non odio erravi; ac valeat apud

---

1) Mst. *proximos.*

2) Cod. Goth. 188. et mst. Manl. *tuo.*

3) *quod dicunt* non leguntur in msf. Manl.

4) Cod. Goth. 188. et mst. Manl. *posset.*

eos recordatio priorum [5]) laborum et aerumnarum, quas sustinui multas, propter Theologorum et aularum immoderatas opiniones [6]), cum quidem ex magna confusione disputationum colligerem veram et explicatam doctrinae formam, et aliarum artium studia mediocriter iuvarem. Cum autem nunc adsint et ceteri Collegae, velut in hybernis, si nobiscum esse voles, tantisper, dum una sumus, stipendio frueris, ut antea. Ego semper, ubicunque ero, et sententiam [7]) de doctrina, quae exstat in meis scriptis, et memoriam gratam vestrae amicitiae mecum circumferam, imo in coelum adferam [8]). Salutem opto D. *Francisco*. Bene vale. Die Lucae 1547.

Philippus.

No. 4047. 20. Oct.

Ben. Schumanno.

† Ex apographo in cod. Bavari Vol. I. p. 678. et in cod. Monac. 89. no. VI. p. 82 b.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, Dm. Benedicto Schumann), pastori ecclesiae dei in Salinis, amico suo carissimo.*

S. D. Difficile est recenti vulneri in vero luctu mederi; sed tamen cum tibi notae sint verae consolationes divinitus propositae, te adhortor, ut eas opponas tuo dolori, quod videlicet non casu extincta sit honestissima coniunx tua, sed a Deo evocata, et translata ad societatem filii sui, et sanctarum matronarum, Hevae, Sarae, Mariae et similium, ubi ea te et dulcissimos natos Deo commendat. Saepe cogito in talium piarum matronarum funeribus hoc tempore, restare alios [1]) maiores motus imperiorum [2]), quibus Deus praeripit tales matronas. Certe eclipses tres futurae intra sex menses paene exitium universo generi humano denuntiant hoc biennio. Quare agnoscamus [3]) fata ultimi temporis Ecclesiae [4]), et flectamus animos ad patientiam, ac mitigationem calamitatum petamus, et assiduis precibus ac gemitibus optemus, ut illucescat dies laetissimus, in quo filius Dei iterum conspicietur, et Ecclesiam suam gloria vera ornabit, in qua et tu [5]) coniugem tuam dulciss. rursus complecteris. Bene vale. 20. Octobr. ann. 1547.

Phil. Melanth.

5) *priorum* e textu apud Danz. excidit.
6) Mst. Manl. *rixationes*.
7) Mst. Manl. recte *sententiam*, libri impressi *sententiae*.
8) *imo in coel. adf.* exciderunt e textu Danzii.
*) Cod. Monac. 89. *Susmann*, mendose.
1) Cod. Monac. 89. *aliquos*.
2) *imperiorum* non habet cod. Monac. 89.
3) Cod. Monac. 89. *cognoscamus*.
4) *Ecclesiae* non habet cod. Mon. 89.

No. 4048. 22. Oct.

Sim. Pistorio.

Epist. lib. V. p. 210 sq.

Clarissimo et Ampliss. viro, eruditione, sapientia et virtute praestanti Domino Simoni Pistorio, Doct. Iuris, Cancellario inclyti Electoris, Ducis Saxoniae, et Patrono optimarum artium.

S. D. Amplissime Dn. Cancellarie. Et Illustrissimis Principibus, Duci Saxoniae, Electori et Fratri, et praestantissimis viris, Dominis Consiliariis gratias ago, meo et nostri coetus nomine, quod alveolos Academiae ad Albim curant. Comitum *Stolbergorum* responsio voce tantum data fuit, eadem sententia, quam in literis scribunt, quarum misistis exemplum; onus illud translatum esse in Comites *Mansfeldenses*, qui tenent ea, quae possedit *Comes Albertus*. Nec literas de donatione illa facta Academiae habemus, etsi, ut componerentur, in aula priori mandatum fuit. Res tota Nobili viro *Boniceo*, qui fuit Camerarius, nota est. *Stolbergii* provocant ad forense certamen. Nos litigare non possumus, ego ne volo quidem. Laudatur *Cephalus*, Lysiae Pater, cum diu Rempublicam administrasset ad annum aetatis octogesimum usque, quod nunquam in foro litigarit. Possum de meo Patre et de meo fratre et me idem praedicare. *Gauricus*, inspecto themate inchoationis Academiae, quam scitis factam esse anno 1502. dixit, significari claram, sed non diuturnam. Mitigari autem fata Physica consilio posse, Ptolomaeus inquit. Ideo et Deo et Illustrissimi Principis consilio Academiam commendo.

Literas vestras Domino *Pastori* ostendam, qui, si per valetudinem poterit, iter suscipiet.

5) *tu* abest a cod. Monac. 89.

Ego die Lunae decreveram ordiri praelectiones, Deo iuvante, sed aut veniam aut scribam ad vos. Mitto recentem *Cardani* editionem, luculentum opus, quod, si nondum vidistis, spero, gratum fore. Bene valete. Die 22. Octobris.

Philippus Melanthon.

No. 4049. 22. Oct.

Alberto Duci Pruss.

Epistol. lib. III. p. 46. a Pezelio edita. Accuratius autem ex autographo a Fabro in epist. p. 141. ep. 41.

Alberto, Duci Borussiae,

S. D. Illustrissime Princeps, Domine clementissime. Cum hinc ad Cels. v. profecturus esset vir nobilis ex familia celebri *Fasolt*, virtute, prudentia et facundia eximia praeditus, petivit a me, ut literas sibi ad Cels. v. darem, praesertim quia de quadam controversia, clementiam celsitudinis vestrae imploraturus esset. Cum autem virtus huius viri nobilis mihi nota et probata sit [1]), non gravatim ei literas dedi. Spero enim futurum, ubi Celsitudo v. ingenium eius inspexerit, ut eius industriam [2]) aliquando in Republica experiatur, praesertim cum ad naturae dotes egregias adiunxerit literarum et iuris doctrinam. De controversia nihil mihi sumo iudicii, nec dubito de iusticia celsitudinis vestrae. Sed virum ipsum celsitudini vestrae commendo, et oro, ut in negocio ipso propter huius viri et familiae virtutem celsitudo vestra bonitate sua et aequitate contentionem forensem leniat. Ut in deo, ita in sapientibus principibus bonitas eminet supra rigorem. Audivi [3]) *Ludoicum* regem Galliae, *Francisci* socerum [4]), sapientem et magnanimum principem, in Regno magnum favorem hoc exemplo adeptum esse, quod sepe sedens in ipso Iudicio parlamenti [5]) in controversiis quae inter Regem et vicinos erant, sua voce pronunciavit pro adversario. Et recitat Aristoteles similia vetera exempla. Hanc meam Epistolam ut Celsitudo vestra boni consulat, reverenter oro. Deus aeternus Pater domini nostri Iesu Christi servet incolumem et florentem Cels. v. Datae Witebergae die 22. Octobris Anno 1547.

Celsitudini vestrae
addictus
Philippus Melanthon.

1) Pez. *esset.*
2) Fab. *industria.*
3) Pez. *Ipse audivi.*
4) Pro *Franc. soc.* Pez. habet: *eius nominis XII.*
5) Pez. *in Parliamento.*

No. 4050. 23. Oct.

Cruciger ad Scholasticos.

Scripta publ. Acad. Witeb. T. I. p. 191 b.

Caspar Cruciger, Doctor (ad Scholasticos).

Symboli Niceni enarrationem ideo institui, quia, cum articulos fidei ordine recenseat, explicatio ita institui potest, ut summam doctrinae, quae propria est Ecclesiae, complectatur. Necesse est autem, integrum doctrinae corpus tenere, in quo membra oportet recte distribui et ordine collocari. Etsi autem antea locos aliquot enarravi, tamen decrevi, res easdem ab initio repetere. Quanquam enim de sententia nihil mutabimus, tamen quaedam membra uberius in repetitione, ut fieri solet, enarrabuntur. Et auditores rectius iudicare discunt iis de rebus, quas in repetitione iterum atque iterum intuentur, seu, ut Plato dicit, quas diu multumque sursum ac deorsum volvunt.

Adiungam autem et Ebraicae linguae Grammaticen et enarrationem vel Psalmorum vel Proverbiorum Salomonis, ubi coetum auditorum videro. Oro autem Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, fontem sapientiae et conditorem Ecclesiae, ut servet Ecclesiam, et studia regat. 23. Octobris, anno 1547.

No. 4051. 24. Oct.

Cruciger ad eosdem.

Scripta publ. Acad. T. I. p. 192.

Rector Academiae Witeberg. Casparus Cruciger, D.

Vir honestus et eruditus *Iohannes Sens* Naoburgensis, qui recens in schola Lubecensi utiliter erudiit iuventutem, cum in multis Academiis antea fuisset, et perlustratis multis regionibus non tantum multorum hominum urbes vidisset, sed etiam

mores ac studia cognovisset, nuper huc venit ex patria aegrotus, is hac nocte, cum animam filio Dei pie commendasset, decessit. Ut autem funeris ceremoniae usitato Ecclesiae more fiant, hortamur scholasticos, ut hora 4. ante aedes *Iosephi* typographi conveniant. Cum autem hos congressus in Ecclesia institutos esse sciant, ut commonefacti morte aliorum, cogitemus de causis mortis et aliarum calamitatum, de nostra immortalitate, de iudicio Dei et de filio Dei, domino nostro Iesu Christo, eos pio studio frequentare debent, et simul orare Deum, ut servet Ecclesiae suae bona ingenia et aliquod sanctum semen. Ac nunc tempora nos exuscitent, ut vota faciamus ardentius. Minitantur horribiles motus non solum discordiae in Rebuspub. sed etiam ipsae Eclipses *), quarum illa, in qua sol mense Novembri obscurabitur, ingentes tumultus proximo anno denunciat, quia in illis tenebris cum congressus fiat Solis, Lunae, Martis, Veneris, Mercurii in Scorpio, fastigium coeli tenente, dira venena miscentur. Petamus autem a Deo mitigationem poenarum, et, ut fiat ardentior precatio, mores sint modestiores. 24. Octobris.

No. 4052. **26. Oct.**

Iò. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 51. (ed. Lond. lib. II. ep. 38.)

D. Iohanni Matthesio

S. D. Discamus Ecclesiae Dei caput et Ducem esse filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, non Pontifices, aut Reges, aut Principes; et petamus bona cum spe, ut ipse Filius Dei suos coetus servet et defendat, ut nunc videmus Ecclesiae reliquias ab ipso non humanis praesidiis tegi. Ipse, ut nubes *Israelitas*, ita nos obumbrat. Hac spe inchoavimus rursus praelectiones, nec abiiciemus, nec mutabimus doctrinam ubicunque erimus; etsi prodesset doctos viros aliquando convenire, et de doctrina colloqui, confirmandorum aliorum, et retinendae concordiae causa. Audio *Venetiis* foedus esse factum inter Pontificem *Romanum*, *Gallos* et *Venetos*, ut defendant Synodum *Bononiensem* contra *Tridentinam* *). Hoc si verum est, metui consilia Imperatoris a Romano Pontifice manifestum est: sed speremus et petamus a Filio Dei defensionem, non a Regum consiliis. Si de quaestione aliqua proxime scripsisti, iterum scribas, nam literae tuae nunc non erant ad manum. Bene vale, 7. Calend. Novembris. Tuo amico nostra officia non deerunt.

No. 4053. **26. Oct.**

Marco Crodelio.

Epist. lib. V. p. 879 sq.

Marco Crodelio, (gubernanti Scholam Torgensem).

S. D. Etsi magni sunt tumultus rerum humanarum, et maiores denunciat Eclipsis Solis futura proximo Nov. in qua incurrunt in tenebras Luna, Mars, Venus, Mercurius, tamen nos consolatione divinitus tradita sustentemus, et sciamus, Deo nos curae esse. Et illud Pauli saepe cogitemus: ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ.

Inchoavimus rursus operas scholasticas, quas, ut Deus adiuvet, toto eum pectore oro.

Literas ad virum Clariss. d. *Cancellarium* **) mitto, quas, quaeso, ut exhibeas ei, et interroges, quid velit mihi nunciari, et per hunc meum tabellarium respondeas. Bene vale. 26. Octobris. 1547.

Hodie respondi Episcopo Cantuariensi, qui me in Angliam vocat.

Philippus Melanthon.

No. 4054. **26. Oct.**

Nic. Medlero.

Dess. in Epp. ad Medler. ep. 74. ex cod. Bav. I. p. 1061. Nunc ex eod. cod. descripta.

Dm. Doctori Nicolao Medlero.

S. D. Bona cum spe oremus Deum aeternum patrem domini nostri I. C., ut servet Ecclesiae suae

---

*) Eclipsis lunae d. 28. Oct. et solis d. 12. Nov. 1547.

*) Vid. Sleidan. commentar. p. 575 sq. p. 594. et cf. epist. ad Medlerum d. 26. Octob.

**) *Pistorium.*

reliquias et vulneribus nostris medeatur. Etsi autem, quocunque ruent imperia, simul quassatur Ecclesia, tamen arbitror, impendere conversionem aliquam fatalem. Audio *Venetiis* convenisse legatos pontificios et gallicos et foedus factum esse inter Rom. Pontificem, Gallos et Venetos, ut defendant Synodum Bononiensem contra Tridentinam. Si sua discordia Pontifici Synodorum auctoritatem labefactarint, vincent eorum stultitia nostrorum bellatorum stultitiam. Sed Deum oremus, ut ipse Ecclesiam suam clementer aspiciat, et veritati opem ferat, ut certe faciet. Dialecticam placere tibi et genero, gaudeo. Nunc recuditur. Etsi autem non multa muto, tamen editio posterior emendatior erit. Eius [1]) editionis exempla tibi et genero [2]) mittam. *Ioachimus Camerarius* in academiam Lipsicam rediit. Hic tabellarius [3]) literas mihi attulit, quibus in Angliam vocor. Bene vale. 7. Calend. Novemb. 1547.

Salutem opto Domino *Theodorico*, collegis tuis et genero.

Ph. Melanth.

No. 4055. 26. Oct.

Sim. Pistorio.

Epist. lib. V. p. 212 sq.

Simoni Pistorio, Cancellario Ducis Saxon. Electoris.

S. D. Amplissime Dn. Cancellarie. Cum in priori epistola vestra non ascriptum esset, quo die nos Torgae esse oporteret, et Pastor die Dominico non fere a Templo discedat, constitueramus ad vos proficisci die 26. Octobris. Sed heri literas alteras a vobis accepi, in quibus significatis, post diem 24. Octob. discessurum esse istinc Nobilem virum, et virtute ac sapientia praestantem Dominum *Carolowitzium*. Misi igitur hanc epistolam per *Marcum* *), qui Scholae praeest, exhibendam, ut significarem, nos mandata vestra expectare. Si dies certus ascriptus fuisset in prima epistola, non istuc accessissemus. Nunc errorem ut nobis condonetis, oro, et obtemperaturos nos esse significo, quocunque tempore nos vocabitis. De Cardano satis magnam gratiam relatam mihi esse iudico, quod haec vera et honesta Philosophiae studia, quae certe etiam Principibus utilia essent, si ea consideraretis, non aspernamini, ut alii multi, et quod vestra autoritate eis patrocinamini. Quaeso, ut *Marco* dicatis, ut significet nobis responsionem vestram. Nam peculiarem ideo nuncium istuc misi. Bene vale, Patrone, summa cum observantia, colende. Datae die Octobris 26.

Philippus Melanthon.

1) [illegible]
2) [illegible] (Nota Bavari.)
3) [illegible]

No. 4056. 28. Oct.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 610. Non anno 1548. sed 1547. scripta est.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Deo aeterno patri liberatoris nostri Iesu Christi crucifixi pro nobis et resuscitati gratias ago, quod te et tuos servavit incolumes, quodque te ad Academiam reduxit, ac oro, ut deinceps ac perpetuo vos servet velut abditos ad aram suam, ut Psalmi verbis utar, quae iudico sumta esse a communi consuetudine, quae parcit confugientibus ad aras. *Paulus* et ego decreveramus ad te hodie proficisci, sed veritus eram τὴν ἀποφράδα propter eclipsin. Nam conspectum tuum iudico faustum omen esse. Et hic dies *Erasmi* natalis est, sed *Argeliam* vocan. Scribo brevius, quod nunc currum conscensurus multis do litteras. *Sabinus* expectasset reditum tuum, si qua spes fuisset brevi te affuturum esse. Tres filias et filium mihi commendavit alendas *). Sed multa coram. Bene et feliciter vale, 28. Octobris.

Philippus.

No. 4057. 1. Nov.

Alb. Hardenbergio.

Epp. ad Hardenbergium, ep. 15.

*) Annam, Martham, Catharinam et Albertum . . .

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Reverende vir et carissime frater. Deo gratias ago, quod vos defendit, eumque toto pectore oro, ut Ecclesiae verae opem ferat, et servet sibi inter nos semen aliquod sanctum. Principibus cur semper timuerim, ac nostro praesertim non ignoras. Et quanquam magno in dolore sum, propter ipsorum et nostram calamitatem, tamen propter Doctrinae διχοστασίας in aliquibus materiis magis doleo, quas ut Deus explicet, toto eum pectore oro. Atque utinam aliqui pii doctores colloqui possent. Secuturam arbitror mirandam conversionem rerum Germanicarum, in qua prodesset vere concordes esse doctores Ecclesiarum nostrarum ubique. Ego hic, ut in hybernis nunc sum. Certam sedem nondum habeo. Nec procul fugere decrevi. Te autem oro, ut scribas. *Franciscus Hispanus* vir optimus et integerrimus Basileae est. Opinor ab ipso refutationem Decretorum aliquot *Synodi Tridentinae* compositam esse, cuius exemplum an videris, nescio. De filio *Iohannis Amsterdami* scripsi ad collegam vestrum. Quaeso pugna, ut studia adolescentis iuventur liberalitate collegii. De conventu Augustano haec erant recentissima: Duae res praecipue aguntur. Imperator petit, ut Principes de Synodo dicant sententias. Hi petunt novam institui, et adhiberi nostrarum Ecclesiarum doctores. De foedere etiam agitur, quod opinor ab Episcopis peti, ut mortuo Carolo Imperatore habeant defensores. Et rex *Ferdinandus* communire se velle videtur. In Italia, postquam interfectus est *Aloisius*, filius Pauli III. Rom. Pont. Carolus Imperator occupavit *Placentiam* *). Ea res existimatur novos in Italia motus paritura esse. Te etiam atque etiam oro, ut saepe scribas. Bene et feliciter vale, carissime frater. Die omnium sanctorum 1547.

Philippus Melanthon.

No. 4058. 1. Nov.

G. Buchholzero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Georgio Buchholzero, Pastori Ecclesiae in urbe Arctoa.

S. D. Responsionem scripsit Reverendus vir D. Pastor Ecclesiae nostrae de prohibitione sanguinis facta in historia quae recitatur in Actis Apostolorum capite quinto decimo, et de aliis argumentis. Eas paginas mittet vobis dominus *Andreas* ex Brandeburgo. Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oremus, ut Ecclesias in his regionibus immensa misericordia ipsius mediocriter constitutas servet et regat, et earum concordiam tueatur. Non iudico seditionem esse modeste docere manifeste vera, et exspectare crucem. Clarissimo viro D. Cancellario mittam dialecticam hic concinnatam. Bene vale. Die omnium Sanctorum.

Philippus Melanth.

No. 4059. 3. Nov.

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 297.

Georgio Buchholzero, (praeposito Berolin.).

Venerande domine Praeposite, et amice charissime: Spero ingenium magistri *Ioannis Birnstil* utiliter serviturum esse Ecclesiae Dei. Ideo eum duci Megalburgensi commendavi: ac Deum oro, ut ministerium eius gubernet. De tempore autem profectionis magistri *Ioannis*, quid scribat Dux, intelligetis ex ipsius Ducis literis: quas una cum meis, ut exhiberi ei curetis, vos etiam atque etiam oro. Nam ad vos ideo misi, quod nesciebam ubi ipse magister *Ioannes Birnstil* in urbe vestra quaerendus esset. Nec quemquam in civitate vestra chariorem habeo, quam vos: et vicissim me a vobis diligi existimo. Quaeso igitur, ut hoc negocium, quod quidem ad Ecclesiam pertinet, curetis, et mihi rescribatis.

Si iam iter ingressus est magister *Ioannes*, uxori literae Ducis tamen legendae erunt, ac deinde ad ipsum mittendae. Quaeso etiam ut mihi significetis, an *Sabinus* exhibuerit illustrissimo principi *Friderico* et vobis meos libellos. Pro vestro munere vobis ago gratias. Principi *Friderico* et vestris filiis mitto pagellas de Eclipsi. Bene valete, die 3. Novembris.

---

*) Vid. Sleidani Comment. p. 592.

No. 4060. 3. Nov.

Io. Birnstil.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 b.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, Magistro Iohanni Birnstil, in urbe Berlino, amico suo,

S. D. Venerande vir. Etsi rationabar, te iam iter ad ducem Megelburgensem suscepisse, tamen istuc meo sumptu literas Ducis Megelburgii misi, ut, si adhuc adesses, differendum esse iter scires, aut, si profectus esses, honestissima conjunx tua voluntatem principis tibi quam primum significaret. Vides epistolam ducis in itinere in radicibus saltus Hercinii scriptam esse. Ideo cum princeps ad Conventum Augustanum proficiscatur, reditus eius expectandus erit. Ipsum rediturum se mense Decembri aut Ianuario existimat. Sed arbitror, ut solet fieri, longiorem in conventu Commorationem futuram esse. Utinam statim postquam de ea gubernatione collocuti fuimus, ad aulam Megalburgensem profectus esses, quod ut faceres te hortabar. Nec dubito, quin princeps, ubi te audivisset, probasset facultatem ingenii et eruditionem. Bene vale et rescribe. Die 3. Novembr.

Philippus Melanthon.

No. 4061. 4. Nov.

Studiosis.

Scripta publ. Witteb. I. p. 193 b.

Philippus Melanthon (Auditoribus.)

Οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐχ ἑσορῶμες, inquit *Theocritus* *), humana sapientia non omnes casus prospici posse. Nosque homines esse meminerimus, et imbecillitatem nostram agnoscamus, ac a Deo gubernationem petamus, ut mandatum est: Iacta curam tuam in Deum, et ipse te sustentabit. Etsi igitur nescimus, quam diu consessurus sit Deus halcyonia nostris studiis qualiacunque, tamen interea non abiiciamus literas. Rogatus sum a quibusdam, ut *Salomonis Proverbia* die Saturni enarrem. Liber plenus est dulcissimarum sententiarum de omnibus vitae partibus, et doctrinam multiplicem continet. Cras igitur Deo iuvante hora nona inchoabo eam enarrationem. Die 4. Novembris.

*) Idyll. XIII. 4.

No. 4062. 9. Nov.

Marco Crodelio.

Epist. lib. V. p. 378 sq.

Marco Crodelio, (gubernanti Scholam Torg.)

S. D. Charissime Marce. Laudat Theodosium, Imperatorem, Claudianus, etiam propter hanc virtutem, quod non fuerit suspicax. Et profecto magna virtus est, non suspicacem esse, et cum in Principe salutaris, tum vero necessaria in Principum et privatorum amicitiis. Quare nolo, te suspicari, ullam aut fuisse, aut esse animi mei offensionem nuper in discessu nostro. Volo, mihi condonari errata mea, si quid negligentia aut incogitantia pecco, vicissim et amicis libenter condono, et hunc versum veterem valde amo: μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς. Ideo scito, me velle, ut sit aeterna inter nos amicitia.

Mitto isthuc quinque libros Domesticorum, quos Medico exhiberi cures, vel ipsi Illustrissimae Dominae. Posces et precium pro singulis libris triginta grossos. Exhibeto et Clarissimo viro, Dn. Cancellario literas et libellum, quem ei mitto, qui decreta Tridentinae Synodi continet. Bene vale, et rescribe. Die 9. Novemb. 1547.

Philippus.

No. 4063. 9. Nov.

Vito Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 499. ex apographo (ut opinor), quod nunc est in cod. Mon. II. p. 178.

Vito Theodoro.

S. D. Meministi dictum Moysi de Deo, *Ipse est vita tua et longitudo dierum.* Hunc Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi conditorem Ecclesiae suae et resuscitatorem, oro, ut vires corpori tuo suppeditet et leniat tibi cruciatus [1])

1) Spanb. *cruciatum.*

et aerumnas. Vult Deus, ut scis, mirando consilio Ecclesiam suam cruci subiectam esse. Et profecto hoc tempore varie exercemur plerique omnes. Revocat enim nos Deus ad ταπεινοφροσύνην. De conventu Augustano tuas litteras expecto, ut [2]) certo sciam, quid de Synodo decreverint. Sed astrorum et prodigiorum significationes magna bella minitantur. Elveticum parari vides, quod semper iudicavimus fore ἐπίτασιν tragoediae huius temporis, quam Deus gubernet. Nondum reprehendo meum consilium, quod hortator tibi fui, ne ex patria discederes [3]).

Mitto tibi pagellam *Carpophori*, quam legito, ac si poteris aliquid ea de re agere, de qua scribit, quaeso ut mea causa hunc laborem suscipias, ac pecuniam illam petas. Mitto tibi pagellam de Eclipsibus. Profecto in hac proxima Solis terribilis congressus est ☉. ☾. ♂. ♀. et ☿. in ♏. paene similis tempore Synodi Constantiensis. Bene vale. IX. Novemb. [Anno 1548.] [4]).

No. 4064. 9. Nov.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 652. (ed. Lond. lib. IV. p. 792.) — Retulit quidem editor hanc epistolam ad annum 1551., sed ex errore. Illo enim anno Ciglerus iam mortuus erat, et Melanthon non nisi unam filiam, videlicet Catharinam Sabini, secum habebat. Potius ut argumentum docet scripta est anno 1547.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti, Ioachimo Camerario, amico et fratri suo carissimo

S. D. Etsi valde cupiebam me comitem *Erasmo* adiungere, tamen me filiarum [a]) valetudo retinet, quarum duae maiores diversis morbis conflictari ceperunt. Deus et publicas et privatas poenas mitiget. Basileam audio proscriptam esse [b]) quod fortasse classicum erit Elvetici belli, quod semper existimavimus tragoediae huius temporis ἐπίτασιν fore [c]). In *Glareani* patria prodigium etiam denunciat tumultus. Conspecti sunt duo leones in aëre certantes inter se, donec victor alteri caput mordicus abripuit [d]). *Alesio* litteras curabis reddi, quas his adiunxi allatas ex urbe Argentorato, quam quidem arcem belli futuram esse *Carolo* arbitrantur. Quo evehit fortuna hunc, ut ille nominat, φιλοποίμενα, qui nobis quidem est μισοποίμην? Sed optemperemus voluntati Dei, cui tamen non dubito Ecclesiam suam et studia verae doctrinae et esse curae et fore. Plura coram, istuc enim veniam, nec volo te huc attrahere. Bene vale. Pridie natalis *Cigleri* nostri, cui faustum et felicem annum precor.

Philippus.

No. 4065. 10. Nov.

Casp. Aquilae.

† Ex apographo, in cod. Paris. D. L. 54ᵇ.

D. Casparo Aquilae, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Salveldia.

S. D. *Erasmus* [*]) noster erit viva epistola, quem amanter excipies, ut facturum te esse non dubito. Dialecticos libellos ideo non misi, quia cum ederentur, ego aberam in iugis Herciniis, et me reverso exemplaria omnia vendita erant. Mox igitur instituta est secunda editio, in qua multa erunt emendatiora; habui enim de quibusdam materiis δευτέρας φροντίδας. Mittam igitur eius editionis exempla intra mensem Deo volente. Bene vale. In natali Lutheri 1547.

Philippus.

No. 4066. (10. Nov.)

Ge. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 897 sq.

---

2) Spanh. *at*, mendose.

3) Vid. epist. ad Theodor. d. 2. Septb. 1547.

4) Sic apographon, sed ex errore; nam scripta est anno 1547.

a) Sabinus mense Octobri 1547. cum liberis suis advenerat Witebergam et filias apud Melanthonem reliquit. Vid. epist. d. 6. Oct. et d. 18. Oct. — *Erasmus*, est Erasmus Reinhald Salveldensis. Vid. ep. d. d. 10. Nov. h. a.

b) Id non verum fuit; potius Constantiam proscripsit imperator, et propterea Mel. futurum esse bellum inter Carolum et Helvetios putabat. Vid. ep. d. 13. Nov. h. a.

c) Bellum Helveticum illo tempore Melanthon metuebat, ut intelligitur ex aliis epistolis hoc tempore scriptis. Vid. ep. d. 9. Nov., d. 13. Nov. et d. 24. Nov.

d) Hoc prodigium in Helvetia conspectum esse hoc tempore, intelligitur ex epist. ad Regem Daniae d. 13. Nov. 1547. scripta.

*) Erasmus Reinhald Salveldensis, Professor Witebergensis.

Georgio Fabricio, gubernanti Scholam Misnens.

S. D. Charissime Fabrici. Mihi crede verissime affirmanti, si et Scholae vestrae, et Ecclesiarum in his regionibus tranquillitati prodesse possem, nequaquam me defuturum officio meo in re tanta. Et saepe laetatus sum, mediocria esse studia doctrinae in his regionibus, quae quidem ingenio tuo praeclare ornata sunt, et Deum oro, ut diu floreant. Sed metuo, non astra tantum, sed etiam hominum impetus, de quibus non libet scribere.

Gratiam tibi habeo de *Micylli* carmine, et vicissim mitto pagellas de Eclipsi *) post biduum futura. Oremus autem Deum, Conditorem astrorum, ut leniat mala, quae impendent. Bene et feliciter vale, charissime et doctissime Fabrici.

No. 4067. 10. Nov.

Io. Matthesio.

† Ex Collectan. Ballenst. Vol. I. p. 65.

Iohanni Matthesio

S. D. Multis modis iacent Ecclesiae oppressae episcoporum et regum tyrannide. Etiamsi nos concedimus huic viro, de quo scribis, ut ducat aliam coniugem hoc ordine ut respondimus, quamvis [1]) multa impedimenta occurrunt. Rex non patietur; magistratus vestri non permittent pastoribus illam cognitionem, denique et ipse pastor ...... nunc exemplo abhorrebit. Haec tam multa impedimenta tollere nos non possumus. Ideo si vultis illi bono viro consulere, deliberate, quomodo res instituenda sit, teque velim Pastori eius loci consilium dare, eumque hortari, ne dubitaret proponere citationem. Cum enim episcopi non recte exerceant iudicia, necesse est, pastores pios conscientiis opem ferre.

Sed tyrannides paulatim fiunt acerbiores et confirmantur ab aliquibus, qui propter eruditionis et sapientiae opinionem in aulis regnant, qui lucem veritatis oderunt et veterem statum instaurare conantur. Deo igitur Ecclesiam commendemus. Nos explicate et vere respondimus, ut ipse animadvertes. Bene vale. Die 10. Novbr.

P. M.

*) Videtur esse carmen, Crucigeri, filii, nomine editum de eclipsi solis d. 12. Nov. 1547. Legitur in script. publ. I. p. 195., et auctor eius esse videtur Melanthon.

1) Potius: *tamen.*

No. 4068. 10. Nov.

Eidem.

† E mst. Matthesii transcriptum in Collectan. Ballenstadt. Vol. I. p. 61.

Ad Matthesium de controversia matrimoniali (cuiusdam) ex oppido Tabor.

Quispiam iuvenis ex nobilitate Bohemica duxit viduam iuvenculam, quae deinde aliquoties a viro discessit, sed assiduitate quadam officiosa viri revocata rediit ad eum. Nec tamen fuit diuturna concordia. Tandem igitur prorsus discessit a viro, et calumniis suis effecit, ut vir in carcerem coniiceretur, iamque abest a viro annos duodecim, insidiata etiam vitae viri veneno et magicis artibus. De hoc casu est nostra vera et pia sententia.

Primum pastor in oppido, ubi vir domicilium habet, citationem ad valvas templi proponat, qua mulierem illam ream ad certum diem vocet. Sive autem venerit, sive non venerit mulier, sic procedat pastor et ferat sententiam. Si mulier est adultera, facillima est sententia. Accuset enim eam maritus adulterii, et velut in re notoria recitet familiaritatem adulterorum vel testes adducat. Et, si est adultera, pastor pronuntiet, virum esse liberum ab hac muliere adultera, et concedat ei, ut aliam honestam coniugem christiano et publico ritu ducat. Sed si nulla est adulterii fama, tamen citatio, ut diximus, praecedat, ut mulier compareat dictura causas, quare non velit apud maritum vivere. Si igitur non venerit, et non dixerit causas probabiles, scilicet adulterii viri, aut saevitiam, mandandum est ei, ut ad virum redeat. Hoc si non factura est, ut coniicimus de viro non est fama adulterii aut saevitiae, tunc pastor pronuntiet, virum liberum esse ab hac muliere tanquam desertrice, et concedat viro ducere aliam honestam coniugem christiano et publico ritu.

Sed si non comparebit mulier, ut existimamus, pastor tamen suam sententiam feret, si de viro non est fama adulterii aut saevitiae, et pronuntiabit, virum liberum esse ab hac muliere de-

sertrice, et ei concedet ducendam aliam honestam coniugem christiano et publico ritu. Vir potest etiam in accusatione sua allegare veneficia et magicas incantationes. Sed controversia de dote et de citatione propter nuptias nihil pertinet ad Pastorem, sed magistratus politicus tales controversias diiudicare deberet.

Fortassis autem pastor non libenter talem processum instituet, ut proponat citationem, audiat personas et ferat sententiam. Sed venerandus D. *Matthesius* eum consilio suo iuvet. Et est pium et utile, ut talis cognitio fiat per tres vicinos pastores. Ita posset haec controversia recte iudicari et finiri. Nam cum episcopi non exerceant recte iudicia Ecclesiastica, necesse est, conscientiis mederi pastores.

Iohannes Bugenhagius Pomer.
Casparus Cruciger D.
Phil. Mel.
Paulus Eberus.

No. 4069. 10. Nov.

Io. Aurifabro.

† Ex apograph. in cod. Paris. D. L. 54ᵃ.

M. Ioanni Aurifabro.

S. D. Carissime Iohannes. Si spes tranquillitatis esset in his regionibus, Academiae ναυαγία citius colligi possent. Sed tu vidisti ipse horribilem positum proximae eclipsis. Etiam quietae reipublicae denunciaret tumultus. Nunc cum superiore anno mota et non sedata sit *), quantum sit periculi, facile existimare potes. Te nobiscum esse ac frui nos et iuventutem tuo ingenio, optarim. Iussi etiam tibi servari locum concionatoris in templo arcis. Sed cum bruma impediat itinera et nostrae deliberationes expectent conventus Augustani exitum, meum consilium est, ut expectes Lipsicas nundinas. Idem arbitror scribere *Eberum.* Interea et tu ad nos scribito: et nos de republica significabimus ea, quae habebimus ἀξιόλογα καὶ κορυφαιότητα. In *dialecticis* περὶ συνεκτικοῦ, in loco causarum a me erratum est. Mutavi eum locum etsi ne nunc quidem mihi aut tibi satisfactum est. Sed iam eo Lipsiam, cum *Aurbachio* ea de re disputaturus. In aliis partibus libelli, etsi quaedam emendavi, tamen res non sunt mutatae. Bene vale. 18. Novembris *), quo ante annum ad nostram Sareptam primum adductus fuit hostilis exercitus, pro qua utcunque servata Deo gratias ago. Iterum vale. Mitto carmen de proxima eclipsi.

Philippus.

*) *motus et non sedatus* videtur scribendum, nisi fortasse nomen excidit.

*) Pro 18. *Nov.* scribendum est: 10. *Novemb.* Nam eclipsis solis, quam proximam dicit, fuit d. 12. Novemb. 1547., ut carmen de illa eclipsi habet, quod legitur in script. publ. Acad. P. I. p. 196.

No. 4070. 10. Nov.

(*Ad Pastores Hamburg.*)

† Ex apographis in cod. Mon. 88. no. IV. p. 119. et cod. Mon. 66. p. 15. ubi epistola inscriptione caret; sed ex argumento intelligitur, eam scriptam esse:

(*Ad pastores Hamburgenses.*)

S. D. Reverendi et charissimi viri, sapientia et virtute praestantes. Saepe cogito singulari consilio et beneficio Dei in bene [1]) moratis urbibus Ecclesias recte constitutas esse, ut ad posteros necessaria de filio Dei doctrina propagari possit. Nam in principum regionibus metuo aliquanto post cum caetera civilia ornamenta, tum etiam vocem Evangelii interituram esse et propter ipsorum principum tumultus, et propter Turcicas populationes. Quae pericula cum gemens considero [2]) simul Deo gratias ago, quod doctrinae lucem et semen sanctum Ecclesiae in urbibus maioribus servat, eumque oro, ut illa domicilia virtutis servet [3]). Ac vestrae civitati hanc laudem pietatis gratulor, quod in fovendis literarum studiis publice et privatim plerasque alias vincit; pro quo officio Deum oro, ut vobis vicissim benefaciat, ut scriptum est: qui dederit vel potum aquae uni ex minimis propter doctrinam, habebit mercedem.

Exposuit autem vir honestus et doctus, Magister *Iohannes Delius* [4]), nunc vos [5]) deliberare

1) *bene*] excidit in cod. Mon. 66.
2) Cod. Mon. 66. *confidero.*
3) *eumque oro* etc.] exciderunt e cod. Mon. 66.
4) De eo vid. ep. d. 12. Iul. 1549.
5) *vos*] in cod. Mon. 88. scriptum fuit, recte; sed alia manus delevit *vos* et superscripsit *vobiscum*. Cod. Mon. 66. recte: *vos.*

nehme, günstige Herren. Ewr. Weisheit freundliche Schrift belangend den Diaconum, der in Eurer Kirchen dienen soll, habe ich empfangen, und ist wahrlich mein Gemüth also, wo ich zu Pflanzung der rechten Lahr, und zu Gutem Eurer Kirchen oder sonst dienen oder Forderung thun kann mit Gottes Hülf, daß ich mich solches treulich und fleißig zu thun schuldig acht, und will E. W. weiter durch den Diaconum schreiben. Diese Schrift aber hab ich dem wohlgelahrten Magistro *Hieronymo*, der in Leipzig geboren, und der bei sehr gelahrten Aerzten wohl studirt hat, geben. Denn, dieweil er mir lange Zeit wohl bekannt gewesen, und ich weiß, daß er ehrlicher guter Sitten ist, und hat einen guten Verstand, und hat etliche Jahr eine ziemliche Practica in arte Medica in dieser Stadt neben andern gelahrten Doctorn gehabt, hoffe ich, durch Gottes Gnade, Euere Stadt sey mit ihm als einem verständigen, gelehrten und treuen Arzt versorgt. Darum bitt ich, E. W. wollen ihn günstiglich annehmen, und ihm Freundschaft und Gutes erzeigen. Denn E. W. werden befinden, daß er in seiner Kunst einen guten Verstand hat, und treue und ehrlich ist. Der allmächtig ewige Gott Vater unsers Heilandes Jesu Christi, der ihm will und wird eine wahrhaftige Kirche sammeln und erhalten, die ihn in Ewigkeit preise, und welcher er seine Gütigkeit in Ewigkeit mittheile, der wolle Euch und die Euern alle Zeit gnädiglich bewahren. Datum zu Leipzig am Tag der heiligen Landgräfinn Elisabet. Anno 1547.

Ew. Weisheit

willliger
Philippus Melanthon.

No. 4075. 24. Nov.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 577 sqq. (ed. Lond. lib. IV. p. 722.)

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico et fratri suo cariss.

S. D. Quod faustum et felix sit, redii ad orphanos meos, quorum conspectus me quotidie de mea et Ecclesiae orbitate commonefacit. Videmus enim nos praesidia humana nulla habere. Sed meminerimus vocis filii Dei, *οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς*, domi maledicas epistolas reperi, et ut sit vulnus atrocius, scriptas ab amicis. De libro D. *Pom.* pastoris nostri mecum expostulant, quem scelerate facere scribunt, quod non, ut Ambrosius, in re leviore usus est severitate, adversus Theodosium principem alioqui bene meritum, feriat anathemate hunc iuvenem *), qui bellum cum cognato gessit. Etsi video eos qui haec scribunt, indulgere suo odio, tamen ne perpetuo talia audiam ex his regionibus, vel Byzantium, ut iocari soleo, fugiendum erit. Quid velint, an Ecclesiae, an suis affectibus serviant, satis significant. Sed omitto haec.

Adest et ex Marchia legatus cum mandatis ac litteris *Electoris Marchici*, mihi ut hortator sit migrationis in Marchiam. Decreveram initio, cum ad Harcinia iuga venissem ante exitum conventus nulli principi me addicere, eaque in sententia mansissem, nisi accersitus *Ascanii* litteris Lipsiam venissem, quo non accedere, superbia videbatur. Postea vel propter Academiae nostrae nomen, vel quia deserere collegas nolui, vel dolore fractus, huc redii, qua in re si errasse dicor, nihil contra disputo, ac veniam errori dari peto, deumque oro, ut et huic errato, et aliis nostris magnis peccatis medeatur. In hac senecta, et nondum restincto belli incendio condere alibi scholam, non videbatur tempestivum. Nec a Marchia paucae aut leves caussae me deterrebant. Cur non in patriam, inquies, ad fratrem, aut in Academiam Suevicam, profectus es? Nondum eam cogitationem abieci, sed tamen multa dehortantur. Iam scis in aula *Suevica* diversa studia esse, *καὶ ὕπουλα περὶ δογμάτων*. Et, si ardebunt illae regiones bello Elvetico, non dubitandum est, arsuras esse etiam dissidiis doctrinae. Etsi saepe cogito, tali tempore, quid mihi faciendum sit, tamen, contantiorem me magnitudo rerum facit.

Haec tecum locuturus eram, ut tua consilia audirem, teque oro, ut de his meis dubitationibus cogites, et de tuo iudicio aliquid significes. Nunc in eo consilio acquiesco, nihil ut ante exitum conventus mutem. Pastor Ecclesiae nostrae bonus et moestus senex, lapsus de scalis in aedibus suis aequo cum periculo, duriter afflixit parieti spinam dorsi, ac nonnihil aegrotat, sed spero vitae non esse periculum. Signo moveor, usitatum est enim *πρὸ τῆς τελευτῆς τοὺς γέροντας πεσεῖν*. Deus adsit nobis omnibus et nos regat. *Georgius Maior* convalescit, ut aiunt, etsi video adhuc imbecillum

---

*) Mauritium Ducem.

Die Stadt Constantia an Sueitz ist geächtiget, und wird dafür gehalten, der Kaiser und Sueitz werden von wegen gemeldter Stadt an einander wachsen *).

Man hat auch zu Glaris in Sueitz dieses Gesicht in Lüften gesehen, daß zween Löwen ein Stund mit einander gestritten und sehr gearbeitet, bis so lang der ein Löwe dem andern den Kopf abgebissen hat. Wiewohl nu auf solche Zeichen nichts zu bauen, so sind es doch nit allezeit vergebliche Ding, sondern sind ofte Dräuung künftiger Fährlichkeit. Der allmächtige Gott, Vater unsers Heilands Jesu Christi, wolle E. K. M. gnädiglich bewahren, segnen und in friedlicher Regierung erhalten, er wolle ihm auch eine ewige Kirche in dieser Zeit sammeln und erhalten, Amen. Dato Witteberg, Sonntags d. 13. Tag Novembris A. 1547.

E. K. M.

unterthänigster Diener
Phil. Melanthon.

*) wachsen? — Sic quidem edidit Schum., sed, ut videtur, mendose.

No. 4073. 16. Nov.

Senatui Zwickaviensi.

Edita in Riederer's Abhandlungen p. 443 sqq. (Lunz.).

An den Rath in Zwickau.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn J. C. unsern Heiland zuvor. Erbare, Weise und günstige Herren, Eur Weißheit Schrift hab ich empfangen, darinnen nur E. W. erstlich der grossen Betrübnus dieser Land gedencken, darinn zu andern Schaden auch die Zerrüttung der Studien, die durch Gottes Will wohl angericht gewesen, fürgefallen. Darnach aber schreiben E. W. von Georgio Thymen. Wiewol man nun spricht: weinen helff nit, so ists doch Gottes Will, daß wir unsere grosse Wunden fühlen, und bey dem Volk beklagen, sie und uns damit zu bewegen, Ursach zu betrachten, die Gottes Zorn erregt haben: denn wir müssen alle bekennen, daß unser furchtlos und wild Leben die Straff gesucht hat, und zu besorgen, dieses ungestüme Wetter sey noch nit gantz furüber. Denn der Himmel dräuet selbs schrecklich mit der neulich gewesenen Eclipsi, und anderen Zeichen. Es will aber und wird unser Heiland J. C. der Sohne Gottes seine Kirche erhalten, die rechte Lehr liebet, und sind gewißlich die Feind rechter Lehr mit Gottes Kirche. Welchen Trost wir wohl behertzigen sollen. Sollen auch derhalben der Jugend studia fleißig widerum anrichten, darzu der Almechtige Gott E. W. gnädigklich helffen wölle. Und so viel Georgen Thymen gradum belangt, dieweil wir ihn wohl kennen und wissen, daß er züchtig, gottesfürchtig, und wohl gelert ist, soll an uns der Promotion halben kein Mangel sein. Es werden auch, wie wir hoffen, etliche ehrliche Gesellen mehr um den Gradum ansuchen. Darum sich die Promotion bis in den leyptzischen Markt verziehen möchte, und so viel den Kosten belangt, ist unser Weise auch zuvor gewesen, unnütze Kosten in den Promotionen zu verhüten, weil auch unser Statut ausdrücklich lautet, daß niemand schuldig ist, ein prandium anzurichten. Wer es aber geben will, soll solchs thun nach Bedencken der Facultät. So auch E. W. der Stadt Stipendiaten widerum anher senden würde, wollen wir sie fleißig verhören, und auf ihre Sitten und Studia ein Auffsehen haben. Und nachdem ich mich zu E. W. als meinen günstigen Herren viel Gutes versehe, und ich die löbliche *) Stadt Zwickau allezeit besonders geliebt, derhalben, daß es nit ein faule Stadt ist, hat auch viel künstlicher Handtwerk, und hält ziemliche Zucht, und fürdert Studia, so bitt ich gantz fleißig, E. W. wolle mich einer Vorbitt Macht haben lassen, und bitt nämlich, E. W. wollen dem Jungen Losen das stipendium, wie E. W. wissen, günstiglich folgen lassen: denn der Knab ist warlich durch Gottes Gnad zu Tugend geneigt, und hat sehr wohl studirt: wo dises nit also wäre, wollt ich nit für ihn bitten. E. W. wolle euch ihne um der Tugend willen günstiglich lassen befohlen sein. Gott bewar euch alle gnädigklich. Datum in Wittenberg, den 16. Novembr. anno 1547.

Philipp Melanthon.

*) Ried. lißlich, ex mendo.

No. 4074. 19. Nov. (Lipsiae.)

Senatui Ambergensi.

† Ex autographo Melanthonis mihi descripta.

Den Ehrbaren, Weisen und Fürnehmen Herrn Burgermeistern und Rath der löblichen Stadt Amberg, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Ehrbare, weise, für-

[illegible] dedidit se [illegible] carissimum [illegible], Do- [illegible] [illegible] in qua [illegible] casu [illegible] vitam [illegible] recte [illegible] tamen [illegible] esse [illegible], et [illegible], se [illegible] erga [illegible]. Extat [illegible] ergo nos et caeteros

bonos viros, qui reipublicae et fideliter et utiliter in propagatione doctrinae serviunt. Deum autem aeternum patrem domini nostri I. C., crucifixi pro nobis et resuscitati, oramus, ut cursum vitae *Wolfgangi* gubernet, ut sit vas misericordiae, et labores eius ipsi et aliis sint salutares. Ac ne quis de fide harum literarum dubitet, Rector Academiae sigillum publicum addidit. Datae Wittenbergae, anno 1547. die 25. Novembris, quae fuit dies encaeniorum templi Hierosolyma, quia Machabaeus eo die ante annos 1709 templum recuperavit, repurgavit*), quo anno et Iubilaeus fuit, videlicet anno a mundi initio 3800. Testatur autem et ipsum exemplum recuperati templi, non deseri Ecclesiam a Deo, etsi variis et magnis periculis coneutitur.

No. 4079. 25. Nov.

Sebast. Birnstiel.

† Ex apogr. cod. Paris. D. L. 54[b].

Venerando viro, M. Sebastiano Birnstyll, amico suo,

S. D. Filium Dei sedentem ad dextram aeterni patris et dantem Ecclesiae dona toto pectore oro, ut tuum ministerium et pios doctores ubique gubernet, ac sibi colligat et servet in his regionibus etiam Ecclesiam aeternam, a qua vere agnoscitur, invocetur et celebretur. De ordinatione meum consilium est, ut istic in Ecclesia oppidi vestri eam petas; sed si magis libet hic petere, nostrum officium tibi non deerit. Nequaquam velim te sine ordinatione fungi ministerio qua de re meam sententiam tibi copiosius dominus *Georgius* exponet. Bene vale. Die 25. Novemb., qui fuit dies Encaeniorum, quia die 26. Novemb. ante annos 1709 recuperavit Maccabaeus templum. Dimidium Ioachimicum accepi, etsi mitti non fuit opus. Obsecro et obtestor te per Deum, ut incipias concionari. Nam cum Deus te vocarit ad docendum, certe inchoari aliquo modo conciones necesse est.

Ph. Mel.

No. 4080. 29. Nov.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 48 sq.

Iusto Ionae (Hildesiae).

S. D. Scio, te non dubitare de voluntate, fide et diligentia Principis *Ascanii*, qui etiam post iter Principum ad conventum flagitavit responsum. Sed mihi ante octiduum dixit, sibi ne de caeteris quidem negociis responsum esse. Ego simul scripsi, sed nec mihi rescribit is, ad quem misi literas. Non dubitamus, post reditum Principum impetrari posse, quod petimus. Sed tamen hoc in mentem mihi venit, posse per *Marchionem*, Electorem, agi tuam causam, ad quem occasiones scribendi habeo, ipsi non incognitas. Minus ambitiose me novae aulae insinuo, quia instauratio Academiae adhuc incerta est, et ego exitum conventus expectandum esse iudico, qui fortassis coget nos nova exilia suscipere. Tutius hospitium haberes in Saxonia, quam in Salinis, si bella rursus in his regionibus movebuntur, ut multorum est opinio. Nostra Academiola libentissime mitteret tibi pecuniam, si haberet, sumus hic ut hospites. Quo enim in hyeme, tam turbulento tempore, transferri familiae possunt? quarum aliae puerperas, aliae gravidas mulieres, aliae aegrotos pueros habent. Interea tamen leniendi doloris nostri causa aliquid praelegimus. Bene vale. Die penultima Novemb.

Philippus Melanthon.

No. 4081. 30. Nov.

Alberto, Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 145 sq. ep. 42.

(An Herzog Albrecht v. Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtigster hochgeborner gnedigster Fürst und Herr, Nach den Schrifften, die ich dem Herrn Sabino geben habe ist hernach nichts anher geschriben vom Reichßtag, denn daß der Keiser ein Resolution, wie sie es nennen, vom Concilio hatt lassen vortragen, derer Copia ohne Zweifel E. f. g. zugesant ist. Ich weiß aber nit eigentlich, wie fern die Churfürsten gewilliget. So ist Marggrave Joachim der Churfürst die Zeit noch nit zu Augsburg gewesen, der sich zu Hall christlicher und fürstlicher Reden hatt vom Concilio vernehmen lassen, Aber es ist wol zu achten, der Keiser werde auf seinem Vorhaben bleiben. Der Keiser hatt groß Volk und ordnet einen Theil gegen

*) Ex mendo iterum scriptum est: *recuperavit.*

Constanz, einen Theil in Franken, daß man nicht eigentlich weiß, ob er wider Sweitz oder wiederum in Sachsen wolle, aber gänzlich versiehet man sich, er werde Sweitz angreiffen von wegen Constanz, Basel und Sabaudia. Ich hab in dieser Eil nit mehr schreiben können, Der allmächtig Gott Vatter unsers Heilands Jesu Christi woll E. f. g. gnediglich bewaren und E. f. g. ein fridlich gnedig Jar verleihen. Datum Witeberg am Abent S. Andreä 1547.

E. f. g.

untertheniger Diener

Philippus Melanthon.

No. 4082. 1. Decb.

Senatui Ambergensi.

† Ex autographo Melanthonis mihi descripta a quodam homine docto.

Dem Ehrbaren weisen und fürnehmen Herrn Burgermeistern und Rath der löblichen Stadt Amberg, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen Eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Ehrbare, weise, fürnehme, günstige Herrn. Nachdem eine löbliche und freundliche Gewohnheit ist, das neue Jahr von der Gedächtniß des wunderbarlichen Werks der Geburt unsers Heilandes Jesu Christi anzufahen, und dabei durch denselbigen einigen Sohn Gottes, der unser treuer Fürbitter bei seinem ewigen Vater ist, ein neu, friedlich, selig Jahr zu wünschen; so wünsch ich auch Euer Kirchen, Stadt, Euch und den Euern ein neu, selig, friedlich Jahr, und bitte denselbigen wahrhaftigen Heiland, den Sohn Gottes, der menschlich Natur an sich genommen, ein Opfer für uns elende Menschen zu werden, und den ernsten Zorn göttlicher Majestät wider unsre Sünd zu versühnen, er wolle uns und Euch gnädiglich regirn und bewahren, und E. W. tugendsamen Frauen und Jungfrauen und Kindlein einen gnädigen Frieden verleihen. Denn diese zwei Jahre werden in vielen Landen teutscher Nation große schreckliche Unruge haben, die Gott gnädiglich lindern und stillen wolle, wie ich auch bitte und Hoffnung habe.

Ew. W. füge ich auch zu wissen, daß Zeiger dieser Schrift, Magister *Caspar* von Cottbus, die Person ist, die der würdige Herr Magister Sebastian Fröschel*) und ich zum Diaconat anzuzeigen bedacht haben. Denn er hat einen guten Verstand, ist sittig und züchtig, und hat bisanher in Schuldiensten fleißig gedienet, hoffen derhalben, er werde in Eurer Kirchen auch treulich dienen, und sich mit christlichen Exempeln gebührlich erzeigen. Bitten derwegen, Ew. W. wolle ihr diesen Magister Caspar günstiglich lassen befohlen seyn. Der allmächtig ewige Gott Vater unsers Heilands Jesu Christi wolle Euch und alle die Euern gnädiglich bewahren. Dat. Witteberg am ersten Tag Decembris anno 1547.

Ew. W.

willige

Philippus Melanthon.
Sebastianus Froeschel.

*) Froeschelius Archidiac. Viteberg., Amberga oriundus, bene meritus de commendanda doctrina evangelii Ambergensibus.

No. 4083. 2. Decb.

Ant. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 125.

Antonio Lauterbach, Pastori eccles. Pirnensis,

S. D. Venerande D. Antoni. Etsi imperia mutari videmus et magnae confusiones generis humani impendent, tamen nos Deum oremus, ut servet pium Ecclesiarum statum, et ipsi, quantum Deus concedit, nostra diligentia et concordia eum tueamur. Certe huc accessi hac motus causa, quod optavi, Ecclesias huius viciniae mediocriter veterem statum retinere, et manebo donec Deus volet. Iam in schola repeto confessionem doctrinae, quae sonat in Ecclesiis nostris, eamque oppono decretis *Tridentinae* Synodi, in qua non exagito veras sententias sophistice sed falsas miris technis interspersis refuto, ut quid dicat Synodus, et ubi depravet veram doctrinam iuniores intelligere possint. Altera editio *dialectices* nondum absoluta est. Mittam exemplum cum erit absoluta. Nam quaedam in posteriori editione mutavi. *Paulus Eberus* edit historiae epitomen, in qua recensebit res populi Iudaici post reditum ex Babylone usque ad regnum et familiam Herodis. Utilis liber erit et lectu iucundus; consolationem etiam his temporibus idoneam continebit. Bene vale. 2. Decembris, 1547. P. M.

No. 4084. 5. Decb.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[1]. — Autographon, sed in compluribus locis mancum habet Pl. Rev. *Baehr*, qui nobis illud descripsit.

Matthaeo Collino in Academia Pragensi[1])

S. D. Carissime d. Matthaee. Ut te non dubito in hoc tristi bello de me et nostris collegis et Ecclesia sollicitum fuisse, ita profecto et vicem fortissimae gentis vestrae saepe dolui, et de te valde sollicitus fui. Nunc Deo gratias ago, quod te servavit, ac[2]) in munere honesto in Academia urbis vestrae te collocavit. Nobis accidit prorsus id, quod inquit apud Homerum quispiam:

> ἀλλὰ θεοὶ δυόωσι πολυπλάγκτους ἀνθρώπους,
> ὁππότε κὲν [3]) βασιλεῦσιν ἐπικλώσονται δϊζύν.[4])

Redii ad Academiam ex longa peregrinatione accersitus amicorum literis, sed certam sedem hic nondum habemus. Nam si, ut opinio est multorum, Saxonibus civitatibus bellum inferretur, distrahemur in nova[5]) exilia. Interea tamen praelegere nostro more doctrinam Ecclesiae et pilosophica coepimus. Vox Ecclesiae et scholae, Dei beneficio, adhuc eadem est, quam ipse audivisti[6]). Tuum consilium probo, quod adiungis te ad Ecclesiam in urbe vestra, quae etiamsi aliquandiu ante hoc tempus fortasse doctores ῥαθυμοτέρους habuit, tamen nunc non adversatur voci Evangelii. Quaeso ut nobis saepe scribas donec ad Albim me manere intelliges. Vicissim significabo res nostras. Deum aeternum patrem domini nostri I. C. inter hos fluctus servaturum esse Ecclesiam spero, et ut servet tecum toto eum pectore oro. Mitto tibi pagellas, quae ostendunt, non prorsus conticuisse nostri coetus studio seu Musas. Tibi quoque pro tuis Musis et muneribus gratias ago[7]). Dialecticen edidi pene integram, quae erit testis nostri iudicii de multis rebus, et, ut spero, profutura est multorum studiis. Exemplum missurus sum per proximum tabellarium; nam typographi nondum absolverant secundam editionem.

De doctore *Wenceslao* si quid rescieris, quaeso ut nobis impertias. Opto, ut sit incolumis. In Pannoniae parte, quam veteres ἰάζυγας vocarunt, nunc nominant Transylvaniam, consensu civitatum delectus est vir doctus et pius, cui vera ἐπισκοπὴ τῶν ᾿Εκκλησιῶν commendata est. In Britannia sonat vox Evangelii pure, et iam deliberationes sunt de Ecclesiarum communi emendatione. *Οὔπω οὖν ὁ γυπαίετος ἀπέσβεσε τὸ φῶς [τοῦ] Εὐαγγελίου, καὶ δύο ἔτη ἐρχόμενα ἕξουσι καινὰς μεταβολάς,* quas utinam Deus gubernet. Bene vale. Vitebergae 5. Decembris 1547.

1) Inscriptio autogr. periit.
2) *ac*] ap. cod. Par. *et*.
3) κὲν] in recensionibus edit. est καὶ.
4) Hom. Od. v. 196.
5) *in nova exilia* usque ad verba: *ipse audivisti*, in autogr. perierunt.
6) *ipse audivisti* et seq. in autogr. servata sunt.
7) *gratias ago*, et quae sequuntur, in autogr. perierunt.

No. 4085. (fere d. 6. Decb.)

V. Theodoro.

Append. Epist. lib. IV. p. 32. — Hic ex autogr. in cod. Monac. I. p. 649., cuius tergo inscripta sunt: „die Luciae [13. Dec.] 1547." videlicet allata est Norimbergam.

Reverendo viro — D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Dei in inclyta urbe Noriberga etc.

S. D. Cariss. Vite. Hae literae scriptae sunt ad *Ioachimum Moller* Hamburgensem, de rebus magni momenti, ac multum refert, ut certo ad eum perferantur. Quaeso igitur, ut si poteris per homines dignos fide, ei mittas, et curabis, ut sciamus, an acceperit. Si non poteris per certos homines mittere, remittito mihi. Ubi Augustae quaeri possit, ignoro. Sed opinor, nobilem virum Dn. *Erasmum a Mingwiz* scire eius hospitium.

No. 4086. 8. Decb.

Ioachimo Anhaltino.

Beckmanni accession. hist. Anhalt. p. 125.

Ioachimo, principi Anhaltino.

Illustrissime Princeps. Non dubito C. V. hoc tempore simul et de patria et de aeterna patria, videlicet de Ecclesia, angi, quia si movebitur bellum Saxonicum, vestrae ditioni vastitas impendet, deinde et Ecclesiae, interitu studiorum doctrinae,

novas tenebras habebunt. Cum autem toties ipsi didicerimus in nostris miseriis, servari Ecclesiam, et defendi nos, non ut humana ratio cogitat, sed mirandis modis a Deo, sicut scriptum est: Servabo vos, non in arcu et gladio, sed in Domino Deo vestro, sustineamus nos invocatione et spe divini auxilii. Nam Ecclesia prorsus non*) destituta est humanis praesidiis, cum Principes alii aliter impediti sunt. Et vere iam accidit, quod scriptum est in Cantico: Percursarunt me Custodes murorum et vulneraverunt me. Nec tamen dubito, Deum sibi servaturum esse aliquas reliquias et semen sanctum, a quo vere invocatur; quo in numero cum et C. V. sit et C. V. fratres; hac spe vobis dolorem et moestitiam leniatis, quod in tantis periculis tamen omnes capilli capitis vestri numerati sint, ut filius Dei inquit. Extrema mundi aetas est, quam talia pericula habituram esse filius Dei ipse praedixit, ideo et ab ipso consolationem et defensionem expectamus, promisit enim, se vobis adfuturum esse. Gratias ago C. V. pro benigne missa pecunia, Deus vicissim benefaciat C. V. et servet eam incolumem. Datae Witebergae Die 8. Decembris, quo ante annos centum et decem mortuus est Sigismundus Imperator **).

*) Hoc *non* videtur delendum esse.

**) Is obiit d. 8. Decb. 1437.

No. 4087. die brumae.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 584 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 744).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico et fratri suo cariss.

S. D. Etsi nec Ecclesiae Dei, nec doctrinae sedes certa promissa est, ut ruinae Solymorum et multarum florentiss. urbium in Asia ostendunt, tamen cum Deus clementer huius oppidi tuguriolis pepercisset, servari ibi et doctrinae sedem optavi. Ac Deo eventum commendo. Tibi vero gratias ago qui nobis opem ferre studes, nosque κατάγεις εἰς ταύτην πόλιν, ut Messenios olim Attici. Necesse autem erit nos ad principem et ad D. *Cumerstadium* scribere. Fortassis ipse ad D. *Cumerstadium* proficiscar, quod si fiet, te orabo, ut una proficiscaris, non modo, ut comes, sed etiam ut orator in caussa non mala. Sed haec coram.

Mitto tibi geneses, et Rectori, *Hermolai* Epitomen libellum tenuem, sed tamen cuius lectio minus illi insuavis erit, quam mihi sphingos lectio fuit: delectatus sum allusione ad somnium, quod iam non venisset mihi in mentem. Sed ita fiet omnino, Paulus Apostolus caudam serpenti praecidet.

Recte a te factum est, quod misisti nobis illam reprehensionem mearum sententiarum, seu potius Apologiam opinionum, quas adversarii tuentur. Etsi autem vere doleo vicem *Viti**), viri docti et honesti, tamen disputationem ipsam libenter legi, quia in tanta caussa prodest collatio iudiciorum ad veras sententias in animis confirmandas. Sperabam autem eum ut virum doctum deducturum nos esse ad sincerae antiquitatis testimonia, sed ut video deducit nos ad multitudinem, καὶ οὐ παλαιὸν συρφετὸν opinionum, quae unde irrepserint in Ecclesiam, nemo monstrare potest. Et defendit quaedam βδελύγματα, de quibus tenebrae tot gentium et seculorum non satis deplorari possent, etiam si tanta flumina lachrymarum singuli funderent, quantum undarum hic noster Albis vehit, saepe enim hoc cogito, aspiciens flumen. Respondebo placide et paucis, non enim instituam refutationem in rebus manifestis et toties explicatis. Quid enim attinet disputare cum eo, qui αἴτημα sibi concedi postulat: Nihil in Ecclesia, id est, in multitudine, errorum esse. Sed haec alias.

Ad *Alesium*, cui mittam *Viti* epistolam seu volumen potius. *Laterensi* praefationem Deo iuvante iam inchoabo. Nam et *Ascanio* hactenus et nostro Iurisconsulto Francofordiam migranti hos dies tribuimus. Mitto Laterensi sententiam *de quaestione coniugii*, suntque ὑπογραφαὶ additae. Te quaeso ut et ei exhibeas, et mihi significes, an acceperis ipse hunc fasciculum. Bene et feliciter vale, die Brumae.

Philippus.

*) Amerbachi C. W.

No. 4088. die brumae.

Io. Stigelio.

Dans. epp. ad Stigel. ep. 29. Cod. Goth. 188. ep. 98.

Clarissimo viro, eruditione, virtute et ingenii felicitate praestanti, D. Ioanni Stigelio, amico suo carissimo, S. D.

Ὦ τῷ παντοκράτορι Θεῷ, καὶ ταῖς Μούσαις αὐτοῦ *) καὶ ἐμοὶ φίλτατε. Olim me Bruma de dulcissimis Halcyonis admonebat, nunc de Halcyonis luctu me commonefacit, quae amisso coniuge moestitia moritur, qua de re versus est Theocriti [Moschi]:

Ἀλκυόνος δ' οὐ τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴσχετο [ἴαχε] κὴϋξ.

Profecto sic Ecclesiae non tantum apud vos, sed in hac ora, et, ut audio, in magna Germaniae parte, lugent exilium optimi Principis. Sed reducet eum Deus, qui vota et gemitus nostros vere exaudivit saepe, et ut eum reducat, toto cum pectore oro. Dialecticen, ut voluisti, mitto, quae eo magis placebit doctis, quia tuis versibus ornata est. Gratias ago tibi, quod saepe scribis: et scribam ipse, quoties potero. Nunc adorno *Refutationem Decretorum* Synodi, ut praestigiae conspiciantur. De caeteris rebus respondebo vel per *Conradum* vel per *Ioannem Maier*, scribam aulicum. Nam quando has literas accepturus sis, nesciebam. Bene vale. Salutem clarissimo viro, sapientia et virtute praestanti, D. *Pontano*, et D. Do. *Plicardo*, opto, cui dicito, filium Dei beneficio recte valere, et discere. Die Brumae.

Philippus.

*) αὐτοῦ non habet Dans.

No. 4089. die brum.

Io. Matthesio.

Manlii farrag. p. 105. Epistol. lib. II. p. 56. (edit. Lond. lib. II. ep. 89.). Repetita in Consil. Mel. lat. P. I. p. 646. — Apographa in codd. Gothanis 191. p. 45. et 402. p. 337b.

D. Iohanni Matthesio

S. D. Non est novum abuti homines bonis legibus, quod tamen ne fieret, Magistratuum sapientia et severitate prohiberi debebat. Vides autem infelicitatem huius temporis. Nos pronunciamus de controversiis matrimoniorum sine auxilio politici Magistratus, nec possumus punire contumaces. Sed haec mala, quantum fieri potest, consilio moderemur, quod certe facere studeo. Placet mihi ut sit lex: Ne valeant desponsationes reclamantibus parentibus. Sed in politica consuetudine pleraeque leges interdum ἐπιεικείᾳ moderandae sunt. Ante annum de casu in *Frisia* pronunciavi, ubi quidam, cuius aetas matura et non sine consilio erat, despondit sibi puellam in familia honesta, quae existimabat insignem contumeliam sibi fieri, si facta esset distractio. Et causa contradicendi nulla honesta erat. Et iuvenis in sententia constanter manebat. Ibi contra parentes pronunciavi, praesertim cum in illis locis Magistratus eam sententiam libentius defensurus esset. Sed ubi voluntas mutata est in sponso aut in sponsa, libenter obtempero parentibus reclamantibus, sive causam afferant sive non afferant. Omnino prudentia adhibenda est, ut in longum consulatur, ne iungantur tales, quorum animi abhorrent a consuetudine perpetua, si mediocris causa est, cur honeste fiat disiunctio, cum nulla sponsalia publica facta sunt, nec accessit concubitus. Regulas alias praescribere non possum, quia considerandum est Iudici, et quid rectum sit, et quid sine scandalo fieri possit; qua in re et circumstantiae considerandae sunt. Nimis duri sunt parentes et iniusti, si, cum filius, cuius aetas matura est coniugio, despondit sibi aliquam honestam, ubi mutuus est amor, et est voluntatum constantia: tamen reclamant. Laeditur tamen pars altera in re non levi. Ibi Magistratuum autoritas opem ferre sponso et sponsae debebat; sed si negligit eam rem Magistratus, quid poterit efficere vox Pastoris? Si requiris plura hac de re, scribam, sed comprehendi regulis res non satis potest. Ego *) nunc refutationem decreti Synodi *De iustificatione* publice trado, pericula Deo commendo. Bene vale, die Brumae.

No. 4090. d. brum.

C. Aquilae.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54².

*) Ego et seq. non habet Manl.

Venerando viro eruditione et virtute praestanti D. Casparo Aquilae pastori Ecclesiae Dei in oppido Salveldia, amico s. carissimo,

S. D. Quotannis brumae tempore de halcyone ave cogito, cui Deus tunc in scopulis maris incubanti ovis et excludenti pullos aliquot dierum tranquillitatem concedit, quo exemplo significat, et Ecclesiam parere inter horribiles tempestates imperiorum, eique interdum halcyonia concedi, qualia in his regionibus Dei beneficio ante aliquot annos habuimus dulcissima. Nunc saevae tempestates motae sunt, quas sedari rursus a Deo oremus, et sedaturum esse aliquanto post spero. Nos interea in Ecclesiis concordiam in voce doctrinae tueamur, quae non ingrata levatio est miseriarum. Spero etiam, Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi reducturum esse principem optimum in patriam, et ut reducat toto eum pectore oro. Mitto filiis tuis dialecticen, tibique exemplum addidi, ut iudices, an proponi adolescentiae utiliter possint haec elementa. Nunc refutationem decreti Synodi Tridentinae adorno edendum, ut plures videant, quibus praestigiis veritatem obruere sophistica illa synodus conetur, et admoniti recte traditam doctrinam in Ecclesiis nostris non sinant sibi excuti. Deus adsit nobis. Bene vale. Die brumae. 1547.

Philippus Mel.

Stigelio per hominem certum meas literas et dialecticen eius filio inscriptam mittito.

No. 4091. die brumae.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 138 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 114., cuius inscriptioni adscripta sunt haec: „1547. *per Andream γραμματοφόρον.*"

D. Hieronymo Baumgartnero, Senatori Noriberg. etc.

S. D. Ut si in una urbe viveremus, non acquiescerem magis in ullius consuetudine et sermonibus quam in tuis, seu laetis seu tristibus temporibus: ita nunc, cum aliter non possumus, per Epistolas tecum quam libentissime colloquor. Etsi autem narrationes seu historiae congruunt tempori, tamen hanc ipsam ob causam, ut mutuis officiis communem dolorem leniamus, saepius colloquamur: scis enim veteres versus:

Γέρων γέροντι γλῶτταν ἡδίστην ἔχει.
Παῖς παιδὶ καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή,
Νοσῶντ' ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξία
Ληφθείς, ἐπῳδός ἐστι πειρωμένῳ.

[*Senex seni linguam suavissimam habet,*
Puer puero, et foeminae accommoda foemina
Et vir aeger aegro, et infortunio
Oppressus, incantator est illi qui tentatur.] [1])

Vide autem in postremo versu, quam illustri verbo usus sit, cum consolationem aut commonefactionem amici experti similem casum, apud amicum conflictantem duriore fortuna, vocat *ἐπῳδάς*. Deinde in his Ecclesiae miseriis faciamus quod mulieres faciebant, Filio Dei mortuo, quae conveniebant, ut societate lachrymarum moestitiae communi mederentur: deinde remedia etiam, quamvis inutilia, apparabant: Ita nos, quod in dolore [2]) una lugeamus, et disputemus de remediis. Interea enim, ut tunc fiebat, reviviscit tamen Filius Dei. Nec illa stulta sedulitas mulierum prorsus inutilis erat. Nam dum concurrunt, dum remedia adferunt, ostendit se eis Filius Dei, easque vera consolatione erigit. Ita non dubito, nobis se Filium Dei † rursus" ostensurum esse, si mediocri studio nostram coniunctionem tuebimur et Ecclesias piis consiliis fovebimus.

Ego iam publice trado refutationem errorum *τῆς ἐν τριαίνῃ συνόδου* [3]). Nec sophistice disputo, tanquam omnia quae illi dicunt, eversurus, ut solent *φιλόνεικοι*, sed amplector, quae recte dicunt, falsa graviter refuto monstratis *γοητείας*, quas mira arte miscent decreto suo. Te oro, ut cum plura decreta ad vos mittentur, exempla mihi describi cures. Arbitror enim eo nunc properaturos esse illos Areopagitas, quia *Carolus* ostendit se, quod legibus Atticis non concedebatur, iisdem de rebus novam disputationem in Synodo frequentiori instituere velle. Etsi id quoque ut alia multa simulari existimo. His de rebus suas exspecto literas.

---

1) Versio editoris.

2) Addidit hic Spanh. *iuvat*, quod vero non legitur in autographo.

3) Synodi Tridentinae.

De negotio *Carpophori* etiam atque etiam te oro, ut sis hortator, ut tutores *Holtzschueri*, quod aequum est, solvant. Mitto tibi exemplum *Dialectices*, non quod has nugas a te legi velim [4]), sed quia nunc alia iucundiora, quae mitterem, non habebam. Bene et foeliciter vale. Coniungamus vota ad Deum, ut servet aliquam sibi Ecclesiam et semen sanctum inter nos, et leniat publicas et pripatas miserias. Et haec statuamus non fore irrita. Iterum vale. Die Brumae [5]).

Philippus.

No. 4092. (med. Dec.)

V. Theodoro.

A Sauberto edito in appendice Epist. lib. IV. p. 32 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 668.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Dei in inclyta urbe Noriberga etc.

S. D. Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi crucifixi pro nobis, et resuscitati, conditorem generis humani et Ecclesiae suae, oro toto pectore, ut tuis morbis, et matronae sanctae, coniugis tuae honestissimae, vulneri medeatur, vosque Ecclesiae vestrae domesticae servet incolumes, quem quidem servaturum esse Ecclesiae suae reliquias et semen sanctum inter nos, non dubito, etiamsi fractus illabatur orbis. Nunc Carolus imperium terris, famam qui terminat astris, minitatur nostris Ecclesiis, quas fovere deberet. Aliquanto post sequentur irruptiones Turcicae, quarum cura nunc Heroas istos nihil adficit. Vratislaviae sereno coelo recens, medio die conspectus est in aëre eques cataphractus, stricto gladio ducens agmen equitum instructum more Pannonio seu Turcico. Vides Ecclesiam nulla habere humana praesidia. Ea te cogitatione etiam in privatis aerumnis sustentes. Ut enim Ecclesiam desertam ab hominibus ipse protegit et servat, ita nos quoque clementer servabit. Cum Adam et Heva lapsi nullorum Angelorum ope servari possent, factus est deprecator Filius Dei, et prodiit Deus ex sua arcana sede, ut eos servaret. Ita et nos speremus, eum nobis destitutis humana ope adfuturum esse. Bene vale. Mitto recentem editionem Dialectices tuo filio.

Philippus.

No. 4093. 19. Decb.

Georgio Anhaltino.

Select. epist. p. 276. Epist. lib. I. p. 101. (ed. Lond. lib. I. ep. 48.).

D. Georgio Principi Anhaldino

S. D. Doctrinae studia laetis temporibus iucunda sunt, ut ludi, quia naturale est homini discere et inquirere aliquid, ut apibus mella facere, sed hae in moestitia omittunt operas. Nos in moestitia magis appetere doctrinam convenit, ut ibi causas miseriarum consideremus, et remedia patefacta divinitus inde sumamus. Accessit ad nos Filius Dei, non ut ociosis animis de eo philosophemur, ut Philosophi oblectationis causa quaerunt. An pisces antecellant prudentia, an vero pecudes et ferae in terra nascentes. Ideo Filius Dei assumsit humanam naturam, quia miseri sumus, ut nostra onera in se derivaret et nos sanet. Non igitur abiiciamus doctrinae ipsius meditationem hoc tristi tempore. Imo fides in calamitatibus magis accendi potest, quam in ocio et in luxu. Scripsi igitur libenter concionem, et vestram pietatem laudo, quod voce vestra et exemplo alios ad cogitationem doctrinae excitetis. Repetivi autem argumentum anno superiore tractatum, quod simplicissimum est, et auditoribus utilissimum esse iudico. Nec deformitas est, res easdem recte expositas in Ecclesia repetere, et saepe inculcare iisdem verbis. Imo optandum esset, ut ubique tota doctrina prorsus iisdem verbis proprie recitaretur. Ante annos viginti audivi Doctorem *Hieronymum Schurff* dicere, mutationem doctrinae initio ex hac ambitione fuisse ortam, quod multi putarunt deforme esse res easdem saepe repetere, ideoque novam doctrinam eos genuisse. Feci mentionem Synodi *Tridentinae* in concione. Et optarim in pub. edi hanc concionem, tanquam confessionem C. T. Ego quoque nunc refutationem Synodi institui. Bene valeat C. tua. Die 19. Decemb. Anno 1547.

---

4) Spanh. edidit *vellem.*

5) Alia manus adscripsit: *ann.* 1517.

No. 4094. 20. Decb.

Eidem.

† Ex apographo in cod. Servest. p. 252., descripta a Clariss. Sintenisio.

Georgio Principi Anhaltino, Episcopo Merseburg.

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps. Gratias ago Deo aeterno patri domini nostri Iesu Christi, quod et corporis vires Doctori *Georgio* *) restituit, et eum ad societatem sanctissimi muneris in Ecclesia vestra reducit, ac vero pectore opto, ut Ecclesiae in his regionibus et recte doceantur, et habeant tranquilla hospitia. Concionem heri misi ad *Ioannem a Berg*, qui pro sua fide et diligentia eam ad Cels. V. mittet. Propter Synodum Tridentinam optarim edi concionem, ut vox et confessio principis alicuius extaret contra falsum decretum synodi. Sed mihi haec scribenti in mentem venit, magis laboraturos esse canonicos apud Imperatorem de eiicienda Cels. V. ex hac functione muneris ecclesiastici, edita tali concione. Ideo rursus mutavi priorem opinionem. Literas et a Cels. vest. et D. *Georgio* M. de conventu Augustano expecto. Bene valeat Cels. V. Die 20. Decb. 1547.

V. C. addictiss.

Philipp. Melanthon.

*) Georgio Maiori.

No. 4095. (h. t.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 630. (ed. Lond. lib. IV. p. 771.).

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario amico et fratri suo carissimo,

S. D. Heri litteras accepi, ut die Stephani veniam *Argeliam*, ad deliberationem, quae non de parva re futura videtur. Etsi autem quae scripsisti de tuo itinere, memini, tamen retineri te ratiocinor, sed id postea sciam. Nunc aeterni Dei filium Dominum nostrum Iesum Christum, quem vero pectore credimus esse σωτῆρα, καὶ μεσίτην, et exaudire nostras preces, oro, ut et intersit consiliis de Rep. et te et tuam domesticam Ecclesiam servet incolumes. Nuncium qui Basileam ibit, flagitasse litteras a te spero: scripsi de Hispano nostro ad Regem Anglicum et ad Cantuariensem *). Bene vale.

Philippus.

*) Has epistolas vide infra d. 13. Ian. 1548. Quum dies Stephani sit d. 26. Decbr., Melanthon videtur istas epistolas iam scripsisse mense Decbr. 1547., sed diem et annum serius, tum demum, cum abiret Dryander videlicet Idib. Ian. 1548., addidisse. Torgae fuisse Melanthonem d. 26. Decbr. 1547., ex aliis epistolis satis constat. Erravit igitur editor epistolar. ad Camer., qui hanc epist. ad annum 1549. retulit.

No. 4096. (fere h. t.)

N. N.

† Ex autogr. in cod. Dresd. collect. Seidel. No. 36., descripta a Cl. Gersdorfio.

(Fragmentum epistolae.)

S. D. Reverende vir et amice carissime. Meminimus praedictiones filii dei de hac mundi senecta, in qua et deliria multa fuerunt et erunt opinionum, et variae accident distractiones. Etsi autem harum miseriarum cogitatione horribiliter crucior, tamen spero deum gemitus nostros exauditurum esse, et poenas mitigaturum, et aliquas servaturum reliquias sui coetus et hereditatis filii sui inter nos. Et nos, quantum deus concedit, bona ingenia ad Evangelii ministerium provehamus, ut sint ad posteritatem aliqui doctrinae custodes. Itaque hunc *Iohannem* tibi commendo. Iudico honestum et eruditum esse, et ipse pollicetur, se tibi reverenter obtemperaturum esse et daturum operam, ut ornet ministerium bonis moribus. Si distractiones novas efficit conventus Augustanus, quanta mala secutura sint, ratiocinari facile est. Sed quae res audaciam et potentiam adversariorum ante multos annos confirmaverit, te quoque saepe cogitare arbitror. † Neque haec principum culpa est, sed aliqua docentium. Sed — — —†)

†) So weit auf der ersten Hälfte der Kehrseite des Folioblatts. Auf der zweiten Hälfte stehen der Quere herüber folgende Worte von Melanthons eigener Hand:
laedentibus cerebri. Causa formalis.
Causa formalis est ipsa. id est motus voluntatis et cordis obtemperans recto iudicio. Ut autem cum de amoribus loquimur — [Haec Clariss. Gersdorfius.]

No. 4097. 25. Dec.

Alberto Duci Pruss.

† Ex apographo in cod. Monac. 66. p. 29 b.

Alberto Principi Duci Borussiae Phil. Mel.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Durchleuchtiger, hochgeborner, gnädigster Fürst und Herr. Wiewohl die Welt leider für und für zum End nicht allein schwächer, sondern auch untugendlicher wird, so sollen doch wir, die wir gewißlich glauben, daß ein ewig göttlich Wesen sey, das alles geschaffen, und ihm eine ewige Kirchen im menschlichen Geschlecht um seines Sohnes Jesu Christi willen durch sein Evangelium allezeit sammlet, wie solches ohne Zweifel wahr ist, festiglig schließen, daß wir, die wir das Evangelium lernen, lieben und pflanzen, gewißlich Gottes Kirch seyn; wie der Sohn Gottes gesprochen: wer mich liebet, der wird meine Red behalten, das ist, meine Lehr treulich erhalten helfen, und mein Vater wird ihn lieben, und wir werden zu ihm kommen und Wohnung bei ihm machen. Dieser Trost soll allezeit und ewiglich in unsern Herzen leuchten und brennen, daß wir wissen, daß uns Gott gnädig seyn, uns erhören und ewiglich helfen wolle. Darum obgleich jetzund große Gefährlichkeit und Anfechtung vor Augen ist, so wolle doch E. F. G. sich zu diesem Trost halten, und nicht zweifeln, Gott wird uns nicht versinken lassen. Und dieweil wir diesen Brief am hohen Fest geschrieben, daran die Gedächtniß der wunderbarlichen Geburt unsers Heilandes Jesu Christi gehalten wird, welcher Tag der Anfang ist des neuen Jahrs, so bitten wir denselben unsern Heiland Jesum Christum, der wahrhaftig Gottes Sohn ist, und gesprochen hat: ich will bei euch seyn bis ans Ende der Welt, er wolle Ew. F. G. und seiner Kirchen in E. F. G. Fürstenthum und Landen ein friedlich selig neu Jahr geben, und wolle E. F. G. schützen und bewahren wider alle Feind. Denn er gewißlich der Herr, der wider den Teufel und alle Feind des Evangelii das schwach und verlassen Häufl. bewahrt, das Gott in rechter Erkenntniß des Evangelii anruft; wie er spricht: nemo rapiet oves meas ex manibus meis. Wir hoffen auch, er werde dem Kaiser nicht gestatten, die Aufrichtung der Abgötterei auszuführen. Und wiewohl große List und große Gewalt versucht werden, so haben wir doch diese Regel: was aus Gott ist wird nicht vertilget. Und davon wollen wir E. F. G. zur andern Zeit weiter schreiben.

Es haben uns aber E. F. G. eine schreckliche Mißhandlung *) Ambrosii zugeschrieben, welchen wir E. F. G. unterthäniglich commendirt haben. Nun wollen wir von unsrer Commendation nicht schreiben, wiewohl wir die Zeit kein Untugend von ihm erfahren; aber nachdem er jetzo dem Teufel so weit Raum gegeben, können und wollen wir auch nicht rathen, daß er ohne Straf sollt ledig gelassen werden. Die eine That ist öffentlich die an ihr selb eine Straf verdient hat. Von der Potion ist die Sach sehr verdächtlich, ob er gleich sich entschuldigen will. Es sey aber damit wie es wolle, so ist doch die Nothdurft eine ziemliche Straf, ihm zur Besserung und Andern zum Exempel zu üben. Sofern aber bitten wir unterthäniglich, E. F. G. wolle gnädiglich des Lebens schonen, und gedachten Ambrosium mit ewiger Verweisung, nicht mit dem Tode strafen. Diese Straf wird ihm mit Gottes Gnaden zu Bekehrung und Besserung Ursach geben. Diese unsre **) unterthänige Fürbitt wolle E. F. G. gnädiglich vernehmen. Der allmächtige ewige (Gott), Vater unsers Heilandes Jesu Christi, wolle E. F. G. allezeit gnädiglich regiren, schützen und bewahren. Datum Wittenberg am hohen Fest, daran man die Gedächtniß hält der wunderbarlichen Geburt unsers Heilands Jesu Christi, 1548. [i. e. 1547.]

No. 4098. 25. Dec.

Nic. Medlero.

Danz. Epp. ad Medler. ep. 84. ex cod. Bav. I. p. 1044. Nunc ex eod. cod. descripta.

Domino Doctori Nicolao Medlero.

S. D. Quantum potui et hortator fui adolescentibus et ἐργοδιώκτης ad discendam arithmeticen, quam philosophiae ianuam esse manifestum est, curavique ut in academia assidue repeteretur, ac spero, hanc meam sedulitatem multarum gentium hominibus profuisse. Oro autem Deum, aeternum patrem domini nostri Iesu Chr., fontem numerorum ac sapientiae et iustitiae, ut honesta studia, et Ecclesiam suam et politias bene moratas, quae sunt Ecclesiae hospitia, tueatur; et defensurum esse spero, etiamsi minitatur αὐτοκράτωρ

*) i. e. Uebelthat.

**) Videtur praeter Melanthonem et alius, fortasse Camerarius, epistolae subscripsisse.

atrocia. Quanquam autem occultantur consilia de bellis, tamen multae sunt coniecturae, nec Saxonicorum motuum finem esse, nec Elveticam gentem tranquillam fore. Quanquam autem pax utilior erat, tamen spero, Deum civitates defensurum esse, et, ut eas defendat, oro. Ego nunc publice in Academia trado refutationem decreti Synodi, de dubitatione et aliis erroribus, quos confirmat Synodus. Tuam lucubrationem arithmeticam censeo edendam esse, et editionem adiuvabo. Mitto tibi exemplum arithmetices *Camerarii* *). Bene vale. Die natali Messiae, filii Dei, 1548. [i. e. 1547.]

Ὄνειρος huius noctis. Vidi electorem *Iohannem Fridericum*, qua specie vidi adolescentem pulchrum et nondum obesum, et versum legi his verbis: *βῆ μεγάλην πρᾶξιν μανθάνων καινά τε πολλά.* Aliquid novi adferetur, quicquid erit. *Somnium.* Dixit dux *Mauritius* ad me flexis genubus deprecantem pro Witeberga, respondens: faciam ἐρείπια **).

Phil. Melanthon.

No. 4099. 25. Dec.

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. III. p. 38. (ed. Lond. lib. III. ep. 18.). Apographon in cod. Monac. 66. p. 9.

Georgio Principi Anhaltino

S. D. Illustrissime ac Reverendissime Princeps, Apud *Ezechielem* iubet Deus, Angelum percutientem Principes et populum in Templo, parcere iis qui gemunt propter prophanationes. Parcet igitur Deus nunc quoque aliquibus, qui etiamsi opem ferre Ecclesiae non possunt, gemitu tamen ostendunt confessionem suam, et bonam voluntatem erga Ecclesiam. Inter tales utinam et nos servemur.

Ideo Celsitudini vestrae hunc κατηχητὴν Ecclesiae nostrae commendo, doctum virum, et utiliter servientem Ecclesiis. Offeret Celsitudini vestrae exemplar, interrogationum praecipuarum examinis. Quaeso ut Celsitudo vestra vicissim pauperi et pio et docto declaret liberalitatem suam. Etsi enim tempora sunt difficilia, tamen non negligendi sunt pauperes. Bene et feliciter valeat Celsitudo vestra. Die natali Filii Dei, Anno 1548 [i. e. 1547.]

No. 4100. 28. Dec.

Paulo Ebero.

Epist. lib. II. p. 150. (ed. Lond. lib. II. ep. 158.).

D. Paulo Ebero

S. D. Et ego Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut et publicas Ecclesias et tuam domesticam servet, et tuae coniugi honestissimae parienti adsit. *Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ ἐσμὲν, καὶ κινούμεθα.* Illustria testimonia sunt praesentiae Dei in genere humano, quia sine auxilio Dei profecto nec servari in alvo, nec edi foetus, nec postea incolumis esse potest. Haec imbecillitas foetus nos de totius vitae nostrae imbecillitate commonefaciat. Sumus omnino omnes squalida et fragilia *χόρια*. Oremus igitur filium Dei שילה [Schiloh, Genes. 49, 10.], ut ipse induens *χόρια* servet ac regat nos.

Quod misisti pagellas, gratum habeo tibi et nuncio. In itinere interrogabam comites, an haberemus exemplum, et quia desiderabatur, decreveram ex *Thebis* [1]) nuncium ad te mittere. Existimabam enim relictum esse oblivione. Sed ex tuis literis intelligo, nondum fuisse descriptum. Dedi Ioachimicum [2]) *Sylvestro*, cui certe propter scriptionis laborem plus debetur. Iussi ut ex *Thebis* hodie ad te redeat, quia scio eius assiduitatem in oeconomia tua necessariam esse. Litteras ad vos Lipsia adferet *Baldasarus*, ac scribam ἀξιόλογα omnia. Nec scribendi ad vos ullam occasionem negligam. Excrucior variis curis et dolori-

---

*) „Alias inscribitur *Scheubelio*." (Nota Bavari.)

**) *Somnium. Dixit dux* etc. Danzius praetermisit nec edidit. Putavit fortasse, Bavarum haec adscripsisse. Caeterum hoc somnium Mel. habuit exeunte Decb. anno 1546. Hic fortasse propterea commemoravit, quod Medlerus de eo somnio in epistola quadam quaesiverat.

1) i. e. Düben, oppidum ad Muldam inter Vitebergam et Lipsiam.

2) Peuc. *Ioachimum*, quod error typographi est.

bus; sed oro filium Dei, ut nos regat. Bene et feliciter vale. D. 5. [potius: Calend.] Ianuarii [3]) ἐν Θήβῃ σαξονικῇ. Utinam ut arcam Nohae servavit Deus, ita et arcam Saxonicam, id est ecclesias harum regionum servet. Opto salutem vobis omnibus, Reverendo D. *Pastori*, meae familiae, D. *Milichio*, D. *Vito*, et universae academiae.

No. 4101. **29. Dec.**

Eidem.

Manlii farrag. p. 548. Epist. lib. II. p. 159. (ed. Lond. lib. II. ep. 145.). Apographa in codd. Gothanis 191. p. 72. et 401. p. 124.

D. Paulo Ebero

S. D. Deo aeterno Patri Domini nostri Iesu Christi conditori generis humani, et Ecclesiae suae gratias ago, quod et coniugem tuam honestissimam in partu servavit incolumem, et filiola familiam tuam auxit, et toto eum pectore oro, ut et tuam domesticam Ecclesiam, et communem nostrae *Sareptae* Ecclesiam servet, ac regat. Nam profecto sine coelesti praesidio haec infirma natura salva esse non potest, et Filius Dei, ut testaretur se custodem esse humani generis induit nostram naturam, ac me valde saepe haec ipsius vox in magnis doloribus erexit: *Nemo rapiet oves meas ex manibus meis.* Hunc oro, ut et te, et tuos defendat. Genesin filiae libenter vidimus, de qua singulare fuit *Viti* iudicium, qui, iuxta versum, *σοφοὶ μάγειροι τῶν σοφῶν συνουσία*, consuetudine *Erasmi*, et mea fit Astrologus. Cum *Orionem* vidisset scriptum in nona, et Lunae vicinum, dixit fore egregiam venatricem, ac *Dianam* alteram. Bene vale. IV. Cal. Ianuarii. † Anno 1548" *).

---

3) Non die V. Ianuarii scripta esse potest, sed die V. Calend. Ian. Ex epistolis enim d d. 29. Dcbr. 1547. et d. 3. Ian. 1548. intelligitur, Eberi uxorem partum iam edidisse, d. 29. Dcbr. statim post Melanthonis discessum, quare d. 5. Ian. „*pariens*" dici non potuit. Porro Melanthonem exeunte Dcbr. Torgae fuisse, ut ageret de academia restituenda, intelligitur ex epistola ad Ionam d. 8. Ianuarii scripta. Ibidem illum fuisse d. 3. usque ad 8. Ianuarii 1548. intelligitur ex epistola ad *Buchnerum* fere d. 3. Ian. scripta, et ex epistolis d. 9. et 12. Ian. ad Crodelium, gubernatorem scholae Torgensis, cui gratias agit pro hospitio. Statuendum igitur est, Melanthonem d. 28. Dcbr. per oppidum Düben Torgam profectum esse, et inde per Lipsiam rediisse d. 8. Ian. 1548. Literas fidei publicae Ionae, ut tuto rediret ad Salinas per Melanthonem missae sunt d. 25. Mart. 1548. Vid. epistolam ad Meienburg. hac die scriptam.

*) Sic mst. et Manlius. Sed cod. 401. habet: Torgae, 4. Calend. Febr.

No. 4102. **29. Dec.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 582 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 725.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camerario amico et fratri suo carissimo,

S. D. Etsi scribit Demetrius Phalerensis Aristotelem solitum abrumpere narrationes rerum graviorum in epistolis hac excusatione: *τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστιν ἐπιστολικὸν*, tamen ego de his ipsis rebus gravissimis, de quibus nunc deliberatio est [1]), multa ad te scriberem, si certo perventuras ad te litteras existimarem. Qua enim de re potius vel coram, vel in epistolis colloqui possumus, quam de Deo, et Ecclesiae salute? Audio honestas sententias dictas esse ab omnibus ordinibus: Ne vox Evangelii in his Ecclesiis sonans mutetur. Nec quidem *Octavii pater* [2]) probat *τῆς ἐν τριαίνῃ συνόδου ἐξήγησιν περὶ δικαιοσύνης*. Deum oro, ut salvus et incolumis videas et complectare totam Ecclesiam tuam domesticam [3]). Quod Northusani amici epistolam legisti, recte abs te factum est. Et cum nuncius, quem Basileam misimus, redibit, legito quas voles, tuoque iure de caeteris omnibus utere, fortasse sciscitari aliquid poteris Noribergae, iis de rebus, quas narrant litterae Northusanae. Ego de ea re, de qua hic deliberatur, etiam aliorum sententias audiri peto. Bene vale, IV. Cal. Ianuarii.

Philippus.

---

1) Torgae deliberabatur de restituenda Academia.

2) Rex Daniae, pater Augusti. C. W.

3) Camerarius videtur fuisse Vitebergae. Lipsiam illum rediisse scribit Mel. Medlero d. 26. Octob.

No. 4103. **30. Dec.**

Iohanni Ministro.

Epist. lib. II. p. 590. (edit. Lond. lib. II. ep. 622.).

Iohanni Ministro suo

S. D. Charissime *Iohannes*, Magistro *Paulo Ebero* mox tradas hunc fasciculum literarum, quia deliberationes sunt de Academia, quas Deus gubernet. Quaeso ut mox ubi has literas acceperis, accedas Magistrum *Paulum*. Familiam meam tibi commendo. Bene vale. Pridie Calend. Ianuarii.

Mirabili calumnia fuit incensus Imperator adversus me, sed D. *Michael**) et alii quidam me excusaverunt.

No. 4104. **(h. mense ut videtur.)**

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 290.

Christophoro Pannonio.

S. D. Charissime Christophore, nescio, quid scribam, tantum igitur hanc precationem recitabo, de qua saepe hodie cogitavi:

Spiritus ut Domini nascentia corpora fovit,
Cum manus artificis conderet ipsa, Dei.
Sic foveat coetus, qui Christi oracula discunt,
Accendatque igni pectora nostra suo.

Perfecto Regum et Principum Conventus non sanant Ecclesiae morbos. Sed orandus est Deus, ut ipso suo Sancto Spiritu foveat Ecclesias, sicut in Moyse scribitur: Spiritus Dei fovere conditam naturam et velut incubare universo mundi opificio. Bene vale. Salutem tibi optat *Caspar Peucerus*, qui adstabat, cum haec scriberem.

Philippus Melanthon.

No. 4105. **hoc anno?**

N. N.

† Ex apogr. in cod. Langii. p. 5 b.

*(N. N.)**)

Venerande Domine. Fidelis Deus aliquem tibi nidulum dabit, vel in Academia, in qua iam locum quaeris, [vel] alibi. Si igitur nihil impetrabis in Marchia, cogitandum erit vel de Dania vel de Borussia. Mea tibi opera non defutura est, et spero, Deo iuvante, nos aliquid alicubi impetraturos esse. Mea officia fuerunt mediocria erga eos, qui nos in aula istic omnibus modis et artificiis oppugnant. Sed Deus erit vindex.

No. 4106. **(h. a.?)**

Testimonium.

Manlii farrag. p. 373 b.

Testimonium Aegidii Carstorf. Friburgensis.

Utinam multae Ecclesiae habere tales pastores possint, qualis est hic *Aegidius Friburgensis* magna pietate morum et doctrina instructus. Quare gaudemus eum in hac vicinia praefici Ecclesiae *Nimecensi*, in qua et antea pie et fideliter docuit Evangelium Christi. Explorari eius doctrinam non erat opus: sed tamen cum eo disputavimus, et iudicamus idoneum esse ad gubernationem Ecclesiae: eumque iis qui ipsum promovere possunt, commendamus.

Caspar Cruciger D.
Philippus Melanthon.

No. 4107. **(h. a.)**

Seb. Hellero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54).

Doct. Sebastiano Hellero, Cancellario Principis Marchionis Georgii.

Vir clariss. Vides me uno genere literarum ad te uti, quod haec tempora a nobis extorquent, quae nullis hominibus [tam] ferrea sunt quam scholasti-

---

*) Michael Meienburg, consul. Northus.

*) Legitur haec epistola media inter epistolas anni 46 et 47. Ad quem scripta sit, definire non possum. Aula vero, de qua in fine loquitur, est haud dubie aula Ioachimi II. Elector. Brandenb.

cis, quare studiosi adolescentes necessario a vobis, qui ad gubernacula reipublicae sedetis, opem implorant. Hic adolescens *Melchior Parranus* natus est in ditione principis Brandenburgensis, et mihi quidem videtur ingenio esse modesto et ad literas satis apto. Placuit mihi et genus orationis et pronunciatio ipsius. Habet autem ius sacerdotii cuiusdam in Ulsna: sed rustici horum temporum barbari non solvunt reditus, et reditus maxima ex parte debentur a subditis Marchionis. Habes totam hanc causam. Nunc te oro per humanitatem tuam, ut scholasticum, qui bonam de se spem praebet, adiuves, ac perficias, ut autoritate principis cogantur rustici ad pensiones solvendas. Non dubito, quin pro tua praestanti virtute libenter tuearis scholasticos, et hic iuvenis nullum novum munus petit. Autoritate res perfici potest, ne rustici id, quod literis debetur, iniuste intervertant et devorent. Cum autem adolescens a natura ita sit instructus et flagret amore literarum, bona spes est, hoc beneficium in ipsum utiliter collocari. Rogo igitur te etiam atque etiam, ne ei desis. Ego quoque mea studia tibi commendo, ac magnopere opto, amicitiam nostram perpetuam esse. Semper enim te propter excellens ingenium et doctrinam et optimam voluntatem erga rempublicam valde amavi. De republica libenter ad te scriberem, in qua scis me a violentis consiliis semper abhorruisse. Sed hae res non sunt committendae literis. B. V. 47.

Ph.

No. 4108. h. s.

Reipublicae Venetae.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54ª. — Nomine principum foederatorum Evangelicorum scripta est haec epistola.

Illustrissimo Principi D. Petro Sando et inclyto Senatui Reipublicae Venetae, amico nostro, et viris nobis singulariter delectis.

Illustrissime princeps et inclyte Senatus, amici et viri singulariter dilecti. Fertur apud nos, pios et honestos homines quosdam in Italia sincerae religionis studiosos misere affligi et graves persecutiones pati non propter aliam causam, quam quod Evangelium Christi amplecti, eiusque gloriam illustrare et propagare cupiunt. Nos vero, qui optamus, puram Evangelii doctrinam et salutem Ecclesiis quasi postliminio omnipotentis Dei gratia redeuntem Ecclesiis ubique conservari, merito piorum hominum miseratione afficimur. Deberent enim piis lacrymis tantae aerumnae et lacrymae eorum, qui ob veritatem Evangelii gravantur, quam maxime cordi esse. Cum itaque audivissemus, mandato Romani Pontificis nonnullos pios viros, praesertim vero quendam, nomine *Baldum Lupedum*, hominem singulari pietate et doctrina praeditum, apud vos quoque capitis propemodum periculo accersitum, et in vincula coniectum esse, eumque adhuc detineri: duximus officii nostri esse, pro eo et pro aliis piis hominibus literis et deprecationibus nostris intercedere. Damus ergo et ad Amicitiam vestram et ad vos hasce literas, quas nostro et aliorum in causa religionis confoederatorum principum et ordinum Imperii nomine edidimus, ac rogamus et adhortamur vos, ita ut existimaremus vos gubernatores florentissimae reipublicae ita defensores et nutritores Ecclesiae esse, ut intueamini pios et innocentes viros, qui morum honestate et vitae sanctimonia excellunt et veritatem Evangelii amplectuntur, Ecclesiae dogmata non convellunt nec nova gignunt, sed errores et abusus, qui contra Evangelium Christi et purioris Ecclesiae iudicia iam olim irrepserunt, populo ostendere student. Facile enim pro prudentia vestra statuetis tales homines et Christi membra non modo non indigne tractandos, sed et iuvandos et promovendos ipsos esse ad illustrandam gloriam Dei; quae quanta multis seculis caligine oppressa fuerit, non est obscurum. Ac licet his postremis temporibus Deus pro sua bonitate lucem Evangelii iterum reddidit, tamen eadem multis in locis Pontificum et Episcoporum tyrannide et pertinacia premitur et impeditur, quod quidem bonae et piae conscientiae fere non possunt, unde et tantum periculum ipsis exoritur. Verum si a pio et christiano magistratu defendendi et iuvandi sunt, id quod praecipuum ipsorum officium est, quemadmodum sacra quoque scriptura testatur, cum inquit: aperite portas vestras principes: haec quoque nos principio non parum moverunt ad tuendos pios concionatores, qui propter Pontificum indignationem in discrimine erant. Quare etiam vos amanter rogandos esse duximus, ut pios homines illos, et nominatim praedictum *Baldum Lupedium*, qui cum fratribus propter nomen Christi persecutionem patitur, commendatum vobis ha-

beatis, et pro humanitate vestra praestetis, ut ex vinculis liberentur et sub vestra tutela et protectione Deum colere et Christi gloriam illustrare possint. Utque nos intelligamus, hanc nostram deprecationem apud vos locum habuisse, pro quo pietatis officio Deus Opt. Max. vobis et reipublicae vestrae vicissim felicem statum et secundum in rebus gerendis successum, pacem et misericordiam donabit: nos vero nostra officia et studia vobis et reipublicae vestrae deferimus et pollicemur, et oblata occasione summa alacritate vobis gratificabimur. Bene valete. die 26. Ao. 1547. *)

*) Mensis desideratur.

No. 4109. h. a.

(*Scheda.*)

† Ex autographo in bibl. Regia Hannover.

(*Scheda, cui prodigia quaedam inscripta sunt.*)

Prodigia 1547. Ante captum ducem *Ioh. Frid.* tota hyems hic in aggere circum arcem ivit spectrum edens admodum tristes eiulatus voce muliebri, qui procul exaudiebantur. Res nota est multis.

1547. Meideburgi in templo ipsi audivimus nocturnos sonitus quasi pugnantium aut tumultuantium et subsellia et saxa disiicientium.

PHILIPPI MELANTHONIS

EPISTOLARUM, PRAEFATIONUM, CONSILIORUM

LIBER UNDECIMUS,

COMPLECTENS EA SCRIPTA, QUAE AD ANN. 1548. ET 1549. PERTINENT.

(Hoc volumen VI. continet ea scripta, quae ad anni 1548. sex menses priores pertinent.)

No. 4110. 8. Ian. (Torgae.)

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 149. (ed. Lond. lib. II. ep. 187.). Apogr. in cod. Goth. 191. p. 65. et cod. Goth. 401. p. 28.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti, D. Paulo Ebero amico et fratri suo charissimo.

S. D. Quod in nostra Sarepta retineri te mavis, quam commigrare in vicinam Phyliren [1]), amore tuo erga nos delector. Et gaudeo, tot annos in nostro collegio non concordiam fucosam, sed vere mutuam benevolentiam fuisse, qualis si fuisset τῶν δυναστῶν, florerent et ipsi et res publicae, quos quidem vel Argonautarum exemplum ad concordiam tuendam hortari debuerat, qui condita ara concordiae iurarunt

— — ἦ μὲν ἀρήξειν
ἀλλήλοις εἰς αἰὲν ὁμοφροσύνῃσι νόοιο.

Sed de tota re coram. Hodie formam donationis redituum Academiae scribit *Cumerstadius* proponendam τῷ ἄρχοντι [2]). Deum oro, ut gubernet haec consilia, ut vere sint salutaria Ecclesiae. Mihi nihil quaero, sed retinuit me nescio qualis dolor cogitantem solitudinem Ecclesiae nostrae. Nunc peto, ut ad me mittas scholasticum bono ingenio praeditum, *Philippum Saltzungensem* notum tuo contubernali *Davidi*. Ostendes autem ei epistolam, quam addidi his literis, ad me scriptam ab *Oschacensis* Ecclesiae pastore [3]), et dices nos eum commendaturos esse Ecclesiae *Dobelianae*. Quaeso, ut hanc curam suscipias. Rectori gratias ago, quod misit libellum recens editum πῶς δικάζουσιν αἱ σύνοδοι. Multis hic lectio ea grata fuit. Bene vale. Suaviolum recens natae filiae † da", καὶ τῇ μητρί. III Ianuarii. † Salutem optant nostri collegae et hospes [4]) Rev. D. *Pastori*, *Crucigero* et tibi. Torgae. 48" [5]).

1) Lipsiam.
2) *Hodie formam* etc. non habet cod. Goth. 401.
3) Ioanne Buchnero, vid. epist. seq.
4) Hospes est Marcus Crodelius, Rector scholae Torgav.
5) Haec addit cod. Goth. 191.

No. 4111. 8. Ian. (Torgae.)

Io. Buchnero.

Manlii farrag. p. 359 sq. — Apographon in cod. Monac. 88. p. 10.

D. Ioanni Buchnero, pastori in Ecclesia Osenhacensi, [*potius Oschatziensi*]

S. D. Venerande vir, et charissime amice. Venit ad nos *Torgam* vester nuncius, ut ex ipso intelligetis. Cum autem nunc virum valde idoneum ad munus diaconi norim in nostra Academia, valentem ingenio et facundia, et corporis figura ornatum, eruditum et modestum, non procul a nobis natum, nimirum *Salringen* *)*: hunc ad vos quam primum mittam, ideo quaeso, ut ei locum servetis. Diu mihi notus fuit, et stipendium a Principe antea habuit, et fuit diligens in omni officio: utinam eum vobis nuper commendare potuissem. Sed nondum sciebam, eum in Academiam reversurum esse. Illud te oro, ut diaconis hortator sis, ut prorsus nullam mentionem faciant belli in concionibus: sed dicant necessaria vestro auditorio, cum non possimus sanare vulnera nostra vituperandis victoribus. Deo nos commendemus, et necessariam doctrinam illustremus: quod facere possumus mediocri studio. Vale.

*) *Salzungae.* Vid. epist. antecedentem.

No. 4112. (h. t. Torgae.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 654 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 794.). — Editor hanc epistolam ad annum 1552. retulit, sed ex errore. Illo enim anno Laterensis (Ziglerus), de quo Melanthon loquitur, iam erat mortuus (vid. ep. d. 8. Ian. 1551.), et quae hic scribit de Mauritio: „Dux Mauritius, cuius voluntatem sane laudari *audio*", docent, Melanthonem illo tempore de Mauritii voluntate nondum certum fuisse. Puto igitur, epist. ad hoc tempus, ubi Melanthon Torgae erat, pertinere.

Clarissisimo et optimo viro Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo carissimo in Academia Lipsica,

S. D. Saepe intueor animo Danielem inter leones obambulantem, ac imaginem nobis periculorum et vitae nostrae perpetuam, propositam esse iudico, nisi fortassis aliquanto plus mali est, quod non solum *τοῖς κυψελίδαις, ἀλλὰ καὶ τῷ συκοφαντῶν γένει ὁμιλοῦμεν*. Semper cum his pestibus conflictata est Ecclesia. Et nunc in Germania, motis civilibus dissensionibus, ut fit, magis exerit se ingeniorum *κακοήθεια*. Haec qua arte ferenda sint, nos quidem et litterae, et longa consuetudo nonnihil docuit. Et te scio non esse rudem huius philosophiae. Ideo scribo ad te brevius, etsi dolore tuo valde moveor. Una est ratio, nos ut nostrum officium moderate faciamus, et virtute certemus cum Antagonistis. Ac eventus Pub. et privatos deo commendemus. Saepe usurpo vocem Psalmi: obtempera deo et ora eum. Nam profecto hi mirabiles fluctus vitae, non possunt humanis consiliis regi. Quam multa illum ipsum virum fefellerunt, quem ille ait maxime vidisse *ἐν τῷ ἀφανεῖ τὸ ἄριστον*. Sed desino concionari.

Accersivit me Dux *Mauricius*, cuius voluntatem sane laudari audio. Et utinam confirmare possemus.

De *Laterensi*, etsi video oriri eam rem, ex communi fonte malorum huius temporis, hoc est ex malevolentia, tamen ipsum velim animo tranquillo esse.

Mitto tibi descriptionem Eclipsis quae conspecta est in auspiciis Synodi Constantiensis: dices esse picturam Synodi. Eo anno Boiemici *μυσταγωγοὶ* combusti sunt. Historicus narrat fuisse tantas tenebras, ut stellae conspectae sint, quod legimus et de Eclipsi primi anni Peloponnesii belli, et de alia quadam quae praecessit Iuliani dominationem. Spero tibi hanc *θεωρίαν* gratam fore, vides ipsam rerum naturam *συστενάζειν τῇ ἐκκλησίᾳ*. Quare et nos nostras aerumnas moderate feramus et expectemus auxilium divinitus. Bene vale.

Phil. Melanth.

No. 4113. 6. Ian. (Torgae.)

Io. Buchnero.

Manlii farrag. p. 543 sq. Apogr. in cod. Mon. 66. p. 11b.

*D. Ioanni Buchnero, pastori in Ecclesia Osenhacensi [Oschaciensi] *), Philippus Melanthon.*

S. D. Venerande vir, et amice chariss. Hanc epist. scripsi in Epiphaniis quo die celebratur memoria admirandae patefactionis Dei, quam in baptismo filii Dei facta est. Agamus autem gratias Deo, quod se tum et alias illustribus testimoniis patefecit: et eo nos exemplo consolemur in nostris magnis periculis. Cum enim prodierit ex arcana sede Deus ipse, et filium miserit, ac promissionem nobis tradiderit: non dubitemus, eum inter impiorum etiam tumultus servaturum esse doctrinam suam, et Ecclesiam. Hac spe difficultates et aerumnas ministerii Evangelici toleremus. Mitto igitur ad te hunc *Philippum Saltzungensem*, honestum et doctum hominem: quem velim te prius audire, et postea (si tuo iudicio probabitur) eum commendare Ecclesiae Thuringicae. Ingenio valet, et eruditione recte institutus est: et modestum esse comperi. Quare eum tibi commendo. Bene vale. In Epiphaniis.

No. 4114. (eod. die)

Val. Brunnero.

Manlii farrag. p. 181 sq. Apogr. in cod. Monac. 66. p. 11.

D. Valentino pastori Ecclesiae Dei in Dobell, Philippus Melanthon

S. D. Venerande vir: Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani et Ecclesiae suae, oro, ut idoneos mini-

---

*) Vid. epist. ad Eberum et Buchnerum d. 3. Ian.

stros in messem suam extrudat: sicut nos petere filius Dei iussit. Nos etiam conferamus consilia in quaerendis idoneis viris, qui et doctrinam recte teneant, et modesti sint. Quare cum ad me scripsisset vir venerandus pastor Ecclesiae Dei in oppido *Oschitz* *), in Ecclesia tua diaconum desiderari: ac petivisset indicari talem virum, cuius eruditionem et mores probarem: misi ad vos hunc *Philippum Salzungensem*, auditorem nostrum, quem saepe audivi in scholis. Doctrinam Ecclesiae recte didicit, et mores eius sunt modesti. Sed tamen vestro iudicio et arbitrio de eo statuetis. Nam ego non plus mihi sumo quam decet. Tantum indicare aliquos rogatus soleo, et addere testimonia. Ac Deum oro, ut ubique Ecclesias protegat, servet ac regat. Bene vale, Anno 1547. [1548.]

No. 4115. 8. Ian.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 20 sqq.

Iusto Ionae.

S. D. Hodie mane cum vocatus essem πρὸς τὸν ἡγεμόνα Μαυρίκιον [1]), etsi de aliis negociis gravissimis deliberationes erant, tamen et tuae petitionis mentionem feci ipse, sic enim suaserunt *οἱ συμβουλευταὶ*, ut ipse hoc negocium agerem. Oravi primum, ut offensiones ex animo deleret, et *ἀμνηστίαν* veteri exemplo sanciret, deinde ut literas tibi daret pub. fidei. Respondit, †multa sibi convitia a fide dignis narrata esse, sed" [2]) si intelligeret, te deinceps omissurum *τοιαύτας λοιδορίας*, se quoque posse praeterita oblivisci, ac nos rursus petere posse. Narro simpliciss. quod responsum est. Postea etiam cum iis, qui adfuerunt, collocutus sum, qui tibi bene volunt. His idem videbatur, quod mihi, rursus ut reverenter scriberes πρὸς τὸν ἡγεμόνα. Eas literas et *Ascanius* mittet, et ego, nostris adiunctis. Mihi nec diligentia, nec fides defuit, nec deerit in tuis negociis. Semel perfici talia non possunt. Sed tamen leniri tempore et moderatione nostra posse multa spero. Nunc quid facturus sis, tecum ipse delibera.

De *Dania* totum consilium improbo. Etsi enim Rex te honorifice tractabit, tamen nec familia tam procul abduci potest, nec tu abesse a tuis poteris. Et spero te commodius vel in his regionibus, vel ubi nunc es, posse vivere. Sum et ipse in Daniam vocatus, sed me non meae utilitatis opinio hactenus retinuit, et patriam proficisci poteram. Rectius autem esse iudicavi, non discedere ab hac Ecclesia et schola in tanto orbis terrarum tumultu, cum expectemus fore, ut de doctrina rationem reddere iubeamur. Et Collegas deserere nolui. Crebris literis adhuc in patriam vocor, sed si mea opera prodesse ad hoc potest, ut in Ecclesiis maneat vox eadem in his regionibus, nondum discedam. *οὔτε ἐξομολόγησιν τῆς διδασκαλίας, οὔτε ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἐκκλησιῶν ἐν τάνταις χώραις* abiicio. Nunc publice in Academia trado refutationem errorum *τῆς ἐν τριαίνῃ συνόδου*. De Conventu Augustano nunc silentium est. Sed aiunt, *τὸν αὐτοκράτορα* aliquanto post, nescio, quae decreta, propositurum esse. De filio *Iona* bene sperare te volo, et quia scriptum est, generationi rectorum benedicetur, et quia in ipso indoles praeclara est. Ea vero, quae desideramus, aetas corriget. Et in Gallia, arbitror, inventurum aulam, in qua sine tuo sumptu vivat. Plura scriberem, si plus otii esse. Tuus nuncius ad me *Torgam* venit die Iohannis Evangelistae. Dimittetur autem a me primum d. 8. Ian. Viaticum ei dedi decem grossos. Bene vale. Die 8. Ian.

Philippus Melanthon.

*) Imo *Oschatz*. Vid. ep. ad. Eberum d. 8. Ian.

1) Vid. epistol. ad Eberum d. 28. Dec. 1547 scriptam, et epist. ad Meienburg. d. 25. Mart. 1548.

2) Haec addit A. D.

No. 4116. 8. Ian.

Eust. a Schlieben.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. nr. IV. p. 231. — (Nescio an vere sit Melanthonis epistola.)

Eustachio (a Schlieben)

S. D. Vir nobilis et clarissime, ac patrone carissime. Qui sit status reipublicae, qua parte a politicis viris et gubernatoribus petat auxilium, vos

ipsi non solum perspicitis, sed etiam magna fide praestatis, ne ei desit opera vestra in praecipuis rebus, adiuvatis relligionis constitutionem, pacis conservationem, et excitatis studia. Haec sunt magni viri in republica versantis praecipua munera, et Deo grata. Cum igitur studiosos singulari benevolentia complectamini, sicut ipse expertus sum, erit humanitatis vestrae, non defatigari iuvandis bonis ingeniis. *Caspar Witterstat* quantum valeat et facundia *), vos optime iudicare potestis. Ego quidem et ingenii dexteritatem et mores ac constantiam in iis rebus, quas suscepit, probo. Cupit autem redire ad Academiam, cumque iam desit lector institutionum in Academia Francofordiana, orat, sibi eam lectionem committi. Scio brevi futuram frequentiorem Academiam, ea lectione constituta. Et hic erit assiduus. Est enim laboris patiens, et amans studiorum, et poterit proficere, ut usui sit aliquando in aliis negociis. Rogo igitur, ut in hac re eum adiuvetis. Spero vos optime collocaturos hoc beneficium. Nam opera *Gaspari* profutura est scholae et reipublicae, et necesse est, anniti, ut studia conserventur. Haec scripsi simplici animo ad vos, ac rogo, ut meas literas boni consulatis, 8. Ianuar. 1548.

No. 4117. 9. Ian.

Marco Crodelio.

Epist. lib. V. p. 885 sq.

Marco Crodelio, gubernanti Scholam Torgaviensem.

S. D. Vetustas recte sic sensit. Deum iura hospitiorum sanxisse, ac velle utrinque iustitiam exerceri ab iis, qui peregrinos excipiunt, et a peregrinis ipsis. Cum autem mihi et comitibus meis toties iam domi tuae praebueris hospitium et omnia nobis officia praestiteris, vicissim nos gratitudo decet. Deum autem oro, aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, te et honestiss. coniugem tuam et dulciss. liberos protegat, et vobis benefaciat. Ego, si quo officio gratitudinem declarare potero, perficiam, ut intelligas, me et amantissimum esse tui, et iustitiam in referenda gratia colere. Hic auriga apros avehet, quos, si mei essent, tibi relinquerem. Sed de alieno non est largiendum. Quaeso etiam, ut literas Illustrissimi Principis a D. Secretario petas, et nobis per hominem fidelem mittas.

De *Bremselia*, quaeso, interroga Consulem, an pecuniam acceptura sit. Librum et literas inscriptas viro nobili, praestanti virtute et eruditione, Domino *Erasmo a Minckwiz* tradas ei ipse, et petito responsum. Bene vale. Die 9. Ianuarii 1548.

Philippus.

*) Videtur hic aliquid excidisse, ut: *et doctrina*, vel simile.

No. 4118. 9. Ian.

Eidem.

Epist. lib. V. p. 383 sq.

Marco Crodelio.

S. D. Charissime Marce. Mitto ad te duo exemplaria Dialectices, quorum alterum tibi dono, alterum dabis viro nobili, praestanti virtute et eruditione, *Erasmo a Minckwiz*, quem, etsi alia ei mitto, magis convenientia ipsius et aetati et autoritati, tamen inspicere haec elementa velim, ut iudicet, an recte faciamus officium, cum talia proponimus adolescentiae, et an vere nos accusent, qui dicunt, nos abiecisse confessionem doctrinae, cum haec ipsa elementa ostendant de multis materiis, quid sentiamus, et ad hoc scripta sint, ut forment iudicia iuniorum, et ad diiudicationem veram rerum gravissimarum praeparent teneras mentes. Bene vale. Die 9. Ian. 1548.

Philippus Melanthon.

Filio mittam, Deo iuvante, nitidiorem editionem.

No. 4119. 10. Ian.

G. Maior ad I. Ionam.

† Ex autographo Maioris in Vol. Epist. Meining. ep. 81. Inserui hanc epist., quia illustrat ea, quae Melanthon de Iona hoc tempore scripsit.

Clariss. ac Doctiss. Viro, D. Iusto Ionae, S. Theol. Doctori, et Hallens. Eccless. Superattend., domino et amico observando et cariss.

S. Satis ex me ipso aestumare possum, Vir Clarissime, quam grave et molestum tibi ac toti tuae familiae sit istud tam diuturnum exilium. Ego enim quanquam non longius absim a domicilio Musarum et dulcissima nostra veteri sede Wittemberga, tamen quia hic iam tanquam in solitudine versor, et a coniuge cariss. et suavissimis liberis meis, quos Wittembergae reliqui, cum isthuc sub medicorum cura gravi morbo per sex septimanas decumberem, absum, videor mihi prorsus adhuc exul. Quae autem spes sit, quod ad *τὸν Μαῦρον* *) attinet de reditu tuo, cognosces ex alienis literis. Hesterno die fuit apud me Doctor *Melchior Kling*, qui tuo nomine narrabat, se diligenter et graviter egisse cum consule D. *Liberio*, commemorasse tua erga ipsorum ecclesiam beneficia, et pericula, quae isthic sustinueris etc., et studuisse, ut primo quoque tempore te ad gubernationem ecclesia revocarent priusquam Episcopus rediret aut daretur aliquis, et causas graves tui revocandi se ostendisse, quibus affirmabat consulem ita commotum, ut polliceretur se iam serio de te revocando acturum cum Senatu. Quorsum enim attinet supplicem fieri iis, quibus nulla isthic iurisdictio est? Haec duxi tibi significanda, ac precor aeternum patrem, domini nostri I. Ch., ut de quam primum salvum et incolumem cum omnibus tuis videamus. Bene vale. Mersburgi 10. Ianuarii 1548.

T. Georg. Maior.

Ego in magno moerore sum propter filium *Leonhartum* meum, qui hic ex morsu rabiosi canis extinctus est. Erat annos natus quindecim et propter praeclaram indolem valde amatus a D. *Philippo.* Praeterea iam meditor de reditu ad scholam Wittenbergensem.

No. 4120. 12. Ian.

Cruciger ad Academicos.

Scripta publ. Acad. Wit. T. I. p. 201.

Rector Academiae Witeb. Casparus Cruciger, Doctor.

Duas honestissimas matronas, pietate, pudicitia et caeteris virtutibus omnibus, quae in matrefamilias requiruntur, excellentes recens amisit hoc oppidum, nuper honestissimam coniugem viri clarissimi, Doctoris *Benedicti Pauli*, hac nocte vero honestissimam coniugem viri honesti domini *Ambrosii Reiter*, consulis huius oppidi, *Walpurgam*, natam in familia *Reinekorum*, cuius virtus et autoritas in comitatu Mansfeldensi valde celebratur. Mater eius soror fuit viri excellentis omnium virtutum laude, *Iohannis Reinek.* Fuit igitur haec ipsa mulier vere, quod Graeci dicunt, *ταμεῖον ἀρετῆς ἐστὶ γενναία γυνή.* Cum autem et sanctissime vixerit, et in invocatione filii Dei, domini nostri Iesu Christi, decesserit, ipsa quidem iam et Dei et domini nostri Iesu Christi, et matris Hevae et Mariae et suorum consuetudine fruitur. Et abducta videtur, ne sit spectatrix impendentium confusionum orbis terrarum, sicut scriptum est: iusti colliguntur, ne videant ventura mala. Sed nos futura pericula cogitemus, et luctu mariti et multorum liberorum, qui tali matre orbati sunt, adficiamur, et Deum oremus, ut eos sua consolatione sustentet ac erigat. Ad funus autem, quod fiet hora tertia, convenire omnes pietas hortatur, ut qualicunque officio luctum mariti et liberorum levemus, et ut ostendamus, nos virtutem matronae magni fecisse, et Deum oremus, ut huic oppido et nobis omnibus pacem restituat, nec accendat totam iram suam, nec deleri sinat reliquias invocantium eum in hoc oppido. Anno 1548. die 12. Ianuarii.

No. 4121. 12. Ian.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 384 sq.

Marco Crodelio (gubernanti Scholam Torgaviensem).

S. D. Etsi maxima pars hominum contemnit et doctrinam Dei, et nos, qui eam mediocri studio propagamus, tamen nos ipsi et doctrinam amemus, et simus custodes fideles, et defensionem a Deo expectemus. Vere cernimus, iam nulla nos

*) Mauritium Electorem.

praesidia habere humana. Ideo sonemus hanc vocem. Oculi nostri ad te Domine, aeterne Pater Domini nostri Iesu Christi, fons sapientiae et vitae. Nostri ordinis viri etiam sint coniunctiores. Tua diligentia, fides et assiduitas nobis gratissima est, tibique gratias ago, quod literas fideliter misisti, adolescenti solvi sex grossos, dedi et viaticum.

Literas, quas inclusi, exhibeto d. *Erasmo a Minckwiz* fideliter, mitto enim ei pagellas, quas, volo, eum et tibi ostendere. Et cura, ut mihi quamprimum rescribat, an acceperit has pagellas. Bene vale. Die 12. Ianuarii 1548.

Philippus Melanthon.

No. 4122. 12. Ian.

Andr. Hugelio.

Manlii farrag. p. 148 sq. Ex Manlio repetita a Pezelio in Melanth. Consil. lat. P. II. p. 115. Apographon in cod. Goth. 402. p. 259.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, D. Andreae Hugel, pastori Ecclesiae Dei in urbe Brandenburga, amico suo charissimo,

S. D. Venerande vir, et amice charissime. Epistolam tuam dedi legendam reverendo domino nostro pastori, et caeteris collegis nostris: qui omnes optant universae Ecclesiae et harum regionum Ecclesiis pacem, ac dolent scandala excitari per diabolos passim in multis locis. Sed Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi oremus, ut reprimat astutiam et praestigias diaboli, sicut scriptum est: Apparuit filius Dei, ut destruat opera diaboli: et hanc sententiam opponito illis praestigiis, de quibus scribis. Comperi ipse, et narrat D. *pastor* exempla tuis similia, ubi diaboli cesserunt diabolicis exorcismis, seu magicis. Et ideo non terrearis exemplis, quae istic vides: sed prius illud considera, quales sint exorcistae, an sint magi, an figuris aut impiis verbis utantur. Quo signo animadverso, graviter et vere pro concione ostendere potes, quomodo sanatio illa pugnet cum mandato Dei: et refutabis argumentum sumptum ab eventu, sicut Moyses ipse refutat: Si quis contra legem aliquid docebit, etiamsi miracula edat[1]), tamen vocem Dei anteferendam esse sciat. Et Paulus significat, quaedam falsa miracula esse. Et Aegyptii magi cum Moyse certantes, faciebant falsa miracula. Denique exempla sunt innumerabilia.

Etsi autem interdum in aliis delictis civilibus aliquando reprehensionem nimis [2]) vehementem esse nolo: tamen de idolis et magia optarem omnes doctores et pastores acerrime contendere, quia gloria Dei praecipue his peccatis laeditur. Ideo probo tuum consilium, quod confugientes ad magiam vituperas. Sed velim te in concione declarare, quae miracula sint divina, quae sanationes naturales et concessae, quae sint magicae et prohibitae: scilicet quae fiunt cum invocatione diabolorum directe vel indirecte, vel quae stabiliunt invocationes mortuorum, aut opinionem de animabus defunctorum liberandis per certos cultus, aut quae dicunt animas hominum in corpora hominum ingredi: aut quae figuris aut verbis, sine causa naturali, imo sine vera invocatione filii Dei fiunt.

Habes meum consilium. Oro autem filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, ut te gubernet, et servet Ecclesias suas. Salutem opto Magistro *Ioanni*, et D. *Thomae*. Hac nocte mortua est coniunx honestissima D. *Ambrosii Reutteri* [3]): iusti colliguntur a facie mali. Deus nostri misereatur. †Vitebergae pridie Idus Ianuarii, 1548."

1) Cod. Goth. 402. *addat.*

2) Cod. Goth. 402. *minus.*

3) Rector Acad. Viteb. eius mortem publice indicat academicis d. 12. Ian. 1548. Vid. script. publ. T. I. p. 201.

No. 4123. 12. Ian.

Th. Cranmero.

Epist. lib. III. p. 92. (ed. Lond. lib. III. ep. 43.).

Reverendiss. Domino Thomae [Cranmero] Archiepiscopo Cantuariensi.

S. D. Reverendissime Antistes, Scripsit ad me *Gualterus Scotus*, se amanter a te exceptum esse, propter testimonium, quod a nobis discedenti dederam. Gaudeo et illius et mea causa. Nam non minus illius secundis et adversis rebus, quam meis moveor, tibique reverenter gratias ago.

Cum autem in Britanniam et hic meus amicus *Franciscus Dryander*, *Gualtero* notus, profecturus esset, literas a me petivit, non ut cuiquam oneri esset, sed homo peregrinus ut veteri more, quem istic patronum habeat καὶ προστάτην, ut Graeci vocabant, quaerit. Arbitror iam istic et alios quosdam esse, quibus notus est, quorum de *Francisco* iudicia cum audieris, haud dubie summa voluntate, et singulari benevolentia eum complecteris. Familiaritas ei mecum est multorum annorum. Vere servamus hoc Homericum inter nos, ut hospes tanquam frater diligatur. Etiam iudicio eum complexus sum. Penitus enim perspexi eius opiniones et mores, ac animadverti eum excellenti ingenio praeditum esse, et praeclare instructum eruditione et de controversiis rectissime iudicare, ac prorsus alienum esse a fanaticis et seditiosis opinionibus. Morum etiam gravitatem singularem ipse cito cognosces. Et his ornamentis tantis addit veram Dei agnitionem et invocationem.

Talis cum sit, quaeso ut eum complectaris. Usui etiam eum fore in Academia aliqua arbitror. Scribo brevius et simplicius propter temporis angustiam, quae mihi ad has literas scribendas nunc contigerat; Teque oro ut veniam des Epistolae subito effusae, quam tamen veram esse iudicabis ipse, ubi *Francisci* ingenium, eruditionem, et mores dierum aliquot consuetudo ostenderit. Bene et feliciter vale. Idibus Ianuarii, Anno 1548.

No. 4124. 12. Ian.

Eduardo, Regi Angl.

Epist. lib. III. p. 16. (ed. Lond. lib. III. ep. 7.). — Apographon in cod. Goth. 19. p. 11.

Eduardo Regi Angliae, Franciae, et Hiberniae.

Inclyte et potentissime Rex. Multi in universa Europa sciunt inclytum et sapientissimum Regem, Patrem tuum, motis controversiis dogmatum diu in hanc cogitationem incubuisse, ut Ecclesiis toto orbe terrarum recte consuleretur, quaesita †pia" controversiarum moderatione, nec voluisse armis opprimi veritatem. Atque utinam eius consilium caeteri Reges audivissent. Nam quod alii armis †posse" restitui Ecclesiae concordiam existimant, non recte sentiunt. Iniusta enim consilia opprimendae veritatis nec Deo placent; nec diu sunt felicia, et haerent in Ecclesia veteres morbi magni (quod et Rex sapientissimus pater tuus videbat) quibus necesse est vera [1]) et salutaria remedia adhiberi [2]).

Quod igitur in Regno tuo deliberationes instituisti de Ecclesiis, recte facis, et paternum exemplum imitaris: Deumque aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi toto pectore oro, ut et tuam mentem regat, et Ecclesias in tuo Regno et alibi feliciter emendet, ut et ipsius gloria vere celebretur, et mihi homines ad eum vere convertantur, ac socii fiant aeternae consuetudinis cum Filio Dei.

Cavendum autem erit tibi in hac emendatione, ne prava ingenia corruptelas misceant. Ideo prudenter et tuae gentis hominum, et hospitum sensus atque opiniones considerabis [3]).

Affirmo autem hunc *Franciscum Dryandrum* longa mihi consuetudine cognitum, recte excultum esse eruditione; Tum vero prudentissime iudicare de religionis controversiis: ac toto animo, totaque mente a fanaticis et seditiosis opinionibus abhorrere. Quare eum in tuo regno, in Academia aliqua magno usui atque ornamento Ecclesiae Dei esse posse existimo, eamque ob causam literas ei ad R. M. T. dedi. Eumque R. M. T. reverenter commendo. Bene et feliciter valeat R. M. T. Idibus Ianuarii. Anno 1548.

No. 4125. (h. t.)

Studiosis.

Scripta publ. Witteb. I. p. 199.

Decanus Collegii Facultatis Philosophicae, Philippus Melanthon (Studiosis).

Etsi in tantis Germaniae motibus, in qua certum est hospitia Ecclesiae Dei, horribiles terrores nobis propositos esse cernimus, et multa pericula interitum Ecclesiae Dei et literis minitantur: tamen hac nos consolatione sustentemus, quod promisit Deus, suae gloriae se non defuturum esse.

1) Cod. Goth. 19. *multa.*
2) Cod. Goth. 19. *quaerere.*
3) Cod. Goth. 19. *explorabis.*

Propter nomen meum, inquit, removebo furorem meum: propter me, propter me faciam, ne mea gloria blasphemiis obruatur. Hanc promissionem et similes infigamus animis, easque ad nos ipsos pertinere sciamus tantisper, donec ipsi studia verae doctrinae modesti colimus, et vera invocatione, veris gemitibus petimus, ut nostri coetus propter gloriam Dei serventur. Mecum igitur coniunctis votis singuli orate Deum, ne lucem doctrinae inter nos exstingui sinat. Propter te, aeterne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, conditor humani generis et Ecclesiae tuae, fons sapientiae, propter tuam gloriam servato coetus docentium et discentium in hoc oppido! Tu guberna studia nostra, ut te vere celebrent! Tu semina doctrinae, quae ipse sparsisti et excitasti, foveto! Accedant autem ad hanc precationem diligentia regendorum morum et discendi cura. Laudat enim Deus non ignavum servum, sed negociantem, nec ignavas preces exaudit, sed eorum vota, qui suo studio ostendunt, se vere appetere ea bona, quorum mentionem faciunt. Et recte dictum est a *Basilio*: μόνον θέλησον, καὶ Θεὸς προαπαντᾷ. Cum autem propter examina utile sit, servari morem decernendorum graduum, duxi Auditoribus nostris voluntatem Collegii nostri significandam esse, nos honestis et doctrina mediocriter instructis, petituris hoc tempore gradum Magisterii Philosophici, non defuturos esse. Nomina igitur dent Decano hoc triduo. Anno 1548.

No. 4126. 15. Ian.

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 80. Cod. Goth. 188. ep. 88.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, summa ingenii elegantia praedito, amico suo charissimo, S. D.

Admiratione ingenii tui, quod omnium etiam veterum Latinorum Poetarum ingeniis antefero primum accendit amorem erga te meum; postea et virtus tua aluit, quam in omni genere cognovi eximiam esse. Id meum de te iudicium cum non mutem, amorem etiam perpetuum fore non dubites. Etsi autem consuetudinem nostram calamitas publica interrupit, tamen per literas colloqui possumus, donec in his locis commorabor, teque oro, ut ad me interdum scribas. Consilium de *Fastis scribendis* optarim te non abiicere: nam et Ecclesiae Dei, et Germaniae universae, et tibi, magno ornamento erit id opus; ac si perges, a nostris amicis ortus et occasus siderum flagitabo.

Eo autem libentius inchoato operi immoraberis, quia hoc triennio rerum mutationes videbis dignas commemoratione in Fastis. Erit enim mense proximo congressus Saturni et Martis in Aegocerote, qui eo inter sidera relatus est, quia Gigantomachiae Pan specie Aegocerotis interfuit, et τὸν Τυφῶνα reti cepit. Haec brevi, ut spero, coram.

Nunc scito, me dedisse *Conrado Notario* Ioachimicos duos et viginti, quos Academiae nomine tibi exhibiturus est. Etsi autem de *Conradi* fide non dubito, tamen cum acceperis, quaeso ut mihi significes, tibi exhibitos esse.

Bene vale et rescribe, die Ianuarii 15. Anno 1548.

Philippus Melanthon.

No. 4127. (15. Ian.)

Studiosis.

Scripta publ. Witteb. I. p. 200.

Philippus Melanthon (ad Studiosos).

Sicut consuetudo fuit, partiri τὰς ἑβδομάδας, ita deinceps biduum tribuam repetitioni *Dialectices* et libello vulgari *Horatii* de Arte Poëtica, quia communes quasdam regulas continet, quae utcunque commonefaciunt discentes et scribentes de ordine et discrimine personarum et aliarum circumstantiarum servandis. Proximo igitur die Lunae, Deo iuvante, incipiam repetitionem Dialectices. Et eadem hora, ut eruditiores aliquod habeant exercitum, adiungam interpretationem *Organi* Graece scripti, ubi videbunt Studiosi, non spinosam esse *Aristotelis* Dialecticen, cum auctorem ipsum legent; sed spinas longis et intricatis expositionibus aliunde iniectas esse. Erit igitur interpretatio simplex et plana. Proprietas verborum saepe occasionem praebet interpreti dicendi de aliquo vocabulo, quod magnam lucem textui affert.

Nr. 4128. 15. Ian.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 585. (ed. Lond. lib. IV. ep. 726.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pab. amico et fratri suo carissimo,

S. D. Tuas litteras, in quibus et de moderatione iracundiae gravissime, et de nostris alveolis amanter scripsisti, exhibuit mihi legendas *Camerstadius*, cum quidem hortaretur, ut et ipse de captivis meam orationem apud principem ad tuas litteras accommodarem, quod feci. De nostra Academia tibi gratiam habeo, ac redituum donatio liberaliter facta est. Sed, ut fit, cum sunt fatales ruinae, inter nos quorundam κακοήθεια, et aliorum πλεονεξίαι bona consilia impediunt, qua in re minus moveor nostro periculo, quam hoc metu, ne alienior fiat voluntas τοῦ ἡγεμόνος ab Ecclesiis, praesertim cum multi sint intenti in omnes occasiones alienandi eius voluntatem. Coram planius omnia narrabo. Optavi et opto, ut in tanto motu, praesertim Ecclesiarum, sit mediocris tranquillitas, eamque ob caussam facilius induxi animum, ut ad Albim redirem, cum quidem multa me dehortarentur. Sed si vincimur tristi aliquo fato, vel potius, si poenae nostrorum delictorum vincunt, quae et multa sunt et magna, et nunc medicinam non admittunt, precabor tamen deum, ut alicubi servet semen sanctum, nec ubique sinat extingui lucem doctrinae. Oro autem hunc ipsum deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi conditorem generis humani et Ecclesiae suae, ut te et honestissimam coniugem tuam et dulcissimos liberos tuos servet incolumes, teque adhortor, ut omnibus officiis valetudinem coniugis tuearis.

Nos hic amisimus recens duas honestissimas matronas, coniugem *Doct. Benedicti*, ut scis, ac nuper coniugem *Ambrosii* consulis. Ferrea aetas est, vel dira potius et infesta naturae hominum et civili vitae, Et nunc instat congressus duorum κακούργων *) ἐν αἰγοκέρωτι, quem dicunt inter sidera relatum esse, quia Pan specie αἰγοκέρωτος, reti ceperit τυφῶνα **), quibus involucris etsi nescio quid sit significatum, et *Osiandri* enarrationem audire cuperem, tamen significari opinor, Signum esse nequaquam placidum. Bene et feliciter vale; 17. Cal. Feb. Cornelio *Sitardo* Medico salutem opto.

Phil. Melanth.

*) Martis et Saturni.

**) Horoscopus Caroli, qui tectus sua galea cepit Electorem. C. W.

No. 4129. 15. Ian.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 140. — Contuli autographon in cod. Monac. I. p. 116.

Clarissimo viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg. etc.

S. D. Amanter facis, quod et toties scribis, et ea quae sunt in Republ. κορυφαιότατα, significas. Etsi enim mederi tantis malis non possumus, tamen colloqui Ecclesiae cives et omni officii genere tueri coniunctionem utile est. Id ipsum quoque levatio quaedam est et dolorum et miseriarum. Nam donec eadem vox in Ecclesiis sonat et quaedam in conspectu est Ecclesiae consentientis species, et invocatio non impeditur, portum aliquem habent animi in quo acquiescunt. Etsi autem magnae sunt et tristes Imperiorum confusiones et impendent aliae tristiores, tamen non dubitemus Deum reliquias Ecclesiae suae et semen aliquod sanctum, ut Esaiae verbis utar, servaturum esse. Audio deliberationes esse de Ecclesiarum statu, qualem *interim*, ut loquuntur, toleraturus sit Imperator, donec Synodus pronunciabit. Et erit fortasse decretum hoc προβούλευμα τῆς συνόδου. Sed mihi recens quidam praedictiones misit, in quibus scribitur Synodum futuram esse anno post hunc altero. Prius autem in alio conventu deliberationes περὶ τοῦ προβουλεύματος fore. Utinam vera de Ecclesiis deliberatio institueretur. Sed id cum a nostris, qui prae se ferebant studium veritatis, impetrare non potuerimus, tunc [1]) cum mediocriter florerent, quid nunc ab hostibus veritatis expectari potest? Sed Deus mirandis modis inter tantos fluctus suam Cymbam servabit. Bene et feliciter vale. 17. Cal. Febr. [2]).

Philippus Melanthon.

Cornelio Sittardo Medico, viro πολλῶν ἀνταξίῳ ἄλλων, salutem opto.

1) Spanh. *tum*, mendose.
2) an. 1548. adscripsit alia manus.

No. 4130. 18. Ian. [illegible]

Hier. Beso[illegible]

Epist. lib. V. p. 227 sq.

Hieronymo Beso[illegible] [illegible] Norib. [illegible]

S. D. Charissime [illegible] Deum aeternum, Patrem Domini [illegible] conditorem generis [illegible] dilectissimi [illegible] autorem oro, ut [illegible] coniugio, tibique [illegible] et quanta [illegible] homines vere con[illegible] initio librorum divi[illegible] commonefacit nos de volun[illegible] Non est bonum, ho[illegible] Hoc cum dixerit, decreverit [illegible] quam horribilis audacia est, le[illegible] aut tueri, quod nunc impii [illegible] sed Deum oremus, ut suae le[illegible] sit. Matrem *) virginis [illegible] vidi, ac memini eius mores, [illegible] moderationem, pietatem, pu[illegible] laudari ab omnibus honestis Viris [illegible] tua Patria. Speroque, iuxta divi[illegible] futurum, ut generatio recto[illegible] quod in versu ita dictum est: [illegible] τὰ λωΐα, δυσσεβέων δ' οὔ. [illegible] et rescribe. 18. Ian.

Philippus.

No. 4131. 19. Ian.

Academicis.

Scripta publ. T. I. p. 200.

Decanus Collegii Philosophici Philippus Melanthon.

Cras, Deo iuvante, in publico examine eruditio eorum, qui nunc testimonium de studiis suis petunt, explorabitur. Cum autem inspicere studia iuventutis honestissimum sit: oro et illos, quibus gubernatio studiorum commendata est, et caeteros, qui Philosophiam amant, ut ad id examen veniant. Etsi autem hi congressus tranquillis temporibus iucundiores sunt: tamen, cum sciamus, Ecclesiam Dei non interituram esse, non sunt exercitia doctrinae prorsus omittenda. Et aliqua dolorum levatio est eruditorum sermonum de rebus optimis communicatio: quam si quis sua causa non expetit: tamen virtus est, velle aliis hoc officii genere lenire moestitiam. Conspectus enim et oratio eorum, quorum similis est fortuna, aliqua est levatio dolorum, ut in dulcissimis versibus dicitur:

> Γέρων γέροντι γλῶτταν ἡδίστην ἔχει,
> Παῖς παιδί, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή,
> Νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξίᾳ
> Ληφθεὶς, ἐπῳδός ἐστι τῷ πειρωμένῳ.

Deum autem aeternum, Patrem Domini nostri I. C., conditorem generis humani et Ecclesiae suae oramus, ut et Ecclesiam regat, et lumen Ecclesiae non sinat exstingui. 19. Ianuarii, Anno 1548.

---

*) Mortua anno 1537.

No. 4132. 20. Ian.

Cruciger ad Academicos.

Scripta publ. Acad. Wit. T. I. p. 201 b sq.

Rector Academiae Witeberg. Casparus Cruciger, Doctor.

Multae sunt magnae causae, propter quas morte nostrorum dolere nos iustum est. Vult enim nos Deus adfici desiderio nostrorum, vult nos cogitare, cur genus humanum et morte et reliqua mole calamitatum oneratum sit. Sed rursus etiam vult nos moderari dolorem, vult aspici filium suum, dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis et resucitatum, per quem reddidit aeternam vitam. Cumque piis sciamus mortem iter esse ad aeternam coelestis Ecclesiae consuetudinem, vult nos cogitatione eius boni lenire moesticiam, vult et in nobis ipsis desiderium accendi illius melioris vitae, in qua dulcissima consuetudine Dei et domini nostri Iesu Christi et universae reliquae Ecclesiae fruemur, ubi te [?] filius Dei ipse complectetur, ubi suavissimi sermones erunt de sapientia et iusticia Dei cum Angelis, cum Prophetis et Apostolis. Haec cum in funeribus tum vero alias saepe cogitanda sunt. Ac hodie funus

fiet honestissimae matronae *Dorotheae*, quae fuit coniunx honesti et integri viri *Gregorii Pontani*, ad quod hora duodecima convenire Doctores, Magistros et scholasticos volumus. Sunt enim ritus funerum pie servandi. Et ostendamus nos adfici luctu familiae honestissimae. Scitis enim virum clarissimum *patrem Gregorium Pontanum*, cuius et sapientia et virtus est excellens, longo tempore magna fide sustinuisse molem gubernationis, ac benefecisse Ecclesiis et Reipub. Etsi autem et ipsi et filio praecipue leniet dolorem cogitatio pietatis, quae fulsit in moribus huius matronae in tota vita, et iam in hoc agone, in quo perspicua confessione verae doctrinae et ardenti invocatione filii Dei ex hac mortali vita discessit: tamen et pericula talia impendent, ut, qui nunc moriuntur, praeripi videantur, ne spectatores sint horribilium tumultuum, quos secuturos esse multae sunt coniecturae non solum ex astris et prodigiis, sed etiam ex ipsis adparatibus et animorum incendiis, et tamen prodigia etiam passim conspiciuntur. Viri digni fide nobis significarunt ex diversis locis, in Saxonia conspectos esse in aëre dimicantes exercitus. Talia signa non sunt irrita. Quare Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi oremus, ut mitiget poenas, et servet inter nos reliquias Ecclesiae suae, sicut inter horribiles tumultus Iudaeae ultimis regni temporibus servavit Zachariam, Elisabet, Simeonem, Annam, Mariam, et alios electos innumerabiles, quos cum in tantis furoribus, cum fere quotidie multa milia trucidarentur et ubique vagarentur milites, qui cogerent etiam superstites vesci coctis interfectorum carnibus, servatos esse cernimus, speremus Deum mirabiliter nunc quoque suos aliquos coetus, in quibus sonat vox Evangelii, servaturum esse, et ut servet, toto eum pectore oramus. Die Ianuarii 20.

No. 4133. 20. Ian.

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 585 sqq.

Michaeli Meienburgio, Consuli Northusano.

S. D. In literis vestris hoc mihi iucundissimum fuit, quod cognovi, vos, Dei beneficio, incolumes redisse ad honestissimam coniugem et dulcissimos liberos vestros. Illa vero de consiliis delendae veritatis et constituendae monarchiae non valde me terruerunt. Legi ea sicut praedictiones Astrologorum: imo aliquanto minus vanitatis est in praedictionibus, quae ex arte sumuntur, quam in illis Regum consiliis. Aliquanto post ruet *Austriaca* [1]) potentia. Et erit conversio harum rerum, quae nunc motae sunt. Nos modeste faciamus, suo quisque loco, necessaria. Et tantum necessaria faciamus, quodsi antea fecissemus, non incidisset Respublica in tantas miserias. Et Deum oremus, ut nos gubernet, et Ecclesiam sibi inter tantos fluctus servet, quod et facturum esse non dubito.

Dei beneficio initia instaurationis Aaademiae, mediocria sunt, ac, si pax in his regionibus esset, sperarem, frequentiam fore mediocrem. Sed liberos vestros domi retinete usque ad initium aestatis. Mitto pagellas nativitatum, quas *Erasmus* noster aliquanto diligentius descripsit. De vita *Iohannis* bene spero, etiamsi valetudinarius erit, et lapsuum pericula habebit. Sed valet ingenio, et erit paterfamilias, et astra divitias significant. *Caspar* erit clarus, non dives, et mihi videtur, ubi didicerit Elementa Iuris, in aliquam Cancellariam mittendus esse. *Christophorus* poterit procedere in Iure. *Michaelis* natura digna est, quae in vera Philosophia retineatur. Deum autem aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, oro, ut servet vos et vestros liberos incolumes, et vos regat, et ei gratias ago, quod vos hactenus servavit incolumes, et nunc domum reduxit.

De me, scio, bis deliberatum esse Augustae, et me *Rex Danicus* monuit, ut in loca tutiora concedam. Sed mihi aulae quaedam non placent, quae nec veritatem quaerunt, nec Ecclesiae saluti vere student consulere, nec habent moderata consilia, nec constantiam consiliorum. Propter has quatuor causas nondum ad eos †principes" [2]) accessi, qui se ostenderunt mihi hospitium tranquillum praebituros esse. Deo igitur me commendabo, cui et Ecclesiam commendo. Si vult me victimam fieri, parebo, et aliquanto mihi facilius erit mori, quam laudare mala et perniciosa consi-

---

1) Nomen, a Sauberto suppressum, servavit A. D.

2) Addit A. D.

lia. †Nunc mihi nihil est cum aula negotii *). Heri articulos legi, in quibus Pontifex mandata dat Imperatori de Synodo. Ludere uterque videtur. Sed horum ludorum conversio non multo post sequetur. Hungaria tranquilla est, et habet Ecclesias mediocriter constitutas in multis locis. Ibi esse malim, quam in Dania vel Anglia. Sed mihi rectissimum videtur, tantisper, dum fieri potest, hac forma scholae tuenda, efficere, ut quam minimum videantur mutatae Ecclesiae harum Regionum. Mitto vobis *libellum de Synodis* **). Edam nunc germanicas aliquot pagellas de rebus utilibus ac magnis, de Legis impletione, imputatione Iustitiae, et dubitatione, de quibus *Tridentina Synodus* manifeste falsam doctrinam confirmat. Clarissimo viro, Dn. Doct. *Matthaeo*, salutem opto. Opto salutem et honestissimis matronis, coniugibus vestris. Nuper hic amisimus coniugem *Ambrosii*, Consulis nostri, boni hominis. Sed quem non faciunt divitem? Virtus matronae in hoc oppido semper laudata est. Bene et feliciter valete. Die 20. Ianuarii. Post promotionem Magistrorum decrevi ad vos expatiari.

Philippus.

No. — (h. t.)

De Synodo.

[illegible] Barthol. Sastrowen Herkommen, Geburt und Lauf seines gantzen Lebens, herausg. und erläutert von *Gottl. Christ. Frid. Mohnike* (Greifswalde, 1828. 3 Voll. 8.) Vol. II. p. 263...274. editum legitur Scriptum de Synodo hoc tempore indicta a Papa, quod Mohnike Melanthonis esse putavit. Sed nullo modo a Melanthone scriptum est. Potius est Buceri scriptum ad Senatum Argentinensem, in quo sententiam suam dicit de ea re, de qua Iacobus Sturmius, legatus Argentinensium in comitiis Augustanis, ad Senatum scripserat. Ibi enim postquam liber Augustanus Caesari exhibitum fuerat, Ioachimus, Elector Brandenburgicus, qui conciliatione valde studebat, Sturmium et Senatum Argent. per literas oravit, ut Bucerum mitterent Augustam, qui etiam sub exitum mensis Ianuarii profectus est. Vid. Sleidani comment. p. 620. — Noluimus igitur hoc scriptum Melanthonis operibus inserere. Consulat qui illud legere cupiat, librum Mohnikii.

No. 4134. 22. Ian.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. [illegible] sq.

Marco Crodelio, gubernanti Scholam Torgaviensem,

S. D. Charissime D. Marce. Academiae literas, quas hunc nuncium, tibi exhibere iussi, quaeso, ut ipse viro Clarissimo, Domino *Cammerstadio* tradas. Nec opus est peti aut expectari responsum, quia tantum scribitur de quibusdam rationibus. Tu vero significabis, an has literas meas et Academiae epistolam acceperis. Occupatus sum nunc examine eorum, qui gradum petunt. Valde autem, te, optarim, huc venire, cum fiet renunciatio gradus, idque tempus tibi indicabo. Bene vale. Significa etiam, an adhuc adsit vir, vera nobilitate praestans generis, doctrinae et virtutis, *Erasmus a Minckwiz.* Iterum vale. Die 22. Ianuarii 1548.

Philippus Melanthon.

No. 4135. 22. Ian.

Beyero et Eringio.

Manlii farrag. p. 61. Select. Epist. p. 519. Epistolar. lib. II. p. 295. (ed. Lond. lib. I. ep. 102.). Repetita in Consil. Mel. latin. II. p. 34., in Sel. Declamat. p. 519. et in Consiliis theologicis Witteberg. I. p. 896. — Apographon in cod. Mehn. II. p. 165.

Leonhardo Beyer, Ecclesiae Cygnensis Pastori, et Christophoro Eringio, docenti Evangelium in eadem Ecclesia,

S. D. Magna levatio est animorum in omnibus doloribus publicis et privatis videre Ecclesiam oppidi sui tranquillam, quia praecipue acquiescunt animi in Invocatione Dei, quae, cum discordiae in conspectu sunt, valde turbatur et impeditur. Cumque hoc tempore multi propter publicas calamitates magno in moerore sint, maxime curandum est singulis docentibus, ut sua ipsis Ecclesia velut portus sit, in quam moesti cives confugientes Invocatione Dei erigantur. Audivimus autem de re non maxima inter vos dissensionem ortam esse periculosam, propter quam facta est magna accessio ad gravissimos dolores, quos alioqui, propter multas calamitates publicas sustinemus. Etsi autem nihil autoritatis nobis sumimus adversus vos, nec imperare quicquam vobis volumus aut possumus, tamen et dolorem nostrum vobis significamus, et vos oramus propter Deum et propter ingentes omnium dolores, ut quod vos in hac senecta et gravitate, et in divino ministerio maxime

*) Addit A. [illegible]

**) [illegible] von den Symbolis und Conciliis Unterricht. Witeb. 1548. 4. [illegible] pl. Vid. Strobelii biblioth. Melanth. [illegible], ubi hoc scriptum Melanthonis Principi Electori [illegible] d. 21. Ian.

decet, hoc certamen omittatis. Et quanquam uterque iure se contendere existimat, tamen iuri vestro utilitatem Ecclesiae anteferatis, et pastor desinat plus oneris imponere collegae, et collega ultra offerat sese propter Ecclesiam subiturum esse plus laboris. Aut si non cedit uterque, cedat alter, nec existimetis turpe esse vinci. Nulla victoria, nulli triumphi sunt magis digni laude in Ecclesia, quam in talibus certaminibus anteferre publicam concordiam privato affectui, quod cum vobis notissimum sit, non est opus longa commemoratione *). Existimamus vos ipsos saepissime cogitare de Filio Dei, qui adeo se abiecit infra omnes homines, ut coram aeterno Patre iacuerit prostratus, et supplex pro nobis, derivata in sese vera et horribili ira adversus nostra peccata, perinde ac si ipse se nostris sceleribus polluisset. Hanc tantam humilitatem in Filio Dei cogitantes nos quidem expavescimus, ac dolemus vos et alios interdum vehementius pugnare de autoritate vestra. Cedamus potius de iure nostro, ut cessit Filius Dei de suo, et ut ipse propter Ecclesiam aliqua onera in nos derivemus, non existimemus probrum esse videri inferiorem, cum se Filius Dei infra nos abiecerit. Hac imagine moveri omnium piorum pectora, non dubitamus. Deinde et tempora cogitate! Obruat publica moestitia omnes parvarum rerum contentiones, nec dolores aliis augeamus, nec impediamus nostram et aliorum invocationem his rixis, quae varie vulnerant animos. Postremo et hoc cogitate, nequaquam offendendam esse voluntatem Illustriss. Principis Electoris Ducis *Saxoniae* talibus contentionibus, qui non vult civitates in factiones distrahi. Nostro etiam dolori ut parcatis, vos etiam atque etiam rogamus, qui cum etiam aliis temporib. nulla de re, nisi de doctrina pugnandum esse iudicaverimus, nunc in hac moestitia omnium piorum, multo magis ita sentimus, ne in tantis vulneribus Reipub. plus mali oriatur. Quare vos iterum propter Deum, pacis autorem, et cuius haec vox est, *Beati pacifici, quia filii Dei vocabuntur*, obtestamur, ut toto hoc certamine omisso tranquillitatem Ecclesiae vestrae tueamini. Bene valete. Die 22. Ianuarii 1548 **).

Iohannes Bugenhagius D.
Caspar Cruciger D.
Philippus Melanthon.

*) Cod. Mehn. *commentatione.*
**) Cod. Mehn. 1546.

No. 4136. — 22. Ian.

Senatui Cygneensi.

Ex autographo in Tabul. Senatus urbis Cygneae edita in Hertelii progr. Stimmen aus der Zeit der Reformation ꝛc. (Zwickau 1860. 4.) p. 23.

Den Ehrbaren, Weisen und Fürnehmen Herrn Burgermeistern und Rath der Stadt Zwickaw, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Ehrbare, weise, fürnehme, günstige Herrn.

Wiewohl die große Betrübniß ganzer deutscher Nation billig einen jeden bewegen sollte, jetzund mit meinem Vaterland und der Christenheit zu klagen, und nicht Gezänke zu suchen, so ist doch leider zu sehen, daß wenige der Zeit schonen, und ist dem Herrn Pastor allhier *) und mir herzlich leid, daß besonder zu dieser schrecklichen Zeit solche Unruhe in Euer Kirchen von Sachen, die nicht großwichtig sind, vorfället. Nu können wir beiden Personen nichts gebiethen, haben sie aber ganz treulich vermahnet, wie wir auch mit Wahrheit dieses reden mögen, daß wir nichts höheres auf Erden bitten und begehren, denn daß in den Kirchen rechte Lehr und rechte Gottes-Anrufung, gute Zucht, Einigkeit, und in dem Regimente guter Friede sey. Senden also Ew. W. unsre Schrift an beide Herrn, den H. Pastor und Herrn Ering gestellt, die E. W. ihnen zu lesen zustellen werdet, und E. W. mag uns hernach weiter wissen lassen wie es stehet; darauf wollen wir unser Bedenken ferner anzeigen. Ich hab insonderheit auch an den Ehrwürdigen Herrn Pastor geschrieben, daß er diese Sache fallen lasse. Denn wiewohl an viel Orten solches geordnet und nicht unbequem ist, daß der Paster die höchste Autorität über die Prediger und Diakon hat, so ists doch nicht an allen Orten so geordnet; und solches zu dieser Zeit einzuführen an Orten, da es nicht gewöhnlich gewesen, will es schwer seyn. Gleichwohl wird man mit der Zeit gedenken müssen, Ordnung hierin zu machen. Warlich das groß Elend dieser Zeit sollte billig uns bewegen jetzund in kleinen Sachen Gedult zu haben. Und Ew. W. zu dienen bin ich allezeit willig. Der allmächtige ewige Gott Vaters unsers Heilandes Jesu Christi wolle die Stadt Zwicka und alle Inwohner und die Kirchen allda gnädiglich regiren und bewahren. Den 22. Januarii.

Ew. W. williger
Philippus Melanchthon **).

*) Bugenhagio.
**) Haud dubie scriptum est Melanthon.

ipsi non solum perspicitis, sed etiam magna fide praestatis, ne ei desit opera vestra in praecipuis rebus, adiuvatis relligionis constitutionem, pacis conservationem, et excitatis studia. Haec sunt magni viri in republica versantis praecipua munera, et Deo grata. Cum igitur studiosos singulari benevolentia complectamini, sicut ipse expertus sum, erit humanitatis vestrae, non defatigari iuvandis bonis ingeniis. *Caspar Willerstat* quantum valeat et facundia *), vos optime iudicare potestis. Ego quidem et ingenii dexteritatem et mores ac constantiam in iis rebus, quas suscepit, probo. Cupit autem redire ad Academiam, cumque iam desit lector institutionum in Academia Francofordiana, orat, sibi eam lectionem committi. Scio brevi futuram frequentiorem Academiam, ea lectione constituta. Et hic erit assiduus. Est enim laboris patiens, et amans studiorum, et poterit proficere, ut usui sit aliquando in aliis negociis. Rogo igitur, ut in hac re eum adiuvetis. Spero vos optime collocaturos hoc beneficium. Nam opera *Gaspari* profutura est scholae et reipublicae, et necesse est, anniti, ut studia conserventur. Haec scripsi simplici animo ad vos, ac rogo, ut meas literas boni consulatis. 8. Ianuar. 1548.

No. 4117. 9. Ian.

Marco Crodelio.

Epist. lib. V. p. 385 sq.

Marco Crodelio, gubernanti Scholam Torgaviensem.

S. D. Vetustas recte sic sensit. Deum iura hospitiorum sanxisse, ac velle utrinque iustitiam exerceri ab iis, qui peregrinos excipiunt, et a peregrinis ipsis. Cum autem mihi et comitibus meis toties iam domi tuae praebueris hospitium et omnia nobis officia praestiteris, vicissim nos gratitudo decet. Deum autem oro, aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, te et honestiss. coniugem tuam et dulciss. liberos protegat, et vobis benefaciat. Ego, si quo officio gratitudinem declarare potero, perficiam, ut intelligas, me et amantissimum esse tui, et iustitiam in referenda gratia colere. Hic auriga apros avehet, quos, si mei essent, tibi relinquerem. Sed de alieno non est largiendum. Quaeso etiam, ut literas Illustrissimi Principis a D. Secretario petas, et nobis per hominem fidelem mittas.

De *Bremselia*, quaeso, interroga Consulem, an pecuniam acceptura sit. Librum et literas inscriptas viro nobili, praestanti virtute et eruditione, Domino *Erasmo a Minckwiz* tradas ei ipse, et petito responsum. Bene vale. Die 9. Ianuarii 1548.

Philippus.

*) Videtur hic aliquid excidisse, ut: *et doctrina*, vel simile.

No. 4118. 9. Ian.

Eidem.

Epist. lib. V. p. 383 sq.

Marco Crodelio.

S. D. Charissime Marce. Mitto ad te duo exemplaria Dialectices, quorum alterum tibi dono, alterum dabis viro nobili, praestanti virtute et eruditione, *Erasmo a Minckwiz*, quem, etsi alia ei mitto, magis convenientia ipsius et aetati et autoritati, tamen inspicere haec elementa velim, ut indicet, an recte faciamus officium, cum talia proponimus adolescentiae, et an vere nos accusent, qui dicunt, nos abiecisse confessionem doctrinae, cum haec ipsa elementa ostendant de multis materiis, quid sentiamus, et ad hoc scripta sint, ut forment iudicia iuniorum, et ad diiudicationem veram rerum gravissimarum praeparent teneras mentes. Bene vale. Die 9. Ian. 1548.

Philippus Melanthon.

Filio mittam, Deo iuvante, nitidiorem editionem.

No. 4119. 10. Ian.

G. Maior ad I. Ionam.

† Ex autographo Maioris in Vol. Epist. Meining. ep. 81. Inserui hanc epist., quia illustrat ea, quae Melanthon de Iona hoc tempore scripsit.

Clariss. ac Doctiss. Viro, D. Iusto Ionae, S. Theol. Doctori, et Hallens. Eccless. Superattend., domino et amico observando et cariss.

S. Satis ex me ipso aestumare possum, Vir Clarissime, quam grave et molestum tibi ac toti tuae familiae sit istud tam diuturnum exilium. Ego enim quanquam non longius absim a domicilio Musarum et dulcissima nostra vateri sede Wittemberga, tamen quia hic iam tanquam in solitudine versor, et a coniuge cariss. et suavissimis liberis meis, quos Wittembergae reliqui, cum isthuc sub medicorum cura gravi morbo per sex septimanas decumberem, absum, videor mihi prorsus adhuc exul. Quae autem spes sit, quod ad τὸν Μαῦρον *) attinet de reditu tuo, cognosces ex alienis literis. Hesterno die fuit apud me Doctor *Melchior Kling*, qui tuo nomine narrabat, se diligenter et graviter egisse cum consule D. *Liberio*, commemorasse tua erga ipsorum ecclesiam beneficia, et pericula, quae isthic sustinueris etc., et studuisse, ut primo quoque tempore te ad gubernationem ecclesia revocarent priusquam Episcopus rediret aut daretur aliquis, et causas graves tui revocandi se ostendisse, quibus affirmabat consulem ita commotum, ut pollliceretur se iam serio de te revocando acturum cum Senatu. Quorsum enim attinet supplicem fieri iis, quibus nulla isthic iurisdictio est? Haec duxi tibi significanda, ac precor aeternum patrem, domini nostri I. Ch., ut de quam primum salvum et incolumem cum omnibus tuis videamus. Bene vale. Mersburgi 10. Ianuarii 1548.

T. Georg. Maior.

Ego in magno moerore sum propter filium *Leonhartum* meum, qui hic ex morsu rabiosi canis extinctus est. Erat annos natus quindecim et propter praeclaram indolem valde amatus a D. *Philippo*. Praeterea iam meditor de reditu ad scholam Wittembergensem.

No. 4120. 12. Ian.

Cruciger ad Academicos.

Scripta publ. Acad. Wit. T. I. p. 201.

Rector Academiae Witeb. Casparus Cruciger, Doctor.

Duas honestissimas matronas, pietate, pudicitia et caeteris virtutibus omnibus, quae in matrefamilias requiruntur, excellentes recens amisit hoc oppidum, nuper honestissimam coniugem viri clarissimi, Doctoris *Benedicti Pauli*, hac nocte vero honestissimam coniugem viri honesti domini *Ambrosii Reiter*, consulis huius oppidi, *Walpurgam*, natam in familia *Reinekorum*, cuius virtus et autoritas in comitatu Mansfeldensi valde celebratur. Mater eius soror fuit viri excellentis omnium virtutum laude, *Iohannis Reinek*. Fuit igitur haec ipsa mulier vere, quod Graeci dicunt, ταμεῖον ἀρετῆς ἐστὶ γενναία γυνή. Cum autem et sanctissime vixerit, et in invocatione filii Dei, domini nostri Iesu Christi, decesserit, ipsa quidem iam et Dei et domini nostri Iesu Christi, et matris Hevae et Mariae et suorum consuetudine fruitur. Et abducta videtur, ne sit spectatrix impendentium confusionum orbis terrarum, sicut scriptum est: iusti colliguntur, ne videant ventura mala. Sed nos futura pericula cogitemus, et luctu mariti et multorum liberorum, qui tali matre orbati sunt, adficiamur, et Deum oremus, ut eos sua consolatione sustentet ac erigat. Ad funus autem, quod fiet hora tertia, convenire omnes pietas hortatur, ut qualicunque officio luctum mariti et liberorum levemus, et ut ostendamus, nos virtutem matronae magni fecisse, et Deum oremus, ut huic oppido et nobis omnibus pacem restituat, nec accendat totam iram suam, nec deleri sinat reliquias invocantium eum in hoc oppido. Anno 1548. die 12. Ianuarii.

No. 4121. 12. Ian.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 384 sq.

Marco Crodelio (gubernanti Scholam Torgaviensem).

S. D. Etsi maxima pars hominum contemnit et doctrinam Dei, et nos, qui eam mediocri studio propagamus, tamen nos ipsi et doctrinam amemus, et simus custodes fideles, et defensionem a Deo expectemus. Vere cernimus, iam nulla nos

*) Mauritium Electorem.

lia. †Nunc mihi nihil est cum aula negotii".[3]). Heri articulos legi, in quibus Pontifex mandata dat Imperatori de Synodo. Ludere uterque videtur. Sed horum ludorum conversio non multo post sequetur. Hungaria tranquilla est, et habet Ecclesias mediocriter constitutas in multis locis. Ibi esse malim, quam in Dania vel Anglia. Sed mihi rectissimum videtur, tantisper, dum fieri potest, hac forma scholae tuenda, efficere, ut quam minimum videantur mutatae Ecclesiae harum Regionum. Mitto vobis *libellum de Synodis*[4]). Edam nunc germanicas aliquot pagellas de rebus utilibus ac magnis, de Legis impletione, imputatione Iustitiae, et dubitatione, de quibus *Tridentina Synodus* manifeste falsam doctrinam confirmat. Clarissimo viro, Dn. Doct. *Matthaeo*, salutem opto. Opto salutem et honestissimis matronis, coniugibus vestris. Nuper hic amisimus coniugem *Ambrosii*, Consulis nostri, boni hominis. Sed quem astra non faciunt divitem? Virtus matronae in toto oppido semper laudata est. Bene et feliciter valete. Die 20. Ianuarii. Post promotionem Magistrorum decrevi ad vos expatiari.

Philippus.

No. — — (h. t.)

De Synodo.

In libro: Barthol. Sastrowen Herkommen, Geburt und Lauf seines ganzen Lebens, herausg. und erläutert von *Gottl. Christ. Frid. Mohnike* (Greifswalde, 1828. 3 Voll. 8.) Vol. II. p. 265—274. editum legitur Scriptum de Synodo hoc tempore indicta a Papa, quod Mohnike Melanthonis esse putavit. Sed nullo modo a Melanthone scriptum est. Potius est Buceri scriptum ad Senatum Argentinensem, in quo sententiam suam dicit de ea re, de qua Iacobus Sturmius, legatus Argentinensium in comitiis Augustanis, ad Senatum scripserat. Ibi enim postquam liber Augustanus Caesari exhibitum fuerat, Ioachimus, Elector Brandenburgicus, qui conciliationi valde studebat, Sturmium et Senatum Argent. per literas oravit, ut Bucerum mitterent Augustam, qui etiam sub exitum mensis Ianuarii eo profectus est. Vid. Sleidani comment. p. 620. — Nolui igitur hoc scriptum Melanthonis operibus inserere. Conferat qui illud legere cupiat, librum Mohnikii.

No. 4134. 22. Ian.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 886 sq.

Marco Crodelio, gubernanti Scholam Torgaviensem,

S. D. Charissime D. Marce. Academiae literas, quas hunc nuncium, tibi exhibere iussi, quaeso, ut ipse viro Clarissimo, Domino *Cummerstadio* tradas. Nec opus est peti aut expectari responsum, quia tantum scribitur de quibusdam rationibus. Tu vero significabis, an has literas meas et Academiae epistolam acceperis. Occupatus sum nunc examine eorum, qui gradum petunt. Valde autem, te, optarim, huc venire, cum fiet renunciatio gradus, idque tempus tibi indicabo. Bene vale. Significa etiam, an adhuc adsit vir, vera nobilitate praestans generis, doctrinae et virtutis, *Erasmus a Minckwiz.* Iterum vale. Die 22. Ianuarii 1548.

Philippus Melanthon.

No. 4135. 22. Ian.

Beyero et Eringio.

Manlii farrag. p. 61. Select. Epist. p. 519. Epistolar. lib. I. p. 295. (ed. Lond. lib. I. ep. 102.). Repetita in Consil. Mel. latin. II. p. 34., in Sel. Declamat. p. 519. et in Consiliis theologicis Witteberg. I. p. 896. — Apographon in cod. Mehn. II. p. 165.

Leonhardo Beyer, Ecclesiae Cygnensis Pastori, et Christophoro Eringio, docenti Evangelium in eadem Ecclesia,

S. D. Magna levatio est animorum in omnibus doloribus publicis et privatis videre Ecclesiam oppidi sui tranquillam, quia praecipue acquiescunt animi in Invocatione Dei, quae, cum discordiae in conspectu sunt, valde turbatur et impeditur. Cumque hoc tempore multi propter publicas calamitates magno in moerore sint, maxime curandum est singulis docentibus, ut sua ipsis Ecclesia velut portus sit, in quam moesti cives confugientes Invocatione Dei erigantur. Audivimus autem de re non maxima inter vos dissensionem ortam esse periculosam, propter quam facta est magna accessio ad gravissimos dolores, quos alioqui, propter multas calamitates publicas sustinemus. Etsi autem nihil autoritatis nobis sumimus adversus vos, nec imperare quicquam vobis volumus aut possumus, tamen et dolorem nostrum vobis significamus, et vos oramus propter Deum et propter ingentes omnium dolores, ut quod vos in hac senecta et gravitate, et in divino ministerio maxime

---

3) Addit A. D.
4) E. Cruciger von den Symbolis und Conciliis Unterricht. Wittb. 1548. 4. 6 pl. Vid. Strobelii biblioth. Melanth. no. 328. et infra scriptum Melanthonis Principi Electori missum d. 24. Ian.

decet, hoc certamen omittatis. Et quanquam uterque iure se contendere existimat, tamen iuri vestro utilitatem Ecclesiae anteferatis, et pastor desinat plus oneris imponere collegae, et collega ultra offerat sese propter Ecclesiam subiturum esse plus laboris. Aut si non cedit uterque, cedat alter, nec existimetis turpe esse vinci. Nulla victoria, nulli triumphi sunt magis digni laude in Ecclesia, quam in talibus certaminibus anteferre publicam concordiam privato affectui, quod cum vobis notissimum sit, non est opus longa commemoratione *). Existimamus vos ipsos saepissime cogitare de Filio Dei, qui adeo se abiecit infra omnes homines, ut coram aeterno Patre iacuerit prostratus, et supplex pro nobis, derivata in sese vera et horribili ira adversus nostra peccata, perinde ac si ipse se nostris sceleribus polluisset. Hanc tantam humilitatem in Filio Dei cogitantes nos quidem expavescimus, ac dolemus vos et alios interdum vehementius pugnare de autoritate vestra. Cedamus potius de iure nostro, ut cessit Filius Dei de suo, et ut ipse propter Ecclesiam aliqua onera in nos derivemus, non existimemus probrum esse videri inferiorem, cum se Filius Dei infra nos abiecerit. Hac imagine moveri omnium piorum pectora, non dubitamus. Deinde et tempora cogitate! Obruat publica moestitia omnes parvarum rerum contentiones, nec dolores aliis augeamus, nec impediamus nostram et aliorum invocationem his rixis, quae varie vulnerant animos. Postremo et hoc cogitate, nequaquam offendendam esse voluntatem Illustriss. Principis Electoris Ducis *Saxoniae* talibus contentionibus, qui non vult civitates in factiones distrahi. Nostro etiam dolori ut parcatis, vos etiam atque etiam rogamus, qui cum etiam aliis temporib. nulla de re, nisi de doctrina pugnandum esse iudicaverimus, nunc in hac moestitia omnium piorum, multo magis ita sentimus, ne in tantis vulneribus Reipub. plus mali oriatur. Quare vos iterum propter Deum, pacis autorem, et cuius haec vox est, *Beati pacifici, quia filii Dei vocabuntur*, obtestamur, ut toto hoc certamine omisso tranquillitatem Ecclesiae vestrae tueamini. Bene valete. Die 22. Ianuarii 1548 **).

Iohannes Bugenhagius D.
Caspar Cruciger D.
Philippus Melanthon.

*) Cod. Mehn. *commentatione.*
**) Cod. Mehn. 1546.

No. 4136. 22. Ian.

Senatui Cygneensi.

Ex autographo in Tabul. Senatus urbis Cygneae edita in Hertelii progr. Stimmen aus der Zeit der Reformation ꝛc. (Zwickau 1830. 4.) p. 23.

Den Ehrbaren, Weisen und Fürnehmen Herrn Burgermeistern und Rath der Stadt Zwickaw, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Ehrbare, weise, fürnehme, günstige Herrn.

Wiewohl die große Betrübniß ganzer deutscher Nation billig einen jeden bewegen sollte, jetzund mit meinem Vaterland und der Christenheit zu klagen, und nicht Gezänke zu suchen, so ist doch leider zu sehen, daß wenige der Zeit schonen, und ist dem Herrn Pastor allhier *) und mir herzlich leid, daß besonder zu dieser schrecklichen Zeit solche Unruhe in Euer Kirchen von Sachen, die nicht großwichtig sind, vorfället. Nu können wir beiden Personen nichts gebiethen, haben sie aber ganz treulich vermahnet, wie wir auch mit Wahrheit dieses reden mögen, daß wir nichts höheres auf Erden bitten und begehren, denn daß in den Kirchen rechte Lehr und rechte Gottes-Anrufung, gute Zucht, Einigkeit, und in dem Regimente guter Friede sey. Senden also Ew. W. unsre Schrift an beide Herrn, den H. Pastor und Herrn Ering gestellt, die E. W. ihnen zu lesen zustellen werdet, und E. W. mag uns hernach weiter wissen lassen wie es stehet; darauf wollen wir unser Bedenken ferner anzeigen. Ich hab insonderheit auch an den Ehrwürdigen Herrn Pastor geschrieben, daß er diese Sache fallen lasse. Denn wiewohl an viel Orten solches geordnet und nicht unbequem ist, daß der Paster die höchste Autorität über die Prediger und Diakon hat, so ists doch nicht an allen Orten so geordnet; und solches zu dieser Zeit einzuführen an Orten, da es nicht gewöhnlich gewesen, will es schwer seyn. Gleichwohl wird man mit der Zeit gedenken müssen, Ordnung hierin zu machen. Warlich das große Elend dieser Zeit sollte billig uns bewegen jetzund in kleinen Sachen Gedult zu haben. Und Ew. W. zu dienen bin ich allezeit willig. Der allmächtige ewige Gott Vaters unsers Heilandes Jesu Christi wolle die Stadt Zwicka und alle Inwohner und die Kirchen allda gnädiglich regiren und bewahren. Den 22. Januarii.

Ew. W. williger
Philippus Melanchthon **).

*) Bugenhagio.
**) Haud dubie scriptum est Melanthon.

No. 4137. 24. Ian.

Mauritio, Duci Elect.

Editum in Actis synod. german. p. 76. (latinis p. 102.). — Postquam Mauritius, Dux S. Elector, Augustam venerat ad comitia, Carolus Imperator ad ordines retulit, se velle ut negotium tollendarum controversiarum de religione ad futuram Synodum generalem reiiciatur. Mauritius igitur consuluit Theologos Witebergenses de forma cognitionis et iudicii in Synodo, et de decretis Synodi Tridentinae, simulque monuit Theologos ut parati essent ad iter Augustam ingrediendum. Cui Theologi responderunt his literis, a Melanthone haud dubie scriptis.

(Theologi Wittebergenses ad Mauritium, Duc. Sax. Elect.)

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer. Durchleuchtigster, Hochgeborner, Gnädigster Churfürst und Herr. Die Kaiserliche Fürhaltung vom Concilio und E. Chf. G. Schrift haben wir unterthäniglich empfangen, und können darauf E. Chf. G. unsre große Sorgfältigkeit nicht unangezeigt lassen. Wir merken, daß man ein interim machen will, das viele Stände, die jetzund in der Lehre mit uns einträchtig sind, nicht annehmen werden, daraus neue große Krieg erfolgen werden. Darum bedarf diese Sach Gottes Gnade und guten Rath, und haben wir große Scheu vor dieser Handlung. So ist es an ihm selbst sehr beschwerlich, so man die Kirchen dieses Theils mit neuen Veränderungen betrüben sollt, und wäre christlich und nützlich unsere Kirchen in jetzigem Stande zu lassen.

Dieweil wir aber noch nicht wissen, wozu wir erfoddert sind, und wer zu der Handlung gezogen wird, wollen wir Ew. Chf. G. Schrift in Unterthänigkeit gehorsam seyn. Wir wollten selbst gerne, daß Fried und Ruhe in den Kirchen und Landen wäre, haben auch nicht Gefallen an unnöthigen disputationibus; aber es sind etliche Sachen, die zu Gottes Ehr nöthig, davon wir in Demuth unsre Meinung anzuzeigen bereit sind. Der allmächtige Gott wolle Ewr Durchleuchtigkeit gnädiglichen schützen und regiren, und diesen Landen selige Regirung und Frieden geben. Gegeben zu Wittemberg den 22. Januarii Anno 1548.

Caspar Cruciger D.
Georgius Maior D.
Philippus Melanthon.

No. 4138. (24. Ian.)

Iudicium de Synodo.

Editum latine in Actis synodicis p. 104. et in Melanth. Consiliis latinis P. II. p. 1. — Sed germanice in Melanthons christlichen Bedenken, p. 290. et in Actis synod. germanicis p. 77., unde Pezelius textum hausit. Vid. etiam Kappii Nachlese etc. P. II. p. 750. Quum Melanthon in usum Ducis Sax. Electoris componebat, non latina sed vernacula lingua exarare soleret, dedi hic textum germanicum ex Actis synodicis. Mauritius propositiones Imperatoris de concilio miserat Theologis Witebergensibus, quas Melanthon commemorat in epist. d. 19. Ianuarii scripta. In Actis synodicis latinis hoc iudicium *paulo post* epistolam antecedentem Mauritio missum esse dicitur; quod verosimile est, quum in epistola nihil de hoc scripto legatur.

Antwort Philippi Melanthonis vom Synodo.

(Von den Conciliis, Bedenken Philippi Melanthonis) [1]).

Ich will kürzlich meine einfältige und wahrhaftige Meinung vom Concilio anzeigen. Alle christliche Potentaten, Kaiserl. Majestät, Könige und Fürsten, sind Gott diesen Dienst und dieses Werk schuldig, so oft in der Religion, besonder zwischen viel Nation Uneinigkeit fürfallen, concilia generalia oder nationalia gebürlicher Weise zu fördern, daß Gottes Ehre und rechte Anruffung nicht gefälscht werde; denn es stehet geschrieben: dic Ecclesiae. Also ist es gehalten vom Anfang in der Kirchen, und sind nicht allein Concilia universalia [2]) durch Constantinum, Theodosium, Arcadium, Martianum zu Nicea, zu Constantinopel, zu Epheso, zu Chalcedon etc., sondern auch nationalia in Hispania und Deutschland gehalten worden: Das alles ist öffentliche Wahrheit. Und sind Concilia ordentliche christliche Gericht, darin tüchtige Personen sollen zur Verhör und zu sprechen gewählt werden etc., welches die Potestaten, als die fürnehmsten Gliedmaß der Christenheit, dahin arbeiten sollen. Und dieweil die Concilia ordentliche Gericht sind, sollen die Part dahin erfordert und gehört werden. Es soll auch niemand aufgelegt werden, sich zu verpflichten, zu halten was man sprechen werde, sondern wie in andern ordentlichen Gerichten soll ein jeder warten, was man spricht, und so er nicht gehorsam ist, mag er der Straf gewarten. Daß man ganz alle Concilia fliehen und recusiren will, das kann nicht seyn. Denn es müssen Kirchengericht bleiben. So haben fremde Nationen ein groß Mißfallen daran, so sie hören, man wolle ganz kein Concilium besuchen. Daß aber Kais. Maj. die Chur- und Fürsten und Stände zuvor obligiren will, daß sie sich verpflichten, zu halten, was da gesprochen werde, das ist auch [3]) unrecht. Denn concilia sind nicht compro-

---

1) Inscriptio apud Pezel.
2) Pez. addit: oder *generalia.*
3) auch non habent Act. syn.

missa, sondern ordentliche Gericht, darin ein jeder seiner Straf wartet etc., doch sollen sie gebürlich gehalten werden. Et redduntur in invitum [4]).

Und daß man spricht, was ists noth, Concilia zu halten, so man nicht gehorsam seyn will? Item, Concilia sollen ohn widersprechlich gehalten werden: darauf ist diese klare wahrhaftige Antwort: solches ist vor dem Concilio und vor der Verhör nicht zu suchen. Denn es sind die Concilia ungleich gewesen. Item, so man sich zuvor zum Gehorsam verpflichtet hat, sind zu dieser Zeit der Papst und die Mönche, die doch im Grund diese Sachen guberniren, so viel freudiger zu schließen [5]) was sie wollen; denn sie wissen, daß niemand ihr Urtheil anfechten wird. Es ist auch vor Alters, als zu Constantini Zeiten, nicht gesucht worden, zuvor zu bewilligen in den Beschluß, sondern nach dem Beschluß. Zu Nicea hat Constantinus sich unterschrieben, und bei andern um die Subscription angesucht. Und wissen alle Verständige hierin, was ordentlicher Gerichte Weise und Kraft ist, besonders in Sachen, Gottes Ehr und das Gewissen betreffend. Daß aber etliche Stände rathen, oder auch Kais. Maj. foddert [6]); man sollte willigen in die Continuation des Concilii zu Trident, darauf sage ich für meine Person; daß ich solche Bewilligung verstehe für eine Annehmung der gemachten Decret. Dieweil denn etliche Artikel in den gemachten Decreten gewißlich falsch und wider göttliche Wahrheit sind, so kann ich solche Annehmung der gemachten Decret nicht rathen, und mein Gewissen hiemit nicht beschweren.

Ich will nichts reden von den ersten Artikeln [7]), darin kein Lehr Artikel sind, sondern ich will allein von den zweien Decreten reden, darin von Erbsünde und hernach vom Glauben und Gerechtigkeit Artikel gestellt sind, und weiß wohl, daß viel sagen, man soll nicht grübeln und genau [8]) suchen; ich will auch nichts strafen, das recht ist, und sage also, es sind viel Stück in diesen Artikeln, die recht sind, aber dagegen sind auch etliche fürnehme Stück, die gewißlich falsch und wider göttliche Wahrheit sind, als in dem Decreto von der Gerechtigkeit ist dieses klar gesetzt, daß es Irrthum sey, lehren, daß man gläuben soll, daß wir Vergebung der Sünden haben, und Gott gefällig sind. Item, so man spricht, die Gerechtigkeit Christi ist uns geschenkt, dieses soll nicht also verstanden werden: wir sind angenommen [9]) und Gott gefällig um der Gerechtigkeit Christi willen, sondern von wegen unser eigen Reinigkeit und Wirdigkeit, die in uns gewirket ist, darum daß Christus gelitten hat. Item, die Liebe ists, dadurch wir fürnehmlich gerecht sind, nicht der Glaub; denn er bleibt auch in Todsünden [10]).

Ich will nichts verkehrlich deuten, sondern es ist gewißlich der natürliche Verstand desselbigen Decrets wider die wahrhaftige Lehre von der Versöhnung und Gerechtigkeit des Glaubens, davon unsre Kirchen reden. Item, sie loben noch im Decret Weihwasser und Indulgentias. Item, sie sagen, böse Neigung in Menschen, Sicherheit und Zweifel von Gott sey nicht Sünde.

Wiewohl nun Leut seyn werden, die diese und andre unrechte Stück im Decret schmücken und glossiren werden, und werden sagen, es sey um Friedens willen also in gemeinen Worten gesetzt, so will ich doch mein Gewissen mit diesen Glossen nicht beladen, und will für meine Person die unrechte Stück nicht annehmen.

Was auch für Decreta folgen werden, von der Meß und Heiligen Anruffung, ist wohl zu achten. Es ist auch wohl zu achten, daß diese Decreta nicht zur Stillung der Uneinigkeit dienen werden, denn sie werden von vielen angefochten werden, und sind bereits Schriften dagegen ausgangen.

Auch ist dieses Decretum dem Artikel zuwider, der zu Regensburg Anno 1541. von der Gerechtigkeit verglichen ist.

So nun Kais. Maj. in via ordinaria bleiben will, und will stracks durch ein General Concilium procediren, so ists noth, daß man uns erfordere (laut des Churfürstlichen Bedenkens), und unsre Antwort und Erklärung höre, und daß tüchtige Personen zur Verhöre durch ihre Majestät gewählet werden. Darnach mag ein jeder warten [11]), was folgen werde. Weiter kann ich von dem ordinaria via nicht sagen.

So aber bei Kais. Majest. zu erhalten wäre, daß ihre Majest. andre Wege, als eine Vergleichung in Teutschland zulassen wollte, wie zu Speyer berathschlagt, daß man auf beiden Seiten Bedenken einbrin-

---

4) Pro his text. latinus: *Sed instituta illa iudicia et exerceri legitimo modo convenit.*

5) In textu latino: „si ante Synodum spondeatur obedientia, confirmabitur in pontificiis et Monachis (qui fiducia huius promissi clam molientur, ut omnia ipsi gubernent) audacia concludendi, quae libebit etc.

6) oder — foddert] Pez. praetermisit.

7) Pez. Decreten.

8) Pez. zu genau. Text. lat.: *nimis* scropulosas censuras.

9) Pez. angenehm. Textus latinus: *accepti simus.*

10) *Item* — Todsünden] Pez. praetermisit.

11) Pez. gewarten.

gen sollt etc., dieses mag man bei Kais. Majest. versuchen.

Ich achte aber, es werden Wahrheit und falsche Lehre wider einander streiten für und für, und werden rechte Christen viel und mancherlei Verfolgung haben [12]).

No. 4139. 27. Ian.

Maior ad Spangenbergium.

Manlii farrag. p. 441 sq.

Clariss. ac doctiss. viro D. M. Ioanni Spangenbergio, pastori Eislebiensi et superattendenti Ecclesiarum comitatus Mansfeldensis, domino et amico suo observando, G. M.(aior).

S. D. Hic adolescens, qui reddit literas, ludimagister est in oppido vicino, ingenio bono, et moribus valde modestis: et cum Ecclesiasticam conditionem ante aliquot menses peteret, a nobis examinatus, apte et diserte ad interrogata de fidei articulis respondit, ita ut ei spes sit facta a nobis de commendanda ei aliqua Ecclesia. Quia autem iam parochia in pago *Golbick* vacat, et eius patronatus ad illustres Comites in Mansfeld pertineat, et iam antea ab illustri Comite *Gebhardo* T. H. per literas ante duos menses commendatus est, ut illi per te prospiceretur, rogo ut bonum adolescentem in hac causa iuves, etiam propter nostram commendationem: cuius tamen virtus et eruditio per se meretur, ut eius habeatur ratio. Deinde etiam rogo, ut mihi mittas cantionem illam Germanice per te translatam, cum aliis quae a te edita sunt, de quibus hesterna die inter nos facta est mentio. Bene vale, vir ornatissime. 27. Ianuarii, 1548.

No. 4140. 29. Ian.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 585. (ed. Lond. lib. IV. ep. 727.).

12) In Kappii Nachlese l. l. additur: „Datum Lipsiae in aedibus Ziegleri, 14. Oct. 1541." Sed in anno et mense manifestus est error.

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario fratri suo carissimo,

S. D. Ego vero tibi potius, et debeo et habeo gratiam, quod a mea amicitia non abhorres, meque multis magnis officiis ornas, qua in re et haec tua virtus laude digna est, quod nos in hac calamitate nostra, maiore etiam studio complecteris. Haec et cogito saepe, et apud amicos cordatos commemoro. Ad te non scribenda esse iudicassem, nisi tua proxima epistola amantiss. scripta, cogeret. Oro autem Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani et Ecclesiae suae, ut te et tuam domesticam Ecclesiam servet et regat, ac ut coetus custodes salutaris doctrinae et litterarum et disciplinam in his regionibus tueatur. Plura nunc scribere non potui, sed dabo litteras tabellario allaturo lagenulam vestram, prolixiores. Bene et feliciter vale, 4. Cal. Feb. Anno Christi. 1548.

Phil. Melan.

No. 4141. 30. Ian.

Vito Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 478. Consuli autographon in cod. Monac. I. p. 582.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Dei beneficio et Ecclesia apud nos adhuc tranquilla est, et studia doctrinae florent mediocriter, quod ex studiis tuorum civium, quorum aliquos iam in examinibus *) audivi, iudicare potes. Gaudeo iuventutem ordine per artes duci, et simul proponi incorruptam de Deo doctrinam. Tales coetus utinam servet filius Dei. Scio aulica consilia et varia esse, et suas quasdam artes miscere. Sed profecto Nobilitas in conventu **) graviter et pie respondit. Bene vale. 3. Calend. Februarii.

Philippus Melanthon.

*) d. 22. Ian. eos exploraverat, qui Magistri in Philosophia creari volebant.

**) Lipsico. Non enim epist., ut editori visum est, scripta est anno 1544, sed anno 1548, cui anno etiam genus scripturae convenit.

No. 4142. (fere m. Ian.)

Thomae Cranmero.

Epist. lib. III. p. 94. (ed. Lond. lib. III. ep. 42b.).

Reverendiss. Domino Thomae Archiepiscopo Cantuariensi

S. D. Reverendissime Domine. Etsi *Ionas* pater sciebat te filium singulari benevolentia iam complecti: tamen ut intelligeres nos hoc tuum beneficium magnifacere, voluit me de filio ad te scribere. Quod cum fecissem, ecce adferuntur filii *Ionae* literae, in quibus mihi sermonem quendam tuum narrat de quaestione non obscura, sed quae duriter concussit Ecclesias, et concutiet durius, qui Gubernatores illi tantae rei non quaerunt vera remedia. Nihil autem in hac Epistola praeter meum dolorem indicare volo, qui tantus est, ut exhauriri non possit, vel si tantum funderem lacrymarum, quantum vehit undarum *Albis* noster, aut apud vos *Tamesis*. Vides multiplices explicationes, et olim excogitatas esse, et nunc excogitari: quia negligitur simplex et sincera vetustas. Ac longiorem disputationem nunc non eo tantum omitto, quia properant tabellarii: sed etiam quia non amo labyrinthos, ut vides omne meum studium in multis materiis fuisse, ut extarent plane evoluta.

Illud autem te oro, ut deliberes cum viris bonis ac vere doctis, et quid statuendum, et qua moderatione initio in docendo opus sit. Ego optarim ut et in priore Epistola scripsi, non tantum de hac quaestione, sed de quibusdam aliis rebus edi summam necessariae doctrinae sine privato ullo affectu, deliberatis et adscriptis suffragiis piorum et doctorum, qui essent adhibiti ad eam deliberationem, nec relinqui posteris ambiguitates tanquam μῆλον ἔριδος. Synodus *Tridentina* veteratoria decreta facit, ut ambigue dictis tueatur suos errores: Hanc sophisticam procul ab Ecclesia abesse oportuit. Minimum est absurdi in rebus veris recte propositis: Invitaret igitur et rerum bonitas et perspicuitas ubique bonas mentes. Nimis horridae fuerunt initio *Stoicae* disputationes apud nostros de Fato, et disciplinae nocuerunt. Quare te rogo, ut de tali aliqua formula doctrinae cogites.

Nunc rursus de *Iona*: Cum videas ingenii in eo vim egregiam esse, et omnium Philosophiae partium initia eum recte didicisse, ac mores bonos esse, et naturam divinitus ad eloquentiam factam esse: te oro, ut eum tibi commendatum habeas. Reipubl. Deo volente et usui et ornamento magno futurum esse speramus. Bene vale. Anno 1548.

No. 4143. 31. Ian.

Maior ad Spangenberg.

Manlii farrag. p. 196 sq.

Reverendo viro, pietate eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Spangenbergio, pastori et superintendenti Islebiensi, amico et fratri observando et charissimo, G. M. (Georg. Maior.)

S. D. Quae sit sententia nostra et illustrissimi Principis Domini D. *Georgii ab Anhalt* etc., cum ea de re contulimus in causa mulieris, quae literas reddidit, intelliges ex literis publicis Consistorii. Mihi hoc placet, ut maritus ipsius (cum sub vestra iurisdictione sit, et, ut audio, praesens sit) coniiceretur in carcerem: et statuerentur tandem aliqua exempla, in tam nepharios et flagitiosos homines. Qua in re valde negligentes videmus fere magistratus omnes esse. Itaque polluta terra incestis et foedis libidinibus, necesse est oriri horrenda bella, famem, pestem, et alia mala, quibus interim purgetur. Sed nos in nostro ministerio simus vigilantes et seduli. Bene et vale, mi frater charissime. Mersburgi, Pridie Cal. Februarii, 1548.

No. 4144. 3. Febr.

Cruciger ad Scholasticos.

Scripta publ. Acad. Witeb. T. I. p. 202b.

Rector Academiae Witeberg. Casparus Cruciger, Doctor.

Apud Esaiam scriptum est: utinam auscultassent mandatis meis! quod si fecisses, pax velut flumen rigasset terram vestram. Non dubium est, ad nos quoque hanc concionem pertinere. Fatendum est enim, nec gubernatores in regenda disciplina satis severos fuisse, nec modestiam praesti-

tisse iuniores, quae decuerat eos, et quam poterant praestare. Nunc dolemus, aliquos similem sibi licentiam, ut antea, sumere, qua in re ut cogitent et de suo et de communi huius oppidi et harum gentium periculo, commonefaciendos eos esse hoc edicto diximus. Cum in oppido sint et milites et alii peregrini, nocturnae vociferationes et discursationes plenae sunt periculi. Quare praecipimus scholasticis, ne noctu sine lychnis vagentur, et ne vociferationibus irritent vel hospites vel alios. Ipsa per se petulantia turpis est et digna poena. Sed nunc propter multas causas periculosior est, quam fuit antea tranquillis temporibus. Ideo severissime praecipimus, ut et modestiores sint scholastici, et ut pacis publicae et suae incolumitatis causa vitent omnes tumultuum occasiones. Datae 3. Febr. anno 1548.

No. 4145. 5. Febr.

Academicis.

Scripta publ. T. I. p. 403 b.

Decanus Collegii Philosophici Philippus Melanthon Lectoribus S. D.

Ecclesia Dei inter imperiorum tumultus, ut cymba in fluctibus, iactatur, ut saepe significant imagines in Evangelio propositae: et quae sit causa tantarum calamitatum generis humani, coelestis doctrina exponit. Cum autem inter ipsa pericula servet Deus Ecclesiam suam, nequaquam vult nos studia doctrinae abiicere propter temporum difficultates. Imo tunc et remedia a doctrina petere, et cogitatione promissionis divinae accendere vota iubet, et vult maiore cura propagari doctrinam, ut ad posteros perveniat. Et pollicetur, labores nostros non fore inutiles: *ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ* *), quasi dicat: etiamsi hominum iudiciis studia sunt intempestiva et inutilia: tamen Deo curae erit, ut sint salutaria. Cum igitur hae verae causae nos moveant, ne exercitia literaria omittamus, et constet, de rebus optimis tradi doctrinam a nobis mediocri diligentia, scilicet perspicuam et incurruptam sententiam coelestis doctrinae, et Philosophiam: speramus, bonos viros probaturos esse hanc nostram sedulitatem. Deum certe ardentibus votis oramus, et ut servet Ecclesiam suam, et ut medeatur communibus miseriis. Rectius est autem in his tantis calamitatibus a Deo opem petere, et cogitatione doctrinae dolores lenire, quam vel irasci Deo, et maledicere hominibus; vel, abiectis doctrinae studiis, frustra tumultuari, et cumulare publica et privata mala, cum quidem sapientes viri apud Ethnicos docuerint, arte ferendas esse res adversas, ne maiora mala accersat indignatio, iuxta hos versiculos:

Καὶ μὴ θεομάχει, μηδὲ προσάγου πράγματι
Χειμῶνας ἑτέρους, τοὺς δ᾽ ἀναγκαίους φέρε.

Itaque quod faustum et felix sit, Deo iuvante, proxime die septimo Februarii testimonia studiorum tribuemus aliquot honestis viris, eisque usitato more decernemus gradum Magisterii Philosophici, ac Deum oramus, ut et horum studia, et nos, et Ecclesiam huius oppidi, clementer regat, et custodiat haec tuguriola, in quibus et doctrina propagatur, et nota offeruntur Filio Dei, Domino nostro I. C., crucifixo pro nobis et resuscitato, ut ipse, cum sit *ἱκέτης καὶ μεσίτης* pro nobis, perferat ea ad aeternum Patrem, ut in nostro coetu etiam colligatur et conservetur vera Ecclesia. Die Febr. 5. 1548.

No. 4146. 7. Febr.

Testim. Leinholto datum.

† Ex apogr. in cod. Goth. 401. p. 262 b.

(*Testimonium.*)

Decanus collegii philosophici in Academia Witebergensi, *Philippus Melanthon*, S. D. omnibus lecturis has literas. Petivit a nobis testimonium de suis studiis, moribus et gradu Magister *Marcus Leinholt*, Hamelburgensis. Id ei summa voluntate impertivimus. Cum enim in academia nostra circiter quadriennium in studiis doctrinae versatus sit, comperimus, eius indolem esse ad literas et ad virtutem idoneam, et mores eius honestos esse. Cumque linguam latinam studiose didicisset, aliquid operae et graecae linguae tribuit, ut aditum sibi ad philosophiam patefaceret.

---

*) Haec verba leguntur 1 Cor. 15, 58. et in Epigrammat. *Mel.* ed. Grothusii fol. 21 b. in Pentametrum Graecum et Latinum mutata sic:

Ὑμῶν ἐν κυρίῳ οὐ κόπος ἐστὶ κενός.
Non labor in Domino vester inanis erit. [Lunz.]

Ingressus igitur philosophica studia, cum in caeteris partibus philosophiae elaboravit, tum vero etiam dulcissimae doctrinae de motibus coelestibus elementa percepit, in qua vera, ut *Plato* dicit, grata de Deo fama sparsa est. Nam hic pulcherrimus ordo corporum mundi et motuum coelestium et temporum vices perspicue testantur, hunc mundum non extitisse casu, sed a mente aliqua aeterna architectrice conditum esse et gubernari. Cum autem hic *Marcus* ad agnitionem Dei in domestica disciplina assuefactus esset, et intelligeret, a tota rerum natura homines de Deo commonefieri, quaerere veram de Deo sententiam illustribus testimoniis traditam Ecclesiae coepit, ac diligenter audivit enarrationem propheticorum et apostolicorum monumentorum, et summam christianae pietatis recte tenet, ac consensum catholicae Ecclesiae filii Dei, Domini nostri I. C., amplectitur, et ab omnibus fanaticis et seditiosis opinionibus abhorret. Quare cum et mores eius et eruditionem probaremus, de collegii nostri sententia decretus est huic *Marco Leinholt* gradus magisterii philosophici, quod his publicis literis testamur. Iustissimum autem officium est, et Ecclesiae ac reipublicae necessarium, bona et modesta ingenia, exculta doctrina, tueri et ornare, ut in gubernatione prodesse communi societati possint. Hunc igitur Magistrum *Marcum* commendamus omnibus honestis viris, ut eum complectantur et adiuvent, praesertim cum studia sua ad hunc finem referat, ut Ecclesiae serviat, cum in scholis tum in templis. Ad hanc salutarem militiam qui se praeparant digni sunt omnium bonorum virorum benivolentia et auxilio, ac speramus, hunc Mag. *Marcum* Ecclesiae utiliter serviturum esse, et Deum precamur, ut totum vitae ipsius cursum gubernet, et faciat eum organum salutare, *καὶ σκεῦος ἐλέους*. Oramus etiam, ne sinat extingui veram notitiam et invocationem filii sui domini nostri Iesu Christi, sed semper sibi inter nos et in his regionibus colligat et servet Ecclesiam, et det salutaria et tranquilla imperia. Amen. Datae 7. Februarii anno 1548.

No. 4147. 7. Febr.

Testimon. Thymio datum.

† Ex apographo in cod. Monac. 89. no. VI. p. 48 b.

Decanus Collegii philosophici Phil. Mel. omnibus lecturis has literas S. D.

Petivit a nobis testimonium de suis moribus, studiis et gradu, vir honestus et doctus Magister *Georgius Thymius* Cygnaeus. Id ei summa voluntate impertivimus. Cum enim in Academia nostra amplius quadriennio sit versatus, comperimus, indolem in eo ad virtutem et literas praeclaram esse, et mores eius honestos esse. Cumque Grammaticen a viro doctissimo *Petro Plateano* in patria recte percepisset, postea hic et in studio linguae latinae et graecae se exercuit, et philosophiae elementa didicit. Scribit solutam orationem et carmen diligenter et pure ad antiquitatis imitationem. Adiunxit autem ad caeteras philosophiae partes arithmeticen, et initia doctrinae dulcissimae de motibus coelestibus, in qua vera, ut inquit Plato, grata Dei fama sparsa est. Nam mirificus ordo motuum coelestium testatur, hunc mundum et ordinem non frustra conditum esse et gubernari. Et cum sciat hic *Georgius*, praecipue nasci homines ad agnitionem Dei, et veram de Deo sententiam et Ecclesia filii Dei domini nostri Iesu Christi, crucifixi pro nobis et resuscitati, quaerendam esse, pie didicit summam eius doctrinae, quam vera Ecclesia Dei profitetur, et consensu Ecclesiae catholicae amplectitur; et ab omnibus fanaticis et seditiosis erroribus abhorret.

Cum igitur et studia et mores huius *Georgii* probaremus, testimonium in publicum doctrinae tribuimus, eique decrevimus gradum Magisterii philosophici, quod his literis testamur, cumque ad gubernationem in patria Cygnea iudicio prudentissimi Senatus delectus et vocatus sit hic magister *Georgius*, diligenter eum Senatui commendamus, cum sciamus bene instructum esse eruditione, et mores eius honestos esse, et specimen antea diligentiae et fidei in docendo praebuerat, ac Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi toto pectore oramus, ut inclytum oppidum Cygneam gubernet et protegat, et studia literarum, quae diu in eo oppido inprimis floruerunt, tueatur ac adiuvet. Decus harum regionum diu fuit *Cygnea*, et pene Massiliae similis in his regionibus, quia disciplinam et mores maiori severitate regit, quam pleraque alia oppida, et quia ferax et ingeniorum ac multos habuit ac habet cives ita excellentes eruditione, ut toti Germaniae ornamento sint, quo in numero praecipuus est vir clarissimus *Iohan-*

nes Cornarius, artis medicae Doctor, qui plurimum lucis attulit Hippocrati et Galeno. Artium vero officiis vincit *Cygnea* omnia harum regionum oppida. Curat etiam pie doceri et regi Ecclesias, et praecipue literarum scholam tueri et ornare semper solita est. Haec tam multa civilia ornamenta a Deo servari optamus, qui genus humanum propter has causas praecipue civili societate copulavit, ut luceant et conserventur in coetu noticia, qua se et filium suum dominum nostrum Iesum Christum patefecit, et doctrina de natura rerum et virtutibus. Ideo precamur etiam Deum, ut scholam Cygneam et huius *Georgii* labores adiuvet. Datae, Vitenbergae 7. Febr. 1548.

No. 4148. 7. Febr.

Testimonium Iosepho dat.

† Ex apographo in cod. Monac. 89. no. VI, p. 41.

Decanus Collegii Philosophici in Academia Vitebergensi [Phil. Mel.] omnibus lecturis has literas S. D.

Petivit a nobis testimonium de suis moribus, studiis et gradu Magister *Iosephus*. Id ei summa voluntate de collegii sententia tribuimus. Comperimus enim, et indolem eius ad virtutem et literas idoneam esse, et mores eius honestos esse. Cumque in Academia nostra et alibi studiose didicerit linguam et graecam et philosophiae elementa, elaboravit nunc in caeteris philosophiae partibus, tum vero etiam in dulcissima doctrina motuum coelestium, quorum certissimus ordo illustre testimonium est, hunc mundum non extitisse casu, sed a mente aeterna architectrice conditum esse ac gubernari.

Cum autem et ex ipsa philosophia didicisset, hominem ad agnitionem Dei nasci, et in domestica disciplina percepisset elementa eius doctrinae, in qua Deus se patefecit Ecclesiae suae, sciretque virtutem esse necessariam quaerere veram de Deo sententiam, recte didicit summam doctrinae, quae in Ecclesia traditur de Deo, et de filio eius domino nostro Iesu Christo, quem voluit aeternus pater victimam καὶ μεσίτην fieri pro genere humano. Ac amplectitur *Iosephus* consensum catholicae Ecclesiae Christi, quem et Academia nostra prosequitur, et a seditiosis et fanaticis opinionibus omnibus abhorret. Ac luce verae doctrinae *Iosephus* pie regit invocationem Dei et suos mores, et licet sua studia refert ad hunc finem, ut gloriam Dei ornet, et Ecclesiae in docendo serviat, et sit palmes foecundus insitus filio Dei, qui se vitem nominat. Intelleximus etiam hunc *Iosephum* in vero coniugio ex honestis parentibus et Deum vera pietate invocantibus natum esse. Quare cum nulla esset honesta reprehensio generis, et mores *Iosephi* sciremus esse dignos laude, et, explorata eius doctrina et eruditione, praeclare instructum esse cognitione philosophiae et doctrinae coelestis comperissemus, decrevimus ei publice gradum Magisterii philosophici, idque his literis publicis testamur. Et quia expedit reipublicae, homines honestos, bonis, placidis et moderatis ingeniis praeditos et recte eruditos provehi ad ea loca, ubi servire Ecclesiae Dei possint, magnopere oramus omnes bonos viros, ut hunc *Iosephum* complectantur et adiuvent. Speramus enim, eum usui atque ornamento Ecclesiae Dei futurum esse.

Te autem, aeterne Deus, pater domini nostri Iesu Christi, conditor generis humani Ecclesiae tuae, oramus ardentibus, ut et hunc *Iosephum* gubernes, et Ecclesiam tibi perpetuo in his regionibus colligas, nec lucem tuae doctrinae et aliarum honestarum artium extingui sinas. Ut enim tu immensa misericordia propter filium deprecatorem initio, cum primi parentes aeterna bona amisissent, nec ullo suo consilio, nec ullius creaturae ope recuperare possent, ipse te patefecisti, et nos clementer recepisti, et ex morte evocasti: ita deinceps Ecclesiam destitutam humanis praesidiis inter imperiorum tumultus colligas et serves, sicut dixisti: ego condidi, ego feram, ego etiam senescentem portabo seu gestabo. Spe igitur auxilii divini bonae mentes studia literarum colant et Ecclesiam ornare studeant. Ac ne quis de fide harum literarum dubitet, sigillum Collegii nostri addidimus. Datae Vitenbergae die Februarii 7. anno 1548.

No. 4149. 18. Febr.

Th. Matthiae.

Manlii farrag. p. 131. — Select. epist. p. 327. Epist. lib. I. p. 431. (ed. Lond. lib. I. ep. 125.).

Ad Thomam Matthiam Consiliarium Electoris Brandeburgici

S. D. Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi, conditor universae naturae, et autor pul-

cherrimi dulcissimique foederis coniugalis, adsit tuo coniugio, et faciat, ut sit tranquillum, faustum, felix et foecundum. Cumque multa sapienter et pie scripta sint, quae non solum dignitatem coniugii nobis ostendunt, sed etiam monent, qua animi pietate complecti coniunx coniugem debeat, et qua moderatione communes huius vitae difficultates ferendae sint, tum vero illud Pythagoricum, quod Aristoteles in prima pagella *Oeconomicorum* recitat, illustrem picturam continet multorum officiorum. Sic enim dixisse Pythagoreos inquit, *Virum meminisse debere, adduci ad se sponsam ad aram*[1]) *tanquam supplicem.* Vides ritum veterum[2]) esse, iungi sponsum et sponsam ante aram, inspectante Deo, et inter invocationem Dei. Qui mos haud dubie a primis Patribus institutus est, ut cogitemus a Deo hanc coniunctionem institutam esse, et ab eo iuvari. Deinde totum ius supplicum transfert ad sponsam. Fuit usitatum, supplices sedere ad aras, et eos quibus fiebant supplices, accedere ad hos sublevandos. Quo ritu intelligebatur eis promissa venia et incolumitas, et perpetua defensio. Quid pulchrius hac imagine? Sponsa ante aras tibi tanquam supplex traditur; tu eam in tuam fidem recipis, sublevas tanquam imbecilliorem, perpetuamque misericordiam et defensionem ei promittis. Vide quantis de rebus hoc ritu nos antiquitas commonefieri voluerit, qui quidem et illius aeterni connubii Ecclesiae et Filii Dei pictura est. Sedet ad aram Ecclesia supplex, inter maximas aerumnas. Ad hanc accedit sponsus Filius Dei, et eam erigit. Qui complectens miseram, pollicetur ei aeternam misericordiam et defensionem. Hac fide petamus et expectemus etiam hoc tristi tempore auxilium a Filio Dei, quem, ut intersit vestris nuptiis, vosque servet et gubernet, oro. Etsi autem iam moestitia temporum impedior, quo minus istuc veniam, tamen votis adero. Salutem opto et viris integerrimis, patri tuo et sponsae pudicissimae, et viris clarissimis D. Doctori *Hieronymo*, D. Doctori *Zochio*, et pastori Ecclesiae vestrae *Sigefrido*. Bene vale: die XIII. Februarii, quo ante annos 1717 *Nicanor* acie victus, poenas dedit blasphemiarum, quas dixerat templo Dei minitans. Quo exemplo tunc Deus ostendit, a se defendi Ecclesiam suam, qui ut nunc quoque defendat, etiamsi magnis tumultibus concutitur, oro. Nuper cum adesset Illustrissimus Princeps Elector *Marchio*, cum inter caetera dicerem, me ad nuptias vocatum esse, honorifice de tuo patre loquebatur. Et ego de ingenio et studiis tuis subieci commemorationem, quam Principi gratam esse animadverti. Iterum vale.

1) Manl. *ab ara*, quod praeferendum videtur.
2) Manl. *veterem*.

No. 4150. 13. Febr.

Georgio Princ. Anhalt.

Epist. lib. II. p. 208. (ed. Lond. lib. II. ep. 199.).

D. Georgio Principi in Anhalt.

S. D. Die XIII. Februarii, quo hanc Epistolam scribo, ante annos 1712 interfecto *Nicanore* *) Deus mirabiliter servavit templum suum, quo exemplo ostendit, se custodem esse suae Ecclesiae, et ut nunc quoque eam servet, toto eum pectore oro. Doctor *Ionas* iterum vult scribi ad Ducem Saxoniae Electorem. Etsi autem utilius esset, expectari eius reditum: tamen scripsi ad Ducem, et ad *Carolovicium*. C. V. scribat Doctori *Ionae* suum consilium, et si videtur, literas adiungat ad Ducem. Minus properando plus effici posset, quia sensi hoc vulnus non parvum esse, et C. V. idem animadvertit. Nec prodest Doctori *Ionae*, disputare de iure, et nuper C. V. iusserat cum Doctore *Fachsio* agi, ut audiretur Doctor *Ionas*. Poeta inquit, *Non agites, si qua coire voles: Non sunt multum contrectanda vulnera, cum volumus ea glutinari.* Mitto C. V. libellos hic recens editos. Bene valeat C. V.

No. 4151. 13. Febr.

Senatui Rostoch.

† Ex apogr. in cod. Paris D. L. 54 [3].

Den Ehrbarn, Weisen und fürnehmen Herrn Burgermeistern und Rath der löblichen Stadt Rostock, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zu=

*) Secundum comput. annorum in aliis epp. scripta igitur esset haec anno 1542. Haud dubie in numero est mendum. — De Ionae petitione cf. etiam ep. d. 25. Ian. 1549.

vor. Ehrbare, weise, fürnehme, günstige Herrn. Ew. Weisheit Schrift belangend den achtbarn und hochgelahrten Herrn Doctor Melchior *Fendium*, Legenten in der löblichen Kunst der Arznei in der Universität allhie, meinen Herrn und guten Freund, hab ich empfangen, und füge E. W. zu wissen, daß wahr ist, daß ich Eur löblichen Stadt und Universität in allen möglichen und gebührlichen Sachen zu dienen willig bin, denn ich mit vielen ehrlichen, gelahrten Legenten in der Universität Rostock alle gute Freundschaft habe, bei welchen ich selb gern mögte leben *) in ehrlicher Arbeit vollenden möcht; darum ich auch Ewr Universität mit andern Personen zu zieren geneigt bin, so viel an mir ist. Es sind aber die Legenten allhie frei, zu bleiben oder sich an andere Ort zu begeben. Wiewohl nu gedachter Herr Doctor ein gut Gefallen hat an dem ehrlichen Wesen der Stadt und Universität Rostock und Ew. W. fleißig danket der vielfältigen freundlichen Erzeugungen gegen ihm: so ist doch wahr, daß ihm Schwachheit halben seines eignen Leibes und seiner tugendsamen Hausfrauen unbequem seyn will, weit zu reisen, und eine neue Haushaltung an fremden Orten anzurichten. So ist auch wahr, daß diese Universität zu Wittenberg, in welcher er lange Zeit treulich und nützlich gearbeitet hat, sein bedarf, und ihn nicht gern von sich kommen läßt. Darum wollten Ew. W. dieses von mir nit unfreundlich verstehen, daß ich nit bei ihm angehalten, daß er sich wegbegeben sollt. E. W. wollten auch mit ihm selb Geduld haben, daß er in dieser Betrachtung seiner Schwachheit Scheue hat, Veränderung seiner Wohnung und gewöhnlichen Haushaltung fürzunehmen. Und wo ich Ewr löblichen Stadt und Universität dienen kann, dazu erbieth ich mich willig. Der allmächtig Gott Vatter unsers Heilands Jesu Christi wollt Ewr Kirchen, Stadt und Universität gnädiglich bewahren und regirn. Datum Witeberg anno 1548, die 13. Februarii, an welchem Tag vor 1712 Jahren Nicanor, der den Tempel Gottes zu Jerusalem zerstören wollt, erschlagen ist. Mit welchem Exempel Gott seine Gegenwärtigkeit bei der Kirchen erzeigt hat, und damit uns erinnert, ob er uns gleich strafet, daß er dennoch allezeit ihm ein Häuflein erhalten will.

Philippus Melanthon.

*) Aut pro mögte leben legendum est: mein Leben, aut exciderunt: und mein Leben.

No. 4152. **16. Febr.**

N. Medlero.

Ex apographo in cod. Bav. Vol. I. p. 711. edita a Danzio in epp. ad Medl. ep. 76. — Nunc ex eodem codice descripta.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Nicolao Medlero, Doctori Theologiae, gubernanti Ecclesiam in inclyta Brunswiga, amico suo colendo

S. D. Reverende domine doctor et amice carissime. Scis quam periculose sit scribere de ea quaestione, quam ad nos misisti *), praesertim hoc tempore, quo omnia plena sunt Cocytiorum [1]) et Curiosorum, qui late spargunt scripta et postea venenatissimae interpretationes affinguntur [2]). Ideo non possumus literis respondere **). Sed disputationis fontes ipse consideres. Alia est functio docentium in ecclesiis et scholis, alia politicae gubernationis in pace, alia res est militia. Pastor ecclesiae huius [3]) necessariam habuit causam manendi. Nam ecclesiae non sunt deserendae, etiam cum mutantur imperia. Et scholae sunt adiunctae Ecclesiis. Unde enim sumerentur ministri Evangelii, si scholae prorsus delerentur? Nec ideo vel belli vel aliorum consiliorum aulicorum [4]) approbatores sumus. Censeo etiam recte facere eos, qui in civitatibus regunt politias ***). Transferuntur imperia multis casibus, nec possibile est singulis patribus familiarum, transferre familias parvas. Illi, qui nos reprehendunt, qui in hac servitute vivimus, cur non dimicarunt, cur non defenderunt nos, praesertim cum ipsi non defugerimus ulla pericula? Sed omitto has que-

*) Quare fuerit quaestio, non quidem satis perspicitur, sed ex epistola ad Medlerum scripta die aequinoctii verni h. a. apparet, nobilem quondam fuisse, qui quaestionem moverat.

1) Danz. *Corcyraeorum*, ex mendo.

2) *et postea* etc.] Danz. haec mutavit sic: *quae postea venenatissima interpretatione aliis affinguntur.* Si quid mutandum est, putaverim venenatiss*imas* et affing*unt* scribendum esse.

**) Videtur igitur quaestio missa non ad Melanthonem solum, sed etiam ad Bugenhagium et Eberum, neque a Medlero ipso mota fuisse, sed tantum per Medlerum Wittebergensibus missa.

3) *huius*] Danz. edidit *hanc*. Sed excidit *urbis*, vel etiam scribendum est: *huius ecclesiae*. Loquitur de Bugenhagio.

4) *aulicorum*] in textu Bavari legitur quidem *bellicorum*, sed ipse Bavarus margini adscripsit: *alii*: *aulicorum*.

***) Quanam in re? non intelligitur. Fortasse in apographo aliquid est pratermissum.

relas, nec puto illi praestanti viro de praeteritis[5]) disputandum esse. Impendent futuri motus. In his cogitet, quarum velit esse partium, de futura illa militia deliberet, in qua ego bene moratarum civitatum iniustam oppressionem et dissuasi et deploro. Iudico, satis responsum esse, teque oro, ut hanc meam epistolam boni consulas. Si coram colloqui possemus, planius haec exponerem, etsi nihil est obscuri in hac responsione. Bene vale. Mense Februario 16. die, anno 1548.

Philippus Melanthon.

No. 4153. 17. Febr.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 41. (ed. Lond. lib. II. ep. 23.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Cum semper aliqua sit Ecclesia, quae ut Paulus inquit, columna est veritatis; nunquam mihi placuit omnia Synodorum testimonia pariter abiicere. Ideo moderatius de Synodis veteribus loquutus sum quam plerique alii. Et certe decet iudicia modesta esse, sed tamen nec vetera decreta omnia laudari possunt. Et istos conventus Monachorum, qui nunc a Romano Pontifice coacti sunt, non ad veritatem illustrandam, sed stabilienda tetra idola, non iudico Ecclesiae Dei Synodos esse, sed *ἀγορὰς κερκόπων*, ut vetustas loquebatur. Vidi libellum quem misisti, qui testatur, ibi ne hos quidem audiri, qui sunt addicti Romano Pontifici, si quid moneant rectius. Vidi postea recentiora decreta *Bononiensia*, quorum adeo manifesta est absurditas et impietas, ut cum proferentur, magis confirmatura sint pios, quam perterrefactura. Decrevi de eis Germanica lingua admonitionem edere. Bene vale, die 17. Februarii. Salutem opto D. *Balthasaro*, teque oro ut saepe scribas.

No. 4154. 17. Febr.

Emerico.

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 58.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti D. Emerico, gubernanti scholam literarum in Salinis Saxonicis, amico suo cariss.

Carissime Emerice. Meministi *Stigelii*, optimi poëtae versus:

Utque alii alios de relligione docerent
Contiguas pietas iussit habere domos.

Aut si graece voles:

Ἀνθρώπων γένος εἶναι ἐφέστιον αὐτὸς ὁ κτιστής
Βούλετο, ἀλλήλους ὥςτε διδασκόμενον.

Cum igitur Deus devinxerit genus humanum inter sese multis vinculis, ut in eorum societate viveret, necesse est, singulos multis aliorum officiis uti, quae tamen modeste petenda sunt. Mihi sale opus est, et ut massa mihi ematur, pretium mitto. Quaeso in ea re, ut operam tuam mihi praestes, emas, et huic aurigae huc transvehendam massam tradas. O vos beatos, qui non salem candidum, sed doctrinam etiam candidiorem habetis, quam qualem gignunt Synodi Italicae, quae tam insulsa decreta ediderunt de poenitentia, quorum manifesta est absurditas. Deus nobis Salinam et salem coelestem servet, hoc est doctrinam, ac verum et incorruptum iudicium. Mitto tibi orationem, cuius lectionem spero tibi non insuavem fore. B. V. et rescribe. Salutem opto viro clariss. D. *Chiliano*, et ut filiae connubio Deus adsit, toto eum pectore oro. Die 17. Febr. 48.

No. 4155. (17. Febr.)

Studiosis.

Scripta publ. Witteb. I. p. 206 sq.

Philippus Melanthon (Studiosis).

Hodie non legam, sed cras Deo iuvante rursus enarrabo Sententias Salomonis. Deinde die Lunae hora nona praelecturus sum. Nam prandii horam differendam esse, et Lectores et Senatores censuerunt, quia studiis et precationi antemeridiana tempora magis idonea sunt. Et veteres a matutinis negotiis circa meridiem ad precationem publicam conveniebant, ut Iosephus de Essaeis scribit. Ac mora haec convenientior est oeconomicis operis in culinis.

---

5) Danz. *praeterito.*

vor. Ehrbare, weise, fürnehme, günstige Herrn. Ew. Weisheit Schrift belangend den achtbarn und hochgelahrten Herrn Doctor Melchior *Fendium*, Legenten in der löblichen Kunst der Arznei in der Universität allhie, meinen Herrn und guten Freund, hab ich empfangen, und füge E. W. zu wissen, daß wahr ist, daß ich Eur löblichen Stadt und Universität in allen möglichen und gebührlichen Sachen zu dienen willig bin, denn ich mit vielen ehrlichen, gelahrten Legenten in der Universität Rostock alle gute Freundschaft habe, bei welchen ich selb gern mögte leben *) in ehrlicher Arbeit vollenden möcht; darum ich auch Ewr Universität mit andern Personen zu zieren geneigt bin, so viel an mir ist. Es sind aber die Legenten allhie frei, zu bleiben oder sich an andere Ort zu begeben. Wiewohl nu gedachter Herr Doctor ein gut Gefallen hat an dem ehrlichen Wesen der Stadt und Universität Rostock und Ew. W. fleißig danket der vielfältigen freundlichen Erzeugungen gegen ihm: so ist doch wahr, daß ihm Schwachheit halben seines eignen Leibes und seiner tugendsamen Hausfrauen unbequem seyn will, weit zu reisen, und eine neue Haushaltung an fremden Orten anzurichten. So ist auch wahr, daß diese Universität zu Wittenberg, in welcher er lange Zeit treulich und nützlich gearbeitet hat, sein bedarf, und ihn nicht gern von sich kommen läßt. Darum wollten Ew. W. dieses von mir nit unfreundlich verstehen, daß ich nit bei ihm angehalten, daß er sich wegbegeben sollt. E. W. wollten auch mit ihm selb Geduld haben, daß er in dieser Betrachtung seiner Schwachheit Scheue hat, Veränderung seiner Wohnung und gewöhnlichen Haushaltung fürzunehmen. Und wo ich Ewr löblichen Stadt und Universität dienen kann, dazu erbieth ich mich willig. Der allmächtig Gott Vatter unsers Heilands Jesu Christi wollt Ewr Kirchen, Stadt und Universität gnädiglich bewahren und regirn. Datum Witeberg anno 1548, die 13. Februarii, an welchem Tag vor 1712 Jahren Nicanor, der den Tempel Gottes zu Jerusalem zerstören wollt, erschlagen ist. Mit welchem Exempel Gott seine Gegenwärtigkeit bei der Kirchen erzeigt hat, und damit uns erinnert, ob er uns gleich strafet, daß er dennoch allezeit ihm ein Häuflein erhalten will.

Philippus Melanthon.

*) Aut pro mögte leben legendum est: mein Leben, aut exciderunt: und mein Leben.

No. 4152. **16. Febr.**

N. Medlero.

Ex apographo in cod. Bav. Vol. I. p. 711. edita a Danzio in epp. ad Medl. ep. 76. — Nunc ex eodem codice descripta.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Nicolao Medlero, Doctori Theologiae, gubernanti Ecclesiam in inclyta Brunswiga, amico suo colendo

S. D. Reverende domine doctor et amice carissime. Scis quam periculose sit scribere de ea quaestione, quam ad nos misisti *), praesertim hoc tempore, quo omnia plena sunt Cocytiorum[1]) et Curiosorum, qui late spargunt scripta et postea venenatissimae interpretationes affinguntur[2]). Ideo non possumus literis respondere **). Sed disputationis fontes ipse consideres. Alia est functio docentium in ecclesiis et scholis, alia politicae gubernationis in pace, alia res est militia. Pastor ecclesiae huius[3]) necessariam habuit causam manendi. Nam ecclesiae non sunt deserendae, etiam cum mutantur imperia. Et scholae sunt adiunctae Ecclesiis. Unde enim sumerentur ministri Evangelii, si scholae prorsus delerentur? Nec ideo vel belli vel aliorum consiliorum aulicorum[4]) approbatores sumus. Censeo etiam recte facere eos, qui in civitatibus regunt politias ***). Transferuntur imperia multis casibus, nec possibile est singulis patribus familiarum, transferre familias parvas. Illi, qui nos reprehendunt, qui in hac servitute vivimus, cur non dimicarunt, cur non defenderunt nos, praesertim cum ipsi non defugerimus ulla pericula? Sed omitto has que-

*) Quare fuerit quaestio, non quidem satis perspicitur, sed ex epistola ad Medlerum scripta die aequinoctii verni h. a. apparet, nobilem quondam fuisse, qui quaestionem moverat.

1) Danz. *Corcyraeorum*, ex mendo.

2) *et postea* etc.] Danz. haec mutavit sic: *quae postea venenatissima interpretatione aliis affinguntur.* Si quid mutatum est, putaverim venenatissimas et affingunt scribendum esse.

**) Videtur igitur quaestio missa non ad Melanthonem solum, sed etiam ad Bugenhagium et Eberum, neque a Medlero ipso mota fuisse, sed tantum per Medlerum Wittebergensibus missa.

3) *huius*] Danz. edidit *hanc.* Sed excidit *urbis*, vel etiam scribendum est: *huius ecclesiae.* Loquitur de Bugenhagio.

4) *aulicorum*] in textu Bavari legitur quidem *bellicorum*, sed ipse Bavarus margini adscripsit: *alii*: *aulicorum.*

***) Quanam in re? non intelligitur. Fortasse in apographo aliquid est pratermissum.

relas, nec puto illi praestanti viro de praeteritis[5]) disputandum esse. Impendent futuri motus. In his cogitet, quarum velit esse partium, de futura illa militia deliberet, in qua ego bene moratarum civitatum iniustam oppressionem et dissuasi et deploro. Iudico, satis responsum esse, teque oro, ut hanc meam epistolam boni consulas. Si coram colloqui possemus, planius haec exponerem, etsi nihil est obscuri in hac responsione. Bene vale. Mense Februario 16. die, anno 1548.

Philippus Melanthon.

No. 4153. 17. Febr.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 41. (ed. Lond. lib. II. ep. 23.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Cum semper aliqua sit Ecclesia, quae ut Paulus inquit, columna est veritatis; nunquam mihi placuit omnia Synodorum testimonia pariter abiicere. Ideo moderatius de Synodis veteribus loquutus sum quam plerique alii. Et certe decet iudicia modesta esse, sed tamen nec vetera decreta omnia laudari possunt. Et istos conventus Monachorum, qui nunc a Romano Pontifice coacti sunt, non ad veritatem illustrandam, sed stabilienda tetra idola, non iudico Ecclesiae Dei Synodos esse, sed ἀγορὰς κερκόπων, ut vetustas loquebatur. Vidi libellum quem misisti, qui testatur, ibi ne hos quidem audiri, qui sunt addicti Romano Pontifici, si quid moneant rectius. Vidi postea recentiora decreta *Bononiensia*, quorum adeo manifesta est absurditas et impietas, ut cum proferentur, magis confirmatura sint pios, quam perterrefactura. Decrevi de eis Germanica lingua admonitionem edere. Bene vale, die 17. Februarii. Salutem opto D. *Balthasaro*, teque oro ut saepe scribas.

No. 4154. 17. Febr.

Emerico.

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 53.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti D. Emerico, gubernanti scholam literarum in Salinis Saxonicis, amico suo cariss.

Carissime Emerice. Meministi *Stigelii*, optimi poëtae versus:

Utque alii alios de relligione docerent
Contiguas pietas iussit habere domos.

Aut si graece voles:

Ἀνθρώπων γένος εἶναι ἐφέστιον αὐτὸς ὁ κτιστὴς
Βούλετο, ἀλλήλους ὥςτε διδασκόμενον.

Cum igitur Deus devinxerit genus humanum inter sese multis vinculis, ut in eorum societate viveret, necesse est, singulos multis aliorum officiis uti, quae tamen modeste petenda sunt. Mihi sale opus est, et ut massa mihi ematur, pretium mitto. Quaeso in ea re, ut operam tuam mihi praestes, emas, et huic aurigae huc transvehendam massam tradas. O vos beatos, qui non salem candidum, sed doctrinam etiam candidiorem habetis, quam qualem gignunt Synodi Italicae, quae tam insulsa decreta ediderunt de poenitentia, quorum manifesta est absurditas. Deus nobis Salinam et salem coelestem servet, hoc est doctrinam, ac verum et incorruptum iudicium. Mitto tibi orationem, cuius lectionem spero tibi non insuavem fore. B. V. et rescribe. Salutem opto viro clariss. D. *Chiliano*, et ut filiae connubio Deus adsit, toto eum pectore oro. Die 17. Febr. 48.

No. 4155. (17. Febr.)

Studiosis.

Scripta publ. Witteb. I. p. 206 sq.

Philippus Melanthon (Studiosis).

Hodie non legam, sed cras Deo iuvante rursus enarrabo Sententias Salomonis. Deinde die Lunae hora nona praelecturus sum. Nam prandii horam differendam esse, et Lectores et Senatores censuerunt, quia studiis et precationi antemeridiana tempora magis idonea sunt. Et veteres a matutinis negotiis circa meridiem ad precationem publicam conveniebant, ut Iosephus de Essaeis scribit. Ac mora haec convenientior est oeconomicis operis in culinis.

---

5) Danz. *praeterito.*

aetas imago sit nostri temporis. Non solum Monarchae Ethnici gerebant bella in Iudaea: sed ipsi sacerdotes inter sese dimicabant, et vagabantur in Iudaea omnium hominum petulantissimi. *Syriaci*, *Aegyptii*, *Arabici*, *Parthici*, *Romani* milites. Inter haec latrocinia crudelissimorum et libidinosissimorum hominum tamen servatae sunt hae matronae, forma, et ingeniis praestantes, *Elizabeth Maria*, *Anna*, et aliae innumerabiles. Hoc exemplum saepe me consolatur. Video solius Dei ope custodiri reliquias invocantes ipsum, et abditas aram ipsius. Ita spero nunc quoque inter tumultus et latrocinia horum temporum aliquas Ecclesiae et docentium et discentium reliquias Deum servaturum esse. *Georgii* reditum opto esse faustum et felicem. Sed cum nova exilia nobis metuenda sint, prudenter fecisset, si diutius apud C. V. mansisset. Pagellas quas habui recentissimas misi viro clarissimo D. Doctori *Augustino*. Bene valeat Cels. Vestra.

No. 4163. 1. Mart.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 381 sq.

Marco Crodelio, gubernanti scholam Torgav.

S. D. Chariss. D. Marce. Cum Torgae essemus, volui de *Bremseliana* pecunia cum viris honestissimis, Consulibus oppidi Torgae loqui. Sed alia negotia vel impedierunt, vel excusserunt hanc mihi cogitationem. Nunc Matris et filiae inopia cogit nos ea de re scribere. Queso, ut alloquaris Consules, ut mitti pecuniam curent: Ipsis res nota est: Ideo narrationem longiorem omitto. Oro autem, ut propter orphanas filias, cum sciant, orphanos a Deo commendatos esse gubernatoribus, hanc rem diligenter perfici curent. Tibi pagellas mitto. Et te oro, ut ad nos expatieris. Bene vale, et rescribe. Cal. Martiis 1548.

Philippus Melanthon.

No. 4164. 3. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 586 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 729.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camer. Pab. amico et fratri suo carissimo,

S. D. Quo die *Mattheus* iter ingressus est, accepisse te nostras litteras ratiocinor. Atque nunc quidem nihil habemus ἀξιόλογον. Et de iis mutationib. quas impendere metuimus, coram loquemur. Illa enim argumenta, ut Aristoteles dicere solebat, non sunt ἐπιστολικά, etsi ego quidem nostras epistolas volo de illis ipsis rebus praecipue concionari. Nihil est enim in meis consiliis aut opinionib. quod occultari velim.

Hodie adolescens εὐγενὴς rediens ex Augustano conventu, iturus in Prussiam hac iter fecit, ac properat. De Repub. non multa narrare potuit:

νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ

Sed ait expectari adventum filii Caroli Imp. eamque morae caussam esse in deliberationibus publicis. Sperat non concessurum Carolum Imp. ut Prussiae bellum inferatur. Sed mirandae sunt occultationes consiliorum.

Eberi historiam brevi ut spero istuc afferam. Omnino enim ad vos expatiari decrevi. Hospiti tuo spero lectionem eius historiae de Ecclesiae senecta, aliquam levationem allaturam esse moesticiae. Sed plura coram. Bene et feliciter vale. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi conditor Ecclesiae suae servet te et Ecclesiam tuam domesticam. Iterum vale, IIII. Non. Martii.

Philippus Melanth.

No. 4165. 5. Mart.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 644 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Heri literas D. *Hieronymi Bomgartneri* accepi recens scriptas, in quibus haec continentur. In deliberatione de Ecclesiis tantum certamen recens fuit de consecratione aquae et salis, ut eius rei constitutio reiecta sit ad Imperatorem. Ego a tam stultis et futilibus[1]) contentionibus abesse me valde gaudeo, et Deum oro, ne ad eos adduci me sinat. In Ducatum *Wirtebergensem*

1) Sic A. D., sed Saubert. edidit: *ego a talibus content.*

suas petitiones variis technis. Nunc vero etiam foedus fecisse Pontificem et regem Gallicum. Petivit igitur edicta proponi, ne Germani militent sub signis Gallicis et Pontificiis. Sed haec fortassis alii iam significarunt. Bene vale et saepissime ad nos scribito. 26. Febr. 1548.

No. 4160. 28. Febr.

Io. Stigelio.

Denz. ep. ad Stigel. ep. 32. Cod. Goth. 188. ep. 89.

Viro clarissimo, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ καὶ ταῖς Μούσαις φιλτάτῳ, amico suo, S. D.

Narrationem heri cum et ipse legerem, et recitari audirem de Cannanaea supplice, multa cogitavi de Ecclesia, quae hoc tempore similibus gemitibus vere implorat opem a filio Dei. Nec erunt irriti gemitus, etiamsi differtur liberatio. Leniet filius Dei et illustriss. Principi *), et Ecclesiae calamitatem; ac principem, spero, brevi rediturum esse. Sed in Ecclesia propter statum, quem nunc constituere conantur, quem vocant *Interim*, novi motus erunt, quos Deus gubernet et mitiget. Mitto tibi pagellas recens editas, etsi tuae elegantiae non congruentes.

Nosti enim maciem nostrae orationis, et in hac moestitia, etiamsi quid fuisset ingenii, extinctum esset. Sed benevolentia erga te mea, et studium erga Ecclesiam et literas non extinguentur. Bene vale, die 28. Februarii, quo ante annum mea filia procul a patria in sepulchrum illata est, cui det Deus non modo κούφην γαίαν, sed etiam dulcem coelestis Ecclesiae consuetudinem. 1548.

Philippus Melanthon.

No. 4161. (mense Febr.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 598 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 729.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico et fratri suo cariss.

S. D. Et fatum ultimi temporis Ecclesiae et poenas magnorum veterum et recentium peccatorum agnosco et deploro, cum de confusionib. Ecclesiae cogito, quarum longa est et inextricabilis tela. Sed servabit tamen Deus aliquod semen sanctum, et ut servet, toto eum pectore oro.

Pagellam vobis mitto, in qua recensentur διαιτηταὶ controversiarum Ecclesiae, quorum deliberatio utinam salutaris sit miserrimae Germaniae, cuius calamitas vere respondet nomini *Almana*, id est, vidua. Mitto et *Poloni* praedictionem, in qua nihil est insigne praeter hanc ipsam particulam, in qua narrat has de Ecclesiis deliberationes, quae nunc institutae sunt, futuras esse. Doctori *Modestino* ostendi cures patris epistolam.

Hodie hinc nuncius proficiscitur Lubecam. *Paulus* noster nunc edit historiam populi Iudaici contextam a reditu ex Chaldaea, usque ad Solymorum excidium. Prorsus est imago huius temporis. Ideo edi curavi *). Spero te consilium editionis probaturum esse. Caetera coram. Bene et feliciter vale. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi te et tuos servet incolumes.

Phil. Melan.

Siquid *Modestinus* litterarum ad me mittet, curabo perferri ad patrem. Habemus enim crebros tabellarios.

No. 4162. (mense Febr.)

Georgio Pr. Anhalt.

Epist. lib. II. p. 197. (ed. Lond. lib. II. ep. 187.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et reverendissime Princeps, Cels. Vestra scit oportere notam esse doctis et piis continuam Ecclesiae historiam, quantum ex veris monumentis colligi potest. Iussi igitur *Paulum Eberum* contexere historiam populi Iudaici post reditum ex Babylone. Et compendii modum talem instituimus, ne prolixitas sit ingrata. Spero multis gratum fore lectionem, praesertim cum illa

---

*) Videlicet Ioanni Friderico captivo.

*) Forte quia ipse scripsit. C. W.

aetas imago sit nostri temporis. Non solum Monarchae Ethnici gerebant bella in Iudaea: sed ipsi sacerdotes inter sese dimicabant, et vagabantur in Iudaea omnium hominum petulantissimi. *Syriaci*, *Aegyptii*, *Arabici*, *Parthici*, *Romani* milites. Inter haec latrocinia crudelissimorum et libidinosissimorum hominum tamen servatae sunt hae matronae, forma, et ingeniis praestantes, *Elizabeth Maria*, *Anna*, et aliae innumerabiles. Hoc exemplum saepe me consolatur. Video solius Dei ope custodiri reliquias invocantes ipsum, et abditas aram ipsius. Ita spero nunc quoque inter tumultus et latrocinia horum temporum aliquas Ecclesiae et docentium et discentium reliquias Deum servaturum esse. *Georgii* reditum opto esse faustum et felicem. Sed cum nova exilia nobis metuenda sint, prudenter fecisset, si diutius apud C. V. mansisset. Pagellas quas habui recentissimas misi viro clarissimo D. Doctori *Augustino*. Bene valeat Cels. Vestra.

No. 4163. 1. Mart.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 381 sq.

Marco Crodelio, gubernanti scholam Torgav.

S. D. Chariss. D. Marce. Cum Torgae essemus, volui de *Bremseliana* pecunia cum viris honestissimis, Consulibus oppidi Torgae loqui. Sed alia negotia vel impedierunt, vel excusserunt hanc mihi cogitationem. Nunc Matris et filiae inopia cogit nos ea de re scribere. Queso, ut alloquaris Consules, ut mitti pecuniam curent: Ipsis res nota est: Ideo narrationem longiorem omitto. Oro autem, ut propter orphanas filias, cum sciant, orphanos a Deo commendatos esse gubernatoribus, hanc rem diligenter perfici curent. Tibi pagellas mitto. Et te oro, ut ad nos expatieris. Bene vale, et rescribe. Cal. Martiis 1548.

Philippus Melanthon.

No. 4164. 3. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 586 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 729.).

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camer. Pab. amico et fratri suo carissimo,

S. D. Quo die *Mattheus* iter ingressus est, accepisse te nostras litteras ratiocinor. Atque nunc quidem nihil habemus ἀξιόλογον. Et de iis mutationib. quas impendere metuimus, coram loquemur. Illa enim argumenta, ut Aristoteles dicere solebat, non sunt ἐπιστολικὰ, etsi ego quidem nostras epistolas volo de illis ipsis rebus praecipue concionari. Nihil est enim in meis consiliis aut opinionib. quod occultari velim.

Hodie adolescens εὐγενὴς rediens ex Augustano conventu, iturus in Prussiam hac iter fecit, ac properat. De Repub. non multa narrare potuit:

νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ

Sed ait expectari adventum filii Caroli Imp. eamque morae caussam esse in deliberationibus publicis. Sperat non concessurum Carolum Imp. ut Prussiae bellum inferatur. Sed mirandae sunt occultationes consiliorum.

Eberi historiam brevi ut spero istuc afferam. Omnino enim ad vos expatiari decrevi. Hospiti tuo spero lectionem eius historiae de Ecclesiae senecta, aliquam levationem allaturam esse moesticiae. Sed plura coram. Bene et feliciter vale. Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi conditor Ecclesiae suae servet te et Ecclesiam tuam domesticam. Iterum vale, IIII. Non. Martii.

Philippus Melanth.

No. 4165. 5. Mart.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 644 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Heri literas D. *Hieronymi Bomgartneri* accepi recens scriptas, in quibus haec continentur. In deliberatione de Ecclesiis tantum certamen recens fuit de consecratione aquae et salis, ut eius rei constitutio reiecta sit ad Imperatorem. Ego a tam stultis et futilibus[1]) contentionibus abesse me valde gaudeo, et Deum oro, ne ad eos adduci me sinat. In Ducatum *Wirtebergensem*

---

1) Sic A. D., sed Saubert. edidit: *ego a talibus content.*

mittuntur copiae Hispanicae, et tempus breve praescriptum est Duci, intra quod Regi *Ferdinando* solvere, nescio quantum, debet: nisi solverit, Ducatus occupabitur. Et quorundam sunt hi sermones, Imperat. Regis filio *Maximiliano* daturum esse Sueviam, Ducatum Wirtebergensem et Alsatiam, cum Regio titulo. Sed Deus haec consilia de Ecclesia et de Imperiis impediet.

Quod hactenus nondum ad optimum Principem captivum scripsi, et propter titulum et propter magnitudinem dolorum meorum, et occupationum assiduitatem instituere convenientem epistolam non potui: Scribam tamen, et quidem ipsum multo beatiorem esse iudico in hac fortuna, propterea qui abest a deliberationibus stultis et impiis[2]), quam alios, qui videntur florere, quos illis deliberationibus interesse necesse est. Bene valete. Deus aeternus, Pater Domini nostri Iesu Christi, servet et regat vos et honestissimam coniugem vestram, et dulcissimos liberos. Die 5. Martii.

Philippus.

No. 4166. 7. Mart.

Val. Heckero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[1].

Valentino Hecker, Pastori Ecclesiae in Schwibosen.

S. D. Venerande vir et amice carissime. Tueamur coniunctionem nostram eo maiore studio, quia in adversariis crescit rabies. Scis edictis Regis pelli ex Ecclesiis pios pastores, et audio minacia dicta in conventu Augustano proponi. Oremus autem filium Dei, ut nos protegat et gubernet, qui dixit: ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Colligit Ecclesiam, et non aliter nisi voce Evangelii. Hac nos consolatione erigamus. De illa misera, quae vexatur a malo spiritu, tantum hoc damus consilium, ut pia precatione pugnetis, et curetis corpus imbecille recte regi cibo et somno et consuetudine placidorum hominum custodiri. Exempla vidimus aliarum, quae sic curatae sunt et hodie vivunt et recte valent. Diaconum mittemus, Deo iuvante, intra octiduum. Bene vale. Die 7. Martii.

Ph.

No. 4167. 10. Mart.

Graeserus ad Melanthonem.

† Ex autographo Graeseri in cod. Goth. 123. ep. 109.

Magnifico et clariss. viro, domino Philippo Melanthoni, suo domino observandissimo.

Gratiam per Christum tibi multiplicetur. Ago tibi, piissime ac doctissime domine Philippe, gratias ecclesiae nostrae nomine, quod curam illius susceperis, et diaconum nobis dispexeris, de cuius utilitate et fructu, quem allaturus est, nihil dubitamus, tantum enim excellentiae tuae iudicio tribuimus, ut non ulteriore cura nobis in iudicando illo, quem missurus es, opus esse arbitremur. Proinde veniat cum libet, ut ipsum et videamus et audiamus. Officium suum arripiet septimana quae sequitur paschatis ferias; interim nos eius, qui victa defunctus est, vices agemus, ut viduae miserae istuc cedat pecunia.

Dominus *Kumerstadius*, cum tabellio literas tuas mihi redderet, domi non erat, proinde nuncium ad ipsum misi. Agit in praedio suo haud procul ab oppido *Hayn*, unde ipsum ad literas tuas responsurum non dubito. Augustanas reformationes merito omnes metuimus. Video enim, aulicis ecclesias reformare impossibile esse. Ego delectos illos, quorum catalogum hic vidimus, de forma et modo colloquii duntaxat acturos putavi, sed audio, ipsos esse reformatores, et iam dudum de Cana caprina magnis clamoribus et saevis contentiose decertasse. Mori profecto satius esset, quam eiusmodi nugas recipere. Sed Deo nos et ecclesias nostras commendabimus. Ille filii suae causae dubio procul non deerit, nec superis detrudi regnis ipsum patietur. Vivet corpus eius, donec caput vivum fuerit, nec rex erit sine regno et populo, etiam si non omnes populi ipsum regem agnoscant. Eius filii Dei populi pars esse omnes pii studebunt; id quod et mihi curae erit, donec vixero, Deo per Spiritum S. adiuvante, Amen.

Apud nos nihil est fere novi, quod excellentiam tuam rescire operae pretium putem, nisi quod M. *Ioannes Tettelbach*, olim diaconus no-

---

2) Sic. A. D., sed Saubert. a *deliberationibus illis*.

vor. Ehrbare, weise, fürnehme, günstige Herrn. Ew. Weisheit Schrift belangend den achtbarn und hochgelahrten Herrn Doctor Melchior *Fendium*, Legenten in der löblichen Kunst der Arznei in der Universität allhie, meinen Herrn und guten Freund, hab ich empfangen, und füge E. W. zu wissen, daß wahr ist, daß ich Eur löblichen Stadt und Universität in allen möglichen und gebührlichen Sachen zu dienen willig bin, denn ich mit vielen ehrlichen, gelahrten Legenten in der Universität Rostock alle gute Freundschaft habe, bei welchen ich selb gern mögte leben *) in ehrlicher Arbeit vollenden möcht; darum ich auch Ewr Universität mit andern Personen zu zieren geneigt bin, so viel an mir ist. Es sind aber die Legenten allhie frei, zu bleiben oder sich an andere Ort zu begeben. Wiewohl nu gedachter Herr Doctor ein gut Gefallen hat an dem ehrlichen Wesen der Stadt und Universität Rostock und Ew. W. fleißig danket der vielfältigen freundlichen Erzeugungen gegen ihm: so ist doch wahr, daß ihm Schwachheit halben seines eignen Leibes und seiner tugendsamen Hausfrauen unbequem seyn will, weit zu reisen, und eine neue Haushaltung an fremden Orten anzurichten. So ist auch wahr, daß diese Universität zu Wittenberg, in welcher er lange Zeit treulich und nützlich gearbeitet hat, sein bedarf, und ihn nicht gern von sich kommen läßt. Darum wollten Ew. W. dieses von mir nit unfreundlich verstehen, daß ich nit bei ihm angehalten, daß er sich wegbegeben sollt. E. W. wollten auch mit ihm selb Geduld haben, daß er in dieser Betrachtung seiner Schwachheit Scheue hat, Veränderung seiner Wohnung und gewöhnlichen Haushaltung fürzunehmen. Und wo ich Ewr löblichen Stadt und Universität dienen kann, dazu erbieth ich mich willig. Der allmächtig Gott Vatter unsers Heilands Jesu Christi wollt Ewr Kirchen, Stadt und Universität gnädiglich bewahren und regirn. Datum Witeberg anno 1548, die 13. Februarii, an welchem Tag vor 1712 Jahren Nicanor, der den Tempel Gottes zu Jerusalem zerstören wollt, erschlagen ist. Mit welchem Exempel Gott seine Gegenwärtigkeit bei der Kirchen erzeigt hat, und damit uns erinnert, ob er uns gleich strafet, daß er dennoch allezeit ihm ein Häuflein erhalten will.

Philippus Melanthon.

*) Aut pro mögte leben legendum est: mein Leben, aut exciderunt: und mein Leben.

No. 4152. 16. Febr.

N. Medlero.

Ex apographo in cod. Bav. Vol. I. p. 711. edita a Danzio in epp. ad Medl. ep. 76. — Nunc ex eodem codice descripta.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Nicolao Medlero, Doctori Theologiae, gubernanti Ecclesiam in inclyta Brunswiga, amico suo colendo

S. D. Reverende domine doctor et amice carissime. Scis quam periculose sit scribere de ea quaestione, quam ad nos misisti *), praesertim hoc tempore, quo omnia plena sunt Cocytiorum [1]) et Curiosorum, qui late spargunt scripta et postea venenatissimae interpretationes affinguntur [2]). Ideo non possumus literis respondere **). Sed disputationis fontes ipse consideres. Alia est functio docentium in ecclesiis et scholis, alia politicae gubernationis in pace, alia res est militia. Pastor ecclesiae huius [3]) necessariam h. buit causam manendi. Nam ecclesiae non sunt deserendae, etiam cum mutantur imperia. Et scholae sunt adiunctae Ecclesiis. Unde enim sumerentur ministri Evangelii, si scholae prorsus delerentur? Nec ideo vel belli vel aliorum consiliorum aulicorum [4]) approbatores sumus. Censeo etiam recte facere eos, qui in civitatibus regunt politias ***). Transferuntur imperia multis casibus, nec possibile est singulis patribus familiarum, transferre familias parvas. Illi, qui nos reprehendunt, qui in hac servitute vivimus, cur non dimicarunt, cur non defenderunt nos, praesertim cum ipsi non defugerimus ulla pericula? Sed omitto has que-

*) Quare fuerit quaestio, non quidem satis perspicitur, sed ex epistola ad Medlerum scripta die aequinoctii verni h. a. apparet, nobilem quondam fuisse, qui quaestionem moverat.

1) Danz. *Corcyraeorum*, ex mendo.

2) *et postea* etc.] Danz. haec mutavit sic: *quae postea venenatissima interpretatione aliis affinguntur.* Si quid mutandum est, putaverim venenatiss*imas* et affing*unt* scribendum esse.

**) Videtur igitur quaestio missa non ad Melanthonem solum, sed etiam ad Bugenhagium et Eberum, neque a Medlero ipso mota fuisse, sed tantum per Medlerum Wittebergensibus missa.

3) *huius*] Danz. edidit *hanc*. Sed excidit *urbis*, vel etiam scribendum est: *huius ecclesiae.* Loquitur de Bugenhagio.

4) *aulicorum*] in textu Bavari legitur quidem *bellicorum*, sed ipse Bavarus margini adscripsit: *alii*: *aulicorum*.

***) Quanam in re? non intelligitur. Fortasse in apographo aliquid est praetermissum.

D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg.

S. D. Multis coniecturis ratiocinor totum Poëma τοῦ μεταξὺ ortum esse non ab Imperatore *Carolo*, sed ἀπὸ τοῦ μαργίτου, qui multos iam annos somniat fucosas et non duraturas conciliationes. Ne ego quidem de omnibus quaestionibus, quae in hac turbulenta aetate motae sunt, pugnandum censeo, ac[1]) multas consulto abieci. Sed tamen in tanta confusione disputationum aliquae res necessariae motae et illustratae sunt. Repetivi his diebus saepe ingemiscens integram doctrinam περὶ μετανοίας, in publicis praelectionibus *), propterea quod Synodus Bononiensis, quam video audaciorem esse τῆς ἐν τριαίνῃ συλλεχθείσης, et veteratoria et impia decreta fecit περὶ μετανοίας καὶ μυστηρίων δείπνου κυριακοῦ. Sed expecto τὸ μεταξύ, quod cum prolatum fuerit, novas fortassis Ecclesiarum et Scholarum dissipationes[2]) faciet. ἀλλὰ ταῦτα πάνυ μόνου θεοῦ ἐν γούνασι κεῖται. Gentem Saxonicam non dubito magnum bellum gesturam esse, quod Deus gubernet. Et huic genti praecipue significavit congressus ♄ et ♂ **) in Aegocerote.

Mitto tibi pagellas, et brevi mittam historiam Gentis Iudaicae contextam ab *Ebero*, a reditu ex Babylone usque ad excidium Solymorum. Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi conditor generis humani et Ecclesiae suae qui se patefecit misso filio, servet te incolumem et te regat. Bene vale. Die verni aequinoctii 1548.

Philippus Melanthon.

No. 4171. aequinoct.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 186.

Antonio Lauterbach, Past. Eccl. Pirnensis.

S. D. Reverende D. Antoni, et amice carissime! Narratio de Sene *Georgio Carlowitzio*, viro integerrimo, de quo certe et antea bene sensi, valde grata fuit mihi, et D. Pastori et aliis amicis nostris. Deus aeternus pater domini nostri I. C., conditor Ecclesiae suae servet et regat suos coetus, invocantes ipsum! Et servaturum esse spero, etsi profecto novi motus ingentes impendent. Conspecta sunt prodigia in arce sereno die species duorum exercituum inter se dimicantium prope *Quedelburg*; et non procul a *Salinis* urbis species in arce tanquam magno incendio conflagrantis; et in *conventu Augustano* deliberatio de eo, quod vocatur *Interim*, quid paritura sit, res ostendet. Nos oremus Deum, aeternum patrem domini nostri I. C., ut mitiget publicas et privatas calamitates. Bene et feliciter vale. Die aequinoctii verni, 1548.

P. M.

No. 4172. 15. Mart.

C. Othmanno.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 ᵇ.

Eruditione et virtute praestanti M. Casparo Othmanno, gubernanti studia doctrinae literarum et optimarum artium in urbe Leoberga, amico s.

S. D. Carissime fili. Meministi igitur et hanc sententiam in eo ipso scripto Isocratis extare, cuius mentionem facis: καλὸς θησαυρὸς παρ᾽ ἀνδρὶ σπουδαίῳ χάρις ὀφειλομένη. Gaudeo igitur, et mihi in animo tuo talem thesaurum repositum esse, etsi profecto tua et Ecclesiae causa magis gaudeo, te et multos praeditos bonis ingeniis veram et utilem doctrinam didicisse, ut semen sanctum reliquum sit, quod erudiat posteritatem. Etsi enim magnis fluctibus semper quassatur Ecclesia: tamen Deus aliqua agmina servat, ne notitia filii in terris extinguatur. Te quoque opto partem esse seminis sancti, ut vocat Esaias, quod custodiet doctrinam. Academia, Dei beneficio adhuc sonat eandem verae doctrinae vocem, quam sonabat, cum adesses, teque adhortor, ut ad philosophica studia redeas aliquanto post. Nondum enim in Saxonia finem bellorum esse metuo. Sed Deum oro, ut has aerumnas mitiget. Bene et feliciter vale. Idibus Martiis, quo die ante annos 1590

---

1) Camer. *et*, mendose.

*) Prodiit libellus: „Doctrina de poenitentia ideo repetita, ut praestigiae de satisfactionibus recens excogitatae a quibusdam Sophistis refutarentur." Viteb. 1549. 8.

2) Camer. *disputationes*, mendose.

**) *Saturni et Martis* edidit Camerar.

Iulius interfectus est*), cuius mors insigne exemplum est, quam facile ex summo fastigio excuti potentes possint. Sed salvi et incolumes sunt, quos Deus custodit. Iterum vale.

No. 4173. 15. Mart.

H. ab Einsiedel.

In *Kappii* Nachlese I. p. 359. primum edita ex autographo Philippi.

Dem Ehrenvesten und gestrengen Herrn Heinrich von Einsiedel, Rittern, meinen gunstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Ehrenvester und gestrenger Herr. Die Schriften, so mir E. Ehrenvest zugesandt, habe ich noch nicht gelesen, denn ich etliche anderer Herrn Sachen habe schreiben müssen, will aber gedachte E. Ehrnvest Schrift in wenig Tagen auch lesen, und meine Bedenken darauf stellen, und E. Ehrenvest Verzeichniß und meine Briefe an Ew. Ehr. Sohn zustellen, bitt Ew. E. wolle Gedult mit einem kleinen Verzug haben.

Unser Heiland Jesus Christus, der Sohn Gottes, der wahrhaftiglich die Christenheit wunderbarlich erhält und erhalten wird, der wolle E. E. und die Ihren auch gnädiglich bewahren.

Datum Witteberg am 15. Martii, auf welchen Tag vor 1590 Jahren der großmüthige Kaiser Julius erstochen ist, zum Exempel, daß das Glück unstät ist, und daß man in Demuth Gott fürchten und anrufen soll, und nicht zu weit greifen.

E. Ehrenvest
williger
Philippus Melanthon.

No. 4174. 17. Mart.

V. Strigelio.

Epist. lib. II. p. 124. (ed. Lond. lib. II. ep. 110.). — Autographon in cod. Vratisl. Vol. V. contulit nobis S. V. *Schulzius.*

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti D. Victorino Strigelio Augustano, amico suo,

S. D. Semper et amanter et praeclare de tuo ingenio ac animo sensi, teque spero feliciter Ecclesiae Dei serviturum esse ubicunque eris. Ac bona quadam spe hortator tibi fui, ut in urbem *Ienae* te conferres, quam ratiocinabar hospitium et literis et Ecclesiae Dei concessurum esse gratius. Sed, ut video, Ecclesia in deserta extruditur, ut olim magna agmina senum, sacerdotum, matronarum, infantum, puellarum expulsa sunt urbibus, et immissae cohortes centaurorum, ut equorum pedibus conculcarentur fugientes. Feramus his veteribus exemplis conformati*), similes miserias. Etsi vos quidem Dei beneficio, hospitium in illis vestris collibus tranquillum et gratum habituros spero. Initia Academiae vestrae et omnium temporum studia felicia esse opto. Ut Ecclesia una est, ubique coetus recte invocantium Filium Dei: ita unam ducamus esse scholam et concordiam tueamur. Bene et feliciter vale. Die 17. Martii, quo ante annos 1514 Lazarus ex morte in vitam vocatus est, quo testimonio Filius Dei ostendit, se posse opem ferre sine causis secundis. Ita et nunc speremus auxilium.

Phil. Melanthon.

No. 4175. 17. Mart.

H. Wellero.

Epist. lib. II. p. 285 sq. (ed. Lond. lib. II. ep. 288.).

D. Hieronymo Wellero

S. D. Clarissime vir et amice charissime, *Semper*, inquit Irenaeus, *adfuit Filius Dei humano generi, Ecclesiae videlicet suae.* Hic in diluvio sedens ad gubernaculum in Arca, *Argonautas* suos totum annum inter fluctus circumvexit, et exiguas Ecclesiae eius temporis reliquias servavit. Idem nunc quoque suam Argo servabit, etsi duriter quassatur. Quare pie facitis, quod studia literarum fovetis. *Iusti Menii* filium, doctum Graece et Latine, et non rudem mathematum allocuti sumus, *Marcellus* et ego, ut apud vos do-

*) Id evenit secundum Chronicon Charionis editum a Melanthone anno ante Christum natum quadragesimo secundo. Ergo epistola est scripta anno 1548. Cum hac computatione consentiunt Scripta publ. Acad. T. III. p. 65. Quum autem commemoret bellum in Saxonia (i. e. Saxonia inferiore) suspicor, epistolam esse scriptam anno 1557, et numerum 1590 mendose scriptum esse pro 1599.

*) Peuc. *confirmati.*

ceat*), et in ea urbe rursus Graecarum literarum studia exuscitet, ubi primum in his regionibus *Mosellanus* docuit. Et ipse ad vos proficisci cupit. Sed patri prius indicandum fuit nostrum consilium. O rem miseram! Irascuntur amici optime volentibus Ecclesiae et ipsis, quod Ecclesias in his locis non deserimus. Epectamus igitur vel ipsum *Menium* iuniorem, vel literas. Si retinebitur *Menius*, mittemus alium Deo iuvante, etiam idoneum. Mitto tibi pagellas, teque oro, ut saepe ad nos scribas. bene et feliciter vale. Die 17. Martii, quo ante annos 1514 ex morte revocatus est in vitam Lazarus, quo testimonio confirmati, certo sciamus promissiones Filii Dei veras esse, et auxilium expectemus.

*) Recusavit hoc Menius. Vid. ep. ad Wellerum d. 1. Maii 1548.

No. 4176. 17. Mart.

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 25. Cod. Goth. 188. ep. 94.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ καὶ ταῖς Μούσαις φίλῳ, amico suo cariss. S. D.

Semper, inquit Irenaeus, adfuit filius Dei generi humano, Ecclesiae videlicet suae. Hic in diluvio sedens ad gubernaculum in Arca, Argonautas illos suos totum annum inter fluctus circumvexit, ut exiguas Ecclesiae suae reliquias servaret. Idem nunc quoque servabit suam Argo, quam quidem et humeris suis imponet, ut illi Graeci, cum ad Syrtes venissent. Vides, in quas Syrtes ubique Ecclesia pellatur. In Belgico recens matrona nobilis, vidua comitis, et unicus eius filius, egressus adolescentiam, decollati sunt, propterea quod Antonianorum *καπηλείας* noluerunt admittere. Expectamus et nos nova exilia, quae gubernet filius Dei. Negotium tuum, et viduae, diligenter curabimus, Paulus et ego. *Paulus* iam edit historiam a reditu Babylonis usque ad excidium Ierosolymae, erudite contextam, quam brevi vobis mittam. Nostram amicitiam, ubicunque erimus, volo aeternam esse. Bene vale, die 17. Martii, quo ante annos 1514 Lazarus ex morte in vitam revocatus est, quo testimonio ostendit filius Dei suam doctrinam veram esse.

Quare eius promissionibus nos sustentemus.

Philippus Melanthon.

No. 4177. 17. Mart.

Testimon. Gotho datum.

† Ex autographo (?) in cod. Guelph. 81. 4. fol. descripta a S. V. *Olshausenio*. — Contuli apographa in cod. Goth. 19. p. 19b. et cod. Monac. 89. p. 42b.

Decanus collegii philosophici in Academia Witebergensi, Philippus Melanthon salutem dicit omnibus lecturis has literas.

Semper, inquit Irenaeus, adfuit filius Dei humano generi, videlicet Ecclesiae suae. Hic[1]) in diluvio sedit ad gubernaculum in arca, et exiguas illas reliquias generis humani toto anno, tanquam Argonautas suos, in undis rexit et servavit. Hic[2]) servabit nunc quoque suam Argo, Ecclesiam videlicet suam, quae custos est doctrinae Evangelii, et vere invocat Deum, quamvis duriter quassatam[3]) inter tumultus imperiorum. Cum igitur et praeceperit Deus, ut literarum studia colantur[4]), et promiserit, se custodem et servatorem fore discentium, obtemperemus voluntati Dei et ab eo auxilium et defensionem expectemus[5]). Sic cum sentiamus mediocri studio facimus operas theologicas[6]). Cum igitur ex inclyta Academia Lipsica huc venisset *Thomas Gothus*, Northusanus, et literas exhibuisset, quae testabantur, eum bonis moribus praeditum esse, et peteret gradum, qui attribuitur adolescentibus, qui Grammaticen et dialecticen et elementa quaedam philosophiae didicerunt, et a Bacca lauri nomen habet, exploravimus eius eruditionem, ac comperimus, eum latinam linguam studiose didicisse, et cum natura ad facundiam idoneum esse, tum vero ita excultum doctrina, ut recte latine loquatur. Et non

1) Cod. Goth. 19. *Sicut.*
2) Cod. Goth. *sic.*
3) Cod. Goth. *quassatur.*
4) Cod. Goth. *colamus.*
5) Cod. Goth. *petamus et expectemus.* — His verbis desinit apographon gothanum.
6) Cod. Monac. *scholasticas*, rectius ut videtur.

rudis est dialectices. Quare de collegii nostri sententia decrevimus huic *Thomae Gotho* Northusano primum gradum, qui a Bacca lauri nomen habet, et Deum, aeternum patrem Domini nostri I. C. oramus, ut eius studia regat. Ipsum etiam adolescentem *Thomam*, quia indoles in eo ad virtutem et ad literas egregia est, clarissimis et doctissimis viris, gubernantibus doctrinae studia in inclyta Academia Lipsica commendamus. Datum Witebergae, anno 1548, die Martii 17., quo ante annos 1515 filius Dei Lasarum ex morte revocavit in vitam, quo facto testatus est, se et posse restituere vitam mortuis, et velle Ecclesiae suae reddere aeternam iustitiam et vitam.

No. 4178. 18. Mart.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 659 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Deum, Patrem liberatoris nostri Iesu Christi, oro toto pectore: ut exitum Conventus gubernet, et exsuscitet animos Principum ad Patriae defensionem. In Hungaria servantur adhuc induciae. Sed omnia ad diuturnum et magnum bellum parantur. Nuper enim huc *Hungari* venerunt, qui recens *Budae* fuerunt: nec mos est Turcis reddere loca, in quibus templa didicarunt suis ritibus. Ergo dimicandum erit. Sed nostri quidam Principes haec nihil curant. Etsi non sine dolore de conventu cogito, scio enim, ibi sophisticam perniciosam exerceri utrinque: tamen aliquanto minus est mali, non videre coram illa dedecora. Ideo me abesse gaudeo. Scio tamen Deo Ecclesiam curae futuram esse. Gubernatorem scholae *Northusanae* habebitis modestum et literarum, iam enim cum quodam *Ambrosio* egi. Deus reducat vos salvos et incolumes. Bene et feliciter valete. Die Martii 18.

Philippus.

No. 4179. 20. Mart.

N. Medlero.

A Danzio in epp. ad Medl. ep. 69. edita e cod. Bav. I. p. 1046. Ex eodem cod. nunc accurate descripta.

Dom. Doct. Nicolao Medlero.

S. D. Pro navata opera in arithmeticis ego tibi meo et reipublicae nomine gratias ago. Gubernatores decebat publice invitare studia hominum et gratitudinem declarare praemiis; sed non solum hi labores suscepti ad artium conservationem, sed etiam alii graviores, quos in explicatione doctrinae coelestis et in Ecclesia sustinemus, contemnuntur. Qua de re saepe cogitans, aut etiam cum collegis colloquens, et mihi et aliis hoc dictum propono: non erit inanis labor vester in Domino. Sperabis tu quoque Deo curae fore tuos labores, et illud dulcissimum dictum primi Psalmi ad nos pertinere statuamus:

וְעָלֵהוּ לֹא־יִבּוֹל.[1])

De conventu Augustano audivisse te iam arbitror, velle imperatorem, ut post Maium principes in urbe Argentorato conveniant. Deliberationes de statu Ecclesiarum scis institutas esse, quas metuo praebituras[2]) esse occasionem novis motibus. Sed oremus Deum, aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut ipse nos regat et servet Ecclesiae suae reliquias, nec sinat dissipari coetus recte docentium. Bene vale, die 20. Martii, quo ante annos 1514 filius Dei triumphali pompa ingressus est urbem Solymorum, et postea ex templo eiecit ementes et vendentes. Hunc oremus, ut nunc quoque sui templi custos sit et defensor, et inde depellat insidiatores.

Augustanus episcopus crudeliter expellit ex multis locis pios sacerdotes, quorum multis civitas Noribergae hospitium et victum praebet. Iterum vale.

Phil. Melanthon.

No. 4180. 20. Mart.

Georgio Princ. Anhalt.

Epist. lib. II. p. 219. (ed. Lond. lib. II. ep. 212.).

---

1) Folia eius non decidant.

2) Dz. mendose: *perhibituras.*

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps. *Semper*, inquit Irenaeus, *adfuit Filius Dei humano generi, Ecclesiae videlicet suae.* Idem et nunc quoque adest nobis, et adfuturus est, ac, ut adsit, eum reverenter et ardenter oremus. Nam periculosae deliberationes sunt de Ecclesiis. Concionem de Resurrectione scribam ut potero, etsi nunc quidem editione quorundam librorum mediocriter occupatus sum. Pro Esoce gratias ago C. V., etsi ego quidem nec piscium, nec aliorum animantium carne delector, eaque in re facile potuissem Pythagoricos ritus servare. Nunc servo utcunque Pythagoricam ἐχεμυθίαν. Bene valeat Cels. V. Die 20. Martii, quo ante annos 1514 Filius Dei triumphali pompa urbem *Solymorum* ingressus est, et puerorum clamores approbat, inquiens: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem.*

No. 4181. 21. Mart.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 588 sq.

Marco Crodelio, gubernanti scholam Torg.

S. D. Venerande vir, et amice charissime. Causam habeo itineris ad vos suscipiendi, et nondum mutavi consilium. Sed me hactenus operae Typographicae detinuerunt. *Paulus* historiam edit continuam, inde usque a reditu ex Babylone ad excidium urbis Hierosolymae. Lectionem, spero, piis et utilem et dulcem fore. Et ego *Physicen* edo. Sed spero, mihi festos die intervallum concessuros esse, ut expatiari possim. Reditum ex Basilea expecto mei tabellarii hoc triduo, qui si attulerit res dignas narratu, vobis quoque significabo.

Heri diu mecum *Hispanus*, homo multarum rerum peritus, amanter collocutus est. Valde praedicat virtutem captivi Principis, Deus eum et nos gubernet, et mitiget calamitates publicas et privatas, et servet aliquas Ecclesiae reliquias. Bene vale. 1548. Die resuscitati Lazari, quarto videlicet ante triumphalem pompam ingressus in Urbem Iërosolymam Filii Dei, cum, sedens in mula, a populo exciperetur, olearum et palmarum ramos gestante. Et ipse laudaret confessionem puerilem, inquiens: Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem. In eo numero nos quoque esse gaudeamus. Salutem opto tuo Pastori. etc.

Philippus.

No. 4182. (hoc fere temp.)

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 666 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northus.

S. D. Deo aeterno, Patri Domini nostri Iesu Christi, gratias ago, quod non sinit me pertrahi ad Conventum Augustanum, et oro, ut me regat. Non puto, ab Imperatore ortum esse consilium de illis stultis compositionibus: sed a *Marchione* *). Et metuunt omnes mediocriter cogitantes de salute communi, secuturas esse magnas confusiones. De picturis, spero, vobis communem excusationem profuturam esse: ubique tales figurae conspectae et venditae sunt: imo in domo hospitis in *Bitterfeld* Imperator vidit ipse multas similes in pariete. Arbitror autem, hanc aestatem habituram esse multo maiora negotia: quae obruent mentionem talium calumniarum de picturis et similibus nugis.

De *Christophoro*, filio, expectate Maium: interea enim videbimus et ea, quae in Conventu aguntur: et an haec ora Saxoniae studiis literarum tranquillitatem concessura sit. Bene et feliciter valete. Deus servet vos, et honestissimam coniugem vestram, et dulcissimos liberos incolumes.

Philippus.

No. 4183. 25. Mart.

Eidem.

Epist. lib. V. p. 589.

Mich. Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Hunc tabellarium misi istuc, ut adferat Dn. Doctori *Ionae* literas fidei publicae, quibus

*) Nomen, quod Saub. tacuit, habet A. D.

ster, nunc in *Dunkelsbuhel* ecclesiastes, haud ita pridem ad me scripsit, cuius haec ad me verba sunt: in vigilia epiphanias capta est aquila a *Lanione*, cive nostro iuxta oppidulum *Rottlin* nomine, non procul hinc distante, quae magno impetu in hominem equo insidentem decidit, ita ut de vita periclitaretur civis, ipsam tamen crebris ictibus tandem prostratam atque necatam nostro dono dedit senatui. Alexandro magno digna res, ob quam Aristander vates consuleretur, visa fuisset, quem ab animi superstitione ob raptum corvum consuluisse aliquoties Curtius author est. Porro quid portendat, quod avis nostris regionibus insolens capta est et occisa, (si modo portendit aliquid) alios iudicare quam me ipsum malo. Opto te, domine Philippe, semper in Christo Iesu optime valere et ecclesiae Christi superesse diutissime. Datae Dresdae 10. Martii 1548.

Te deditiss.
Daniel Graeserus.
[Past. et Superint. Dresd.]

No. 4168. aequinoct.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 587 sq. (edit. Lond. lib. IV. ep. 730.).

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, amico et fratri suo carissimo,

S. D. Multis coniecturis ratiocinor hoc consilium instituendi fucosas et futiles compositiones dogmatum, ἐν τῷ μεταξύ *), non ortum esse a Carolo Imp., sed poëtas esse eos, quos obscure et aperte saepe indico, qui putant inveniri posse similes διαθήκας, ut sunt illae Aristophanicae, μήτε δάκνειν μήτε δάκνεσθαι. Optarim et ego vera autoritate consuli Ecclesiae, nec iudico omnibus de rebus pugnandam esse, quae in hac confusione disputationum motae sunt. Sed tamen retineri, ut Paulus nominat τὸν θεμέλιον διδασκαλίας περὶ θεοῦ, καὶ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ εὐεργεσιῶν ἰδίων τῆς ἐκκλησίας, necesse est. In Britannia deliberationes sunt de doctrina, profecto difficiles. Sed haec coram. Principium historiae, quam edit *Paulus* noster, tibi et hospiti tuo mitto. Caetera coram. Bene vale, die verni aequinoctii.

Phil. Melanth.

*) *Interim* C. W.

No. 4169. aequinoct.

N. Medlero.

Ex apographo in cod. Bavari Vol. I. p. 1043. edita a Danz. epp. ad Medl. ep. 78. Nunc ex eodem accurate descripta.

Dom. Doctori Nicolao Medlero.

S. D. Reverende vir et amice carissime[1]). In conventu Augustano instituta est deliberatio de Ecclesiis, qualis esse debeat status Ecclesiarum *Interim*, (sic enim ibi loquuntur) donec synodus pronuntiaverit de doctrina; et tamen ibi faciunt praeiudicium. Nuper ingens certamen fuit de consecratione salis et aquae. Inde existimare potes, quid spei sit de articulis gravioribus. Ubi prolatum fuerit illud Interim, erit nobis omnibus opus deliberatione de Ecclesiis. Te oro, ut mihi quam primum significes, quicquid istac[2]) de republica et Saxonicis motibus explorati habes. Nescio an historia de filio pontificis antea ad te missa sit. Nunc mitto et quaeso ut scribas saepissime *). Bene vale. Die verni aequinoctii anno 1548.

De negotio viri nobilis, de quo scripsisti, spero te literas nostras accepisse **).

Phil. Melanthon.

No. 4170. aequinoct.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 143 sq. Contuli autographon in cod. Monac. p. 122.

1) Praetermisit haec Danz.

2) Danz. mutavit in: *istic*.

*) „D. 10. Septb. 1547. Petrus Aloisius, Pauli tertii filius, Placentiae domi suae confoditur, et paulo post Ferdinandus „Gonzaga, Caesaris per Insubriam praefectus urbem occupat. Eius rei nuncius intra paucos dies pervenit Augustam, „et ex eo, quod Caesari nunciatum esse dicebant, communicata principibus fuit rei gestae historia scripto comprehensa. Narratio tota pertinet ad infamiam et vituperationem Petri Aloisii." Haec Sleidanus in comment. p. 592.

**) Vid. supra d. 16. Febr.

D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg.

S. D. Multis coniecturis ratiocinor totum Poëma τοῦ μεταξὺ ortum esse non ab Imperatore *Carolo*, sed ἀπὸ τοῦ μαργίτου, qui multos iam annos somniat fucosas et non duraturas conciliationes. Ne ego quidem de omnibus quaestionibus, quae in hac turbulenta aetate motae sunt, pugnandum censeo, ac[1]) multas consulto abieci. Sed tamen in tanta confusione disputationum aliquae res necessariae motae et illustratae sunt. Repetivi his diebus saepe ingemiscens integram doctrinam περὶ μετανοίας, in publicis praelectionibus *), propterea quod Synodus Bononiensis, quam video audaciorem esse τῆς ἐν τριαίνῃ σηλλεχθείσης, et veteratoria et impia decreta fecit περὶ μετανοίας καὶ μυστηρίων δείπνου κυριακοῦ. Sed expecto τὸ μεταξύ, quod cum prolatum fuerit, novas fortassis Ecclesiarum et Scholarum dissipationes[2]) faciet. ἀλλὰ ταῦτα πάνυ μόνου θεοῦ ἐν γούνασι κεῖται. Gentem Saxonicam non dubito magnum bellum gesturam esse, quod Deus gubernet. Et huic genti praecipue significavit congressus ♄ et ♂ **) in Aegocerote.

Mitto tibi pagellas, et brevi mittam historiam Gentis Iudaicae contextam ab *Ebero*, a reditu ex Babylone usque ad excidium Solymorum. Deus aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi conditor generis humani et Ecclesiae suae qui se patefecit misso filio, servet te incolumem et te regat. Bene vale. Die verni aequinoctii 1548.

Philippus Melanthon.

No. 4171. aequinoct.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 126.

Antonio Lauterbach, Past. Eccl. Pirnensis.

S. D. Reverende D. Antoni, et amice carissime! Narratio de Sene *Georgio Carlowitzio*, viro integerrimo, de quo certe et antea bene sensi, valde grata fuit mihi, et D. Pastori et aliis amicis nostris. Deus aeternus pater domini nostri I. C., conditor Ecclesiae suae servet et regat suos coetus, invocantes ipsum! Et servaturum esse spero, etsi profecto novi motus ingentes impendent. Conspecta sunt prodigia in arce sereno die species duorum exercituum inter se dimicantium prope *Quedelburg*; et non procul a *Salinis* urbis species in arce tanquam magno incendio conflagrantis; et in *conventu Augustano* deliberatio de eo, quod vocatur *Interim*, quid paritura sit, res ostendet. Nos oremus Deum, aeternum patrem domini nostri I. C., ut mitiget publicas et privatas calamitates. Bene et feliciter vale. Die aequinoctii verni, 1548.

P. M.

No. 4172. 15. Mart.

C. Othmanno.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Eruditione et virtute praestanti M. Casparo Othmanno, gubernanti studia doctrinae literarum et optimarum artium in urbe Leoberga, amico s.

S. D. Carissime fili. Meministi igitur et hanc sententiam in eo ipso scripto Isocratis extare, cuius mentionem facis: καλὸς θησαυρὸς παρ' ἀνδρὶ σπουδαίῳ χάρις ὀφειλομένη. Gaudeo igitur, et mihi in animo tuo talem thesaurum repositum esse, etsi profecto tua et Ecclesiae causa magis gaudeo, te et multos praeditos bonis ingeniis veram et utilem doctrinam didicisse, ut semen sanctum reliquum sit, quod erudiat posteritatem. Etsi enim magnis fluctibus semper quassatur Ecclesia: tamen Deus aliqua agmina servat, ne notitia filii in terris extinguatur. Te quoque opto partem esse seminis sancti, ut vocat Esaias, quod custodiet doctrinam. Academia, Dei beneficio adhuc sonat eandem verae doctrinae vocem, quam sonabat, cum adesses, teque adhortor, ut ad philosophica studia redeas aliquanto post. Nondum enim in Saxonia finem bellorum esse metuo. Sed Deum oro, ut has aerumnas mitiget. Bene et feliciter vale. Idibus Martiis, quo die ante annos 1590

---

1) Camer. *et*, mendose.

*) Prodiit libellus: „Doctrina de poenitentia ideo repetita, ut praestigiae de satisfactionibus recens excogitatae a quibusdam Sophistis refutarentur." Viteb. 1549. 8.

2) Camer. *disputationes*, mendose.

**) *Saturni et Martis* edidit Camerar.

Iulius interfectus est*), cuius mors insigne exemplum est, quam facile ex summo fastigio excuti potentes possint. Sed salvi et incolumes sunt, quos Deus custodit. Iterum vale.

No. 4173. 15. Mart.

H. ab Einsiedel.

In *Kappii* Nachlese I. p. 359. primum edita ex autographo Philippi.

Dem Ehrenvesten und gestrengen Herrn Heinrich von Einsiedel, Rittern, meinen gunstigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvor. Ehrenvester und gestrenger Herr. Die Schriften, so mir E. Ehrenvest zugesandt, habe ich noch nicht gelesen, denn ich etliche anderer Herrn Sachen habe schreiben müssen, will aber gedachte E. Ehrnvest Schrift in wenig Tagen auch lesen, und meine Bedenken darauf stellen, und E. Ehrenvest Verzeichniß und meine Briefe an Ew. Ehr. Sohn zustellen, bitt Ew. E. wolle Gedult mit einem kleinen Verzug haben.

Unser Heiland Jesus Christus, der Sohn Gottes, der wahrhaftiglich die Christenheit wunderbarlich erhält und erhalten wird, der wolle E. E. und die Ihren auch gnädiglich bewahren.

Datum Witteberg am 15. Martii, auf welchen Tag vor 1590 Jahren der großmüthige Kaiser Julius erstochen ist, zum Exempel, daß das Glück unstät ist, und daß man in Demuth Gott fürchten und anrufen soll, und nicht zu weit greifen.

E. Ehrenvest

williger

Philippus Melanthon.

No. 4174. 17. Mart.

V. Strigelio.

Epist. lib. II. p. 124. (ed. Lond. lib. II. ep. 110.). — Autographon in cod. Vratisl. Vol. V. contulit nobis S. V. *Schulzius*.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti D. Victorino Strigelio Augustano, amico suo,

S. D. Semper et amanter et praeclare de tuo ingenio ac animo sensi, teque spero feliciter Ecclesiae Dei serviturum esse ubicunque eris. Ac bona quadam spe hortator tibi fui, ut in urbem *Ienae* te conferres, quam ratiocinabar hospitium et literis et Ecclesiae Dei concessurum esse gratius. Sed, ut video, Ecclesia in deserta extruditur, ut olim magna agmina senum, sacerdotum, matronarum, infantum, puellarum expulsa sunt urbibus, et immissae cohortes centaurorum, ut equorum pedibus conculcarentur fugientes. Feramus his veteribus exemplis conformati*), similes miserias. Etsi vos quidem Dei beneficio, hospitium in illis vestris collibus tranquillum et gratum habituros spero. Initia Academiae vestrae et omnium temporum studia felicia esse opto. Ut Ecclesia una est, ubique coetus recte invocantium Filium Dei: ita unam ducamus esse scholam et concordiam tueamur. Bene et feliciter vale. Die 17. Martii, quo ante annos 1514 Lazarus ex morte in vitam vocatus est, quo testimonio Filius Dei ostendit, se posse opem ferre sine causis secundis. Ita et nunc speremus auxilium.

Phil. Melanthon.

No. 4175. 17. Mart.

H. Wellero.

Epist. lib. II. p. 285 sq. (ed. Lond. lib. II. ep. 288.).

D. Hieronymo Wellero

S. D. Clarissime vir et amice charissime, *Semper*, inquit Irenaeus, *adfuit Filius Dei humano generi, Ecclesiae videlicet suae.* Hic in diluvio sedens ad gubernaculum in Arca, *Argonautas* suos totum annum inter fluctus circumvexit, et exiguas Ecclesiae eius temporis reliquias servavit. Idem nunc quoque suam Argo servabit, etsi duriter quassatur. Quare pie facitis, quod studia literarum fovetis. *Iusti Menii* filium, doctum Graece et Latine, et non rudem mathematum allocuti sumus, *Marcellus* et ego, ut apud vos do-

*) Id evenit secundum Chronicon Charionis editum a Melanthone anno ante Christum natum quadragesimo secundo. Ergo epistola est scripta anno 1548. Cum hac computatione consentiunt Scripta publ. Acad. T. III. p. 65. Quum autem commemoret bellum in Saxonia (i. e. Saxonia inferiore) suspicor, epistolam esse scriptam anno 1557, et numerum 1590 mendose scriptum esse pro 1599.

*) Peuc. *confirmati.*

ceat*), et in ea urbe rursus Graecarum literarum studia exuscitet, ubi primum in his regionibus *Mosellanus* docuit. Et ipse ad vos proficisci cupit. Sed patri prius indicandum fuit nostrum consilium. O rem miseram! Irascuntur amici optime volentibus Ecclesiae et ipsis, quod Ecclesias in his locis non deserimus. Epectamus igitur vel ipsum *Menium* iuniorem, vel literas. Si retinebitur *Menius*, mittemus alium Deo iuvante, etiam idoneum. Mitto tibi pagellas, teque oro, ut saepe ad nos scribas. bene et feliciter vale. Die 17. Martii, quo ante annos 1514 ex morte revocatus est in vitam Lazarus, quo testimonio confirmati, certo sciamus promissiones Filii Dei veras esse, et auxilium expectemus.

*) Recusavit hoc Menius. Vid. ep. ad Wellerum d. 1. Maii 1548.

No. 4176. 17. Mart.

Io. Stigelio.

Danz. epp. ad Stigel. ep. 25. Cod. Goth. 188. ep. 94.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ καὶ ταῖς Μούσαις φίλῳ, amico suo cariss. S. D.

Semper, inquit Irenaeus, adfuit filius Dei generi humano, Ecclesiae videlicet suae. Hic in diluvio sedens ad gubernaculum in Arca, Argonautas illos suos totum annum inter fluctus circumvexit, ut exiguas Ecclesiae suae reliquias servaret. Idem nunc quoque servabit suam Argo, quam quidem et humeris suis imponet, ut illi Graeci, cum ad Syrtes venissent. Vides, in quas Syrtes ubique Ecclesia pellatur. In Belgico recens matrona nobilis, vidua comitis, et unicus eius filius, egressus adolescentiam, decollati sunt, propterea quod Antonianorum *καπηλείας* noluerunt admittere. Expectamus et nos nova exilia, quae gubernet filius Dei. Negotium tuum, et viduae, diligenter curabimus, Paulus et ego. *Paulus* iam edit historiam a reditu Babylonis usque ad excidium Ierosolymae, erudite contextam, quam brevi vobis mittam. Nostram amicitiam, ubicunque erimus, volo aeternam esse. Bene vale, die 17. Martii, quo ante annos 1514 Lazarus ex morte in vitam revocatus est, quo testimonio ostendit filius Dei suam doctrinam veram esse.

Quare eius promissionibus nos sustentemus.

Philippus Melanthon.

No. 4177. 17. Mart.

Testimon. Gotho datum.

† Ex autographo (?) in cod. Guelph. 81. 4. fol. descripta a S. V. *Olshausenio.* — Contuli apographa in cod. Goth. 19. p. 19 b. et cod. Monac. 89. p. 42 b.

Decanus collegii philosophici in Academia Witebergensi, Philippus Melanthon salutem dicit omnibus lecturis has literas.

Semper, inquit Irenaeus, adfuit filius Dei humano generi, videlicet Ecclesiae suae. Hic[1]) in diluvio sedit ad gubernaculum in arca, et exiguas illas reliquias generis humani toto anno, tanquam Argonautas suos, in undis rexit et servavit. Hic[2]) servabit nunc quoque suam Argo, Ecclesiam videlicet suam, quae custos est doctrinae Evangelii, et vere invocat Deum, quamvis duriter quassatam[3]) inter tumultus imperiorum. Cum igitur et praeceperit Deus, ut literarum studia colantur[4]), et promiserit, se custodem et servatorem fore discentium, obtemperemus voluntati Dei et ab eo auxilium et defensionem expectemus[5]). Sic cum sentiamus mediocri studio facimus operas theologicas[6]). Cum igitur ex inclyta Academia Lipsica huc venisset *Thomas Gothus*, Northusanus, et literas exhibuisset, quae testabantur, eum bonis moribus praeditum esse, et peteret gradum, qui attribuitur adolescentibus, qui Grammaticen et dialecticen et elementa quaedam philosophiae didicerunt, et a Bacca lauri nomen habet, exploravimus eius eruditionem, ac comperimus, eum latinam linguam studiose didicisse, et cum natura ad facundiam idoneum esse, tum vero ita exculturn doctrina, ut recte latine loquatur. Et non

1) Cod. Goth. 19. *Sicut.*
2) Cod. Goth. *sic.*
3) Cod. Goth. *quassatur.*
4) Cod. Goth. *colamus.*
5) Cod. Goth. *petamus et expectemus.* — His verbis desinit apographon gothanum.
6) Cod. Monac. *scholasticas*, rectius ut videtur.

Rath schließen, was endlich zu thun sey. Und ist wahr, die Kirchen sind in vielen Landen also ungleich und zerrissen, daß die Nothdurft erfordert, daß Kaiserl. Majestät auf eine ziemliche Forme trachtet.

Dabei aber soll diese Vorsichtigkeit und Maß getroffen werden, daß man Unterschied mache zwischen nöthigen und unnöthigen Dingen [6]), Gedult trage in dieser wichtigen Handlung, so auf ein Concilium geschoben ist, und daß man allein ein Interim machen wollte. Nun sind zu Ende des Buchs viel unnöthiger Sachen zusammengehäuft, deren etliche leidlich sind, als Fasten halten, Kirchenkleider u. s. w. Das kann man thun und willigen. Etliche Stücke sind an ihm selbst [7]) unrecht, und in unsern Kirchen als für nichts gehalten [8]), als Privatmeß, Seelenmessen, Canon, Heiligen anrufen u. s. w.

Dieser Stücke Aufrichtung ist in unsern Kirchen nicht wohl möglich, und so sie sollen ins Werk gebracht werden, würde es Verfolgung und große Betrübung machen, würden auch viel gottfürchtiger Leut geärgert, und also verwundt, daß darnach in ihren Herzen Unwille zu aller Religion aufwachsen würde, und sonderlich solche äußerliche Ceremonien, die vor Augen sind, bewegen das gemeine Volk heftiger denn andere Sachen, die nicht also vor Augen [9]) sind. Ich achte, daß solche Veränderungen in den großen Städten nicht werden angenommen werden. Auch würden Fürsten und andre Personen ausgeschrien, als seind sie vom Glauben abgefallen. Nun wären auch solche Reden nicht zu achten, wenn dieser Ceremonien Aufrichtung, als Seelenmessen, Heiligen-Dienst, an ihnen selbst recht und nöthig wären; denn so man guten Grund hätte, so könnte man den Leuten den Mund stopfen.

Darum ist mein einfältiges Bedenken: will man ein Interim machen, so arbeite man erstlich auf mögliche Dinge, und suche mit gutem Rath, daß dieselbige unrechte und unmögliche Stücke nicht angehenkt, und hiemit nicht geboten werden.

Von der Väter Lehre, von der Kirche, Papst, Bischoff, Concilia, Sacramenten, wiewohl dieses großwichtige Sachen sind, dennoch kann man sich so vernehmen lassen, daß Kaiserl. Majestät sehen möge, daß unser gnädiger Herr zur Einigkeit geneigt ist, und viel nachgibt.

6) Addit mst. 2. verba: die nöthigen ordne und in unnöthigen.
7) Mst. 2. an ihnen selbs als.
8) Mst. 2. geachtet.
9) Mst. 2. also vor Augen und sichtbar.

Und erstlich, wiewohl der [10]) Artikel *de Iustificatione* schwach gestellt ist, so rathe ich's dennoch nicht, daß man ihn verwerfen solle.

Den folgenden Artikel von der Kirchen, Papst, Bischoff und Concilien bis auf das 17te Blatt, will ich auch nicht rathen, daß man diesen Artikel verwerfen soll. Und ob wohl viel Stücke darin sind, da die Gelehrten mit gutem Grund dawider streiten könnten, so ist doch meine Meinung, daß man in diesen Stücken Gedult trage, und wird hierinnen dem Gegentheil viel nachgegeben.

Von den Sacramenten [11]) sind viel streitiger Sachen, und die unsre Kirchen nicht belangen. Von der Confirmation und Oehlung wiewohl das Buch eine thörliche Disputation machet, will ich doch nicht rathen davon zu zanken.

Aber von der Beicht ist Noth, Verwirrung der gottfürchtigen Gewissen zu verhüten. Derselbige Artikel ist zu sehr im Buche geschärft, und setzt das Buch ein Fundament, das es darnach selbst strafet: der Priester könne nicht absolviren, er wisse denn zuvor die heimliche That. Wiewohl ich nun gerne sehe, daß die Beicht und Privat-Absolution ernstlich gehalten werden, wollt ich doch [12]), daß die Gewissen mit dieser Meinung nicht beladen würden, also daß die Erzählung [13]) der heimlichen Thaten vonnöthen sey.

Im Sacrament des Ehestandes sind zwei Stücke den Consistoriis in diesen Landen zuwider [14]): von der Ehescheidung, und de consensu parentum. Und das Stück von der Ehescheidung, wie es in Ew. Chf. Gn. Landen gehalten wird, achte ich für nöthig. Vom andern will ich auch nicht sehr streiten. Mich wundert auch, daß die Meister, so dieses Buch gestellt haben, solche äußerliche Regimentssachen in die Kirchenlehre mengen.

Vom Verstand der Messe, daß so ein Dankopfer sey, und nicht ein Dienst Vergebung der Sünden zu verdienen, ist fleißig im Buch geschrieben, und sind die alten Scribenten, die [6]) doch in etlichen Sachen der Meß sehr ungleich seind, weitläuftig eingeführt. Wo man diese Kirche nicht mit Aufrichtung der Privatmesse beschwert, will ich auch nicht rathen, daß Ew. Chf. Gn.

10) Mst. 2. Und erstlich *de Iustificatione* in den ersten 9 Blättern des Buchs, wiewohl dieser.
11) Mst. 2. dem Sacrament.
12) pro wollt ich doch, Mst. 2.: so soll doch die Maaß erhalten werden.
13) Mst. 2. Ertheilung.
14) Mst. 2. zuwider, rectius, ut videtur, quam mst. 1.: zu leiden.
15) In mst. 1. praetermissa sunt: geschrieben, und sind die alten Scribenten, die.

anzufechten oder zu verwerfen vornehmen. Denn dieß ist eine schwere Disputation, davon in einem rechten, christlichen Concilio gründlich soll geredt werden.

Von Heiligen-Anrufen und Seelmessen ist droben gesagt[16]), daß es unmöglich, diese Stück wieder aufzurichten. Auch will ich sie nicht bewilligen, noch mein Gewissen darmit beladen[17]) mit Stärkung der schädlichen Mißbräuche der Privatmeß, Seelmeß und Heiligen-Dienst.

Für die Todten bitten, ist ein ander Werk, denn Opfer für sie appliciren, wie sie es nennen, und die alten Scribenten reden vom Gebeth und nicht von der Application. Jetzt aber schmücken etliche eines mit dem andern.

Endlich mag[18]) man sich erbieten zu Haltung[19]) mittler Ceremonien, als Fasten, Gebeth und Gesang und deßgleichen, besonders die zu guter Zucht des jungen Volks dienen.

Das ist mein einfältiges Bedenken, darinne ich um gemeiner Einigkeit willen viel nachgebe, darvon ich härter reden will und muß, so kein Friede zu erlangen seyn wird, und mir Gott das Leben erhalten[20]). Ich achte auch, Andere werden nicht so gelinde reden. 1548. XI. Iunii[21]).

No. 4191. 1. Apr.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 46. (edit. Lond. lib. II. ep. 27.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Passim sparguntur literae de conventu *Augustano*, in quibus voluntas pia *Caroli* Imp. laudatur, quem aiunt concessurum esse Ecclesiis puritatem doctrinae, usum integri Sacramenti, et coniugium ministrorum Evangelii. Fortassis bona est Imperatoris voluntas, sed architecti articulorum fucosas sententias proponent, ut res ostendent, et fraudibus corrumpent puritatem doctrinae. Inde magnae distractiones Ecclesiarum secuturae sunt. Rex Gallicus etiam atrocissima edicta proposuit contra amplectentes Ecclesiarum nostrarum doctrinam *). Oremus igitur Deum, ut nos gubernet, et impediat mala et perniciosa consilia. Profecto sola humana vigilantia et diligentia non satis caveri praestigiae possunt, quae oculis hominum offundentur, sed Deum oremus ut nos gubernet. Bene vale. In festo Paschatos, quod fuit ab exitu ex *Aegypto* pascha 3057.

16) Mst. 2. gesetzt.
17) Mst. 1. zu beladen.
18) Mst. 1. muß, quod mendosum est.
19) zu Haltung] excidit ex mst. 1.
20) Mst. 2. erhält.
21) Mst. 2. habet: 1548. 15. Iunii. H. M. gen Augsburg zum allerersten geschickt, in quo is, qui descripsit, non erravit. In die 11. vel 15. Iunii autem manifestus est error describentium, qui diem ex arbitrio addiderunt.

No. 4192. 1. Apr.

Is. Schallero.

Epist. lib. II. p. 482. (ed. Lond. lib. II. ep. 512.)

D. Isaaco Schallero

S. D. Charissime *Isaac.* Scis me saepe usurpare versiculum dulcissimum,

Εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λῷια, δυσσεβέων δ' οὔ.

Scimus autem Patrem tuum vera pietate Deum coluisse, quare et posteritas eius Deo curae erit, et tua invocatione impetrabis, ut *πανάγια* Reipub. et familiae vestrae Deus colligat. Te in his tumultibus habere munus docendi gaudeo, idque nondum a te deseri velim, quia impendet *ἐπίτασις τῶν στάσεων*, quam Deus moderetur. Postea spero tranquilliorem fore Rempub. tibique locum inter doctos fieri spero, ubi et posteritati tui labores prosint. Bene vale. In festo Paschatos, quod fuit ab exitu ex *Aegypto* Pascha 3057.

No. 4193. 1. Apr.

Testimonium Mylio datum.

† Ex apographis in cod. Monac. 89. no. VI. p. 88., cod. Monac. 88. no. IV. p. 76. et cod. Monac. 90. no. VII. p. 350 b.

Decanus collegii philosophicae facultatis Ph. M. omnibus lecturis has literas S. D.

Petivit a nobis testimonium de suis moribus, studiis et gradu vir honestus et doctus, Magister

*) Sleidanus in comment. p. 624.: „Hoc tempore per Galliam, inprimis vero Luteciae propter Lutheranismum rursus excitantur incendia et persecutiones."

Wolfgangus Mylius, natus in valle Ioachimica. Id ei summa voluntate tribuimus. Cum enim in Academia nostra amplius sexennio commoratus sit, comperimus, et mores eius honestos esse, et indolem in eo egregiam ad virtutem et ad literas esse. Postquam autem in patria a Reverendo viro *Iohanne Matthesio*, eruditione et virtute praestanti, linguam latinam didicisset, studia philosophiae et graecae linguae in Academia foeliciter inchoavit, nec tantum eruditionis umbram, sed rerum cognitionem appetivit. Ac exorsus a Mathematum studio in doctrina de motibus et effectibus coelestibus diligenter elaboravit, cuius cognitio et per sese dulcis est, et vestigia divinitatis impressa naturae rerum illustria ostendit. Nam mirificus ordo corporum et certissimae leges motuum coelestium ostendunt, rerum naturam non casu extitisse, sed ab aeterna mente architectrice conditam esse, quae quidem et consideratione huius pulcherrimi operis nos commonefacere voluerit, ut de opifice cogitemus. Postea artis medicae studio sese dedere coepit, ac recte iudicat, consensum esse superiorum et inferiorum corporum, multumque adiuvari medicum consideratione causarum coelestium. Sicut et Diocles regis Antigoni medicus scripsit: *τοὺς ἀρχαίους ἀπὸ φωτισμοῦ καὶ τοῦ δρομήματος σελήνης καὶ ἄστρων τὰς προγνώσεις τῶν νόσων* [1]) *πεποιηκέναι*. Cum autem et domestica disciplina ut ad caeteras virtutes, ita et ad veram Dei agnitionem adsuefactus esset, et consideratione naturae rerum moveretur, ut vere statuerit, esse Deum praesidem et iudicem generis humani, diligenter inquisivit doctrinam de Deo, quae in Ecclesia domini nostri Iesu Christi traditur, de qua consensum catholicae Ecclesiae amplectitur, et ab omnibus fanaticis opinionibus abhorret, et ostendit, in invocatione et castis et piis moribus se vere Deum colere. Itaque propter virtutem et eruditionem huic *Wolfgango Mylio* de sententia collegii nostri decretus est ei gradus magisterii anno 1548. [2]), quod his publicis literis testamur. Cum autem expediat reipublicae, bona ingenia exculta doctrina tueri, ut communi vitae servire possint, commendamus hunc Magistrum *Wolfgangum* omnibus bonis viris, quia speramus, eum et propter iustitiam et artis medicae et philosophiae cognitionem multis profuturum esse, et ipsis civitatibus in quibus vivet, magno ornamento fore. Itaque et Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi conditorem generis humani, fontem sapientiae oramus, ut hunc *Wolfgangum* gubernet, et faciat, ut sit *σκεῦος ἐλέους*, et ut totum curriculum vitae ipsius ac studiorum sit salutare ipsi et aliis. Datae Vitenbergae, anno 1548. die paschatos [3]), quod fuit inde usque ab exitu Israelitarum ex Aegypto pascha 3057. Tam diu cum Ecclesiam suam Deus servaverit inter ingentes imperiorum confusiones et ruinas, gratias ei agamus, et speremus, diutius servaturum esse suos coetus, et hac spe studia doctrinae et virtutum colamus.

1) Cod. Mon. 90. *τῶν ὄντων*.

2) Illo tempore Melanthon Decanus collegii Philosophorum fuit.

3) Quum sciamus Melanthonem eo tempore fuisse Altenburgi vel hoc testimonium non a Melanthone est scriptum, quod vero non putaverim, vel Altenburgi utique scriptum est, sed a Melanthone propterea non *Altenburgi* sed *Witebergae* adscriptum est, quod testimonium publicum, nomine ordinis Philosophorum vix alio in loco quam in Academia ipsa datum dici posset.

No. 4194. 5. Apr.

Georgius Pr. Anh. ad Spangenbergium.

Manlii farrag. p. 452 sq.

Georgius Anhaltinus Ioanni Spangenbergio, Superint. Islebiensi S. D.

Gratiam et pacem in Christo. Accepimus literas tuas, humanissime vir, in quibus pro N. intercedis iterum. Ad haec autem tibi iam nihil respondere possumus. Etsi illi plus permissum sit, quam aequum fuit: tamen tuis precibus fruatur, donec nostros Warndorfium miserimus. Quod fiet intra duodecim dies: ubi pro ratione negocii, et propter tuam intercessionem clemens accipiat responsum. His brevibus et nos et nostram Ecclesiam tuis piis precibus commendamus. Vale in Christo. Datae Mersburgi, 5. die mensis Aprilis. 1548.

No. 4195. 6. Apr.

G. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 896 sq.

Georgio Fabricio.

Doctissime Georgi. Non idem valet oratio *τῶν ἐνδόξων καὶ τῶν ἀτίμων ἀνδρῶν*, ut apud Euri-

pidem aliquanto mollius dicitur. Nos, ut ἄτιμοι, iacemus, imo, ut Paulina voce utar, sumus in odio, ut καθάρματα. Quare, quantum valere possint nostrae commendationes, saepe cogito. Officium tamen et voluntatem meam amicis probare cupio, et opto, ut aliqua ex parte Reipub. prosint. Scripsi de Schola vestra, et de vobis, et mitto nondum obsignatam epistolam, ut legas, et, ea lecta, statuas, an sit mittenda. σφραγῖδα addito amici alicuius. Scripsi brevius et squalidius, cum tam multa simul scribenda essent. Etsi apud te excusatione uti stultum est, qui ingenii mei imbecillitatem nosti. Non potest imitari tuum nitorem nostra oratio. Senatui agas gratias, quod et currum dedit utendum *), et aliis nos officiis amanter ornavit. Bene vale. VI. Aprilis.

No. 4196. 9. Apr.

I. Forsterus ad Spangenbergium.

Manlii farrag. p. 431 sq.

Eximia pietate et eruditione praedito theologo, Ioanni Spangenbergio, Superattendenti comitatus Mansfeldensis primario, domino suo venerando, Ioannes Forstherus superattendens Mersburgensis

S. D. Edidit *Iacobus Ratz*, concionator in *Neunstat* oppido, libellum Germanicum, cuius titulus est, *Von der hell*, in quo aliquot locos obscuriores explicat, maxime vero de descensu ad inferos. de quo, cum Erphordiam transiens, ibi in bibliopolio percontarer, forte assistebat mihi, qui se bibliopolam dicebat, et civem Islebiensem, et habere domi exemplaria quaedam adfirmabat. Rogabam, ut per occasionem mihi duo aut tria exemplaria Mersburgum mitteret, pro pecunia. Quod cum interea temporis, dum hic fuit, non fecerit. Lipsiae percontari curavi per amicos de libello: sed non est inventus. Quare cum obiter apud illustrem principem *Georgium ab Anhalt*, etc. mentionem eius facerem, rogavit me vehementer, ut tuae excellentiae scriberem: se enim velle curare nuncium, qui ad te literas perferret. Ego vero, etsi plane tui nullam notitiam habeam, licet viderim et audiverim te olim cum adhuc Northusii ageres: tamen obtemperare Principis petitioni volui, persuasissimum habens de tua humanitate, quod id officii vel principis optimi nomine haud facile detrectaturus sis, atque duo exemplaria aut tria hoc nuncio mittere: in hoc et Principi illustrissimo, et mihi haud parum gratificaturus. Valeat tua excellentia feliciter, et eam Christus suae Ecclesiae multos annos conservet salvam et incolumem. Datum Mersburgi, 9. Aprilis, 1548.

*) cum iter faceret in monasterium Cellense.

No. 4197. 10. Apr.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 19 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Non inopia argumentorum brevem epistolam mitto: sed quia haec sunt eius generis, de quo Aristot. dicere solitus est τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐπιστολικόν. Scio deliberationes conventus Augustani de Ecclesiis, et multis coniecturis adducor, ut metuam ingentium motuum occasiones fore, quos Deus gubernet. Nec accuso Imperatorem, alii sunt, qui corruptelis doctrinae delectantur. De me tollendo iam ter deliberatum est, et secedere me multi hortantur. Certe quodvis exilium optabilius est, quam consiliis istorum adesse. Commendo autem mea pericula Filio Dei, te quoque optarim non valde pugnare apud cives, ut locum docendi tibi concedant. Nam catastrophe conventus nova consilia adferet. Bene vale. Die 10. Aprilis 1548.

Philippus.

No. 4198. 12. Apr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 589 sq. (ed Lond. lib. IV. ep. 732.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Cam. Paberg. amico et fratri suo carissimo,

S. D. Et de itinere meo, et de Rep. statim post reditum meum ad te scribere cupiebam. Etsi enim argumentum eius generis est, de quo solitus est Aristoteles dicere, τοῦτο οὐκ ἐστὶν ἐπιστολικόν, tamen tibi significari has res, etiam Reip. interest.

Sed vel dolore, vel occupationibus impeditus sum, quo minus narrationem instituerem aliquanto longiorem.

Cum venissem *Cellam*, primum litterae monstrantur, quae narrabant mihi ambos Atridas [1]) valde irasci. Ea de re ad me vir integerrimus *καὶ γνησίως φράγκος*, Nassaensis *γραμματεὺς* [2]) bis scripsit. Credo igitur, sed miror, cur mihi magis, quam *Bucero* aut aliis, cum mea moderatio multas controversias diremerit, et ad hoc profuerit, ut mediocris forma esset Ecclesiarum in his praesertim regionibus. Etsi autem meo periculo moveor, tamen haec privata cura prorsus obruitur cogitatione publicorum malorum.

Liber de quo Ratisponae disputavimus, nunc rursus in theatrum Augustae profertur, et ornatus est fucosius. Si recipitur, magnae erunt Ecclesiarum in his regionibus distractiones, pellentur multi docti et pii sacerdotes ex suis Ecclesiis, ut Arianis temporibus. Agnosco *λογοδαιδάλους*, partim Moguntinum illum *κόλακα*, partim *Lambum* [3]) illum tuum, quem esse Augustae certum est. Liber prorsus talis est, ut *περὶ βουλευτηρίων σπάρτης* inquit miserrima Andromache, *ἑλικτὰ κ' οὐδὲν ὑγιὲς ἀλλὰ πᾶν πέριξ.* Dices ipsam Andromachen in ea tragoedia imaginem quandam esse Ecclesiae huius temporis. Iam quae deliberationes sint *τῶν ἀργόντων*, brevi res ostendet. Et de hac tota re coram plura.

Vito non invideas delicias suas seu nectar illud, quod haurit ex Longobardi interpretibus, quorum tota doctrina praecipue ex duabus rebus confusa est, ex inerudita philosophia, et opinionibus superstitiosis. Non astra tantum, sed etiam negocia ipsa novos et ingentes tumultus Germaniae et Ecclesiae denunciant, quos ut Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi prohibeat, toto eum pectore oro. Bene et feliciter vale. Die tuo Natali. Philippus Melanth.

No. 4199. **12. Apr.**

Vito Theodoro.

Edita in d. Unschuld. Nachr. 1712. p. 630., et quidem ex apogr. in cod. Goth. 399. p. 94. — Aliud apogr. habetur in cod. Goth. 23. p. 57. Eandem edidit *Mohnike* in libro: Bartho l. Sastrowen Herkommen, Geburt und Lauf. Vol. II. p. 305 sq.

P. M. V. T. S. D. [*Phil. Mel. Vito Theodoro S. D.*]

Carissime Vite. Spero tibi non deesse salutares et veras consolationes. Nam hi, quorum conscientia in ministerio non vulnerata est insigni offensione, facilius retinent fidem, spem vitae aeternae, et laetitiam cordis, quae est inchoatio vitae aeternae [1]). Eriges igitur te cogitatione filii Dei, qui dixit: *nemo rapiet oves meas ex manibus meis.* Et non dubito, te in ministerio pie et fideliter versatum esse. Et iam gaudeto [2]) tibi nihil esse negocii cum horribili sophistica, quae excogitata est ad suppressionem [3]) veritatis. Liber de quo Ratisponae disseruimus Augustae rursus propositus est principibus et est fucosior quam fuit antea. Si assenserint *οἱ ἄρχοντες*, nos in nova exilia distrahemur. Mihi etiam peculiariter audio irasci *τὸν αὐτοκράτορα*, quod optabilius est, quam adhiberi ad fabricanda illa sophismata. *Καὶ δοκεῖ τὸν Βούκερον ἕνα τῶν λογοδαιδάλων εἶναι, οἱ ἐκεῖνο σύγγραμμα κατεσκεύασαν* [4]). Deus misereatur nostri. Bene vale. 12. Aprilis [5]).

No. 4200. **13. Apr.**

Crucigero.

Edita in Actis synodicis lat. p. 128. Inde repetita a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. II. p. 9. — Cruciger et Pfeffingerus haerebant adhuc Cygneae, et expectabant mandata Electoris.

Caspari Crucigero Sacri Theologiae Doctori.

S. D. Meum cursorem antea Cygneam misi, quam tuas literas de Gunzenhusano itinere accepi. Paginam mearum deliberationum spero vobis redditam esse. Nam quo diutius insidias in loco *περὶ πίστεως* considero, eo magis ab illo fucoso libro abhorreo. Dicetis igitur plane, falso iactari, quod

---

1) Carolum et Ferdinandum, qui in Philippum a Marchicis sunt excitati. C. W.

2) Guilielmus Knittelmaier. C. W.

3) Sidonium et Agricolam. C. W.

---

1) *et laetitiam* etc. cod. Goth. 23. non habet.

2) Cod. Goth. 399. *gaudeo.*

3) Cod. Goth. 399. *oppressionem.*

4) Graeca cod. Goth. 399. non habet.

5) In cod. Goth. 399. finitur epistola bis: „Deus misereatur nostri et benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos etc. Bene vale."

doctrina de fide comprobetur eo scripto. Faciunt fidem praeparationem πρὸς δικαιοσύνην, postea dicunt, hominem dilectione iustum esse, et ibi astute addiderunt, fructum esse huius iustitiae vitam aeternam. Quid volunt, nisi dari vitam aeternam propter hanc qualitatem? Ita submovent τὴν διδασκαλίαν καὶ παράκλησιν περὶ πίστεως. Bene vale. 13. Aprilis.

No. 4201. 13. Apr.

Iudicium II. de libro Interim.

Ex Actis synod. german. p. 94., unde hic descriptum est hoc iudicium. Nam non latino sed vernaculo sermone usus est Melanthon. Apographon prioris partis habetur in codice quodam Guelph., unde mihi quoque descriptum est. — Latinam versionem habes in Actis synod. latin. p. 129., repetita a Peselio in Melanthonis Consiliis latinis P. II. p. 9 — 14. — Postquam Melanthon apographon libri Interim ipsi missum accuratius inspexerat, priori iudicio (d. 1. Apr.) hoc alterum addidit et per singularem nuncium ad Theologos Cygneae haerentes misit, ut illud transmitterent ad Imperatorem. In Actis synod. latinis inscribitur: „De insidiosa et fraudulenta depravatione articuli Iustificationis in libro Augustano commonefactio Philippi Mel. prima Augustam missa ante libri publicationem." In Actis synod. germ. autem sic:

„Abschrift des Herrn Philippi andern Bedenkens von dem Augsburgischen Buch Interim in dem Artikel von der Rechtfertigung und Meß."

So aus der Vergleichung hernach in Kirchen dieser Land ein Verfolgung und Verwüstung folgen[1]) würde, so hätt[2]) man nicht Einigkeit, sondern viel größer Spaltung[3]), Betrübniß und Aergerniß angericht. Darzu Ursach geben, ist für Gott eine schwere, große Sünde und wird große Unruh machen. Darum bitt ich noch, dieses Werk mit mehr Verständiger Rath[4]) zu bedenken. Ich hab auch nach meiner nächsten Verzeichniß, darin ich von den groben öffentlichen Mißbräuchen, als von Privatmessen, von der Application der Meß für die Todten, vom Canon, von der Todten Anruffung rc. diesen Sachen weiter nachgedacht, und sonderlich der betrieglichen Stellung im Artikel vom Glauben und Liebe, darin im Grund dieses die Meinung ist: der Glaube ist nur eine Fürbereitung zur Gerechtigkeit, darnach kompt die Liebe, dadurch ist der Mensch gerecht; das ist so viel: der Mensch ist[5]) gerecht von wegen eigner[6]) Werk und Tugenden, und wird dieß Licht weggenommen: der Mensch ist gerecht und Gott angenehm[7]) um des Herrn Jesu Christi willen durch Glauben[8]): Nu weiß ich wohl, daß viel weise Leut diese Lehr vor ein unnöthig Geprenk halten; gleichwohl wer christliche Lehr nicht für Fabeln hält, der kann leichtlich verstehen, daß noth ist, rechten Verstand dieses Artikels zu erholen[9]).

Mich wundert auch, daß man rühmet, diese Vergleichung sey eine Zulassung des Artikels vom Glauben, wie er in unsern Kirchen von Gottfürchtigen und Gelehrten verstanden wird, So doch die Form dieses Artikels im Grund wider denselbigen Verstand ist, wiewohl der Betrug subtil fürgegeben ist; aber man merkt es doch.

Viel Stücke sind recht in denselbigen ersten Artikeln[10]). Dieses ist auch recht[11]), daß der Artikel saget: Glaube, Liebe, Hoffnung müssen beisammen seyn, wiewohl es eine gemeine Rede ist, die man auch recht verstehen soll. Aber dieser Griff, daß er den Glauben nur eine Vorbereitung macht, ist Unrecht, und so man wollte Einigkeit machen, könnte man denselben[12]) Artikel besser stellen, welches Kais. Maj. nicht zuwider seyn würd.

Der listige Weihbischof[13]) hat aus eigener Listigkeit ein Griff da gebraucht, deutet die Wort Pauli also: durch den Glauben werden wir gerecht, d. i. durch Glauben[14]) erlangen wir ein ander Ding, nämlich die Liebe, dadurch sind wir gerecht. Also wird der Mensch von Christo auf sich selbst geführt, und verleurt den Trost, den er am Sohne Gottes haben sollte.

Und so etliche sagen werden[15]), ich deutete[16]) die Stellung calumniose, so ist doch dieses im Grund[17]) also, und werden viel Pastores derhalben den Artikel nicht annehmen, darauf wird Verjagung der Priester

---

1) Cod. Guelph. kommen.
2) Cod. Guelph. hat.
3) Cod. Guelph. großer Spaltungen.
4) Cod. Guelph. mit mehren verständigen Leuten noch.
5) Cod. Guelph. sey.
6) eigner] cod. Guelph. seiner.
7) der Mensch — angenehm] non habet cod. Guelph.
8) Cod. Guelph. den Glauben.
9) erholen] i. e. wiederholen. Act. synod. erhalten, et versio latina: *retineatur*. Praefero autem lectionem codicis.
10) Cod. Guelph. Vier Stücke sind wahr in demselben Artikel.
11) recht] cod. Guelph. wahr.
12) denselben] cod. Guelph. die.
13) Sidonius.
14) Cod. Guelph. den Glauben.
15) Cod. Guelph. würden.
16) deutete] cod. Guelph. thue.
17) dieses im Grund] cod. Guelph. dieser mein Gemüth; mendose.

und Verwüstung der Kirchen folgen, dazu ich nicht[18]) helfen will.

Diese Erinnerung habe ich für nöthig geacht, mag auch leiden, daß sie dem Churfürsten zu Brandenburg und Johanni Eißleben, Jacob Sturmen und D. Bucero, der auch zu diesen Händeln gezogen wird, und andern mehr Verständigen gezeigt werde, und bitte, man wolle dieses Stück wohl bedenken, es belanget Gottes Ehr und aller Kirchen Einigkeit.

Von den groben Mißbräuchen ist gesagt in meiner nächsten Verzeichniß. Will man ein leidlich christlichs[19]) Interim machen, so ist ohn Zweifel Unterschied zu machen, welche Stück recht[20]) und nöthig sind, und dagegen welche Stück unnöthig, unrecht[21]) und dazu unmöglich sind. Warum will man diese Kirchen wüst machen von wegen der unnöthigen, falschen Seelmessen, item Heiligen anruffen etc.

Im Canone sind diese Wort offentlich: daß man dieses Opfer thue pro redemptione animarum, pro spe salutis et incolumitatis suae. Diese Wort geben keinen andern Verstand denn: mit diesem Opfer Seligkeit zu erlangen. Darnach sind mehr Absurda darin von der Heiligen Verdienst; item der Priester bittet, Gott wolle seinen Sohn annehmen, wie er hat Abels Opfer angenommen und Melchisedeks Brod.

Ich glaub auch nicht, daß die Reichsstädte und andere große Städte diese Mißbräuch wiederum annehmen werden. So es denn etliche andere annehmen, werden größer Spaltung, und werden unchristliche Verfolgung. Dazu will ich aber nicht helfen, und will viel lieber sterben.

Meine Schriften von der Lehre geben genugsam Zeugniß, daß ich, so viel mir Gott verliehen, Fleiß gethan habe rechte und nöthige Lehre zu erklären[22]), und habe nicht viel von unnöthigen Dingen gestritten, habe auch etliche Controversias zu Einigkeit bracht, und will die Sachen Gott befehlen. Bitte aber um Gottes willen, unser gnädigster Herr wolle in dieser hochwichtigsten Sache Gottes Ehr fürnehmlich betrachten, und Gotte die Fährligkeit befehlen.

Philippus Melanthon.

18) Cod. Guelph. nicht mehr.

19) Cod. Guelph. wie man leidliche und christliche.

20) recht] cod. Guelph. wahr.

21) Cod. Guelph. unwahr.

22) Fleiß — erklären] cod. Guelph. habe wahre und nöthige Lehre erklärt.

Von der Meß[23]).

Wiewohl das Interim dieses nachgibt, daß die Meß nicht ein Opfer sey für die Sünde und nicht Vergebung der Sünden verdiene, denn dieser Irrthum ist zu ganz grob: so behält es doch vier Irrthum, deren etliche auch sehr grob und abgöttisch sind, und will im Grund die Privatmeß mit einem gemachten Schein stärken.

Und zum ersten ist dieses ihr Grund und Fels, darauf der ganze Bau stehen solle: es muß ein äußerlich Opfer seyn unterschieden von Volks Communion, und dasselbig sey, daß der Priester den Sohn Gottes dem Vater opfert und fürstellt, mit diesen deutlichen Worten: wir opfern dir deinen Sohn.

Zum Andern, und solchs äußerlich Opfer sey also eingesetzt vom Herrn Christo, und werde durch dieses äußerlich Werk dem Volk der Verdienst Christi applicirt. Darum auch dieses Opfer so hoch nöthig sey, daß, so es nicht gehalten würde, so wäre der Verdienst Christi nicht applicirt, und wäre Glaub und alles vergeblich.

Zum Dritten, daß man die verstorbenen Heiligen anrufen solle. Item, bitten, daß von wegen ihrer Verdienst uns Gnade widerfahre.

Zum Vierten, daß das Opfer den Todten zu gut komme, und werden sonderlich der erste und andre Artikel als hochnöthig und unwidersprechlich fürgeben. Nu ist dieses im Grunde der Mönchen Lehre, daß ein äußerlich Werk ex opere operato der Kirchen und Christenheit nöthig sey, und daß die Applicatio des Verdiensts Christi geschehe durch dieses Werk des Priesters.

Dieser Irrthum führt die Leut auf eines andern Werk als nöthig neben dem Verdienst Christi, und dazu allein auf eine äußerliche Ceremonia des Opfers. Es sind doch im alten Test. die Opfer nicht Applicationes gewesen, viel weniger ist die Ceremonia an sich selbst jetzund eine Applicatio, sondern die einig und wahrhaftig Applicatio geschiehet durch Glauben im Brauch der Sacrament.

Nu ist diese Sache großwichtig und ist der fürnehmsten Streit einer, die jetzund fürgefallen; darum soll man fürsichtig darin seyn. Das Interim will hiemit die Application, darauf die Privatmeß gegründet ist, mit großem Schein stärken, und so dieser Grund bleibet, so folget, daß man wieder Privatmeß halte, so viel immer möglich; denn es ist nicht allein ein gut Werk

23) Haec de missa cod. Guelph. non habet.

und Dankopfer, sondern es kömpt der Kirchen zu gut, der Verdienst Christi wird damit ausgetheilt. Das sind eitel schreckliche Lügen; darum in diesen Artikel nicht zu willigen.

Damit wir aber gewiß sind, daß wir nicht irren, so ist öffentlich, daß im Evangelio kein Wort stehet, daß der Priester opfern soll. Item, der Sohn Gottes opfert sich selbst, wie zu Ebreern geschrieben stehet; er tritt selbs für den Vater im heimlichen Rath. Unser Opfer ist, daß wir Gott bitten, er wolle um seines Sohns willen uns annehmen, und [daß wir] hangen an dem Sohn als Gliedmaß durch Glauben, welches alles von den Communicanten zugleich geschieht in der Communio, da sie auch erkennen, daß sie zu Gliedmaß gemacht, dieweil ihnen der Leib geben wird. Auch nennet Paulus das Sacrament nicht ein Opfer, sondern eine Austheilung des Leibs, daraus zu verstehen, daß er zur Austheilung geordnet ist, wie der Herr spricht: nehmet hin rc. Nu gebühret uns nicht, ein ander Nebenwerk zu ordnen, und das Testament unsers Herrn zu ändern. Und so dieses ganze Werk gleich den Priestern und Communicanten geordnet [24]), ist ja klar, daß die Priester nicht ein sonder Opfer daraus machen sollen. Es spricht auch der alte Canon nicht, daß der Priester den Sohn Gottes opfere, und sind große Ungleichheiten im alten und neuen Canon, davon in einem rechten Concilio zu reden hoch nöthig wäre. Ueber das alles, so ist öffentlich, daß eine Ceremonia nicht kann eine Application seyn ex opere operato.

Und daß so heftiglich gestritten wird, es muß ein Sacrificium oder Opfer in der Kirchen seyn, das ist wahr. Wir halten festiglich, daß in der Meß diese vier Werk zusammen geschehen sollen: erstlich die Gedächtniß von dem Sohn Gottes, seinem Leiden, Verdienst und Verheißungen; zum Andern, die Danksagung für solche große Gnade; zum Dritten, die Bitte, daß uns Gott um des Sohns willen wolle gnädig seyn. Zum Vierten, die Applicatio in der Communio, daß wir glauben, Gott wolle uns annehmen um des Sohnes willen, und danken ihm, und erzeigen herzliche Dankbarkeit mit ernstlicher Besserung unsers Lebens.

Diese vier Stück zusammen sind das Opfer, da auch Malachias von sagt, und gehören in den Spruch: veri adoratores adorabunt patrem in Spiritu et veritate.

24) Versio lat.: *pertineat pariter ad sacerdotes* etc.

No. 4202. 14. Apr.

Cruciger, Maior et Pfeffinger ad Mauritium.

Ex Actis synodicis german. p. 98. — (In Actis syn. latin. p. 128.) — Melanthon Crucigero, Maiori et Pfeffingero, Cygneae adhuc haerentibus miserat (vid. d. 13. Apr.) alterum, paulo prolixius Iudicium de libro Interim, quod hi iam iterum Principi Electori Augustam transmiserunt.

An Herzog Moritzen Churfürst etc.

Durchlauchtigster Churfürst, gnädigster Herr. Es sind Ewer Durchleuchtigkeit unsre schuldige und gehorsame Dienst neben unserm emsigen Gebeth zu Gott bevor. Wir haben von Ewer Durchleuchtigkeit schriftlichen Befehl empfangen, die wir durch denselbigen Boten dem gestrengen und achtbaren Herrn Doctor Cummerstadt haben anzeigen lassen, nämlich daß wir zu Zwickaw bis auf fernern Bescheid verziehen, und uns gegen Ew. Durchl. in dem gehorsamlich verhalten wollen. Und nachdem uns gestern der Ehrwürdig Herr Philippus Melanthon etliche Verzeichnung den Artikel von der Gerechtigkeit und etliche andere des Buchs betreffend, zugeschickt, daß wir dieselbigen eilend zu E. Chf. G. senden wollten, also haben wir sie alsbald der Post überantwort. Nachdem uns aber Ew. Chf. Durchlaucht vermahnet, auf christlichen Frieden bedacht zu seyn, so bezeugen wir vor Ew. Chf. D., daß an uns, was zu gemeinem Fried dienstlich seyn will, kein Mangel gespüret werden soll, sofern es ohne Verletzung göttlicher Ehr, reiner Lehre und unsrer Kirchen immer geseyn kann, und bitten solches von Gott, dem Vater alles Friedens mit steter Anrufung. Der Vater unsers Herrn Jesu Christi wolle Ew. Chf. Durchl. und dieser Land Kirchen, sampt allen, die ihn im rechten Erkenntniß und Vertrauen seines lieben Sohnes recht bekennen und anrufen, zu diesen beschwerlichen und gefährlichen Zeiten gnädiglich stärken und erhalten. Es wolle ihnen auch Ew. Chf. Durchl. uns lassen befohlen seyn. Zu Zwickaw, den 14. Aprilis Anno 1548.

Caspar Creutziger D.
Georgius Maior D.
Johannes Pfeffinger D.

No. 4203. 14. Apr.

A. Lauterbachio.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 126.

Antonio Lauterbach, Pastori Eccles. Pirnensis.

S. D. Reverende vir et amice carissime. Grata est mihi assiduitas tua in scribendo. Fruamur enim amicitia nostra donec conceditur, praesertim cum et Ecclesiis prosit concordia et coniunctio nostri ordinis. Fruemur autem suavius nostra amicitia in illa coelesti consuetudine inter nos, amicos candidissimos, filium Dei, Patres, Prophetas et Apostolos. Academiae instauratio Dei beneficio mediocris. Et sperarem, studia doctrinae coelestis et Philosophiae futura hic non segnia, si exitus *conventus Augustani* placidus erit. Et ut si placidus, Deus aeternus pater domini nostri I. C., conditor generis humani et Ecclesiae suae perficiat, qui non sinet extingui lucem Evangelii. Bene vale. Die 14. Aprilis 1548. P. M.

No. 4204. 15. Apr. (Torgae.)

Alberto, Duci Pr.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 144 sq. ep. 48.

Alberto Duci Borussiae

S. D. Illustriss. Princeps et Clementiss. Domine. Cum essem in itinere, venit ad me hic tabellarius in oppido Torga, et literas petebat die 15. Aprilis. Etsi autem cupiebam res multas et magnas significare, tamen quia et literas Cels. v. eodem tempore expectabam et per homines notos respondere decreveram, huic nihil dedi literarum de publicis negociis. Deus mitigabit aerumnas publicas et privatas. Sed multae et magnae confusiones totius Germaniae existent, si decreta Augustana, quae vocant *Interim* proferentur, quae qualia sint, significabo Cels. v. et audio publicationem differri usque ad adventum filii Imperatoris et duorum Cardinalium. Sed deus non sinet extingui lucem Evangelii sui, etsi simul accidere possunt magni motus. Ex his tamen veritas elucidabitur. In Conventu Augustano Episcopus *Moguntinus* maxime contendit ut bellum Cels. vestrae inferretur, aliis refragantibus. Sed haec scribam per notos homines copiosius. Bene valeat cels. v. Torgae die 15. Aprilis.

Celsitudini vestrae
deditissimus
Philippus Melanthon.

No. 4205. 15. Apr. (Torgae.)

(*Cummerstadio.*)

Edita in Actis synodicis lat. p. 158. repetita a Pezelio in Consil. latin. P. II. p. 14.

Ad Consiliarium quendam Primarium [Cummerstadium] Electoris Saxoniae Ducis Mauritii.

S. D. Clarissime vir, et Patrone colende. Cum in nulla regione toto orbe terrarum, hoc tempore status Ecclesiarum, studiorum, et politicae gubernationis pulcrior esset, quam in his regionibus, libenter vobis operam meam collocavi, et hoc decus mea mediocri assiduitate adiuvare studui. Nunc si cum sacrificulorum ordine pacem ita facient Principes, ut proprias Ecclesias turbent, et pellantur ex nostris Ecclesiis Pastores, (quod futurum esse metuo) ingentem accipio dolorem, et facilius quaevis exilia et mortem feram. Decrevi tamen ad vos et ad collegas venire, ut iussistis. Bene et feliciter vale, 15. Aprilis.

No. 4206. 17. Apr. (Cellae.)

Io. Brentio.

Epist. lib. III. p. 195. (ed. Lond. lib. III. ep. 116.). Apographon in cod. Goth. 191. p. 80.

Ioanni Brentio

S. D. *Collectam exilio pubem, miserabile vulgus*, vocat *Aeneas* multitudinem suae navigationis sociam. Tale est † et" nostrum agmen. Non enim solus *Erasmus Alberus* exulat. Quis nostrûm certam sedem habet? Ego annos circiter quindecim exilia quotidie expectavi, et adhuc expecto.

Alius alio praesentes aerumnas fert aequabilius. Ideo non subito deserimus (omnes) [1]) ea loca, in quae seu ventis, seu potius fato et Dei consilio delati sumus. Sed quo fata vocant, pietas secura sequetur.

Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut me regat, ut sim et maneam σκεῦος ἐλέους, et ut mei labores prosint verae Ecclesiae.

---

1) *omnes* omittit cod. Goth. 191.

Erasmum †*Alberum*[2] quaeso, ut consiliis tuis regas. Gaudeo eum in Repub. honesta sedem esse nactum: Nam et recte tenet doctrinam Ecclesiae Dei, non vitiatam*) opinionibus fanaticis, et Deum timet, et moneri se in gubernatione, a te praesertim, quem diligit, patietur. Bene vale. Die 17. Aprilis, quo die ante annos 3852 *Noa* arcam ingressus est.

No. 4207. 17. Apr. (Cellae.)

Erasmo Benedicto.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 250.

Eruditione et virtute praestanti, Mag. Erasmo Benedicto, amico suo carissimo,

S. D. Carissime Erasme. *Conscia mens, ut cuique sua est, ita concipit intra pectora pro meritis spemque metumque suis.* Ego igitur fretus conscia rectae voluntatis et moderationis, quam in magna confusione opinionum praestiti, nondum fugere decrevi*). Sed tamen gratias ago viro clarissimo D. N. et Domino *Michaeli*, cum pro caeteris beneficiis, tum etiam pro singulari fide, quam in hoc meo periculo praestiterunt. Et ad vos scribam reversus Wittebergam, ubi, si potes, meum reditum exspecta. Spero enim, nos, Deo iuvante, intra octiduum redituros esse domum. Gratias ago D. *Michaeli* pro vino misso, et tuum erga nos studium multis pergratum est. Coram de Sycophantis loquemur, qui Atridas contra me accendunt, sed purgarunt me rursus aliqui, quorum non levis auctoritas est. Bene et feliciter vale. Die Georgii.

Phil. Melanth.

No. 4208. 17. Apr. (Cellae.)

Ioanni ministro.

Epist. lib. II. p. 685. (edit. Lond. lib. II. ep. 606.)

---

2) Cod. Goth. 191. *fuentem.*

*) Loquitur de ira Caesaris, qui hoc tempore volebat (vid. ep. d. d. 24. Mart.) ut Melanthon ipsi traderetur. Est ergo scripta 1548. Cellae, ut sequens epistola ad Iohannem ministrum.

Iohanni Ministro suo fidelissimo

S. D. Charissime *Ioanne*, Toties se vocat Deus Patrem orphanorum, credamus igitur, et nostros orphanos, quos tu quotidie gestas, et summa pietate educas, ei curae esse. Imo nos ipsos quoque cum revera simus orphani, sciamus ab eo et ali et protegi, et nos ipsi commendemus. Fretus conscientia rectae voluntatis et moderationis, quam turbulentissimis temporibus praestiti, nondum fugere decrevi, ac Deo iuvante, ad vos intra octiduum una cum collegis rediturus sum. Misi hinc nuncium ad vos, cui dedi paginas exhibendas Magistro *Paulo*; spero eum ad vos pervenisse, videbatur enim homo non vanus esse, et civis erat *Torgensis*. Nostram familiam tibi commendo. Bene et feliciter vale. Die Georgii.

No. 4209. (his dieb.)

Lectori.

Praefatio in librum: Contexta populi Iudaici historia a reditu ex Babylone usque ad ultimum excidium Hierosolymae, *Paulo Ebero*, Kytingensi auctore. An. M.D.XLVIII. Witeb. 8. (descrips. Lunzius.) — Scripta est praefatio Cellae, et d. 17. Apr. missa Wittebergam ad Ioannem ministrum. Vid. epp. anteced. et seq.

Phil. Melant. Lectori S. D.

De Aenea intuente picturam Troiani belli in templo recens condito a Didone, inquit Virgilius:

Sic ait, atque animum pictura pascit inani,
Multa gemens, largoque humectat flumine vultum.

Etsi autem quaeri potest, cur dixerit Poeta, pasci animum adspicientem picturam, cum quidem recordatio calamitatum patriae tristes gemitus et lachrymas cieret: tamen multae causae sunt, propter quas recte dicit, adspectione picturae leniri dolorem, quia et ipsa virtutis consideratio in tantis aerumnis aliquam adfert levationem; deinde et illud verum est, gemitibus et lachrymis quasi laxari animorum angustias, ut Poeta inquit:

Expletur lachrymis egeriturque dolor.

Et Euripides ait: ὡς ἡδὺ δάκρυα τοῖς κακῶς πεπονθόσι. Non solum autem nostrarum rerum pictura, sed multo magis etiam rerum veterum historia, in quibus imago est nostrarum, lenit dolores, praesertim in Ecclesia, in qua verae causae miseriarum et liberationum ostenduntur. Primum exempla admonent nos de modestia, ne inaequa-

lem in Ecclesia fortunam expetamus. Cum filius Dei, et praecipua lumina nostri agminis, magnas calamitates certo Dei consilio tulerint, inaequale et iniustum esset, nos tantum suave otium expetere, cum quidem ira Dei nostris delictis irritata sit. Deinde iuvat cernere in bonis exempla fidei, invocationis, confessionis et aliarum virtutum. Postremo alia consolatio proponitur, ignota Ethnicis historiis. Nunquam opprimitur tota Ecclesia, quae vocem verae doctrinae sonat, etiamsi variis aerumnis magni coetus dissipantur. Interim tamen Deus non solum privatim aliquos recte sentientes, sed etiam publici coetus aliquos et ministerium Evangelii, et aliqua piorum studiorum domicilia servat, alias magis, alias minus tranquilla et ornata. Hi eventus cum leguntur in historiis Ecclesiae, nos de promissionibus divinis admonent, ac testimonia sunt promissionum, nosque ad spem et expectationem mitigationis publicarum miseriarum invitant, et accendunt in nobis vota, quae ipsa etiam conducunt ad flectendam iram Dei. Multum igitur prodest legere piorum facta et eventus. Et sunt aliae multae causae, propter quas necessaria est omnibus cognitio historiarum Ecclesiae. Necesse est scire initia et propagationem doctrinae a Deo traditae; unde, quibus testimoniis, per quos doctores, et initio tradita sit doctrina et propagata. Voluit igitur Deus extare historiam Ecclesiae inde usque ab initio generis humani, usque ad nostra tempora. Ac singulari beneficio descriptiones continuas maximarum mutationum in imperiis servavit. Decet igitur nostram diligentiam accendere, ne monumenta maximarum rerum intereant, sed ut illustrentur et sint in manibus hominum. Quare bonis mentibus spero gratum fore, hunc *Pauli Eberi* laborem, qui prudenter contexuit historiam populi Iudaici, a reditu ex Babylone usque ad politiae Iudaicae finem, de multis et tetris confusionibus eius temporis, quod magna ex parte imago est huius ultimae senectae mundi. Multa autem monet rerum similitudo, quorum cogitatio prodest ad hanc considerationem, quae, et ubi sit vera Dei Ecclesia, et quo dirigenda mens sit in his confusionibus generis humani et unde petenda sint praecipua dolorum remedia. Prodest etiam cognitio huius historiae ad multos locos in libris Propheticis et Apostolicis intelligendos: fuitque initio causa huius operis instituendi praecipua, quod in enarratione Danielis, Zachariae et Apostolorum opus est seriem harum rerum, quae hic recitantur nosse. Accipe igitur hoc munus, Candide Lector, quod prodesse alicubi poterit, et nocet nemini. Talia scripta eo magis cum favore excipienda sunt, ut studia bonorum virorum invitentur ad similes labores Ecclesiae utiles candore legentium. Bene vale.

No. 4210. 23. Apr. (Cellae.)

P. Ebero.

Epist. lib. II. p. 154. (ed. Lond. lib. II. ep. 141.).

D. Paulo Ebero.

S. D. Meministi dictum *Pindari*, quod senex in primo libro πολιτειῶν apud *Platonem* recitat, τῷ μηδὲν ἑαυτῷ ἄδικον ξυνειδότι, ἡδεῖα ἐλπὶς ἀεὶ παρεστὶ, καὶ ἀγαθὴ γηροτρόφος. Fretus igitur conscientia rectae voluntatis nondum fugiam. Nam privatum delictum nullum memini, propter quod iuste irasci mihi *Atridae* possint. Si succensent propter doctrinae explicationem, in qua mea moderatio et tranquillitas utilis fuit, et viam aliquam quaerentibus concordiam monstravit: feram, Deo iuvante, quicquid accidet. Post triduum, Deo iuvante, iter ingrediemur, ad vos redituri. De libro *Augustano* scripsi deliberationem bona conscientia, quam ostendent vobis collegae nostri post reditum. Misi hinc nuncium ad vos, cui paginas dedi, in quibus praefatio erat addenda tuae historiae. Eum nunciutu, si fides ei non defuit, ratiocinor ad vos venisse, eo die quo meus cursor huc advenit, ἐς τὴν μάνδραν *). Si historia tua absoluta, ac edita est, pertexe quaeso eam partem, quae desideratur in his initiis physicis, quae eduntur. Cum rediero, Deo iuvante, reliquam partem operis inchoabimus. Hoc enim agamus, et non sinamus nos metu sycophantiarum a Philosophia depelli. Hac nocte saepe ingemiscentes, cruentam, et velut incendii speciem, cui atra fuligo mixta est, in luna orbata candida luce fratris, consideravimus. Accidit et in hac Eclipsi, quod alias observavimus, ut citius aliquanto in umbram incurrere luna visa sit, quam tabulae monstrant. Sed haec coram. Scriberem et caeteris amicis, si

*) Monasterium *Celle* in Misnia.

chartam hic nitidiorem haberemus, sed ἐν τῇ μάνδρᾳ ἄμουσά ἐστι πολλά. *Augustanae* literae significant, ita accusari Ducem *Wirtebergensem*, ut hoc agi appareat, ut prorsus excutiatur ex patria. Id negotium erit ἀφορμὴ novorum motuum. *Winclerum* alloqui valde cupio. Oro autem Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, qui se nominat patrem orphanorum, ut vos omnes, et familias vestras servet incolumes, et *Milichio* restituat bonam valetudinem, et integras corporis vires. Bene et feliciter vale. Die Georgii. *Bucerus* Augustae est publica fide.

No. 4211. 23. Apr.

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 662 sq.

Michaeli Meienburgio, Consuli Northusano,

S. D. Clarissime vir, et amice charissime. Ago gratias et viro Clarissimo, Domino *Obernburgero*, et vobis, cum pro aliis multis beneficiis: tum pro fideliss. significatione mei periculi *): ac Deum oro, ut et publicas et privatas calamitates mitiget, et vos defendat: oro etiam, ut me regat et protegat. Fretus autem conscientia rectae voluntatis et moderationis in explicatione doctrinae, cum esset opinionum confusio non parva, nondum decrevi fugere: ne fuga vulnus aliquod conscientiae significare videatur. Vobis etiam pro vino misso gratias ago. Augustanarum deliberationum etiam de Ecclesiis moram aliquam futuram esse arbitror. Nam Dux *Maurit.* Elect. prius referet de Ecclesiis ad suos status. Scribam et viro Clariss. Dn. *Obernburgero*, et vobis copiosius post paucos dies, cum domum rediero. Bene et feliciter valete. Die Georgii.

Philippus.

No. 4212. (24. Apr. Cellae.)

Iudicium III. de libro Interim.

Editum in Actis synod. germ. p. 98 b, unde illud hic descripsimus. Nam lingua vernacula scriptum est hoc iudicium. Versionem latinam habes in Actis synodicis latinis p. 137., repetitam in Melanth. Consil. latin. P. II. p. 16 sqq. et in Consiliis Theol. Wittenb. Vol. I. p. 886. — *Tertium* est scriptum de libro Interim. — Postulaverat Mauritius, Princeps Elector, ut Theologi uberiorem censuram de singulis capitibus libri Augustani conscriberent, quare hi in monasterio Cellae (ad Muldam flumen sito) d. 20. Aprilis convenerunt, et d. 24. Aprilis hoc ipsorum iudicium miserunt ad Electorem.

„Abdruck des Bedenkens auf das Interim dem Churfürsten Herzog Moritzen zu Zell gestellt."

Wir haben das Augsburgische Buch, darin die Kirchenlehre gefasset seyn solle, mit Fleiß etlich Mahl gelesen und bewogen, und nachdeme wir sehen, daß man endlich schließen muß, was in unsern Kirchen zu erhalten sey oder zuzulassen, bitten wir unterthäniglich, unser gnädiger Herr wolle auch andrer treuer und verständiger Leute Rath haben, und wolle diese hochwichtige Sach, die die ganze Christenheit belanget, nicht auf uns allein liegen lassen. Es sehen auch alle Nation jetzund auf unsern gnädigsten Herrn fürnemlich, darum viel an seiner Churf. Gnaden Antwort gelegen seyn wird.

Und nachdem sein Chf. G. gnädiglich befohlen, wir sollen ohne alle Privataffect antworten, mögen wir mit gutem Gewissen sagen, daß wir nicht Zank suchen, und nicht von unnöthigen oder geringen Sachen streiten wollen.

Und erstlich, daß man fürgibt, daß die Principal- und Hauptlehre in unsern Kirchen vom Glauben erhalten sey, da befinden wir, daß ja in der gestellten Form eine große Listigkeit geübt ist. Und wiewohl viel Stück recht sind, so ist doch dieser Betrug darein gemenget, nemlich der Glaube sey eine Vorbereitung zur Gerechtigkeit; darnach sey der Mensch gerecht durch die Liebe und eigene Tugend und Werke. Und verstehen diese Wort also: fide iustificamur: wir werden durch Glauben vorbereit, ein ander Ding zu empfahen, dadurch wir gerecht und gottgefällig sind, und sagen deutlich in ihrem Artikel: hernach werden wir wahrhaftiglich gerecht durch die Liebe.

Nu machen wir hievon nicht Wortgezänk, sondern wir sagen und schreien laut des Evangelii, daß im Menschen Reu und Leid oder Bekehrung zu Gott seyn muß, wie auch im Buch recht davon geredt ist. Item daß dabei seyn müssen Glaube, guter Vorsatz, Liebe, Hoffnung und andre Tugenden zu gutem Gewissen nöthig. Und so jemand die Lehre in unsern Kirchen also verstanden hat, daß er gedenkt, ein Mensch sey gerecht durch bloße Erkenntniß der Lehre, die auch in den Teufeln ist, der irret grausamlich, und ist ferne von unsrer Lehre.

*) quod a Caesare Melanthoni hoc tempore imminebat.

Der Spruch Johannis ist und bleibet ewiglich wahr: wer die Liebe nicht hat, der bleibet im Tode. Item, wer Sünde thut, ist aus dem Teufel. Item, Jacobus: der Glaube ohne Werke ist ein todter Glaube.

Dieses alles ist die unwandelbare Wahrheit des Evangelii. Aber davon ist die Frage: wenn gleich Liebe und gut Gewissen da ist, ob der Mensch zweifeln soll, oder ob er schließen soll, daß er für Gott rein und angenehm sey von wegen dieser seiner Tugenden, oder ob dieser Glaube da seyn solle, daß er um des Mittlers willen Jesu Christi für Gottes Augen gerecht und angenehm sey. Da spricht der Psalm: vor dir ist kein Lebendiger gerecht, verstehe aus eigener Würdigkeit und ohne diesen Mittler, der zwischen der strengen Gerechtigkeit Gottes und uns armen schwachen Menschen stehet, und decket uns mit seinem Verdienst und Vorbitte. Dieser Glaube und herzlich und lebendig Vertrauen auf den Sohn Gottes ist nicht allein eine Vorbereitung, sondern muß allezeit über die andern Tugenden schweben, und ist für und für diese Gerechtigkeit davon Paulus spricht: der Glaube wird ihnen zur Gerechtigkeit zugerechnet. Item: Abraham glaubte Gott, dieß ist ihm zur Gerechtigkeit zugerechnet. Und hat St. Paulus diesen Mann Abraham angezogen, der voll Tugenden war, hätte Liebe, gut Gewissen und alle schöne Tugenden; gleichwohl für Gottes Augen ist er nicht ohne den Mittler und dieses Vertrauen gerecht und Gott gefällig. Dieser Verstand ist das wahrhaftige Evangelium, das keine Creatur im Himmel und auf Erden zu ändern Macht hat.

Und ist im Buch eine bedächtige*) Rede, da es spricht: wenn der Mensch den Glauben hat, so werde er hernach erst wahrhaftiglich gerecht durch ander Ding, und setzet also eigene Tugend und Liebe weit höher und über dieses Vertrauen in den Sohn Gottes, und werfen diesen Trost weg, daß die alten Irrthum folgen etc. Und vornen, da das Buch seine eingegebene Gerechtigkeit, wie sie es nennet, hoch preiset, da sagt es allein von der Liebe, so doch alle Tugenden und fürnehmlich dieses Vertrauen in den Sohn Gottes auch in dieselbige eingegebene Gerechtigkeit gehöret. Und ist dieses Vertrauen nicht ein todter Glaube, sondern die Liebe wird also angezündet, und kann anders nicht bleiben, denn so das Vertrauen immer für und für leuchtet. Und sobald das Herz zappelt und dieses Vertrauen fehlt, so ist Liebe und Anrufung hinweg, davon in christlichen Herzen die tägliche Erfahrung in ernstlicher Anrufung Zeugniß gibt. Wir berufen uns auch nicht allein auf die klare, öffentliche göttliche Schrift, sondern auf alle verständige Christen, welche dieses aus eigener Erfahrung verstehen. Und dieses heißt das Zeugniß der christlichen Kirchen, welches wir auch groß achten. Und können die Verständigen aus dieser Erinnerung wohl merken, daß dieses nicht Wortgezänk ist, sondern ist vom Grunde der christlichen Lehre geredet und von dem fürnehmsten Trost, den alle Gottfürchtigen in aller Anrufung, in aller Angst und allem Leben haben mögen. Dabei bleibet gleichwohl allezeit das andre Stück, daß Gottesfurcht, Liebe, gut Gewissen, Werk und Tugenden zu gutem Gewissen nöthig, im Menschen seyn müssen, wie oft gesagt ist. Aber das Buch redet also vom Glauben, als sey der Glaube nichts anders denn donum praeveniens, eine vorhergehende Gabe, das ist, eine Vorbereitung; darnach kommen andre bessere Ding, dadurch der Mensch gerecht und Gott gefällig sey. Also wird auch das Vertrauen auf den Mittler, den Sohn Gottes, weggenommen, und wird die Ehr Christi unsern Tugenden zugemessen, daraus hernach Zweifel folget in rechter Angst, und kann das Herz nicht recht anrufen etc., und folget das Elend, davon Paulus spricht: was nicht aus Glauben geschiehet ist Sünde.

Nu haben wir nicht Zweifel, so Kais. Maj. von diesem Mangel in der Form des Artikels erinnert wird, ihre Maj. werden ihr selbs gefallen lassen, daß der Artikel recht gestellt werde. Und dieweil die jetzige Form dieses Artikels, die noch im Buch stehet, diesen Mangel hat, wie angezeigt ist, so können wir in diese Form nicht willigen, und werden ohne Zweifel an vielen Orten deutscher Land und andrer Nation verständige Prediger wider diese Form, so sie also bleibt, reden und den Mangel aufdecken. Darum wir auch unserm gnädigsten Herrn nicht rathen, diese Form anzunehmen.

II.

Darnach kompt der Artikel von der Kirchen, daß darin Bischoffe und Papst seyn sollen; item, daß sie Gewalt haben Schrift auszulegen und Canones zu machen, und daß sich niemand von ihnen absondern solle. Doch hängen sie daran, daß solche ihre Gewalt soll dienen zum erbauen und nicht zu zerstören.

Wiewohl nu in diesem Artikel und sonst im ganzen Buch viel generalitates sind, die mancherlei Deutung haben mögen, so wollen wir doch diesen Artikel nicht streiten. Wir begehren keiner Hoheit oder Herrschaft; es sey Bischoff oder Papst, wer es ist, so sie rechte Lehre und rechte Gottesdienst nicht verfolgen, wollten wir, daß sie ihre Autorität hätten, und treulich zu Erhaltung

*) bedächtige?] — *Si ita scripsit Melanthon, est pro* verdächtige.

christlicher Lehre und Zucht dieneten, dazu wir ihnen gerne unterthan seyn wollten. Und wird ihnen in diesem Artikel viel gewilliget, wiewohl etliche Stück darin sind, davon die Gelehrten in eigener Bekenntniß für sich weiter Bericht thun werden. Das sey vom Artikel an ihm selbs geredt. So viel aber insonderheit die Bischoffe in diesen Landen belanget, so sie die alten Mißbräuch, die rechter Lehre zuwider sind, wiederum aufrichten wollten in den Kirchen und Consistoriis, so würden Spaltungen, Zwietracht und Aergerniß im Volk. Dieses ist hiebei auch zu bedenken und zu verhüten, darum wir auch bitten. So sie aber die Gesang de tempore und christliche Ceremonias halten, und in Consistoriis nicht wider göttliche Recht sprechen, sind wir wohl zufrieden.

III. Von den sieben Sacramenten.

Wir wollen von der Confirmation und Oelung nicht streiten, wiewohl es nicht recht ist, daß das Buch spricht: es werde Gnade dadurch gegeben. So viel aber die Heiligen Anrufung in der Oelung betrifft, davon wollen wir hernach reden.

Von der Beicht wird geboten, die heimlichen Sünden, der man gedenkt zu erzählen. Wiewohl wir nu für die Privat Absolution allezeit ernstlich gestritten, und achten noth und nützlich, daß man sie erhalte, und daß das Volk zur Beicht also komme, daß man sie da unterweisen könne: gleichwohl wollen wir dem Gewissen diese fährliche Last nicht aufladen, Erzählung heimlicher Sünde. So setzet auch das Buch einen falschen Grund: die Absolution sey nichtig, wo nicht die Verhöre zuvor geschehen sey. Doch straft sich das Buch selbs hernach.

Von der Satisfaction ist wenig und dunkel geredt, so doch große Irrthum vor vielen hundert Jahren aus der Satisfaction gefolgt sind, die klar in unsern Schriften sonst gestraft sind.

Und mag dieser bloße Artikel *) fürübergehen, wie viele andere gemeine Reden in diesem Buch. Gleichwohl werden wir die öffentlichen Lügen strafen müssen, die zum Theil auch im Buch gestraft werden. Denn das Buch bekennet, daß unsre Werk nicht Vergebung der Schuld oder ewigen Strafe verdienen; item, daß die Gewissen nicht beladen werden als mit nöthigen Werken; item, daß man den Leuten nicht abergläubische Werk auflege, Wallfahrten, Vermeidung ehelicher **) Werke, unträgliche Fasten; wie die alten Canones den Gewissen hiemit viel Strick gelegt haben.

*) Versio lat.: *hic nudus articulus.*

**) Liber: ehrlicher, ex mendo.

Vom Ehestand strafen sie zwei Stück, die in Consistoriis dieser Land gewöhnlich, das erste von Bewilligung der Aeltern; das wollen wir nicht streiten. Am andern Artikel ist mehr gelegen, und halten dieses für nöthig, daß der unschuldigen Person nach der Ehescheidung die Ehe nicht verboten werde. Doch ist dieser Artikel auch dunkel mit eingeflickt.

IIII. Von der Meß.

Wiewohl vom Opfer und Meß eine lange Rede gemacht ist, darin viel Sprüche aus den alten und neuen Scribenten angezogen werden, dagegen wir viel klärer und beständiger Spruch fürlegen möchten, so wollen wir doch unsern gnädigsten Herrn mit dieser Disputation nicht beladen. Und ist recht, daß im Buch unterschieden ist Sühnopfer und Dankopfer, und daß ausdrücklich gesagt ist, daß die Meß kein Verdienst für die Sünde sey, und kein Sühnopfer sey. Wie sie aber ein Dankopfer sey, das wollen wir zu eines jeden verständigen eigner Bekenntniß stellen, wollen damit unsern gnädigsten Herrn nicht beladen. Es folget aber nicht darum, daß die Privatmessen ohne Communicanten wiederum aufzurichten, die aus andern Ursachen auch zu unterlassen sind, und ist in Aufrichtung derselbigen nicht zu willigen.

V.

Den Artikel von der Heiligen Anrufung rathen wir nicht zu willigen, und ist nicht wenig an diesem Stück gelegen, wie etliche meinen. Denn rechte und ernstliche Anrufung ist ein besonder hoch Werk, darin das Herz zu Gott schreiet, und ist eine Ehre, die allein göttlicher Natur gebührt, wie im ersten Gebot geschrieben: du sollst den Herrn deinen Gott anrufen. Und soll die Anrufung also und nicht anders geschehen, denn wie sie Gott selbs geordnet hat; nemlich, daß wir die göttliche Majestät anrufen in Vertrauen auf den ewigen Mittler, den Sohn Gottes. Und sollen Gott und den Mittler ansprechen, der im heimlichen göttlichen Rath ist, und siehet und höret aller Menschen Herzen und Seufzen, und ist aus unergründlicher Barmherzigkeit zum Vorbitter gesetzt. Und soll kein Mensch eine andre Anrufung in die Kirchen Gottes einführen. Und obgleich solche Einführung erstlich subtil ist, so folget doch bald schreckliche Abgötterey daraus, wie bei den Heiden und Christen geschehen. Und ist der große Mißbrauch vor Augen, daß man Helfer und Mittler aus den schwachen Menschen machet, und wird die Erkenntniß vom rechten Mittler, vom Sohne Gottes, verdunkelt, und

Gottes Ehre den Menschen gegeben. Ist doch in dieser letzten Zeit der Welt der fürnehmsten Mißbräuche und Abgötterei eine auf Erden das Heiligen anrufen und zu besondern Bildern zu laufen.

Daß man auch viel rühmet, es sey lang also gehalten, wiewohl man kein solch Exempel hat von der ersten Kirchen, so ist doch leider wahr, daß diese heidnische Gewohnheit bald eingeschlichen ist, und ist eine Anzeigung menschlicher Schwachheit, daß man sich leichtlich von rechter Anrufung führen läßt. Darum wer aus Gottes Wort gelernet hat, wie die Anrufung geschehen, und wie das Herz in rechter Angst zu Gott Zuflucht haben soll, und wo und wie es Gott ergreifen soll, der soll ob rechter Anrufung desto ernstlicher und beständiger halten. Gebeth soll in Gottes Befehl und Verheißungen gefaßt seyn. Nu ist kein Befehl, keine Verheißung, kein Exempel in der Schrift von Heiligen Anrufung, und ist nicht recht, daß das menschliche Herz also flattert und schweift von einem Götzen zum andern. Diese heimliche Sünde soll man verstehen lernen und ernstlich meiden.

Dieses ist von der Anrufung geredt. Daß man aber der Heiligen Historien lernet, und danket Gott, daß er ihme allezeit eine Kirchen gesammlet hat, und hat sich durch die heilige Schrift geoffenbaret, hat Propheten und Apostel gesandt, durch welche die göttliche Lehre ausgebreitet ist, und vermahnet die Leut, der Heiligen Lehre und Exempel zu betrachten, sich damit zu unterweisen, und in allerlei Tugenden zu stärken, und diese Regel an ihnen zu lernen, daß sie Gott mit mancherlei Mirakeln darum errettet hat, uns anzuzeigen, daß er andern auch also helfen wolle, die ihn herzlich anrufen; wie David oft in Psalmen spricht: er wolle Gott preisen, daß er ihme geholfen hat, damit andre auch im Glauben stärker werden und lernen Gott anrufen und Hülfe gewarten: das alles ist recht, und also wird bei uns von Heiligen gepredigt, und werden etlicher Heiligen Feste gehalten, als Johannis Baptistä, Apostolorum, Conversionis Pauli etc. So erbieten wir uns auch Fleiß zu thun, wahrhaftige Historien von Heiligen zusammenzubringen, daraus das Volk nicht schädliche Fabeln sondern nützliche Lehre und Exempel lernen könne, wie wir wissen, daß noch etliche alte glaubwürdige Historien zu finden, die wir zum Theil gelesen haben, und [die] zu wissen nützlich wäre.

VI. Von den Seelmessen.

Heiligendienst und Seelmessen sind die zween fürnehmsten Mißbräuch, die viel Geld getragen haben. Nu ist gewißlich das Sacrament zur Gedächtniß den Lebendigen eingesetzt, und sollte nicht für die Todten applicirt werden; darum wir diesen Artikel auch nicht rathen anzunehmen. Und wenn gleich die zwei Stück, Heiligendienst und Seelmessen, zu entschuldigen wären, wie die Farben in diesem Buch subtil angestrichen sind: so ist doch offentlich, daß es unnöthige Ding sind, und daß große Mißbräuch durch Annehmung dieser Artikel gestärkt werden. Darum so man gnädiglich handeln wollt, sollt man auf solche unnöthige, gefährliche Ding nicht dringen.

VII. Von Festen und Ceremonien.

Die Ordnung der Feste und Ceremonien in der Kirchen und Festen ist anzunehmen, doch ohne Anrufung der Heiligen und ohne öffentliche Mißbräuch, als besondere Ehrerbietung etlicher Bilder und ärgerliche Segen. Item, ohne den Mißbrauch am Fest Corporis Christi; denn in unsern Kirchen wird das Sacrament nicht getheilt. So ist offentlich, daß es zur Nießung eingesetzt ist, und ist keiner Creatur erlaubt, göttliche Sacrament in andere Bräuch oder Weis zu verkehren. Und sind außer ihrem Brauch sonst nicht Sacrament, und ist dieser Mißbrauch nicht gering zu achten.

VIII. Vom Canone.

Dieweil viel ungereimter Reden darin stehen, werden gottfürchtige Priester denselbigen zu lesen Beschwerung haben; denn er spricht, man halte dieses Opfer, ewige Seligkeit zu erlangen; item, er bittet, Gott wolle seinen Sohn annehmen, wie das Opfer Abel etc.; item, von der Heiligen Verdienst und Fürbitte. Daß aber solche Stück zusammengeflickt sind, ist Ursach, daß dieser Canon nicht auf eine Zeit gemacht ist. Er ist auch dem alten Canon der griechischen Kirche in fürnehmen Stücken ungleich.

Dieweil denn etliche Stück im Buch unrecht sind, wie wir angezeigt haben, und erkannte Wahrheit göttlicher Lehre Niemand verfolgen soll, so können wir die unrechten Artikel nicht billigen noch annehmen, können auch nicht rathen, dieselbigen anzunehmen und die rechte Lehre zu verfolgen. Und wiewohl Friede und Einigkeit nützlich und gut ist, so soll man doch Gottes Befehl höher achten. Wer mich bekennet, spricht Christus, den will ich auch bekennen etc. Dazu ist dieses auch zu bedenken, ob aus dieser Reformation Friede oder Unfriede zu hoffen. Unsre Kirchen werden verunruhigt, und werden sich die Päpstlichen nicht bessern, sondern werden in ihren Mißbräuchen gestärkt. Denn es ist nicht Zweifel, viel Pfarrherren werden die Artikel nicht alle annehmen,

wiesie im Buch geboten sind. So denn die Herrschaften die Pfarrherrn verjagen, oder tödten werden, das wird ein betrübter Friede seyn und wird Gott auch darein greifen. Item, viel tausend Menschen in unsern Kirchen, die jetzund Gott recht anrufen, würden aus diesem Aergerniß ganz irre werden. Was man nicht besser machen kann, das sollte man nicht regen. So dieses Buch nicht gelindert wird, und soll also, wie es lautet, in das Werk gebracht werden, so wird eine große Verfolgung und neue Spaltung kommen. Gott wolle guten Rath und Gnade verleihen.

Und wiewohl aus dieser unsrer Schrift zu sehen, was wir im Buch annehmen oder strafen, so wollen wir doch eine kurze Erzählung wiederum hie anhängen, daraus zu sehen, daß wir gerne zu Einigkeit helfen wollten.

Wir können und sollen das Evangelium vom Glauben nicht ändern, sollen auch keine unrechte Anrufung in die Kirchen einführen oder bestätigen. Darum bitten wir, daß man das Principal vom Glauben recht stellen wolle.

Item, daß man uns nicht Heiligen Anrufung, Privatmessen und Seelmessen auflege.

So erbieten wir uns bischöffliche Autorität zu ehren, und ihnen als Bischoffen gehorsam zu seyn, so sie uns nicht verfolgen.

Erbieten uns auch, zu halten die Ceremonien in den Kirchen, wie sie de tempore geordnet sind, mit Lectionen, Gesang, Altaren, Caseln und andern alten ehrlichen Gewohnheiten.

Item, die Feste, wie droben gesagt ist.

Item, die Fasten und andre Ordnung zu guter Uebung und Zucht dienlich.

Es wird auch jetzund in vielen Städten dieses Landes also gehalten, daß täglich die Schüler in die Kirchen kommen, und vor der Predigt etliche Psalmen singen, und ein Kapitel im alten oder neuen Testament lesen, und nach der Predigt das Gebeth helfen halten, daß auch alle Sonntag und Feiertag Meß gehalten wird, dabei etliche communiciren.

Item, die Vesper etc.

Dieses mag man in andern Städten auch ordnen, wo es noch nicht also gehalten wird.

Und möchten in der Wochen mehr Tag zur Meß und Communio*) geordnet werden nachdem die Flecken groß oder klein sind.

Und was man bedenken wird, das zu guter Ordnung und Wohlstand in der Kirchen und zu gutem Exempel dienet, dazu sind wir willig. Denn Gott, dem aller Menschen Herzen bekannt sind, der weiß, daß wir nichts höhers auf Erden begehren denn Gott gefällige, selige, friedliche Regiment, geistlich und weltlich, darum wir auch herzlich bitten.

Caspar Creutziger D.
Georgius Maior D.
Johannes Pfeffinger D.
Philippus Melanthon.

*) Versio lat. clarius: plures missae publicae in quibus communio celebratur.

No. 4213. **24. Apr. Cellae.**

Mauritio, Electori.

Edita in Actis synod. latin. p. 185., repetita a Pezelio in Consil. lat. P. II. p. 15 sq. et in Consiliis Theolog. Witteberg. T. I. p. 886. — In Actis synod. germanicis non legitur, neque a Melanthone scripta videtur.

Epistola missa ad Electorem Mauritium 24. die Aprilis, Anno 1548. una cum Censura Cellae Mysorum scripta.

Gratia et pax per Iesum Christum Salvatorem nostrum, et verum opitulatorem. Illustrissime Princeps Elector, Domine clementissime. Mittimus ad Celsitudinem vestram, nostram de libro Augustano simplicem deliberationem, ac petimus reverenter, ne C. V. sic de nobis existimet, quasi vel contumacia, quasi vel contendendi studio, aut ullo alio privato affectu adducti, pacem et concordiam fieri nolimus, aut etiam curiositate aliqua certamina non necessaria moveamus. Malumus etiam in aliis locis degere, si tales esse iudicamur, qui pacem harum regionum petulanter impediamus. Ex ipso scripto nostro Celsitudo vestra intelligit, nos res non paucas, quae controverti possent, silentio praeterire, tantum in necessariis quibusdam articulis nullam mutationem admittere. Qui enim Christianam religionem non prorsus fabulosam esse iudicant, ut fuerunt Ethnicae, hi intelligunt, voluntatem Dei esse, ne doctrina mutetur aut corrumpatur. Nec dubium est, veritatem doctrinae non posse sine multis laboribus et periculis retineri. Habet enim multos hostes veritas divina, suntque varia ad eam oppugnandam incitamenta. Neque vero onerare nos gravissimo blasphemiae peccato debemus, quae est agnitae veritatis abnegatio. Deinde norunt omnes, nos nihil aliud quaerere, quam ne qua dissensio, aut scandalum aliquod ex his mutationibus oriatur. Nam si semel mentes homi-

num turbentur, postea omnem religionem oderunt. Postremo certum et hoc est, multas magnas urbes hunc librum non recepturas. Sequuturae igitur sunt novae distractiones, et persequutiones, quibus nos praebere occasionem nequaquam velimus. Itaque valde miramur, aliquos Principes ad ea descendisse consilia, ut impossibilia instituere sint conati. Atque haec quidem ideo scribimus, ne C. V. existimet, nos sine caussa iusta librum improbare, et contumaciter aliqua de re pugnare, ac reverenter petimus, ut Cels. V. has nostras sententias de gravissimis rebus secum et ipsa perpendat, et aliis prudentibus iudicandas proponat, ac simul hoc cogitet, multarum honestissimarum civitatum atque hominum multorum oculos in C. V. hoc tempore esse coniectos, ut dubium non sit C. V. magno praesidio omnibus his regionibus esse posse. Deus aeternus pater Domini nostri Iesu Christi, qui genus humanum et Ecclesiam condidit, C. V. clementer gubernet ac protegat. Cellae*) 24. April. Anno 1548.

Vest. Cels.

Reverenter colentes
Caspar Cruciger D.
Iohannes Pfeffinger D.
Georgius Maior D.
Philippus Melanthon.

No. 4214. **24. Apr. Cellae.**

(*Cummerstadio.*)

Edita in Actis synodicis lat. p. 145., repetita in Mel. Consil. lat. P. II. p. 27 sq.

Epistola Phil. Melan. scripta ad primarium Consiliarium Ducis Saxoniae Electoris. (*Cummerstadium.*)

S. D. Cl. V. et patrone colende. Interfui ante similibus conventuum disputationibus, ubi articuli de doctrina compositi fuerunt, et vidi non recipi formas ab una parte compositas. Ideo et nunc non volui novas formas componere, viderint isti, qui adhibentur, ut recte componant. Nos non calumniose, sed dextre et vere indicavimus, quid necesse sit reprehendi. Iam in margine etiam quaedam asscripsi in libro Germanico, et mittimus pagellam de nostro iudicio, si in singulis locis, causae reprehensionum asscribendae essent, longum opus futurum esset, et tamen nequaquam recuso causas ostendere, si res poscet. Bene et feliciter vale. Die 24. Aprilis.

No. 4215. **(25. Apr.)**

Declaratio ad Iudic. III. pertinens.

Editum est hoc scriptum in Actis synod. german. p. 105. (in Actis latinis p. 144., unde illud hausit Pezelius in Melanthonis Consil. lat. P. II. p. 26.). — De occasione huius scripti Acta synod. haec habent: „Es ist aber alsdann an die erforderten Theologen daselbst (zu Zella) zugleich gesonnen worden, da die Augsburgische Vergleichung des Interims nicht annehmlich, daß sie eine andere und neue stellen wollten. Darum als obgesetzte Schrift (iudicium antecedens) vollendet, hat Herr Philippus Melanthon etliche Ding, so ihm nachmals ferner eingefallen, in die übergebene Abschrift des Interim sonderlich mit seiner Hand verzeichnet, und etwas noch klärer gesetzt, was Betrugs im Artikel von der Rechtfertigung geübt wäre, und dann auch auf gethanes Ansinnen, eine neue Form der Vergleichung zu stellen, geantwort, welches alles aus nachfolgender Schrift, so er zu einem sonderlichen Bericht eines aus des Churfürsten Räthen (Cummerstadii) hinzugeschossen, zu befinden. Dieselbige Schrift lautet also:"

(Melanthonis ulterior declaratio de libro Augustano.)

Der Betrug im Artikel Iustificationis ist in etlichen Stücken klar zu merken, wer ihn merken will; als da sie ihren Glauben also declariren, daß er auch ohne Liebe seyn könne.

Item, da sie erstlich sagen, die eingegebene Gerechtigkeit sey Liebe, und gedenken dabei des Glaubens nicht mit einem Wort.

Item hernach, da sie setzen, wenn man den Glauben hab, so werde man hernach wahrhaftiglich gerecht durch die Liebe; eine höhere und fürnehmere Gerechtigkeit denn daß uns Gott um des Mittlers willen gnädiglich annimmt durch Glauben und Vertrauen auf den Sohn. Und in Summa, wenn dieses Buch also, wie es ist, an das Licht kommen, und in Deutschland und fremden Nation gelesen wird, und sollte den Namen haben, als sey die rechte Lehre de iustificatione darin gefaßt, so werden viele, die beide Lehre, die Münch-Lehre und die rechte Lehre, wissen, diesen Betrug merken und davon reden.

Wir mögen auch sehr wohl leiden, daß unsre Erinnerung dem Churfürsten zu Brandenburg, Eißleben, Jacob Sturmen und Bucero gezeigt werde.

*) In Act. synod. *Witebergae.*

Item, wir wollten sehr gerne, daß andre Gelehrten und in dieser Sache geübten Bedenken auf unsre Erinnerung auch gehört würde, als nemlich Fürst Georgen zu Anhalt, des Pfarrers zu Freiburg*), Camerarii und anderer; die werden unsre Erinnerung nicht vergeblich achten.

Wir haben etliche Wort im Buch dazu gesetzt, damit man desto besser merke, wo der Mangel sey.

Daß wir aber eine ganz neue Stellung machen sollten, das wollen wir ohne Befehl nicht thun. So ist es auch vergeblich, daß wir es fürnehmen. Denn so wir gleich eine Form gen Augsburg schicken würden, so würde sie nicht angenommen. Und ist ihre Form ein geflickt Ding, und menget Gutes und Böses durch einander, und spielet mit Sophisterey gleich als handelten sie mit Kindern, die es nicht merken könnten, [so] daß wir an ihrer Stellung keinen Gefallen haben. Es sind nicht Sachen, darin man mit Worten spielen soll. Wir haben auch nicht Scheu, Ursach unsrer Erinnerung durchaus anzuzeigen, wer es hören will. So man uns aber nicht darum vertrauet, ist uns viel lieber, man frage uns nicht.

Es sind viel Stück in diesem Buch, die von fremden Nation hart [werden] angefochten werden, wenn wirs gleich annehmen. Zu Regensburg sind auch Artikel gemacht worden neben dem Buch, die eine Vergleichung seyn sollten, und so sie also an das Licht kommen wären**), wäre es ganzer deutscher Nation ein ewiger Spott gewesen, wie der Landgraf, Bucerus und viele andre wissen. Darum wolle man jetzund diese Sachen auch bewegen, daß man nicht eine Thorheit und neue Spaltung anrichte.

No. 4216. **25. Apr. (Cellae.)**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camer. p. 591 sqq. (ed. Lond. lib. IV. p. 783.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pab., amico et fratri suo cariss.

S. D. Deliberationem nostram ostendet tibi Pastor Ecclesiae vestrae[1]), in qua, etsi verecunde scripta est, et sententias diximus *ἄνευ φιλονεικίας*, tamen quaedam admonitiones sunt de libri erratis non levibus. Sed de rebus tantis colloqui nos tecum necesse est. Quare et ut pagellas huius deliberationis legas, et ut de summa rei cogites, te etiam atque etiam oro. *νῦν γὰρ ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς ταῦτα τὰ πράγματα.* Veniam igitur ad te post paucos dies, et afferam longiorem explicationem, quam *οἱ ἐν τέλει*, qui *Fribergae* his dieb. convenerunt, flagitant. Ostenditur ingens utilitas harum conciliationum quae et pacem Germaniae reddituraе esse dicuntur, et viam patefacturae propagationi verae doctrinae, et aureo seculo Ecclesiae. His sermonibus moveor equidem, et simul cogito, cum dissipatio sit Ecclesiarum multiplex, Imperatorem habere caussam necessariam constituendi aliquem statum. Sed mihi contra hanc formam, haec in mentem veniunt: Corrumpi veritatem in quibusdam praecipuis materiis, et stabiliri *εἰδωλομανίας*, nec paci profutura esse haec consilia, sed nostras Ecclesias turbatura, mutato doctrinae genere, et pellendis bonis pastoribus. Me igitur graves caussae impediunt, quo minus adiuvare hanc *νομοθεσίαν* velim. Gentis Saxonicae voluntates ad haec inflectere difficile erit, magis etiam *Elvetii* reclamabunt. Accendentur ergo discordiae, et discedet poëta[2]) ex theatro, priusquam fabula peracta sit. Non poterunt sanari publica mala fucosis consiliis. In illo ipso capite *περὶ δικαιοσύνης* manifesta impostura est. Interea iactant Timargae comprobatam esse doctrinam Ecclesiarum nostrarum in hac nova *νομοθεσία*. Multa perfidiose fiunt. Metuo et meum veterem[3]) *παραστάτην*, qui nunc fide publica est Augustae. Si mihi privatim meo periculo, et meo loco dicenda esset sententia, etiamsi video mihi valde irasci *τὸν αὐτοκράτορα*, tamen, simpliciter et Socratico more responderem, me non assentiri his sophismatibus. Et non assentiar, nec tamen impediam, quo minus suo arbitrio potentes constituant Rempub. si nostrae admonitiones non valebunt. Faciam, donec vivam, quod feci hactenus, dicam eadem, ubicunque ero, et eandem Dei invocationem in mente circumferam ubique, et dicam usitata modestia *ἄνευ στάσεων*. Sed de hac deliberatione tota coram plura, de qua postquam multa cotidie cogitavi, refero me tandem ad

---

*) Potius: Freiberg, ubi *Wellerus* Pastor erat. Versio latina tantum: *Georgii Pr. Anhaltini aliorumque.*

**) Liber: wäre, ex mendo. Versio lat. *fuissent.*

1) Pfeffingerus.

2) Carolus.

3) Bucerum C. W.

hanc consolationem: Quod est ex Deo, non dissolvetur. Nec velim nostras sententias pervenire ad posteritatem, si non sunt ex Deo. Oro igitur Deum, ut regat et servet Ecclesiam, quam scio solis hominum consiliis nec regi nec servari posse, ut filius Dei inquit: Sine me nihil potestis facere, sed idem iubet nos palmites suos esse.

Spero honestiss. coniugem tuam et dulciss. liberos ad te venisse incolumes. Vidi enim in quiete tecum ludentes filios parvos, Vosque ut Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi, conditor generis humani et Ecclesiae suae, et pater orphanorum servet, toto eum pectore oro. Bene vale. ἐν τῇ μάνδρᾳ *).

Philippus Melanth.

No. 4217. 28. Apr. (Witeb.)

Chph. a Carlowiz.

Edita primum a Manlio p. 48., repetita etiam epp. VI. p. 20. Contuli apographa in codd. Gothanis 1) cod. 28. p. 26., 2) cod. 213., 3) cod. 401. p. 64. et 4) cod. Bavar. II. p. 82., et apogr. in cod. Guelph. in fol. num. 11. 10. p. 555. item in cod. Monac. 90. no. VII. p. 89. Vid. etiam Uns schuld. Nachr. ann. 1730. p. 381. Germanice reddita ab adversario Melanthonis Stolzio, et repetita cum notis Flacii Illyr. in Flacii Gründliche Verlegung des langen Comments der Adiaphoristen etc. Ienae 1560. 4. Secundum epistolam scholasticorum Viteb. ad Flacium scripta est a Melanthone, sed descripta a Crucigero, cuius manus ad Carlovitium missa est cum subscriptione Melanthonis, autographon vero asservatum a Melanthone. Cum scholiis in contemptum Mel. scriptis repetita etiam est haec ep. in Consiliis Theologicis Witteberg I. p. 325.

Nobilitate generis, sapientia, eruditione et virtute praestanti viro clarissimo, D. Christophoro a Carlowitz, inclyti Saxoniae ducis Electoris, Patrono suo colendo.

Cum de beneficio illustrissimi principis ac de tuo studio in causa *Ionae*[1]) amanter ad me[2]) scripseris, et adiunxeris adhortationem[3]), ut consilia instituta de concordia Ecclesiarum meo loco adiuvem[4]); de utroque negotio necessario respondendum esse censui, teque oro, ut hanc meam epistolam longiorem, quam quales[5]) ad occupatos scribere soleo, non gravatim legas. Totum enim me tibi aperio.

Primum autem † ut decet"[6]) gratias ago et illustrissimo principi et tibi, quod aetatis et domesticarum calamitatum *Ionae* miseratio plus apud vos voluit, quam iniuriae memoria. Nec tu[7]) ignoras, quantum decus sit, parcere subiectis, ut ille inquit, si tamen naturae sunt sanabiles. Nunc de adhortatione primum hoc tibi confirmo, me optare, ut illustrissimus princeps de sua et consilii sententia statuat, quod videbitur maxime salutare fore et ipsi et reipublicae. Ego, cum[8]) decreverit princeps, etiamsi quid non probabo, tamen nihil seditiose faciam, sed vel tacebo, vel cedam[9]), vel feram, quidquid accidet. Tuli etiam antea servitutem paene deformem, cum saepe[10]) *Lutherus*[11]) magis suae naturae *), in qua φιλονεικία erat non exigua, quam vel personae suae[12]), vel utilitati communi serviret. Et scio, omnibus aetatibus, ut tempestatum incommoda, ita aliqua in gubernatione vitia modestis[13]) arte ferenda et dissimulanda esse. Sed[14]) non modo silentium a me flagitari dicis, verum etiam suffragationem. Non dubito te, virum sapientem, et hominum naturas introspicere, et sagaciter de ingeniis ac voluntatibus iudicare. Non sum natura φιλόνεικος, et[15]) si quis alius consociationem hominum valde amo. Nec movi has controversias, quae distraxe-

---

*) Cellae.

1) De ea vid. Epist. ad Eber. d. 28. Decb. 1547., Epist. ad Ion. d. 8. Ian. d. 10. Ian. 1548. — Beneficium Principis in causa Ionae sunt literae fidei publicae Ionae a Mauritio datae. Vid. ep. ad Meienb. d. 25. Mart. 1548.

2) *ante* Manl.

3) *adhortationes* epp. VI.

4) *adiuvarem* epp. VI. et cod. Mon. 90. ex emendatione.

5) *qualem* cod. Goth. 1. et 4. et cod. Guelph.

6) Addidi ex mst. 1. 2. — Manlius hic plura praetermisit consilio et habet: *primum autem hoc tibi confirmo, me optare, ut illustr. princ.* etc.

7) *tu* edidi e cod. Goth. 1. et 4. et cod. Mon. 90. pro *enim*, quod habet textus impr. Cod. Guelph. *tamen*.

8) *Ego cum* codd. et Manl. pro *quidquid ergo*, quod habet text. ep. VI.

9) *cedam* codd. omnes. Manl.: *discedam*; text. epp. VI *cadam*. Stolzii versio: oder davon ziehen.

10) Cod. Goth. 2. *semper*.

11) Manl. nomen suppressit.

*) Hunc locum Stolzius ita vertit: hab ich mich doch vormals unter Luthero wie ein Knecht schier allzuschmählich drucken müssen, wenn er oft mehr seinem störrigen Eigensinn, der nicht gering in ihm war, nachhinge, denn daß er seine Person oder gemeine Wohlfahrt hätte bedenken mögen.

12) *suae* abest a Manl. et cod. Goth. 1.

13) Cod. Goth. 2. et 4. *modeste et*, cod. Goth. 1. *modeste ferenda et arte*, quam facile optimam lectionem ... caverim. Stolzius vertit: etliche Fehl und Gebrechen ... anders denn wie die Schäden des Ungewitters, ... Stille und Bescheidenheit vertragen und zudecken ...

14) *si* hic male additum legitur in text. impr.

15) Text. *ac*.

runt rempublicam; sed incidi in motas, quae cum et multae essent et inexplicatae, quodam simplici studio quaerendae veritatis, praesertim cum multi docti et sapientes initiis applauderent, considerare eas coepi. Et quanquam materias quasdam[16]) horridiores autor initio miscuerat, tamen alia vera et necessaria non putavi reiicienda esse. Haec cum excerpta amplecterer[17]), paulatim aliquas[18]) absurdas opiniones vel sustuli vel lenii. Cumque multa[19]) tribunitia passim in tota Germania plebs in conviviis et indocti concionatores in templis igni oleum[20]) adderent, primum in inspectione Ecclesiarum[21]) multa correxi, quo tempore ita[22]) accenderunt[23]) adversus me aulam propter studium moderationis nonnulli[24]), qui iactitant, se nunc veluti caduceum[25]) tenentes in conventu Augustano concordiae autores esse[26]), ut vita mea in discrimen veniret. Ac postea annis fere viginti alii me frigus et glaciem nominarunt, alii me assentari[27]) adversariis dixerunt. Memini quendam mihi obiicere, me ambire galerum Cardinalitium. Hac iniquitate iudiciorum nihil motus cum in his operis[28]) scholasticis dici de Ecclesiae doctrina necesse esset, res necessarias, quanta potui proprietate exposui, multas[29]) praescidi inutiles quaestiones quosdam scopulos[30]) praeterii, ne accenderentur maiora dissidia. Et profuisse hanc propriam explicationem ad consensum Ecclesiarum in multis regionibus non obscurum est. Sed quidam mihi eo[31]) irascuntur, quod invitasse iuventutis studia ad doctrinae nostrae genus existimor[32]), et confirmasse multorum voluntates. His idem respondeo, quod mota republica attica et translata gubernatione ad quadringentos respondit Pisandro Sophocles interroganti: cur statum quadringentorum adiuvisset?[33]) Quia, inquit, nihil vidi in republica fieri melius potuisse. Non inflectere me ad adversarios volui, ut me hortabantur multi potentes viri, quia iudicavi rectius et his regionibus nunc quidem convenientius esse harum Ecclesiarum statum, si[34]) quibus officiis possem[35]) tueri et ornare[36]); quamquam et hic status non meo, sed aliorum consilio constitutus erat, in quo etsi quaedam mihi[37]) displicebant, ut in omni gubernatione aliqua sunt vitia, tamen in hoc agmine, in quo studium erat quaerendae[38]) veritatis, esse malui, quam apud hostes, qui iniustam saevitiam exercebant. Et deinceps quoque[39]) tranquillitati harum Ecclesiarum libenter serviturus sum. Sed turbari eas vel mutato genere doctrinae, vel pellendis honestis viris nequaquam velim, deque earum[40]) nova dissipatione cum cogito, ingenti dolore iam quoque afficior. Nihil tam tenerum est, nihil facilius turbatur, quam invocatio Dei in mentibus hominum. Nec maius ullum malum est, nec acrior ullus dolor, quam invocationis languefactio[41]). Assentior, inquies, nec mutabitur genus doctrinae; tanta est *Caroli* Imperatoris pietas, ut sanare et coniungere Ecclesias velit. Credo, imperatoris voluntatem bonam esse, et video mediocres conditiones proponi. Sed tamen pauca quaedam mitigari optarim. Multa sponte et liberaliter largior, de quibus acerrime pugnarunt[42]) alii. Politiam ecclesiasticam, ut episcopis et summo episcopo tribuatur auctoritas, quae describitur in libro Augustano[43]), conservari opto. Fortassis natura[44]) sum ingenio servili. Sed tamen vere ita sentio, modestiam esse convenientem bonis men-

16) *quasdam* abest a cod. Goth. 1.
17) Manl. *complecterer.*
18) *aliquas* abest a cod. Goth. 1.
19) *multa* desideratur in text. impr.
20) *igni oleum* non habet Manl.
21) *in insp. eccl.* male desunt in textu impr.
22) *alii* pro *ita* Manl.
23) Cod. Goth. 1. *accenderant.*
24) *nonnulli — — discr. veniret*, suppressit Manlius.
25) Cod. Goth. 1. et 4. *gubernaculum.*
26) Puto Ioann. Agricolam.
27) Manl. et cod. Guelph. *assentire.*
28) Cod. Goth. 1. 2. 3. *operibus.*
29) *multas* abest a Manl.
30) Manl. *scrupulos.*
31) Sic Manl. et codd. pro *ideo.*
32) Manl. et cod. Guelph. *existimant.*

33) Manl. *admisissent.* Cod. Goth. 1. *admisisset.*
34) *si* addunt Manl. et codd.
35) Cod. Goth. 3. *possim.*
36) Cod. Goth. 4. *iuvare.*
37) Manl. *multis.*
38) Cod. Goth. 1. et 4. *indagandae.*
39) Manl. et cod. Guelph. non habent *quoque.* Cod. Goth. 4. *et denique*, omisso *quoque.*
40) Text. male *eorum*; Manl. et codd. *earum.*
41) *languefactio* edidi ex Manl., cod. Guelph. et cod. Goth. 4. Text. *labefactio* et cod. Goth. 1. 2. 3. *labefactatio*, quod utrumque emendationi debetur; versio Stolzii: zerrüttet werden.
42) Cod. Goth. 1. et 4. *pugnant.*
43) Verba: *ut episcopis — — augustano* non habet Manl.
44) *natura* abest a Manl. et cod. Goth. 1. — Cod. Goth. 2. habet *nimio.*

tibus, gradus gubernatorum non labefactare [45]). Forma vetus collegiorum magno consilio constituta est ad exemplum Ecclesiae, quae in populo Israël fuerat, ut ibi doctrinae custodes et testes essent. Et sunt in collegiis illis alicubi [46]) docti viri. Nec existimandum est, ad diuturnitatem aulas principum illiteratorum futuras [47]) esse in custodienda doctrina diligentiores. Libenter et caeremonias, quas liber praecipit, recipio. Scio enim disciplinae partem esse caeremonias, et opinor, vitam meam testari, me disciplinae et ordinis amantem esse. Et constat meis scriptis qualibuscunque invitari iuventutem ad intelligendam et amandam disciplinam. Puer etiam in templis singulari voluptate ritus omnes [48]) observavi, et natura mea alienissima est [49]) ab illa Cyclopum vita, quae ignorat ordinem actionum, et odit ritus communes velut carcerem. Nec tantum amplector haec, quae recensui, sed persuadere etiam aliis eandem sententiam studebo. De fide autem fuit admonitio necessaria [50]), quam ad vos misi, et obtineri posse emendationem arbitror. In ea enim [51]) causa melior est voluntas imperatoris, quam adversariorum [52]), qui gloriosum sibi esse ducunt, nos tanquam pueros praestigiis ludificari.

De [53]) invocatione mortuorum [54]) in aliis nationibus tetra exempla [55]) vidisti ipse [56]); talia nequaquam stabiliam mea suffragatione. De caeteris articulis nunc non pugno. Illud autem in hac deliberatione etiam considerandum est, quid [57]) mediocribus pastoribus persuaderi possit. Vellem igitur vos et praecipuos [58]) ex senioribus pastoribus consilium vestrum plane exponere, ac ostendere, cur hanc conciliationem Ecclesiis profuturam esse existimetis. Horum apud vicinas gentes auctoritas etiam valeret, quorum voluntates si non adiunguntur ad vestras, nova dissidia erunt. Si quis autem vel [59]) stultam vel iniustam pertinaciam esse iudicabit, non assentiri libro in omnibus articulis, et abuti nos lenitate imperatoris dicet, huic respondeo, me non solum publicae pacis causa, sed etiam ne invocatio in rudioribus turbetur, multa largiri et dissimulare, nec ignorare me illud Pindaricum: τὸ σιγᾶν πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον ἀνθρώποις. Sed modus est quidam eius rei. Si autem hac moderatione placari potentes non possunt [60]), et videor Ecclesiae esse ἀλάστωρ, aut videor [61]) apud nostros amicos fuisse velut Melanthius apud porcos Penelopes, auctor pecoris edendi [62]), ut Ovidii verbis utar, vel monstrator aimorum, feram Deo iuvante [63]) quae accident, non ut illi Melanthio, sed ut aliis multis, qui in bonis causis etiam levioribus veritatem vitae antetulerunt. Nec impediam, quo minus constituant rempublicam suo arbitrio gubernatores.

Etsi autem scio, hanc nostram moderationem non satisfacere [64]) iis, qui summam potentiam tenent, tamen te oro, ut, cum haec certamina non moverim, et sine petulantia veritatem quaesiverim, et meae explicationes multis bonis rebus aliquid lucis attulerint, mihi ut veniam des vel studio Ecclesiarum nostrarum cupienti, ne earum tranquillitas turbetur, vel alioquin minus [65]) videnti quid expediat. Consiliis de bello nunquam adhibitus fui, cumque ducum naturas nossem, dolui, eos arma capere. Sciebam et illud, nihil esse simile Pelopidae et Epaminondae, meumque [66]) iudicium et dolorem ante bellum iis ostendi, quorum apud principes valebat auctoritas. Neque vero sum stoicus et fortius cum Zenonis familia praeliabar [67]), quam nostri duces ad Danubium praeliati sunt [68]), nec ad stoicum fatum re-

---

45) Manl. *gubernationis non labefactari.* Cod. Guelph. *non labefactari.*

46) Manl. *aliqui.*

47) Cod. Goth. 1. 2. *factas.*

48) Cod. Goth. 4. *communes.*

49) Cod. Goth. 4. *a natura alienissimus fui.*

50) Cod. Goth. 3. *nostra.*

51) *enim*] Manl. et cod. Goth. 4. pro *etiam.*

52) *adversariorem*] Sic Manl. et cod. Goth. 3. pro *eorum, qui formulam composuerunt*, ut habet cod. Guelph. et editum est epp. VI. quod explicationi debetur. Cod. Bav. *adversariorum, qui formulam conscripserunt seu composuerunt.* Sic etiam Stolzius.

53) *De*] Manl. et codd. pro *quanta in.*

54) *mortuorum*] Manl. et codd. pro *sanctorum. Mutationibus* apud Manl. pro *nationibus* est mendum.

55) Textus: *et quam tetra.*

56) Manl. *vidistis*; *ipse.*

57) Cod. Goth. 1. et 4. *quomodo.*

58) *praecipuos* edidi e cod. Goth. 1. et 3. pro *praecipuis.* Cod. Guelph. *vos praecipuis et senioribus* etc.

59) *vel* e textu impr. excidit.

60) *placari* — *possunt* edidi ex Manlio et codd.

61) *videor* pro *videar* habent Manl. et codd.

62) Cod. Goth. 1. et 2. *vendendi.*

63) Manl. *volente.*

64) Manl. *satisfacturam esse.*

65) † *nunc*, cod. Goth. 1. et 4.

66) Manl. *nonnunquam.*

67) *praeliabar*] cod. Goth. 1. et 4. pro *praeliari soleo.*

68) Manl. verba: *neque stoicus et fortius — — — praeliati sunt*, praetermisit.

fero hanc calamitatem; sed multis nos [69]) magnis delictis attraxisse poenam agnosco, ac Deum oro, ut in ira sua misericordiae recordetur, et servet Ecclesias et politias, quae sunt hospitia piorum studiorum. Bene vale, quarto cal. Maii, anno 1548. [70]).

No. 4218. (fere 29. Apr.)

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 708 sqq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano,

S. D. Egi causam Doctoris *Ionae* optima fide, sed animadverti, non subito posse hoc ulcus sanari, et vos ex *Carolovicii* sermone intellexistis, non levem indignationem esse. Ideo rectius faceret Doctor *Ionas*, si reditum Principis expectaret, idque ei suasi in literis, quas nunc mitto. Et tamen, quia moram impatienter fert, et fortasse plus spei habet, quam nos, misi epistolas ad Principem, et ad *Carolovicium* accurate scriptas.

Fuchsium adhuc Lipsiae esse audio. Non properando plus effici posset. Fortassis nobis omnibus exitus Conventus, imo toti Germaniae multarum rerum mutationem adferet. Oro autem Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut hos tantos fluctus gubernet, et servet suam cymbam, hoc est, Ecclesiam et hospitia Ecclesiae. Et servaturum esse non dubito, etiamsi nondum belli finis est, quod quomodo et cur exarserit, nescio, an quisquam vere sciat. Sed fatalis poena est, quam Deus mitiget. Salutem opto viro optimo, Doctori *Matthaeo*. Bene valete.

Philippus.

No. 4219. 29. Apr.

Alberto, Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro in epist. p. 146 sqq. ep. 44.

(An Herzog Albrecht von Preußen.)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland und wahrhafftigen Helffer zuvor. Durchleuchtigster hochgeborner gnädigster Fürst und Herr. E. f. g. füge ich erstlich vom Interim zu wissen, was der Inhalt sey, und so viel ich davon vernommen.

E. f. g. können sich erinnern, daß zu Regensburg im Colloquio ein Buch vorgeleget wurde, das solt ein Reformatio sein und Mittel zur Einigkeit, und war aber ein gefärbte Bestättigung vieler unrechter Mißbräuch. Dasselbig Buch ist hernach alhie zu Witeberg gedruckt worden, acht auch E. f. g. haben ein Exemplar bekommen, doch sende ich hiemit ein Exemplar, damit E. f. g. sich darinn zu ersehen, denn eben dieses Buch wird jetzund widerum den Churfürsten Fürsten und Ständen vorgeleget, und soll das Interim seyn, doch ist es an etlichen Orten besser gefärbet, denn zuvor.

Der Artikel de Iustificatione ist anders gestellt, denn in diesem Buch, und wiewol etlich gute Stück in selbigen Artikel sind, so stimmen sie doch nit zusammen, und lautet das Buch also, als sey der Glaub ein Vorbereitung zur Gerechtigkeit, darnach sind wir durch Lieb gerecht.

Der ander Artikel von der Kirchen, Bischoven und Papst ist also gestellet, daß es weitleufftige generalitates sind.

Der dritt von sieben Sacramenten, der vierte von der Meß, der ist fleissig gefärbet, daß die Meß nit sey ein Sühnopfer oder Verdienst Vergebung der Sünden zu verdienen, Sey aber ein Dankopfer, und man soll den Canonem halten, Heiligen anruffen, und die Meß komme auch den Seelen der Verstorbenen zu gut.

Der letzt Artikel ordnet, daß man die alten Ceremonien halten soll, auch Feste und Festum Corporis Christi und omnium Sanctorum. Das ist in Summa der Inhalt desselbigen Buchs, denn von den Votis und Mönchen ist kein Wort ausgedruckt darinn.

Und beschleußt der Kaiser also: so man dieses Buch annehme, so woll man unsere Kirchen gebrauchen lassen beide Gestalt, doch daß der ander Brauch einer Gestalt nit gestrafft werde. Item mit der Priester Ehe wolle man Gedult haben, bis aufs Concilium.

Nu sind etlich die loben dieses Buch sehr, als Marggrave Joachim Churfürst, und rühmen es sey ein schöne Conciliatio, und werde dadurch das Evangelium in ganz Europa kommen.

Etlich dagegen besorgen, es werden viel von beiden Theilen dieses Buch nit annehmen, und werden alsdenn grössere Spaltungen, Item das Buch sey ein Bestättigung etlicher Mißbräuch als Heiligen Anruffung und Seelenmessen. So ist der Artikel de Iustificatione

69) Manl. *multis magnis del. homines.*
70) Cod. Guelph. habet annum 1549., ex errore.

schwach oder sophistisch, dieses ist auch mein Bedenken davon.

Ich kann noch nit wissen eigentlich welche Chur und Fürsten gewilligt haben.

Aber vor zweyen Tagen habe ich der Bischöff und ihres Anhangs Antwort gesehen, die ist warlich stolz und trotzig, nemlich also, Es habe Kaiser und das Reich auch der Papst nit ohne das Concilium, Gewalt hierin etwas zu ordnen.

Doch lassen sie ihnen gefallen, daß K. M. die Abgesonderten, also nennen sie uns hässiglich, widerum auf den alten Weg bring, so viel möglich, sie wollen aber gänzlich sein und bleiben, wie sie bis anher gewesen sind, wollen auch ihren Leuten die Communio beider Gestalt und den Priestern das Coniugium nicht zulassen!

Item man soll gebieten, wer bey uns die alten Ceremonien, Meß und andre halten will, daß solchs unverhindert sey.

Item man soll sie in alle ihre Güter, Klöster, Jurisdiction 2c. restituiren.

So viel habe ich bis anher vernommen, und stehen diese Sachen sorglich. Gott wolle uns armen, die wir ihn anruffen und seine Wahrheit suchen, gnädiglich helfen, und wolle alle List die zu Verdruckung der Wahrheit vorgenommen werden, zu nichten machen.

Kaiserlich M. hat ihr den Stifft Camin in Pommern huldigen lassen, und sind die Herzogen von Pommern noch nit vertragen.

Vom Concilio zu Trident oder Bononien ist ganz keine Rede.

E. F. G. dank ich in Unterthänigkeit von wegen der gnädigen Verehrung beiden Magistro Erasmo Rheinholt und Magistro Georgio Rorern gesandt.

Und nachdem sich E. f. g. gnädiglich haben vernehmen lassen, so Magister Erasmus in Theologia procedirn und zu Erhaltung christlicher Lahr mit Lesen sich mit der Zeit wolte gebrauchen lassen, so wolten E. f. g. ihm gnädiglich dazu ein Hülff auf etlich Jar verordnen, darauf er mich bericht, er sey in der Arbeit mit den tabulis, die auch der Christenheit nützlich seyn werden, zu Erhaltung der löblichen Künste de motibus celestibus.

Diese Arbeit gedenk er mit Gottes Hülff zu vollenden und bedurff noch dazu ein Jar oder zwey. Er sey aber geneigt sein Leben mit Pflanzung christlicher Lahr, mit lesen und Predigen zuzubringen, denn er ist ein gottförchtiger, wahrhafftiger, beständiger Mann, und ist in Theologia und Philosophia sehr gelehrt, und hat die Theologia gelernet, nicht um Nahrung willen, sondern sich selb zu Gottesforcht und rechten Glauben und rechter Anruffung zu unterweisen, lebet auch in Tugend und in Gottes Anruffung, ohne alle Aergernuß, und ist ein nützliche Person in Studiis, mag auch ietzund Doctor Theologiä mit allen Ehren promovirt werden.

Darum bitt ich unterthäniglich E. f. g. wolle ihr ihn gnädiglich lassen befohlen seyn.

So mich auch der Reichstag nit aufgehalten hätt, wolte ich mit ihm ein Reise zu E. f. g. nach diesem Leipziker Markt gethan haben.

Der allmächtig Gott, Vatter unsers Heilands Jesu Christi wolle E. f. g. und ihr Kirchen und Land gnädiglich zu seinem Lob bewahren Amen, Datum Witeberg 29. Aprilis Anno 1548.

E. f. g.

unterthäniger Diener

Philippus Melanthon.

No. 4220. 29. Apr.

Iudicium de restituenda Episcopis Iurisdictione etc.

Editum in Actis synod. germ. p. 107. — (Versio latina in Act. synod. lat. p. 147., unde illud hausit Pezelius in Melanthonis Consil. lat. P. II. p. 28 sq.) — De occasione huius scripti acta synodica haec habent: „Indeß weil zu Zelle obgemeldte Schriften gestellet werden haben die päpstischen Stände zu Augsburg wider das Interim Handlung vorgenommen, daß sie dasselbige nicht annehmen könnten. Denn nachdem anfänglich die Sache also vorgenommen, daß man etwas stellte, das beide Theile zugleich halten sollten, hat damals das Gegentheil (ordines catholici) nach gehaltenem Rath gänzlich abgeschlagen, einige Aenderung in ihre Kirchen einzuführen zu lassen, und allein denjenigen, so man evangelisch nennet, das Interim vorzulegen gestatten wollen. Und haben alsdann ferner neben andern beschwerlichen Ansuchen die Geistlichen auch Anforderung gethan, sie in ihre Jurisdiction wiederum einzusetzen, und was ihnen genommen, wieder einzuräumen; welches denn Kais. Maj. verursacht, daß dieselbe gegen die Päpstischen des Interims halben nachmals nichts weiters gehandelt, jedoch hat dieselbe ihnen darnach eine Reformation stellen lassen, der sie sich halten sollten, und also gemeinet, daß die Sachen auf beiden Theilen bis zu Erörterung des Concilii ganz wohl bestellt wären, so doch den Päpstischen obgemeldte Reformation eben so unleidlich als den Unsern das Interim gewesen. Wie nun die Unsern kaum von der Zelle wieder zu Haus kommen, ist auf solche der Päpstischen Handlung Herrn Philippi Bedenken erfordert worden, der alsbald den andern Tag, welcher war der 29. Aprilis, schriftlich seine Antwort gestellet, die lautet wie folget etc. — Archiepiscopi, Moguntinus, Trevirensis et Coloniensis, et cum iis reliqui Episcopi in comitiis restitutionem iurisdictionis, templorum, collegiorum acriter postulabant, et de hoc eorum petito Melanthon sententiam suam hic perscripsit." Vid. etiam ep. Melanthonis ad N. N. d. 1. Maii.

(*N. N.*)

Grata est nobis benevolentia vestra erga nos perpetua, quam cum aliis multis officiis declarastis, tum vero et hac sollicitudine de nostris periculis, quam nobis significastis. Quare gratias agimus vobis, et optamus inter nos aeternum de doctrina consensum et voluntatum coniunctionem perpetuam esse. Scitis enim Ecclesiis semper salutarem esse concordiam et amicitiam docentium. Et res ipsa in his regionibus ostendit, teneris adhuc Ecclesiis fovendis multum profuisse amicitias eorum, qui docent. De itinere autem nunc scitote, nos honesto et pio consilio ad deliberationem quandam, cui et alii docti et boni viri interfuerunt[1]), vocatos esse, quam speramus tranquillitati Ecclesiarum in his regionibus profuturam esse. Intelligimus autem et *Electorem Saxonicum* et multos praestantes viros anniti, ut ita communi paci consulatur, ne Ecclesiae harum regionum turbentur et caligo inducatur doctrinae de vera Dei invocatione. Sed Deus orandus est, ut gubernet consilia principum, quia multa sunt exempla vetera et recentia, quae ostendunt, saepe humanam sapientiam inflexisse religiones ad tempora et ad eum statum, qui a potentibus visus est commodior. Episcopi superbe responderunt, se velle quidem[2]), ut schismatici retrahantur in viam quoniam possit, sed se nihil in suis regionibus et ditionibus mutaturos esse. Deinde, ut plus sit discordiarum, petiverunt concedi, ut inter nostros liceat uti ritibus, quos ipsi probant, si qui eorum doctrinam et ceremonias magis amant. Talia cum episcopi petant, nondum magna spes est, hunc conventum Augustanum pariturum esse auream aetatem nostris Ecclesiis, ut aliqui[3]) scripserunt. Sed nos hac consolatione sustentemus: quod est ex Deo non dissolvetur, etiam si durit r concutitur. Illud etiam faciamus, coniunctionem et sententiarum et voluntatum vera pietate tueamur, sicut filius Dei precatur patrem, ut faciat, ut unum simus in Deo. Bene valete. Calend. Maii, anno 1548.

Ph. M.

1) *interfuerunt*] cod. Goth. 191. *intererunt*.

2) *quidem*] cod. Monac. 89. habet post *superbe*.

3) Io. Agricola.

No. 4225. 1. Maii.

Th. Cranmero.

Select. epist. p. 555. Epist. lib. I. p. 171. (ed. Lond. lib. I. ep. 66.).

Thomae Episcopo Cantuariensi in Anglia

S. D. Reverende domine, literis quas *Ionae* filius de sermone tuo mihi scripsit, ante mensem respondi. Quo diutius autem de vestra deliberatione, qua nulla gravior et magis necessaria in genere humano institui potest, cogito, eo magis et opto, et vos adhortandos esse censeo, ut de universo doctrinae corpore edatis confessionem veram et perspicuam, collatis iudiciis eruditorum, quorum et nomina adscribantur, ut apud omnes gentes extet illustre testimonium de doctrina gravi autoritate traditum, et ut posteritas normam habeat, quam sequatur. Nec vero multum dissimilis ea confessio nostrae erit futura, sed paucos quosdam articulos velim extare ad posteritatem magis explicatos, ne ambiguitates postea occasionem praebeant novis dissidiis. Nunc et a *Carolo* Imperatore proposita est moderatio controversiarum, quam fortassis editurus est, sed quia coniungere dissidentes conatur, idque eo modo fieri posse existimat, posita aliqua generali sententia, quam nemo propter generalitatem reiicere possit, cothurnos facit, qui novas discordias excitabunt, et quaedam intexit confirmatura abusus. In Ecclesia rectius est, scapham, scapham dicere, nec obiicere posteris ambigua dicta, ut in fabulis dicitur, pomum ἔριδος obiectum esse deabus in convivio sedentibus. Si in *Germania* nostrarum Ecclesiarum consensus integer fuisset, in has miserias non incidissemus. Magnopere igitur te hortor, ut incumbas in hanc curam et cogitationem, ut Ecclesiis vere consulatur. Si meum iudicium ac suffragium etiam flagitabitis, libenter et audiam alios doctos viros, et dicam ipse sententiam meo loco, et sententiae causas ostendam, *τὰ μὲν πείθων, τάδε πειθόμενος*, ut decet in colloquio piorum. Vincant autem semper veritas, gloria Dei, et salus Ecclesiae, non privati affectus ulli.

Hanc Epistolam dedi *Eusebio Menio*, filio *Iusti Menii*, qui Ecclesias in ditione Ducis Saxoniae *Iohannis Friderici* diu pie rexit, et adhuc regit, et praeclare doctus est in coelesti doctrina et Philosophia, et multa scripsit utilia Ecclesiae, cumque viciniam habebat, in qua multi idola

de Rostochio et Dania deliberat. Sed mallet in his regionibus manere. Cum autem *Forsterus* propter vocis exilitatem *Mori* locum non expetat, et fortassis *Morus* istinc non discesserus sit, optarim Torgensem Ecclesiam *Sneppio* commendari. Sed id fortassis impediet opinio fugae vel offensionis Imp. vel quod nunc in Tyrigetis est. De his rebus coram tecum loquar.

De *Fuchsii* epistola serio te oro, ut veniam mihi des. Nuper oblitus sum, cum in ipso discessu tam multiplex esset ἐπισύστασις interpellantium, postea quia uxor mea in conclavi decubuit, chartae dissipatae sunt. Ideo epistolam ad te scriptam reperire non potui, mitto eam quam ad me scripsit.

Mitto et *Osiandri* propositiones, quas probo. Sed certamen ἐν παρέργῳ ortum est, quod sedabimus, sed hanc arbitror velitationem esse, sequentur alia maiora praelia.

Gratias ago, quod carmina Eclipseos [2]) et alia misisti, pro eo munere vobis Ptolemaei libellos, mittemus. De *Victorini* petitione coram loquemur. Nos eodem tempore hic senem *Schurfium* [3]) expectamus. Sed plura coram. Bene et feliciter vale. Servet te et universam Ecclesiam tuam domesticam filius Dei custos Ecclesiae.

Philippus.

No. 4222. (fere 30. Apr.)

Georgio Princ. Anhalt.

Epist. lib. II. p. 267. (edit. Lond. lib. II. ep. 267.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, Cels. V. remitto paginas. Etsi autem Imperator necessariam habet causam quaerendae conciliationis in tanta dissimilitudine opinionum et rituum in Ecclesiis, et ego pacem opto: tamen metuo hanc conciliationem parituram esse nova dissidia, et motus non leves. Liber durior est, quam haec excerpta, et quid nos monuerimus, ex iis paginis, quae sunt apud Reverendum Pastorem Ecclesiae *Lipsicae*, cognoscere Cels. V. poterit. Nihil seditiose faciam, sed tamen donec vivam, modeste de rebus necessariis veras sententias dicam. Aliqui fortasse sperant auream aetatem fore prolatis his decretis *): sed Deum oremus ut ipse opem ferat suo coetui qui veritatem quaerit, et vere invocare Deum et colere necessariis officiis eum studet. Bene valeat Cels. V.

2) Eclipsis Lunae d. 22. April.

3) defunctus est d. 10. Maii.

*) Io. Agricola hoc dixisse ferebatur.

No. 4223. 1. Maii.

H. Wellero.

Epist. lib. II. p. 292. (edit. Lond. lib. II. ep. 297.).

D. Hieronymo Wellero

S. D. Hanc *Nazianzeni* sententiam saepe recito, et multis volo notam esse: οὐδὲν οὕτως εὐφραίνειν ἡμᾶς εἴωθεν, ὡς σύνειδος καθαρὸν καὶ ἐλπίδες ἀγαθαί. Nos igitur conscientia rectae voluntatis sustentemus, quicquid accidet. Nam simplici studio propter mandatum Dei, veritatem, quae profecto densis tenebris obruta fuit, quaesivimus, et multae res bonae recte patefactae sunt. Deinde speremus etiam Deum exauditurum esse gemitus nostros. Nam humana praesidia quam sint incerta, experti sumus. Pie et sapienter facitis, quod scholam vestram fovetis, metuo enim in multis locis futuras esse scholarum dissipationes, quas Deus prohibeat. Cum autem *Menii* filius hic narraverit *Marcello*, se non serviturum esse vestrae scholae **), mittimus ad vos hominem *Francum*, Magistrum *Fridericum Zorlerum*, virum modestum et praeclare instructum eruditione in Philosophia et utraque lingua, qui operam vobis suam offert. Vobis igitur hunc *Fridericum* commendo. Bene et feliciter vale. Calend. Maii. Anno 1548.

**) Cf. ep. ad Wellerum d. 17. Mart. h. a.

No. 4224. 1. Maii.

N. N.

† Ex apographis in cod. Goth. 191. p. 40., et apogr. in cod. Monac. 89. no. VI. p. 47. — In utroque codice caret inscriptione.

(N. N.)

Grata est nobis benevolentia vestra erga nos perpetua, quam cum aliis multis officiis declarastis, tum vero et hac sollicitudine de nostris periculis, quam nobis significastis. Quare gratias agimus vobis, et optamus inter nos aeternum de doctrina consensum et voluntatum coniunctionem perpetuam esse. Scitis enim Ecclesiis semper salutarem esse concordiam et amicitiam docentium. Et res ipsa in his regionibus ostendit, teneris adhuc Ecclesiis fovendis multum profuisse amicitias eorum, qui docent. De itinere autem nunc scitote, nos honesto et pio consilio ad deliberationem quandam, cui et alii docti et boni viri interfuerunt[1]), vocatos esse, quam speramus tranquillitati Ecclesiarum in his regionibus profuturam esse. Intelligimus autem et *Electorem Saxonicum* et multos praestantes viros anniti, ut ita communi paci consulatur, ne Ecclesiae harum regionum turbentur et caligo inducatur doctrinae de vera Dei invocatione. Sed Deus orandus est, ut gubernet consilia principum, quia multa sunt exempla vetera et recentia, quae ostendunt, saepe humanam sapientiam inflexisse religiones ad tempora et ad eum statum, qui a potentibus visus est commodior. Episcopi superbe responderunt, se velle quidem[2]), ut schismatici retrahantur in viam quoniam possit, sed se nihil in suis regionibus et ditionibus mutaturos esse. Deinde, ut plus sit discordiarum, petiverunt concedi, ut inter nostros liceat uti ritibus, quos ipsi probant, si qui eorum doctrinam et ceremonias magis amant. Talia cum episcopi petant, nondum magna spes est, hunc conventum Augustanum pariturum esse auream aetatem nostris Ecclesiis, ut aliqui[3]) scripserunt. Sed nos hac consolatione sustentemus: quod est ex Deo non dissolvetur, etiam si duriter concutitur. Illud etiam faciamus, coniunctionem et sententiarum et voluntatum vera pietate tueamur, sicut filius Dei precatur patrem, ut faciat, ut unum simus in Deo. Bene valete. Calend. Maii, anno 1548.

Ph. M.

---

1) *interfuerunt*] cod. Goth. 191. *intererunt*.

2) *quidem*] cod. Monac. 89. habet post *superbe*.

3) Io. Agricola.

No. 4225. 1. Maii.

Th. Cranmero.

Select. epist. p. 555. Epist. lib. I. p. 171. (ed. Lond. lib. I. ep. 66.).

Thomae Episcopo Cantuariensi in Anglia

S. D. Reverende domine, literis quas *Ionae* filius de sermone tuo mihi scripsit, ante mensem respondi. Quo diutius autem de vestra deliberatione, qua nulla gravior et magis necessaria in genere humano institui potest, cogito, eo magis et opto, et vos adhortandos esse censeo, ut de universo doctrinae corpore edatis confessionem veram et perspicuam, collatis iudiciis eruditorum, quorum et nomina adscribantur, ut apud omnes gentes extet illustre testimonium de doctrina gravi autoritate traditum, et ut posteritas normam habeat, quam sequatur. Nec vero multum dissimilis ea confessio nostrae erit futura, sed paucos quosdam articulos velim extare ad posteritatem magis explicatos, ne ambiguitates postea occasionem praebeant novis dissidiis. Nunc et a *Carolo* Imperatore proposita est moderatio controversiarum, quam fortassis editurus est, sed quia coniungere dissidentes conatur, idque eo modo fieri posse existimat, posita aliqua generali sententia, quam nemo propter generalitatem reiicere possit, cothurnos facit, qui novas discordias excitabunt, et quaedam intexit confirmatura abusus. In Ecclesia rectius est, scapham, scapham dicere, nec obiicere posteris ambigua dicta, ut in fabulis dicitur, pomum ἔριδος obiectum esse deabus in convivio sedentibus. Si in *Germania* nostrarum Ecclesiarum consensus integer fuisset, in has miserias non incidissemus. Magnopere igitur te hortor, ut incumbas in hanc curam et cogitationem, ut Ecclesiis vere consulatur. Si meum iudicium ac suffragium etiam flagitabitis, libenter et audiam alios doctos viros, et dicam ipse sententiam meo loco, et sententiae causas ostendam, τὰ μὲν πείθων, τάδε πειθόμενος, ut decet in colloquio piorum. Vincant autem semper veritas, gloria Dei, et salus Ecclesiae, non privati affectus ulli.

Hanc Epistolam dedi *Eusebio Menio*, filio *Iusti Menii*, qui Ecclesias in ditione Ducis Saxoniae *Iohannis Friderici* diu pie rexit, et adhuc regit, et praeclare doctus est in coelesti doctrina et Philosophia, et multa scripsit utilia Ecclesiae, cumque viciniam habebat, in qua multi idola

Papae defendebant, et venena *Anabaptistarum* spargebant, pie et diligenter lupos repressit. Filius ut oris, ita animi paterni effigies est, et eruditionem ad bonos mores adiunxit, patremque hac parte superat, quod Mathematica studiose didicit, quae in Academia frequenti magna cum laude docere potest. Et habebat locum honestum in his regionibus, sed tam tristi tempore spectator esse calamitatum patriae noluit. Ut autem *Gotthicis* temporibus Ecclesiae, et doctrinarum reliquiae in insula vestra servatae sunt, ita nunc quoque tumultuante *Europa* optandum est, ut aliqua maneant tranquilla hospitia literarum. Et *Britanniae* vestrae tranquillitatem opto. Hunc autem *Eusebium* tibi reverenter commendo, teque oro, ut eum complectaris. Poterit in Academia Mathemata aliis tradere, et spero Ecclesiae usui, atque ornamento futurum esse ubicunque erit. Non dubito multos istuc accedere, sed tamen bonitatis et pietatis est tuae, ut tales adolescentes praestantium virorum, et bene meritorum de Ecclesia filios, ingeniis et eruditione excellentes adiuves. Bene et feliciter vale. Calendis Maii, Anno 1548.

No. 4226. **1. Maii.**

V. Theodoro.

Edita in Barth. Sastrowens Herkommen, Geburt und Lauf, edit. a *Mohnike*, Vol. II. p. 809. — Apograph. eiusdem in cod. Goth. 23. p. 57 b.

Vito Theodoro.

Carissime Vite. Scimus vere[1]), Deum, aeternum patrem domini nostri I. C., conditorem generis humani et Ecclesiae, vitae in quolibet conditorem et servatorem esse, ut scriptum est: *ipse est longitudo dierum tuorum.* Hunc oro, ut diutius consuetudine honestissimae coniugis et dulcissimorum liberorum frui te sinat. Sed aliqua felicitas est, nunc abduci a spectaculis tristissimis, quae secutura sunt, si Ecclesiae nostrae turbabuntur, ut metuo. Vidi librum, qui in conventu Augustano proponitur. Est idem ille de quo in conventu Ratisponensi disseruimus. Et Syrena illa nunc est blandior. Sed nostra dissidia[2]) nunc causam praebuerunt, ut necesse fuerit, τὸν αὐτοκράτορα aliquid constituere. Quicquid poteris de his rebus[3]) significare, quaeso, ut significes. Quaeso etiam, explora, quid *Bucerus* Augustae agat[4]). Bene vale. Kalend. Maii.

1) Sastr. *verum.*
2) Sastr. *nostras dissidias.*

No. 4227. **1. Maii (h. a.?)**

C. Uttenhovio.

Epist. lib. VI. p. 32 sq.

Dom. Carolo Uttenhovio, Domino Marchemii,

S. D. Scio te meminisse Ecclesiam omnium temporum et colligere exempla Professorum et Apostolorum, qui similes aerumnas tulerunt, ut tu nunc et alii multi ferunt. Lenit haec consideratio exemplorum dolorem. Sed multo efficacior est vox filii Dei ad confirmandos et erigendos animos, qui promisit se gregi suo adfuturum esse, *Non relinquam vos orphanos:* Immo erigit etiam inter ipsa supplicia mentes Spiritu sancto qui lucem et laetitiam divinam in mentibus accendit. Hac ut Te consolatione Filius Dei Dominus noster Iesus Christus sustentet ex animo precor. Precor etiam ut non sinat extingui lucem verae doctrinae, sed ubique colligat et servet sibi aliquam Ecclesiam, quae in tota aeternitate fruatur et laetitia Dei, et Christi, Prophetarum et Apostolorum consuetudine. Deus est qui ut velimus efficit et adiuvat, ut labor non sit irritus. Is faciat ut nostra studia sint salutaria Ecclesiae et nobis. Bene vale. Calend. Maii.

No. 4228. **3. Maii.**

Cruciger ad Scholasticos.

Scripta publ. Acad. Wit. T. I. p. 208 b.

Rector Academiae Witeb. Casparus Cruciger, D.

Honesta matrona, vidua mater consulis *Hieronymi Krapp*, cum pene 80 annos vixerit, nullum

3) Sastr. *hac re.*
4) Ioachimus Elect. Brandenb. rogaverat Argentinenses, ut Bucerum mitterent Augustam, ut librum Interim probaret. Is autem libro improbato iterum abiit Argentoratum.

in patria bellum vidit, nisi in hac extrema senecta hoc biennio. Etsi autem multae et magnae sunt in vita singulorum aerumnae, tamen magna levatio est, videre patriam tranquillam, florente Republ. Foelicitas igitur aliqua fuit, quod magnam vitae partem egit tempore tranquillo, et decessit priusquam novos tumultus videret, quos quidem tanquam praesagiens saepe in hoc morbo impendere dixit. Deum autem in agnitione mediatoris Iesu Christi pie semper invocavit, et caeteris officiis matronalibus reverenter coluit pudicitiam et modestiam et erga pauperes adeo beneficia fuit, ut de suo victu multa comparcens miseris mulieribus aut puellis largiretur. Decessit autem placide in invocatione filii Dei domini nostri Iesu Christi, et non solum sese in hoc morbo, sed etiam suos et Ecclesiam saepe Deo commendavit. Hortamur autem scholasticos, ut ad funus, quod fiet huic honestae matronae hodie hora 12., conveniant, et simul cum aliis vota faciant, ut Deus pacem his regionibus concedat. 3. Maii 1548.

No. 4229. **6. Maii.**

Cruciger ad Scholasticos.

Scripta publ. Acad. Wit. T. I. p. 209.

Rector Academiae Witeb. Casparus Cruciger, Doctor.

Beati mortui, qui in Domino moriuntur, inquit doctrina coelestis, quae consolatio longe antecellit omnibus consolationibus, quas de morte colligit philosophia. Cum autem *Petrus*, senex minister Academiae, pie vixerit, et iam aegrotus se assiduis votis filio Dei commendaverit, sperandum est, eum ad coelestem Ecclesiam discessisse. Fiunt autem funerum ceremoniae, ut nos ipsi commonefaciamus de nostra fragilitate, de causis mortis, de resuscitatione et beneficiis filii Dei, qui et hanc vitam prorogat multis, et postea exutos corporibus in vitam revocat. Et in his congressibus singuli suam vitam et publicum Ecclesiae statum Deo commendent, ac orent, ut Deus servet semen sanctum in Ecclesia, servet bona ingenia, profutura communi saluti, ne relinquat hominum coetus orbatos bonis gubernatoribus et doctoribus. Ideo hortamur, ut ad has ceremonias et conveniatis et pia vota afferatis. Fiet autem funus Petro, qui fuit Academiae minister amplius 30 annis, hodie hora 12. Die 6. Maii, anno 1548.

No. 4230. **7. Maii.**

Vito Theodoro.

Appendix ad lib. IV. epist. p. 45 sq. Apographon in cod. Goth. 212. p. 109 b. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 653.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Ut saepe alias, ita nunc quoque queror, nostris dissidiis confirmatam esse audaciam et potentiam eorum, qui nostris Ecclesiis adversantur. Cumque tanta sit dissimilitudo Ecclesiarum in Suevis, quae dissentiunt a Romana, non mirum est, Imperatorem formam proponere. Habet igitur causam sui consilii. Sed architectos adhibet, qui etiam bonis et necessariis rebus caliginem inducunt. Vidisse vos iam illam Augustanam Sirenem arbitror. In loco *περὶ δικαιοσύνης* sic intelligit *πίστει δικαιούμεθα*, id est, praeparamur, ut aliam rem accipiamus, qua iusti simus, scilicet dilectionem. Et quidem de dilectione sic inquit liber: qua vere iusti simus; quasi nec vere iusti simus fide, nec iustitia, qua propter mediatorem sumus accepti, potior ducenda sit, nostris virtutibus. Te, scio, iam in hoc tuo morbo saepe intuentem mediatorem, hac sustentari consolatione, quod propter hunc Filium Dei, propter hanc victimam, propter hunc *ἱκέτην* Deo placeas. Non dicis, te vere iustum esse dilectione, etsi haec quoque ad fidem accedit. Ac ne cui dubium sit, corrumpi ab eis doctrinam de fide, aperte dicunt, posse veram fidem esse sine dilectione. Haec significo, ut totum illum locum attente consideres, cum liber proferetur. Monui quosdam, qui adhibentur deliberationi. Sed *ὁ Μαργίτου σπερμόλογος**) inquit, excludendos esse ab hac deliberatione Sophistas. Utinam nihil esset sophismatum in libro, qui quidem plenus praestigiarum. Sed Deus erit Iudex. Mitto tibi pagellas. Bene vale. 7. Maii.

Philippus Melanthon.

*) Io. Agricola.

No. 4231. 8. Maii.

Georgio Princ. Anhalt.

Epist. lib. II. p. 211 sq. (ed. Lond. lib. II. ep. 204.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps. Existimo virum integerrimum Doctorem *Forsterum* de sua sententia iam ad C. V. scripsisse. Et deliberari res diutius potest, praesertim cum iam et *Sneppius* in has regiones venerit. Sed haec alias. Nunc ad C. V. proficiscitur *Bernhardus*, qui est κατηχήτης in Ecclesia nostra. Usitatum est miseris confugere ad quemcunque portum, qui in conspectu est. Et C. V. magis conspicitur propter multa ornamenta, nobilitatem, virtutem, eruditionem, bonitatem, ac pietatem, etsi scio fontem liberalitatis vestrae hauriri a multis. Sed Deus fontes vestros et servabit et augebit. Bene valeat C. V. Die Maii 8.

No. 4232. (8. Maii.)

G. Buchholzero.

Manlii farrag. p. 126 sq.

Georgio Buchholzero, praeposito Berolinensi,

S. D. Ad honestam et piam deliberationem vocati fuimus, in qua scripsi admonitionem, quam iussi etiam inclyto electori *Marchioni* ostendi. Et optarim in ea re consuli et audire virum sapientem, amantem et intelligentem veritatem, dominum doctorem *Hieronymum*. Manifesta enim corruptela doctrina de fide proponitur in hoc libro Augustano: Fide iustificamur, id est fide praeparamur ad accipiendam aliam rem, scilicet dilectionem, qua postea vere iusti simus. Hoc enim verbo VERE sic usi sunt, et adhuc utuntur. Optarim autem inclytum Electorem *Marchionem* de eo admoneri. Multa de hac ipsa re coram narrare possem, quae literis commendari non possunt.

Vir clarissimus dominus doctor *Augustinus Schurff* *), laborat tam periculoso morbo, ut de eius vita parum spei sit: morbus est pectoris repletio. Quaeso igitur ut hanc meam epistolam curetis reddi quamprimum viro clarissimo D. Doctori *Hieronymo Schurff*, ubicunque est. Bene valete: Die 8. Maii. Salutem opto viro clarissimo D. Cancellario. In Anglia Dei beneficio inchoata est emendatio Ecclesiarum, et editum scriptum modestissimum.

*) Mortuus est d. 10. Maii 1548. Vid. Scripta publ. I. p. 210.

No. 4233. (8. Maii.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 601 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 742.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioachimo Cam. Pabergensi fratri suo carissimo,

S. D. Habet Imperator necessariam caussam quaerendae conciliationis Ecclesiarum, cum tanta sit et opinionum et rituum dissimilitudo, et alicubi barbaries. Quo autem morbus maior est, eo maiori cura vera remedia quaerenda erant. Sed nostri, id est, docentium, mores ut lenissime dicam, movent multos, qualemcunque statum, auream aetatem fore, prae hac confusione, sperent. Legent excerpta capita, quae ad *Ascanium* missa sunt, ac animadverti ἕτερα τὸν πόδα, ἕτερα δὲ τὴν χορδὴν λέγειν. Liber multo durior est, καὶ περὶ δικαιοσύνης corruptelam esse certum est. Sed ὁ νόμαρχος dicet fortasse me φιλονεικίᾳ ἀκριβολογεῖν καὶ διορύττειν τὰς συνθήκας. Certe carmen tuum de Eclipsi significat has fucosas conciliationes non sanaturas esse mala publica. Oremus autem filium Dei, ut dulciss. tuis liberis et aliorum piorum posteritati servet Ecclesiam, et tribuat et honesta et tranquilla hospitia. Remitte *Ascanio* paginas. Pro tuo munere luculenta descriptione videlicet Eclipseos tibi gratias ago, et mitto Initium enarrationis Symboli *). Bene et feliciter vale.

Philippus Melanth.

*) Symboli Niceni.

No. 4234. (8. Maii.)

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 145 sq. Apographon in cod. Goth. 23. p. 58. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 125.

Clariss. Dom. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg. etc.

S. D. Nostra dissidia et audaciam et potentiam eorum, qui adversantur Ecclesiis nostris, confirmarunt. Nec miror Imperatorem, cum videret dissimiles esse in Suevis Ecclesias vestrae, proponere formam, de qua cum adhibeat in consilium suos quosdam homines, etiamsi moderationem quaeri voluit, tamen nunc quaedam imponuntur nobis, quae multi non recipient. Haec igitur conciliatio novas distractiones pariet. Arbitror autem te scire velle, quid iudicem de illis decretis, quae tantopere laudat ὁ μαργίτης. In loco περὶ δικαιοσύνης non dubium est imposturam esse. Sic intelligunt dictum πίστει δικαιούμεθα, id est, praeparamur, ut aliam rem accipiamus, qua VERE deinde iusti simus. Haec cum sit sententia in illa nova formula, miror iactare τὸν μαργίτην, recipi sententiam Ecclesiarum nostrarum. Monui quosdam qui deliberationi illi intersunt. Sed dicunt me ἀκριβολογίαις διορύττειν τὰς συνθήκας. Haec tibi significo, ut cum liber proferetur, eum locum attente consideres. Caetera περὶ ἐπικλήσεως θανόντων, et de inferiis, et alia quaedam etsi belle picta sunt, tamen qualia sint, pii omnes sine monitore vident. Deus servabit coetus aliquos suos et semen sanctum, ut servavit, oppressa Ecclesia in Iudaea regnantibus Sadducaeis et Pharisaeis.

Paulus Eberus editurus est historiam contextam a reditu ex Babylone usque ad excidium Ierosolymorum, quam, quia est imago horum temporum, nunc legi utile est. Tuas literas exspecto. Bene vale. Mitto tibi pagellas, ac spero initia enarrationis Symboli Nicaeni tibi placitura esse *).

Philippus Melanthon.

No. 4235. **9. Maii.**

Cph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 313 sq.

Christophoro Pannonio

S. D. Theocritus in lugubri carmine de Medici morte inquit: νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα καὶ πλέον αἲ αἲ. Certe, si quis sensus est, nunc in vere nascentibus floribus lugebunt et ipsi mortem excellentis Medici, Doctoris *Augustini Schurffii.* Nos quidem in magno dolore sumus. Nam hic vere fuit ἰατρὸς πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Nec tantum scientia artis medicae et peritia excelluit: sed etiam fuerunt in eo virtutes omnes viro bono convenientes, et quaedam Philosophica et Socratica animi moderatio. Scripsi de eius morte ad fratrem, iurisconsultum et virum gravissimum, Dn. Doctorem *Hieronymum*, cuius luctum ut officiis vestris leniatis, vos adhortor. Mitto tibi et d. *Iodoco*, et tuis convictoribus pagellas. Bene vale. Die 9. Martii *).

Philippus.

*) Serior manus adscripsit ann. 1548. Ex epistolarum serie intelligitur, enarrationem Symb. Nic. non a. 1550., ut Mylio visum est, sed anno 1548. prima vice prodiisse.

No. 4236. **(10. Maii.)**

Ioachimo Pr. Anhalt.

Beckmanni Access. hist. Anhalt. p. 125.

Ioachimo, principi Anhaltino.

Illustrissime Princeps. Aliquoties constitueramus ante quatuor septimanas Dn. Doctor *Augustinus* 1) et ego ad C. V. exspatiari, sed me alia itinera impedierunt. Postea ipse laborare cepit tussi, et repletio tanta pectoris secuta est, ut natura superata sit, nec quidquam morbi praeter hanc repletionem fuisse existimamus. Decessit autem pie inter vota et preces ad filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum. Post paucos dies propter negotia familiae D. Augustini veniam ad C. V. Commendo autem C. V. filias honestissimas Doctoris *Augustini.* De republica quae habemus significari in pagella, quam adiungo his literis. Bene et feliciter valeat C. V.

No. 4237. **10. Maii.**

Cruciger ad Scholasticos.

Scripta publ. Acad. Witeb. T. I. p. 209 b.

*) Maii; sepeliebatur enim Schurfius d. 10. Maii.

1) *Schurf.*

Rector Academiae Witeb. Casparus Cruciger, Doctor.

Vir medicus multis aliis praestantior unus, inquit Homerus. Talem quidem fuisse medicum eruditione, industria, fide, sagacitate et experientia excellentem, virum clarissimum Doctorem *Augustinum Schurff* multi, experti foelicem ipsius medicationem, et digni fide norunt et praedicant. Erant autem et aliae in eo virtutes omnes, bono et gravi viro convenientes, agnitio et timor Dei, iusticia in omni officio, prudentia in gubernatione domestica et publica. Praecipuum autem in toto genere humano decus est coniunctio virtutum cum cognitione naturae rerum, praesertim non ociosa sed quae ad caeteros homines iuvandos refertur: quod fiebat ab hoc viro, qui et in medicando erat officiosus, ac multis opem tulit in magnis vitae periculis, et multum posteritati profuit in artis propagatione. Mirifica enim eius in docendo dexteritas fuit, ac vere de eo dici potest, quod Plato de Lysia inquit: philosophiam ipsius naturae insitam fuisse. Etsi igitur dubitare non debemus, quin beati sint, ut doctrina filii Dei affirmat, qui in domino moriuntur, et Doctor Augustinus, cum antea pie vixerit, tum vero in hoc extremo agone se Deo quotidie ardentibus votis et precibus, in agnitione et fiducia filii Dei, domini nostri Iesu Christi, commendaverit, ad coelestium consuetudinem discesserit, ubi fruitur sapientia filii Dei, et dulcissimis sermonibus veterum medicorum, Ioseph, Esaiae et similium de tota rerum natura: tamen nostra causa doleamus, talem virum ex hac consuetudine nostra abductum esse, qui diutius reip. prodesse poterat. Res ostendit, cum tam multi tristes eventus concurrant his annis, fato singulari urgeri rempublicam, quod ut mitiget filius Dei, qui, ne totum genus humanum periret, victima pro nobis fieri voluit, oramus. Haec in funeribus cogitanda sunt, et serio petendum est, ut Deus in ira misericordiae suae recordetur, et servet aliquod semen sanctum in his regionibus, ut posteritas Ecclesias et mediocria hospitia habeat, in quibus luceat noticia filii Dei, et Deus vere invocetur. Nequaquam consentaneum est, genus humanum, in quo lucet agnitio Dei, et magna praestantia est naturae, tantum ad has ingentes miserias conditum esse, et casu regi sine Deo. Ideo ipsarum miseriarum consideratio nos confirmet, ut vere expectemus aliam vitam, in qua Dei agnitio et caeterae virtutes, quae inchoantur in hac imbecilli vita, perficiantur: et sciamus hanc partem generis humani, quae amplectitur vocem Evangelii, vere praeparari ad illum portum, et hanc partem Deo curae esse, et inter magna pericula, et inter tetras confusiones generis humani servari, ut sint aliqui de Deo testes.

Huius etiam diei historia illustre testimonium est secuturae vitae, quia magna multitudo Ecclesiae vidit et filium Dei resuscitatum ex morte ascendentem in coelum, et comites alios, qui ex morte revixerant, qui Apostolis et aliis familiares fuerunt, non solum ut in illis, sed potius ut in nobis spem et expectationem secuturae vitae confirmarent. Hac cogitatione etiam nos accendamus ad precationem, ac petamus, ut aliqui coetus serventur, qui fiant haeredes illius aeternae cum Deo consuetudinis. Hortamur igitur auditores nostros, ut hodie hora duodecima ad funus et ad precationem communem pro tota Ecclesia et nobis ipsis conveniant. Levent etiam hoc ipso officio luctum viri clarissimi, sapientia, eruditione et virtute praestantis, D. *Hieronymi Schurff*, Doctoris utriusque iuris, qui fratrem non solum propter naturalem coniunctionem, sed etiam propter ipsius ingenium, eruditionem et virtutes valde dilexit. Scitis autem horum duorum virorum et voluntatem erga totam Rempubl. christianam fuisse optimam, et eos bene meritos esse de multis honestis hominibus. Talium virorum memoria retinenda est. 10. Maii, 1548.

No. 4238. 12. Maii.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 606 sqq.

Michaeli Meienburgio, sonsuli Northus.

S. D. Honestissime vir et Patrone, ac amice charissime. Etsi saepe recentiora ex Conventu habetis, quam ego, tamen misi pagellam de praecipuis rebus. Magistrum *Erasmum* retinuerunt primum mea itinera, postea et occupationes meae. De Academia audietis ipsum, Dei beneficio, nunc quidem mediocris est tranquillitas et frequentia. Sed, si prodibunt decreta de Interim, rursus in nova exilia distrahemur. Si filium tantisper, donec licet, nobiscum esse vultis, curabo, ut studia

eius recte regantur, et iam discat exercitia Arithmetica in coelestibus figuris erigendis, et simul exerceat stylum.

Amisimus magnum ornamentum, Doct. *Augustinum*, Medicum, qui nuper decessit ex hac vita, cum natura superata esset repletione tanta in pectore, ut omnes mirati essemus in homine temperantissimo tantam repletionem, sed multiplex moestitia, quae praecessit, languefecit naturam. Remitto vobis pecuniam, quam mihi pro viatico misistis, et gratias vobis ago. Debeo autem vobis aliam pecuniam, cuius dimidium dedi mutuo *Marcello*, dimidium est apud M. *Paulum*. Si fugiendum erit: et non prius in carcerem abducar, iter ad vos facturus sum, quia decrevi ad fratrem proficisci. Nec procul fugiam, Deo iuvante, et de doctrinae explicatione, quae est in meis scriptis, et de omnibus consiliis meis in Republica potero honeste respondere. In Angliam saepe iam vocatus sum, et alio vocatus, sed non volui, hic oriri famam dissipationis a mea timiditate. Deo aeterno, Patri Domini nostri Iesu Christi, res, et Ecclesiam et Rempublicam, et me et vestram familiam, et meam commendo. Non omnia prospici ab hominibus possunt, nec regi omnia consiliis humanis. Oro igitur Deum, ut ipse nos regat, et servet aliquos coetus honestos et pios, ipsum invocantes. Coram aliquando, Deo iuvante, colloquemur prolixe. Bene vale. Die XII. Maii.

Philippus.

No. 4239. 12. Maii.

Cph. Meienburgio.

Manlii farrag. p. 356.

Indole et virtute praestanti, Christophoro Maienburgio) amico suo,*

S. D. Charissime *Christophore*. Et in coelo consideres interdum leges motuum esse certissimas, et te ipsum aspice: et cogita impressa esse mentibus hominum vestigia, quae testantur et esse Deum opificem universae naturae, et servatorem generis humani. Deinde adiungito doctrinam in Ecclesia traditam. Filius Dei certis testimoniis sese patefecit, et adfirmat se servaturum esse sibi Ecclesiam, sicut inquit: Ecce maneo vobiscum usque ad consummationem seculi. Hac te cogitatione confirmes, et statuas mansuras esse aliquas Dei Ecclesias, et aliqua earum hospitia: et eruditione te praepares, ut usui communi societati esse possis. Bene vale. Salutem opto dulcissimis fratribus tuis. Die 12. Maii.

*) Ita apographa in codd. Monac. 89. no. VI. p. 60 et 90., no. VII. p. 412b. Manlius: „Christophoro M."

No. 4240. 13. Maii.

Georgio Princ. Anhalt.

Epist. lib. II. p. 310. (ed. Lnd. lib. II. ep. 193.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps. Deo iuvante componam orationem accommodatam ad Synodum*), et mittam in feriis Pentecostes, nisi iter aliquod subitum me impediet. Argumentum erit explicatio dicti, quod extat apud Esaiam, de studio doctrinae, et de Ecclesia. Esaiae 51. *Posui verba mea in ore tuo, et umbra manus meae protego te, ut plantes coelos.* Dulcissima sententia est, et consolationem egregiam continet. Decessit ante paucos dies ex hac vita vir excellens ingenio, virtute et eruditione Doctor *Augustinus Schurff*, cuius filias Celsitudini Vestrae commendo. Post paucos dies ad Illustrissimos fratres vestros proficiscar. De Repub. quantum nunc sciebam, scripsi in pagella quam his literis addidi. Significabo et deinceps, quicquid intellexero dignum narratu. Bene et feliciter valeat Cels. Vestra. Die 13. Maii.

No. 4241. 14. Maii.

A. Hardenbergio.

Epist. ad Hardenberg. ep. 50.

D. Alberto Hardebergio.

S. D. Non sum oblitus nostrae consuetudinis atque amicitiae, teque absentem et amo et saepe

*) Haud dubie ea, quae infra d. 6. Oct. 1549. legitur.

mente requiro. Tibi quoque eam tribui constantiam, ut statuam adhuc me abs te diligi. Oro autem te, ut scribas nobis aliquando de omnibus rebus tuis. Etsi atrocia edicta contra nos nominatim *) proposita sunt: tamen Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi spero protecturum esse suas Ecclesias, in quibus tua voce et similium sonat Evangelium. Hunc iuvenem *Matthiam*, quaeso ut in aliqua Schola colloces. Exulat propter Evangelii amorem, et potest servire Ecclesiis. Ideo dignus est, quem iuvemus. Bene vale. Die 14. Maii.

Philipp. Melan.

No. 4242. 15. Maii.

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 48. (ed. Lond. lib. II. ep. 29.).

D. Iohanni Matthesio

S. D. Postquam in conventu *Augustano* forma operis de Ecclesiarum concordia instituti Episcopis proposita est, superbe responderunt Episcopi, se in suis Ecclesiis ac ditionibus prorsus nullam facturos vel admissuros esse mutationem. Aiunt et Romanum Antistitem respondere, se nisi assentiente regno Gallico, nullam mutationem adprobaturum esse. Nondum igitur novae illae leges proferuntur in lucem. Sed an Ecclesiis nostris prius eas Imp. imponi velit, aliquanto post sciemus. Nec mirum est Imperatorem de communi aliqua forma deliberasse, cum videret ne quidem eas Ecclesias congruere, quae puritatem doctrinae profitentur. Sunt enim dissimillimae Ecclesiae in ea *Germaniae* ora, quae *Helvetiis* proprior est. Nostris igitur dissidiis factum est, ut novae leges accipiendae sint. Sed Deus aliquod semen sanctum servabit, nec sinet penitus extingui lucem verae doctrinae. Optarim te posse ad nos expatiari, multa enim coram narrarem, quae literis committi non possunt. Bene vale et rescribe, die Maii 15.

*) Carolus Imperator Melanthoni, quia repudiabat librum Interim, graviter irascebatur, ita ut iuberet eum in exilium mitti.

No. 4243. 15. Maii.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 596 sqq.

Michaeli Meienburgio, Consuli Northusano,

S. D. Gratias ago vobis pro assiduitate vestra, quam in scribendo praestatis, et referre me in erudiendis vestris filiis optarim. Ac, si quis locus erit, ubi studia literarum adiuvare potero, et Deus mihi vitam concedet, referre gratiam studebo. Quae nova acceperim, postquam Magister *Erasmus* iter ingressus est, ex pagella intelligetis, quam inclusi huic epistolae. Multi valde praedicant dulcedinem libri Augustani. Sed me non sine gravi causa monuisse vestros, res ostendet. De meis periculis initio suspicatus sum, oriri illas calumnias a Marchiacis, et incitari potentes contra me, ut e medio tollar, ne impediam corruptelas doctrinae. Spero me honeste egisse, et pro me dicere posse vel aequos vel iniquos iudices. Si non audient, tamen doctrinae explicatio a me collecta mihi apud omnes testimonium perhibebit piae voluntatis. Deo me commendo, qui, si volet meam vocem in Ecclesia sonare diutius, poterit me servare. Nihil seditiose faciam, sed, Deo iuvante, necessaria moderate dicam, ut feci antea. B. et felic. vale. Die 15. Maii. De filiis minoribus meum consilium est, ut adhuc domi erudiantur, et coram vobiscum loquar, Deo volente.

Philippus.

No. 4244. (fere med. Maio)

Iudicium.

Ex actis synodicis germanicis p. 109. — (Versio latina in Actis synod. latin. p. 149. et inde repetitum in Melanth. Consil. lat. P. II. p. 30—34.) — Contenderant auctores libri Interim, doctrinam de iustificatione hominis coram Deo in libro propositam convenire cum doctrina Lutheri et Ecclesiae evangelicae, neque in rebus sed tantum in verbis discrimen esse, Theologos Wittebergenses igitur in reprehendendo articulo libri de Iustificatione quaesivisse tantum λογομαχίας. Inde factum est, ut Wittebergenses suam sententiam uberius declararent. Apographon huius iudicii Melanthon d. 26. Maii misit Georgio Anhaltino et d. 28. Maii Laurentio Mollero. — In Actis synodicis narratur, hoc scriptum Flacio Illyrico potissimum stomachum movisse et occasionem calumniarum praebuisse, illum autem in eo valde errasse, quod putaverit, haec in conventu Pegaviensi vel Misnico scripta esse.

(Wittebergenses Theologi de doctrina de iustificatione in libro Augustano.)

Was recht ist, und sonderlich da nicht gefährliche zweifelhaftige Reden sind, das wollen wir auch als recht bekennen, und wollen nicht unnöthige Gezänk erregen.

Der Eingang im Buch bis auf den Artikel, was die Gerechtigkeit sey, ist recht und bedarf keiner Disputation. Aber nach dem Titel: was die Gerechtigkeit sey? ist gewißlich dieser Mangel, daß des Buchs natürlicher Verstand dieser ist: daß ein Mensch gerecht und angenehm sey von wegen der Liebe; das ist gleich so viel als von wegen eigener Werk und Tugenden. Und wird dieser nöthige Artikel verschwiegen und also ausgelöscht, nemlich, daß auch hernach, so die Liebe im Menschen angefangen ist, gleichwohl dieser Glaube und Vertrauen auf den Heiland Jesum Christum im Herzen in diesem Leben seyn muß, daß wir nicht von wegen eigner Reinigkeit, sondern um des Heilandes Christi willen gerecht und Gott angenehm sind. Weiter spricht das Buch hernach: nachdem wir um der Liebe willen gerecht sind, haben wir ewige Seligkeit von wegen dieser Liebe. Da wird aber des Glaubens und des Mittlers geschwiegen. Das ist also im Grunde nichts anders denn der Münche Lehre, daß ein Mensch gerecht und Gott angenehm sey von wegen eigner Werk und Tugend, und darum hab er ewige Seligkeit.

Nachdem nu dieser Grund im Buch gelegt ist, damit es einen Schein habe, es werde des Glaubens nicht vergessen, so ziehen sie das Wort Glauben auch darzu, doch nicht im rechten Verstande, und setzen diese Wort: durch Glauben werden wir gerecht; das ist, Glaube ist eine Vorbereitung zur Gerechtigkeit, und sind die Menschen hernach durch Liebe wahrhaftiglich gerecht, gleich als sey der Mensch nicht dadurch vor Gott gerecht, so er durch Glauben und herzlich Vertrauen auf den Sohn Gottes angenommen ist, und soll die Liebe die wahrhaftige Gerechtigkeit und die eingegossene Gerechtigkeit seyn; der Glaube sey nicht wahrhaftige und nicht eingegossene Gerechtigkeit. Und daß dieß der natürliche Verstand sey dieses Buchs, ist öffentlich daraus, daß sie sich selbst erklären, [und] sagen, der Glaube könne auch ohne Liebe seyn. Item, der Mensch sey hernach wahrhaftiglich gerecht durch die Liebe. Item, in der eingegebenen Gerechtigkeit nennen sie die Liebe und nichts anders. Und ist eigentlich ihr Verstand: der Mensch ist gerecht und Gott angenehm von wegen seiner Tugend und Werke, und darum hat er ewige Seligkeit. So nun dieses die Hauptlehre seyn soll, so ist die Lehre vom Glauben, vom Mittler dem Sohne Gottes, und von gewissem Trost in Gottes Gericht den Leuten aus den Augen hinweggenommen; nemlich diese Lehre und dieser Trost: obgleich Liebe und andre Tugenden in uns seyn müssen, wie wir auch allezeit gelehrt haben und noch lehren, so muß doch über dieselbigen Tugenden im Herzen dieser Glaube und dieses Vertrauen leuchten, dieweil unsre Tugenden viel zu schwach sind, daß uns Gott aus Barmherzigkeit um des Mittlers willen gewißlich gnädig seyn will, uns annehmen, und also um seines Sohnes willen gerecht sprechen, so wir mit Glauben an ihm hangen und auf ihn vertrauen.

Wir streiten nicht vom Wörtlein *sola*, sondern sagen und bekennen: es müssen in uns die andern Tugenden und guter Vorsatz angefangen seyn und bleiben; dennoch über dieselbigen Tugenden muß das Vertrauen auf den Sohn Gottes seyn, wie gesagt ist, und muß die andern Tugenden alle überschatten. Denn alle Tugenden sind schwach in uns, und bleibt noch viel Unreinigkeit im menschlichen Herzen und in diesem Leben. Darum müssen wir uns an den Mittler hängen, und Gnade suchen durch diesen Mittler, und durch Barmherzigkeit, die uns von desselben wegen zugesagt ist. Denn also spricht der Psalm: vor dir ist kein lebendiger gerecht. Und Daniel spricht: erhöre uns, nicht von wegen unsrer Gerechtigkeit, sondern von wegen deiner Barmherzigkeit um des Herrn willen. Also sollen wir auch vor Gott treten, und dieses Vertrauen auf den Sohn Gottes mit uns bringen, und wissen, daß, obgleich Liebe und andre Tugenden in uns sind und seyn müssen, daß sie dennoch zu schwach sind, und daß das Vertrauen auf den Sohn Gottes allein stehen soll. Es kann auch Liebe im Herzen nicht seyn oder bleiben, wo nicht dieser Glaube und dieses Vertrauen vorgehet. Dieses alles ist einem jeden Gottfürchtigen in seiner eignen täglichen Anrufung bekannt, und wundert uns sehr, warum doch der Gegentheil diese klare öffentliche Wahrheit, die in allen gottfürchtigen Herzen scheinen und leuchten muß, nicht dulden kann, nemlich, daß der Mensch über die angefangene schwache Liebe und andere Tugenden dieses Vertrauen haben muß auf den Sohn Gottes.

Und ist im Buch unbedächtig geredt, daß man erstlich wahrhaftiglich gerecht werde durch die Liebe, gleich als sey der Mensch nicht fürnehmlich gerecht und angenehm vor Gott um des Mittlers willen durch Glauben, sondern sey fürnehmlich von wegen eigener Tugenden vor Gott gerecht und angenehm.

Es muß das Herz für und für und allezeit in diesem Leben dieses Vertrauen haben, daß der Sohn Gottes Mittler sey und bleibe, und bitte für uns. Davon

spricht Paulus: durch den Glauben an Christum haben wir Frieden mit Gott. Item, haben einen Zutritt zu Gott. Wir sollen unsre eigne Liebe nicht höher achten denn den Sohn Gottes, der uns als Mittler dem Vater versühnet, und decket unsre Schwachheit mit seiner Gerechtigkeit. Und so man von eigner Gerechtigkeit redet, wie sie es nennen, soll man diesen Glauben und lebendig Vertrauen nicht ausschließen; denn es ist auch der hohen Tugenden eine. Ja dieses Vertrauen erwecket Trost, Liebe, Anrufung, und Leben im Herzen, wie geschrieben stehet Galat. 2.: das ich nu lebe, lebe ich durch den Glauben. Item, zum Römern am ersten: der Gerechte lebet durch den Glauben. Item, Coloss. 2.: ihr seyd begraben mit Christo durch die Taufe, und seyd lebendig gemacht durch den Glauben, daß Gott kräftig in euch sey.

Ist doch diese Lehre richtig und allen Gottfürchtigen zu wissen nöthig in täglicher Anrufung; wie St. Paulus spricht: ich habe kein bös Gewissen, gleichwohl bin ich nicht darum gerecht; das ist: es sollen und müssen im Menschen gut Gewissen, Liebe und andere nöthige Tugenden seyn, gleichwohl sollen wir erkennen, daß dieselbigen Tugenden schwach sind, und daß noch Gebrechlichkeit in uns ist, und muß das Vertrauen auf den Sohn Gottes dazu kommen; alsdann sind wir gerecht.

Diese Lehre ist die unwandelbare Wahrheit des Evangelii, und ist leicht, und muß in aller Anrufung täglich betrachtet werden. Denn so wir bethen wollen, ist nicht genug, daß du dein Herz ansiehest, und Liebe und andre Tugend suchest, wiewohl es wahr ist, daß sie in uns seyn sollen und müssen, sondern es muß über solche schwache Tugenden dieser wahrhaftige Trost in uns seyn, nemlich das Vertrauen auf den Mittler, daß uns Gott um seinetwillen gewißlich annehmen, und unser Seufzen und Schreien erhören, und uns nicht von sich stoßen wolle. Und dieses Vertrauen muß gegründet seyn auf den Sohn Gottes, und nicht auf eigene*) Reinigkeit, obgleich die angefangenen Tugenden in uns seyn müssen, wie sie auch bald mit solchem Glauben und solcher Anrufung erwecket werden. Und sind also und bleiben diese Sprüche ewiglich wahr: wer nicht liebet der bleibet ewiglich im Tode. Item, der Glaube ohne Werke ist todt. Denn wie nu oft gesagt ist, es muß im Herzen guter Fürsatz seyn, Liebe, Hoffnung und andere Tugenden; aber nicht allein, sondern über dieselbige Tugenden muß dieser Glaub und dieses Vertrauen, wie gesagt ist, leuchten.

*) Liber: einige; ex mendo.

Dagegen nennet aber das Buch die Liebe, und verschweiget diesen Glauben und Vertrauen, und deutet sich selbst, daß es rede von einem Glauben, der allein eine Erkenntniß ist der Lehre, die ohne Liebe seyn kann. Diese Erinnerung ist so wichtig, daß sie nicht zu verschweigen ist; denn sie ist der Grund des Evangelii, und der allernöthigste Trost. Das Buch spricht, es sey gleichwohl der rechte Glaube, auch der in öffentlichen Sündern ist, so sie anders die Lehre recht bekennen. Dieweil nu das Buch solchen Glauben und der öffentlichen Sünder und Teufel Glauben für ein Ding hält, so ist ja öffentlich, daß es den Glauben hält allein für ein Wissen und Vorbereitung. Si iudicant idem donum esse fidem in Adultero et fidem in Paulo, manifestum est, de iustificatione aliter loqui et sentire librum quam nostrae Ecclesiae sentiunt et loquuntur*).

Und dieses ist ihre Meinung, wie angezeigt ist. Aber zuvor spricht das Buch, der Glaube vertraue auf die Verheißung und Barmherzigkeit Gottes. Dieses ist nicht ein Glaub wie er ist im Ehebrecher oder in Teufeln.

Also ist das Buch ihm selbst widerwärtig, und werden gelehrte gottfürchtige Männer die Irrthum und Betrug müssen anfechten, welches denn Kais. Maj. und den deutschen Fürsten, so das Buch angenommen, nicht rühmlich seyn wird. Der Glaub im Ehebrecher ist viel ein ander Ding denn der Glaub und das Vertrauen in Paulo. Und grob davon zu reden, so ist der Glaub im Ehebrecher nicht ganz; denn diesen Artikel: Vergebung der Sünden, glaubt er nicht für sich. Darum ist der Zusatz im Buch, daß der rechte Glaub in öffentlichen Sündern sey, eine Sophisterei, die nicht zu dieser Sache dienet.

Johannes Bugenhagen D.
Caspar Creutziger D.
Georgius Maior D.
Philippus Melanthon.

No. 4245. 19. Maii.

Cruciger ad Scholasticos.

Scripta publ. Acad. Witeb. T. I. p. 212.

*) Haec latina videntur margini adscripta fuisse, sed non commodo loco textui inserta esse. Putaverim ea pertinuisse ad sequentia verba.

Rector Academiae Witeberg. **Caspar Cruciger, D.**

Ita condidit Deus omnes intelligentes naturas, Angelos et homines, ut effuso in eas Spiritu suo sancto, voluerit eas divinitati vere copulatas esse, et frui bonitate Dei, ac lucis, sapientiae et iusticiae communicatione. Haec pulchritudo quanta fuerit, nunc in hac caligine non satis cernimus. Sed tamen haec cogitanda sunt: testimonium insigne bonitatis Dei et amoris erga nos fuit, quod hoc summum bonum, scilicet Spiritum, qui incendium est mutui amoris in patre et filio, et flamma lucis, sapientiae est iusticiae patris et filii, in nos transfudit. Contra vero tetra et horribilis ingratitudo fuit, illam admirandam copulationem cum Deo, quam aeterna gratitudine et summa reverentia tueri debueramus, rumpere et flagitiose excutere Spiritum sanctum. Haec cogitanda sunt, ut quanta mala sint illa prima delicta aliquo modo consideremus. Vult enim Deus Ecclesiam aliqua ex parte agnoscere et morbos humani generis et remedia. Dissimile autem fuit delictum superborum spirituum lapsui hominum. Diaboli cum filium Dei superbe contempsissent, blasphemi esse coeperunt. At miseri homines, impulsi a diabolo, infirmitate lapsi sunt. Itaque filius Dei, quem diaboli adfecerant contumelia, misertus humanae naturae, pro ea deprecatoc *καὶ ἱκέτης* factus est. Quare Deus recepta hominum natura propter filium mediatorem, edita voce promissionis, reddere nobis suae naturae societatem coepit, et copulationem primam, ad quam conditi eramus, instauravit. Rursus enim in eos qui expavescunt, agnitione irae Dei et voci promissionis adsentiuntur, transfunditur Spiritus sanctus, qui flamma est ex pectore aeterni patris et ex pectore domini nostri Iesu Christi missa, ut lucem, iusticiam et vitam in nobis accendat. Ac tanta Dei bonitas est, non solum ut largiri hoc tantum bonum et hanc suae naturae societatem velit, sed etiam ut saepe affirmet, hoc se officium praecipue a nobis postulare, primum, ut ipsum et filium et hunc spiritum, qui mutui amoris in patre aeterno et filio incendium est, agnoscamus, et hoc donum ardentibus votis petamus et grati celebremus ac retineamus.

Sed quid dicam? si tantum singuli lacrymarum fundere possemus, quantum undarum vehit hic Albis noster, tamen non satis deplorare hominum duriciem et ingratitudinem possemus. Pauci hanc voluntatem Dei considerant, pauci hoc donum petunt, multi manifesta et cyclopica impietate arcent, multi, cum fuerint domicilia Spiritus sancti, et eiiciunt eum, et ut Pauli verbis utamur, dolore eum adficiunt. Haec horrenda ingratitudo postea causa est ingentium calamitatum humanarum, amentiae, bellorum et vastationum.

Te igitur aeterne Deus, pater domini nostri Iesu Christi, conditor coeli et terrae et hominum et Ecclesiae tuae, una cum filio tuo et Spiritu sancto, supplices oramus, ut propter filium tuum, dominum nostrum I. C., quem voluisti pro nobis esse victimam *καὶ μεσίτην καὶ ἱκέτην*, nostri miserearis, ac Spiritu tuo sancto nos tibi copules, et in nobis veram lucem et iusticiam accendas. Liberalitas tua immensa in dando hoc munere filii dicto celebrata est, quod ostendit, quam avide cupias nobis opem ferre, cum ait: quanto magis pater coelestis dabit Spiritum suum sanctum petentibus. Tu vis peti hoc munus, et petentibus adfirmas te avide daturum esse. Speramus igitur vota nostra exaudiri.

Vos quoque auditores adhortamur, ut hanc de voluntate Dei doctrinam pie et studiose cogitetis, et pectora vestra ad petendum hunc sapientiae et iusticiae fontem flectatis. Multi sunt inter vos, qui iam sunt domicilia Spiritus sancti. Hi sint modesti, sobrii, casti et diligentes in caeteris necessariis officiis, ne Spiritum sanctum ex pectoribus suis excutiant, nec eum dolore afficiant. Dolet enim propter nostros lapsus et propter nostras calamitates multas, quae sequuntur delicta. Doluit Spiritus sanctus cum a *Saule* eiiceretur, prospiciens et ipsius exitium et calamitates regni, quae secuturae erant; doluit et in multis piis, qui in magno moerore erant propter scandala et publicas miserias. Denique omnes exuscitemus nos ad hanc curam, ut et restituatur in nobis coniunctio cum Deo, et maneat integra. Aspiciamus et privatas miserias et tristissimas Ecclesiae et Imperiorum confusiones, quibus profecto mederi humana sapientia non potest. Sed ut in creatione Moyses scribit, foveri rerum naturam incubante aquis spiritu Domini, ita servari Ecclesiae et earum hospitia non possunt, nisi suaviter foveantur salutari Dei spiritu. Hoc igitur et regi nos et gubernatores et sanari Ecclesiae vulnera, et restitui salutarem pacem, veris gemitibus petamus.

Cum autem iustum et debitum officium sit, significationem aliquam gratitudinis ostendere erga

Evangelii ministros, praecipimus singulis magistris et scholasticis, ut munera sua cras ad aram adferant. Datae pridie Pentecostes, quae iam ab eo die, in quo se Deus illustribus testimoniis patefecit, sonans legem suam de rupe Sinaide, Pentecostes est 3057. Id cogitantes gratias agamus Deo, quod se toties patefecit, quod Legem et Evangelium edidit, quod servat Ecclesiam, et, ut inter nos sibi aeternam Ecclesiam diu colligat, oremus. Anno 1548.

No. 4246. 23. Maii.

Io. Stigelio.

Danz. ep. ad Stigel. ep. 33. Cod. Goth. 188. ep. 90.

Viro clarissimo, eruditione et virtute praestanti, D. Ioanni Stigelio, τῷ Θεῷ καὶ ταῖς Μούσαις φίλῳ, et amico suo carissimo, S. D.

Cariss. Stigeli, gratiam tibi habeo, quod et memoriam nostrae amicitiae tibi non ingratam esse ostendis, et amanter ad nos scribis. Ego nec voluntatem meam erga amicos veteres, nec doctrinae confessionem mutavi, nec mutabo, Deo iuvante, etsi video mihi magna certamina et pericula proposita esse. Respondi de articulo gravissimo, περὶ δικαιοσύνης, in quo corruptela proponitur non dissimulanda, et de aliis quibusdam articulis. Ideo incitatus est rursus ὁ αὐτοκράτωρ, ut tolli me iuberet. Et scribit *Iacobus Sturmius*, ortam esse eam Sycophantiam ab aula τοῦ μαργίτου. De his maximis rebus coram multa narrare possem, de quibus cum cogito, magis causis harum miseriarum, quam ipsis eventibus, etsi sunt tristissimi, excrucior. Sed cum prodibit *liber Augustanus*, plura de his rebus publice scribam, si me Deus superstitem esse volet. Hac nocte ἐν ὀνείρῳ vidi illustriss. principem et dominam una sedentes, et quidem dominam complectentem maritum et amanter eos colloquentes; et adstitit mea mater, id est, Ecclesia. Totum colloquium scriberem, si vacaret. Bene vale. 23. Maii 1548.

Philippus Melanthon.

No. 4247. 23. Maii.

Georgio Princ. Anhalt.

† Ex apographo in cod. Servest. p. 268. descripta a Clariss. Sintenisio.

Reverend. et Illustr. Principi Georgio in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps, Utinam demum in his regionibus uno spiritu et una voce invocent Ecclesiae deum et servent doctrinam incorruptam. Hactenus congressus vestri profuerunt ad retinendam puritatem Evangelii et ad Concordiam; sed Augustanus conventus, ut metuo, vestri coetus distractionem tristem faciet. Optarim Cels. V. ad Marchionem Electorem scribere, ut monitor et hortator esset, ne decreta edantur, quibus necesse erat opponere veras et firmas refutationes. Nunc Cels. Vestrae mitto orationem non longam, sed, ut mihi videtur, convenientem tempori, et non prorsus inanem. Deus regat et servet Cels. Vestram. Maii 23. 1548.

Cels. V. addictiss.

Phil. Melanth.

No. 4248. 25. Maii.

Testimonium Daschio datum.

Edita in Strobelii neuen Beiträg. T. III. p. 196. (Luns.)

Philippus Melanthon S. D.
Omnibus lecturis has literas.

Petivit a nobis eximia virtute et doctrina praeditus *Georgius Dassius* Francus publicum testimonium de studiis ac vita, quam apud nos egit, quod ei iustissimis de causis libenter impertiendum duximus. Vixit enim in urbe et Academia nostra octo annis ea fide et integritate, ut multis honestis et doctis hominibus apud nos non solum familiaris, sed etiam charus fuerit, honestissimamque adfinitatem apud nos sit adeptus. Ac scimus, eum in studiis bonarum artium, quae in Philosophia et literis continentur, felicissime versatum esse, ut dextre explicare res bonas et necessarias possit Latine et Germanice. Ac praecipue intelligimus,

---

*) Loquitur de conventibus in Episcopatu Merseburg.

eum praeclaram operam potuisse in legum cognitione, ut et in ea doctrina ipse magna cum laude alios erudierit, et causas egerit non solum singulari ingenii felicitate et dexteritate, sed etiam acri studio veritatis ac virtutis: cuius causa praecipue hunc *Georgium* in hoc genus studiorum ingressum esse, ei testes esse possumus. Cumque ex animo timeat et diligat Deum, dedit operam, ut doctrinam Christianam pio pectore amplecteretur, ad eiusque praecepta omnem suam vitam, studia et actiones dirigeret ac gubernaret semper. Et cum hoc animo semper eum futurum speramus, ut studia sua conferat ad gloriam Dei, et Ecclesiae Christi ac Reipublicae utilitatem, et publicam pacem: optamus ei et alibi doctorum et bonorum virorum benevolentiam contingere. Quam etsi eum virtute sua consecuturum esse nihil dubitamus: tamen, ut propter nostram commendationem facilius ei tribuant boni, rogamus his literis etiam atque etiam, iisque vicissim nostra officia deferimus. Dat. Witebergae, 25. Maii 1548 *).

No. 4249. 26. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 593. (edit. Lond. lib. IV. ep. 734.).

Clariss. viro, eruditione et virtute praestanti Ioachimo Camerario Pabergensi, fratri suo carissimo,

S. D. Deo aeterno patri domini nostri Iesu Christi gratias ago, quod ad te reduxit incolumes honestiss. coniugem tuam et dulciss. liberos tuos. Ac oro eum, ut Ecclesiam tuam domesticam et publicam servet. De libri Augustani decretis colloqui tecum cogito. Et eram nunc ingressurus iter ad vos, ut meas filias, ad tuam coniugem adducerem. Sed *Ascanius* Cotensis me vocat. De Proclo *Erasmus* respondet. Emendatio tua in posteriore versu, sine dubio vera est, τούτου γὰρ ὁμόπολ. De priore Paulus malebat legere οὐ κοσμικῶς. *Alesio* des Anglicas litteras. Bene vale, die *Bedae* Anglici.

Philippus Melanth.

No. 4250. 26. Maii.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 541 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano,

S. D. Clarissime vir, et amice charissime. Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem generis humani et Ecclesiae, et Politicae societatis, oro, ut vos et vestros omnes servet incolumes, et in his regionibus servet honestas Politias, et mediocria regimina, ut Ecclesia habeat hospitia.

Filii *Christophori* studia, Deo iuvante, diligenter inspiciam.

De Conventu Augustano, scitis, librum illum mysticum tandem prolatum esse. Etsi autem semper variae sunt hominum voluntates: tamen spero, non multos fore, qui hunc librum magnifacturi sint. Est enim manifesta futilitas, et vanitas in aliquibus articulis.

Ego in Angliam multorum et praecipuorum literis vocor. Sed nondum ex Germania discedam. Opto autem, ut, sapienter agant Angli in tantae mutationis initio. Et amanter monui eos, ut, rebus tantis graviter deliberatis, edant piam confessionem doctrinae, ne postea in sectas scindantur. Magna et ardua res est, quam ut Deus gubernet, oro. Picturam mitto, exhibendam dulcissimae filiae vestrae. Bene valete. Die *Bedae* Anglici, viri docti et bene meriti de Ecclesia Dei.

Philippus Melanthon.

---

*) V. Strobels Neue Beitr. III. 196. ubi a Strobelio *Dassius* germanice vocatur *Dusch* et alibi a Melanchthone Graece *Δάσχιος* et latine *Daschius*. Hic Wurceburgi natus, cum Camerarii et Melanchthonis disciplina usus esset, Lucae Pictoris filia in matrimonium ducta, iam anno 1544. commendatus erat Georgio, Principi Anhaltino, ut in Consistorio Ecclesiastico ei tribueretur locus. Sed frustra. An. 1545. in Italiam proficisci constituit, quod ipsum dissuadente Melanchthone intermisit. *V. Mel.* Epp. ad Camerarium p. 514. et 452. Postea videtur Gothae vixisse, et hac urbe expugnata, tanquam particeps consiliorum, quae Dux Sax. Ioh. Fridericus, Grumbachii fautor, agitaverat, in carcerem coniectus esse; ex quo ut liberaretur Camerarius et Cph. Carlowitzio, et Franc. Crammio, scripsit in Epp. famil. L. VI. p. 92. et 155. Haec summa est eorum, quae *Strobelius* d. l. ad vitam huius viri illustrandam attulit. (Lunzius.)

No. 4251. 26. Maii.

Georgio Princ. Anhalt.

Epist. lib. II. p. 199. (ed. Lond. lib. II. ep. 189.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Domine. Mitto Celsitudini Vestrae exemplum refutationis sophismatum, quae intexta sunt libro Imperatoris, in capite, *De fide.* Ac oro ut Celsitudo Vestra adhibitis et aliis eruditis legat, ut censor et Iudex. Libenter enim iudicio C. V. et aliorum bonorum et doctorum virorum cedam, si ab hac mea explicatione dissentient. Video nova pericula nobis proposita esse, quae Deo commendo, quem non dubito servaturum esse reliquias Ecclesiae suae. Caetera coram aliquando. Bene valeat C. V. Die *Bedae* viri docti, et bene meriti de Ecclesia.

No. 4252. 28. Maii.

L. Mollero.

Epist. lib. V. p. 449 sq.

Laurentio Mollero, (gubernanti Ecclesiam Dei in Hildesheim.)

S. D. Charissime d. Laurenti. Liber Augustanus iam publice propositus est Principibus, ut norma sit Ecclesiarum, qui, cum veniet in manus hominum, quales contineat verae doctrinae corruptelas, eruditi facile iudicare poterunt. Et περὶ δικαιοσύνης scripsi refutationem seu admonitionem ad Aulam nostram, cuius tibi exemplum mitto. Nuncio dedi grossos 28. Tantum enim petebat, nec volui remittere eum ad *Ionam*, ut ab ipso flagitaret mercedem, cum praecipuae epistolae ad me missae essent, †et mea genesis sentiat comitatem et liberalitatem erga nuntios. Estque in hoc sene ingenium et virtus."*) Bene vale. Die Maii 28. (1548. Witebergae.)

Philippus Melanthon.

*) Addit A. D.

No. 4253. 6. Iun.

G. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 398.

Georgio Fabricio, gubernanti Scholam Misnensem.

S. D. Clarissime vir, et amice charissime. Adolescenti *Olsnensi* dedi libellum tibi exhibendum, in quo historia Ecclesiae a reditu ex Babylone contexta est usque ad finem Politiae Iudaicae. Scis, in multis locis doctrinae coelestis opus esse cognitione eius historiae, quare te quidem probaturum esse hunc laborem, spero. Et argumentum est imago huius delirae et miserae senectutis mundi, in qua ut nos regat Deus, ut mediocriter prosint Ecclesiae et posteritati nostri labores, toto pectore opto, et imo nihil in vita magis opto.

Gratias tibi ago, quod interdum ad me scribis, et, ut saepe scribas, te etiam atque etiam oro. Certemus his officiis, donec conceditur. B. V. Die VI. Iunii, quae est dies duarum victoriarum insignium Leuctricae et Gerestanae.

No. 4254. 7. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 596 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 737.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camerario Pabergensi, fratri suo carissimo,

S. D. Iubent aulica mandata, ut ad vos proficiscar, quae sane λακωνικῶς scripta sunt. An alii etiam istic conventuri sint, nescio. Mihi quidem somnia denunciant et itinera et pericula: quae filio Dei commendo, qui dixit, ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μοῦ τηρήσει, καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτόν. Etsi enim multa sunt et mea et multorum errata, et evolvi ex tanta caligine opinionum, res maximae, sine lapsibus non potuerunt, tamen Deo voluntas mea nota est, et multa recte explicata sunt, et ad consensum multarum Ecclesiarum aliquandiu, nostram explicationem profuisse spero. Sed plura coram.

Viti epistolam tibi mitto, quae narrat Ar-

gentoratensem tumultum [1]), quem non dubito initium fore novorum motuum in ea Germania ora, praesertim prolatis nunc Eleusiniis [2]). Addidi et alias pagellas. Bene vale, 7. Iunii.

Philippus.

Honesta mulier in loco vicino urbi *Regensburgo* post immodicum fluxum sanguinis, edidit foetum biennio gestatum in utero, corpus fuit informe, caput simile corvi capiti, oculi grandes, et rostrum longum. Brachiorum loco pependerunt loculi similes muliebrium marsupiorum.

εἰκὼν βασιλειῶν, ἢ τυραννίδων ἐν ἐκκλησίαις,
αἱ κεφαλαὶ, κόλακές εἰσιν.
τὰ σώματα ἄπλαστα.
τὰ πηρίδια, ἁρπαγαί.

No. 4255. 8. Iun.

Cruciger ad Scholasticos.

Scripta publ. Acad. Wit. T. I. p. 214.

Rector Academiae Witeb. Casparus Cruciger, Doctor.

Et vir bonus et civis bonus fuit *Mauritius Goltz.* Nam et Deum vera invocatione et veris officiis pietatis coluit, et cum in tota vita iustus, gravis, integer et modestus fuit, tum vero eximia eius beneficia fuerunt erga pauperes, et studia literarum liberaliter adiuvit. Fuerunt et in coniuge eius honestissima virtutes omnes, piae matronae convenientes, quae cum alioqui imbecilli corpore esset, post mariti mortem, etsi se consolationibus divinitus traditis sustentabat, tamen cum ad moesticiam hectica febris accessisset, paulatim contabuit. Sed saepe hoc morbi tempore alacri fiducia filii Dei et sese, et filiam, et Ecclesiam Deo commendavit. Ac ipsos quidem Mauricium et coniugem speramus frui iam consuetudine filii Dei, et sese rursus complecti. Sed nostra causa doleamus, amittere nos cives utiles reipublicae, et Deum oremus, ut aliquod semen sanctum servet inter nos. Ac metuendum est, interitum piorum et virtute excellentium non esse *ἄσημον,* sed significare tristes conversiones Reipub., quas ut Deus immensa misericordia leniat, veris gemitibus orandum est. Haec cogitanda sunt etiam hodie in funere honestae et piae matronae, coniugis Mauricii, ad quod ut hodie hora quarta scholastici, modeste conveniant, mandamus. Die 8. Iunii, anno 1548.

1) Posuit editor epistolar. ad Cam. hanc epist. inter eas, quae anno 1548. scriptae sunt. Nescio, an hoc anno tumultus fuerit Argentorati. Certe Sleidanus non nisi tumultum mense Febr. 1550. Argentorati ortum commemorat. Sed quum Vitus Theodor. mortuus sit d. 26. Mart. 1549., epist. haec utique anno 1548. tribuenda est.

2) Eleusinia. Videtur loqui de Interim, quod diu latuerat.

No. 4256. (9. Iun.)

Georgio Princ. Anhalt.

Epist. lib. II. p. 267. (ed. Lond. lib. II. ep. 268.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps. Iam veni *Lipsiam* vocatus eo literis Illustriss. Principis Ducis Saxoniae Electoris. Quam ob causam sim vocatus nondum scio. Sed si deliberatio erit de libro *Augustano*, optarim et Cels. V. et alios qui et iudicare possunt, et voluntates habent pias, adhiberi, sin autem non consilium a nobis, sed tantum adprobatio flagitabitur, non obscurum est quid respondendum sit. Civitates maiores ad Rhenum, et in Saxonia non incipient hanc instaurationem superstitionum, ut ex multorum literis intelligo. Erit igitur hic sophisticus liber classicum novorum bellorum et maioris dissipationis Ecclesiarum. Oremus autem Deum, ut harum regionum Ecclesias regat, et servet. Bene valeat Cels. V.

No. 4257. 13. Iun.

Christiano Regi Daniae.

Schumachers Briefe an d. Könige in Dänem. Vol. II. p. 92. ep. 34.

(Christiano III., Regi Daniae.)

Gottes Gnad durch seinen eingebohrnen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer, zuvor. Allerdurchleuchtister, großmächtiger, gnädigster König und Herr. Wiewol ich nit zweifel, E. K. M. werden die Augspurgische Handlungen durch den Ernvesten Petrum von Suaben treulich und nach der Läng zugescrieben; so hab ich doch diesem Boten in der Eil

diese Schrift mitgeben, und füge E. K. M. unterthäniglich zu wissen, daß das Augspurgische Buch nicht[1]) durch Kaiserl. Majest publicirt ist, darin viel päpstliche Irrthum und Mißbräuch gestärkt und wiederum aufgerichtet werden.

Und wiewol zu hoffen durch Gottes Gnad, daß nit alle Fürsten und Städt in solche Wiederaufrichtung der Irrthum willigen werden; so ist doch zu besorgen, es werde durch dieses schädlich Buch viel Zerrüttung und Unruhe in teutscher Nation verursacht.

Der Churfürst zu Sachsen Herzog Moritz, und Markgrave Hans, sagt man, die haben noch nit gewilliget. Auch die Reichsstädt haben unterthäniglich angezeigt, daß sie noch nichts willigen können. Ich höre aber, daß der Kaiser bei dem Rath in Augsburg anhalte um Bewilligung. E. K. M. sende ich eine Schrift, daraus zu vernehmen, wie listiglich der Artikel vom Glauben in demselbigen Buch zerrissen ist, so doch viele groß gerühmt haben, das Buch werde die Lehre von Gerechtigkeit zulassen, wie sie in unsern Kirchen gepredigt wirdet. Aber E. K. M. wird den Betrug selb merken, so ihr Majestät das Buch lesen wird. E. K. M. füge ich auch unterthäniglich zu wissen, daß ein frommer, christlicher, sehr gelahrter Mann, Doctor Johannes Draconites, zu Lübeck ist, der, wie ich achte, nit ungeneigt seyn wird, E. K. M. zu dienen, denn er jetzund nit Dienst hat. Doctor Georgius Maior ist noch allhie nit ledig[2]); was aber in diesen Landen zu gewarten, das stehet zu Gott. Der allmächtig ewige Gott wolle E. K. M. allezeit gnädiglich bewahren. Dat. Wittberg. 13. Jun.

E. K. M.
unterthänigster Diener
Philippus Melanthon.

No. 4258. 14. Iun.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 387 sq.

Marco Crodelio, gubernanti Scholam Torgens.

S. D. Charissime D. Marce. Valde te oro, ut literas nostras exhibeas viro Clariss. D. Doctori *Cummerstadio*, si adhuc est Torgae. Sed si abiit, commendes eas alicui noto in decuria scribarum, et ores, ut tradantur tabellario forte oblato, sed tamen certo, qui perferat eas ad D. *Cummerstadium.* Mitto tibi pagellam continentem versus pie et erudite scriptos. Bene vale. Salutem opto Dn. Pastori, et caeteris amicis. Die 14. Iunii.

No. 4259. 16. Iun.

Iudicium IV. de libro Interim.

Postquam Carolus Imperator in comitiis Augustanis ordinibus Imperii librum, qui dicitur *Interim Augustanum*, d. 15. Maii proposuerat, Mauritius, Dux Saxoniae Elector d. 18. Maii Caesari declarat, se de admittenda hac sacrorum forma aliquid decernere non posse nisi antea convocatis et auditis ordinibus suae ditionis. Rediit igitur exeunte Maio e comitiis Dresdam, ut haberet conventum ordinum, simulque misit librum Augustanum nunc promulgatum, et a prima forma aliquo modo diversum Theologis suis, inprimis Melanthoni, ut suam de libro dicerent sententiam, quam ordinibus tradere posset. Hi igitur, interprete Melanthone, hoc composuerunt scriptum, quod finitum est Wittebergae d. 16. Iunii, sed non nisi d. 27. Iunii (ut epistola ad Electorem docet) missum Principi Electori. Theologos non id voluisse, ut eorum scriptum celaretur, neque divulgaretur, inde cognoscitur, quod multis apographa miserunt, ut docerent, se librum Augustanum minime probare. Melanthon apographon misit Meienburgo d. 19. Iun., Vito Theodoro d. 20. Iun., et Crucigerus Andreae Kegelio. Hic Kegelius illud edidit fere medio Iulio anni 1548., sic inscriptum: „Bedenken aufs Interim des Ehrwirdigen und Hochgelarten Herrn *Philippi Melanthonis*. 1548. 4. (sine loco). Prodiit hoc archetypon Magdeburgi, et ex illo nos hoc iudicium descripsimus. — Mox hoc archetypon iterum sed mutata inscriptione prodiit: „Bedenken aufs Interim der Theologen zu Wittenberg. 1548. (sine loci indice) 4. — Idem excusum legitur ex libro edito (vel ex prima, vel ex posteriore editione) in Actis synodicis germ. p. 120b. et denique in Melanthons christlichen Berathschlagungen und Bedenken p. 295 sqq. a Pezelio editis, qui vero nihil dixit, unde illud hauserit. — Versionem latinam habes in Actis synodicis latinis p. 165., quam repetierunt Pezelius in Melanth. Consil. lat. P. II. p. 86 sqq. et editores „Consiliorum Theologicorum Wittebergensium" P. I. p. 890. — Prodiit etiam anglice: A waying and considering of the Interim by Phil. Mel. — translated into Englishe by John Roger. 1548. — In scriptis a S. V. Olshausenio acquisitis est etiam apographon huius iudicii ex manuscripto in Tabulario Casselano factum, quod autem non esse potest autographon Melanthonis manu scriptum, sed apographon a nescio quo factum. Non solum enim mendis scatet sed habet etiam orthographiam a Melanthonis manu prorsus abhorrentem, ut: nichtt, wirdtt, Verstandtt et similia.

---

1) nicht est manifestus error. Verosimiliter nächst, i. e. neulich, videlicet liber ordinibus in Comitiis Augustanis d. 15. Maii traditus est.

2) Ex epist. Georgii Maioris ad Regem Daniae, data d. 13. Iun. 1548. (apud Schumacherum Vol. II. p. 112.) intelligitur Maiorem noluisse in Daniam proficisci.

(*Theologorum Wittenbergensium Iudicium de libro Interim.*)[1])

Uns ist die Vorrede, die neulich für[2]) das Buch gemacht ist, nicht zugestellt[3]), darum jetzund wir[4]) davon keine Meldung thun können. Wir vernehmen aber, daß es eine sehr beschwerliche Schrift sey. Wo nun diese Meinung darin ist, daß sie unsre Kirchen verdammen[5]), und daß die Annehmung dieses Buchs ein Bekenntniß sey, als haben unsre Kirchen bis[6]) anher unrecht gelehrt, und haben muthwillige Spaltungen[7]) angericht: so ist aller[8]) Verständigen in unsern Kirchen Nothdurft[9]), dieses zu verantworten. Denn so wir uns nach erkannter Wahrheit des Evangelii selbst also strafen, und uns zu Verfolgung derselbigen[10]) erkannten Wahrheit verpflichten würden, dieses wäre Gotteslästerung, die nicht vergeben würde, davor uns Gott gnädiglich behüten wolle.

Wiewohl nun[11]) Krieg und Zerstörung gedräuet werden, so sollen wir dennoch Gottes Gebot höher achten, nämlich daß wir erkannte[12]) Wahrheit des Evangelii nicht verläugnen sollen.

Zum Andern, so[13]) ist auch die Lehr vom Sohne Gottes[14]) und Vergebung der Sünden ein besonder Rath Gottes, den Gott aus unaussprechlicher Barmherzigkeit geoffenbaret hat, und will, daß alle Menschen dieselbige Lehr erhalten helfen[15]), dardurch ihn recht anzurufen und Seligkeit[16]) zu erlangen.

Nun hat der Teufel von Adams Zeiten an für[17]) und für viel List versucht, diese Lehr auszulöschen oder zu verdunkeln[18]), wie die Exempel schrecklich beweisen; darum sollen wir uns fleißig[19]) hüten, daß wir nicht von rechter Lehr abgeführt werden, wie uns Gott oft sehr[20]) warnet und vermahnet[21]).

Zum Dritten, so[22]) wolle man auch bedenken, so man in Kirchen dieser Land offentlichen[23]) unrechte Lehre und Abgötterei wiederum anrichten[24]) würde, wie groß[25]) Aergerniß in unsern Kirchen verursacht würde[26]). Denn viel gottfürchtige[27]) Leut würden in große[28]) Betrübniß fallen, und würde rechte[29]) Anrufung Gottes verhindert.

Aus diesen hochwichtigen Ursachen wolle man sich in dieser Sach wohl fürsehen, was man schließen wolle. Wir streiten nicht aus eignem Frevel, Fürwitz oder Stolz, wie uns von etlichen aufgelegt wird. Gott, der aller Menschen Herzen kennet[30]), der weiß, daß wir herzlich gern Frieden sehen und selbst haben wollten. Uns dringt aber zur Bekenntniß[31]) der rechten[32]) Lehre, die in unsern Kirchen geprediget wird, dieses ernstliche Gebot, daß man erkannte[33]) Lehre der[34]) Wahrheit des Evangelii nicht verläugnen und nicht verfolgen soll, wollen auch unsre Gefährlichkeit[35]) Gotte befehlen[36]).

Und nachdem man nun im Werke befindet, daß die Bischoffe und ihr Anhang keine Vergleichung annehmen wollen, und die Uneinigkeit in der Lehre und etlichen Ceremonien gleichwohl bleiben wird, und sie uns keine Priester ordiniren wollen, wäre besser, daß wir doch unsern Kirchen Ruhe und Fried[37]) ließen, und nicht selbst unter uns mit neuen Veränderungen[38]) Unruhe[39]), Un-

1) Acta syn.: „Bedenken der Theologen zu Wittemberg über das Interim, dem Churfürsten Herzog Moritzen gestellt in Wittemberg im Junio des 48. etc." — Pez.: „Aufs Interim Bedenken Herrn Philippi Melanthonis 1548."
2) Ap. Cass. auf.
3) Pez. et mst. Cass. zugestellet.
4) Act. syn., Pez. et mst. Cass. wir jetzund.
5) Wo nu — verdammen] non habet mst. Cass.
6) bis non habet archet.
7) Pez. et mst. C. muthwillig Spaltung; versio lat.: *petulanter ascenderint dissidia.*
8) Mst. C. allen.
9) Mst. C. nothdürftig.
10) Mst. C. der.
11) Archet. et mst. nuhn; ed. 2. Act. synod. nu. Sie etiam in seqq. ubi eadem particula legitur.
12) Pez. die erkannte.
13) so abest a mst. C.
14) Mst. C. die Lehre von Gott.
15) Mst. C. helfen sollen.
16) Mst. C. die Seligk.
17) an für] mst. C. hero an und.
18) verdunkeln] mst. C. verdrucken.
19) Mst. C. fleißiglich.
20) Ed. 2. et mst. C. sehr oft.
21) und vermahnet non habet mst. C.
22) so abest a mst. C.
23) Ed. 2. offentliche; versio lat.: *manifesti errores.*
24) Ed. 2., Act. syn. et mst. C. aufrichten; versio lat. *restituere.*
25) Mst. C. große.
26) Mst. C. würden.
27) Ed. 2. et mst. C. gottfürchtiger.
28) Mst. C. große schwere.
29) Mst. C. die rechte.
30) Acta syn. erkennt.
31) Mst. C. zu der Erkenntniß; Pez. zur rechten Bekenntniß.
32) rechten hic praetermisit Pez.
33) Mst. C. bekannte.
34) Lehre der non habent ed. 2., Acta syn. et mst.; versio lat.: *agnita Evangelii veritate.*
35) Ed. 2. Fährlichkeit.
36) Mst. C. wollen auch Gott dem allerhöchsten unsre Seligkeit befehlen.
37) Mst. C. guten Fried.
38) Mst. C. neuer Veränderung.
39) Unruhe abest a mst. C.

einigkeit und Aergerniß anrichten. Denn dieß Buch wird doch [40]) in vielen Landen und Städten gewißlich nicht [41]) angenommen werden.

Dieweil aber die Stück und Artikel im Buch ungleich sind, (etliche sind [42]) recht, etliche unrecht, etliche [43]) reden von [44]) Hauptartikeln des Glaubens, die alle Menschen wissen und verstehen sollen, etliche aber von andern Sachen, die nicht so nöthig sind), wollen wir ordentlich von den Artikeln [45]) unser unterthänig Bedenken anzeigen, und was recht ist das [46]) wollen wir nicht calumniose und sophistice anfechten, sondern klar und einfältig bekennen; dagegen was unrecht ist, das sollen wir nicht billigen.

Der Anfang des Buchs von des Menschen Schöpfung und [47]) Fall, von der Erbsünde und [48]) Erlösung durch Christum, ist recht und unsträflich. Hernach aber am vierten Blatt unter dem Titel von der Rechtfertigung ist dieser Mangel, daß das Buch klar setzet, die Lieb sey die Gerechtigkeit, und wird diese Meinung in den folgenden Blättern [49]) erholt, und also erklärt, daß man gewißlich daraus verstehen kann, daß das Buch nicht einträchtig ist mit der wahrhaftigen Lehr, die durch Gottes Gnad in unsern Kirchen geprediget wird, wie der Mensch für [50]) Gott um deß Herrn Christi willen gerecht und angenehm sey durch den Glauben. Und wiewohl das Buch spricht, durch den Glauben komme [51]) der Mensch zu der Gerechtigkeit [52]), so ist doch dieses des Buchs Verstand, der Glaub sey nur eine Vorbereitung, und darnach sey der Mensch gerecht durch die Lieb, wie das Buch offentlich sagt, darnach sey der Mensch wahrhaftiglich gerecht durch die Liebe. Und damit es sich weiter erkläre, spricht es: es sey gleichwohl wahrer Glaub im Menschen, wenn er gleich [53]) in bößem [54]) Gewissen lebet, und die Liebe nicht hat; Item, von wegen der Liebe sey der Mensch [55]) ein Erbe des ewigen Lebens. Das alles ist im Grund die Meinung: der Mensch ist gerecht, das ist Gott gefällig, von wegen seiner Lieb und Werk; wie vor dieser Zeit die Mönch gelehrt haben. Und wird in diesem Artikel die nöthige [56]) Lehre vom Glauben verschwiegen, nemlich daß, obgleich Lieb und gutes Gewissen in uns seyn [57]) soll und muß, sind wir doch vor Gott gerecht, das ist gottgefällig, um des Heilands Christi willen durch das Vertrauen auf ihn, und nicht von wegen unsrer Reinigkeit. Dieser Artikel ist durch Gottes Gnaden also erkläret in unsern Kirchen, daß wir nicht zweifeln, es sind sehr viel Menschen, die ihn wohl und recht verstehen, und können dieses Buch wohl richten.

Wir bekennen und lehren auch treulich, daß Reu und Leid, Bekehrung zu Gott, Liebe, guter Vorsatz und gut Gewissen im Herzen seyn müssen, und muß dieser Spruch wahr bleiben: qui non diligit manet in morte. Es müssen beisammen seyn viel nöthiger Tugende, Glaube, Liebe, Hoffnung, gut Gewissen, guter Vorsatz etc., wie solches durch Gottes Gnaden reichlich in unsern Kirchen gepredigt wird; dennoch [58]) über diese Tugende muß das Vertrauen auf den Sohn Gottes seyn, wie gesagt ist, und muß die andern Tugende allezeit [59]) überschatten. Denn alle Tugende sind schwach in uns, und bleibt noch viel Unreinigkeit in menschlichem Herzen in diesem Leben. Darum müssen wir uns an den Mittler hängen [60]), und durch ihn Gnade suchen [61]). Denn also spricht der Psalm: für dir ist kein lebendiger gerecht. Und Daniel 9. spricht: erhör uns, nicht von wegen unserer Gerechtigkeit, sondern von wegen deiner Barmherzigkeit um des Herrn willen etc. Also sollen wir auch für Gott treten, und dieses Vertrauen auf den Sohn Gottes mit uns bringen, und wissen, daß, obgleich Lieb und andre Tugende in uns sind und seyn müssen, daß sie dennoch [62]) zu schwach sind, und [63]) das Vertrauen auf den Sohn Gottes stehen soll.

Und so man von eingegebener Gerechtigkeit (wie sie es nennen) redet, soll man diesen Glauben und

40) doch non habet mst. C.
41) nicht excidit ex mst. C.
42) sind non habet mst. C.
43) etliche non habet mst. C.
44) Act. syn. von den.
45) von den Artikeln non habent archet. et Pez.
46) das non habet mst. C.
47) Schöpfung und exciderunt ex msto. — Hactenus omnes varias lectiones msti Cass. adscripsi, ut lector de apographo iudicium ferre posset. Nunc autem manifesta menda non amplius notabo, sed tantum lectiones, quae aliquid momenti habent.
48) Ed. 2. et mst. C. und von der.
49) Mst. C. dem folgenden Blatte.
50) Mst. C. vor. Et sic etiam in seqq. in simili formula.
51) Mst. C. kunthe.
52) Mst. C. addit: kommen.
53) Mst. C. gleich wohl.
54) Pez. et mst. C. im bößen.
55) und die Liebe nicht — Mensch] non habet mst. C.
56) Mst. C. nothwendige.
57) Mst. C. seyn will.
58) Archet. darnach; reliqui dennoch. Versio lat.: *veruntamen.*
59) allezeit non habet mst. C.
60) Mst. C. hencken.
61) Mst. C. die Gnade ersuchen.
62) Pez. doch.
63) Mst. C. und daß.

lebendig Vertrauen nicht ausschließen; denn es ist der hohen[64]) und nöthigen[65]) Tugenden eine. Ja, dieses Vertrauen[66]) erwecket Trost, Lieb, Anrufung und[67]) Leben im Herzen, wie geschrieben stehet ad Galat. 2.: das ich nun lebe, lebe ich durch den Glauben an den Sohn Gottes. Und kann Liebe und Trost im Herzen nicht seyn oder bleiben, wo nicht dieser Glaube und dieses Vertrauen vorgehet[68]). Und ist unbedächtig im Buch geredt, daß man Erst wahrhaftiglich gerecht werde durch die Lieb, so doch diese Gerechtigkeit, daß uns Gott gnädig ist um des Mittlers willen, und daß der Mittler unsre Schwachheit deckt[69]), viel höher zu achten ist denn unsre eignen Lieb. Und so wie wir in Noth sind, und die Anrufung ein rechter Ernst ist, so suchen wir nicht unsere Lieb und eigene Reinigkeit, sondern erschrecken vielmehr vor unserm großen Elend und Sünden, und müssen Trost suchen bei dem einigen Versöhner, den uns Gott aus großer Barmherzigkeit und wunderbarlicher Weisheit fürgestellt hat. Davon spricht Paulus: iustificati fide pacem habemus, so wir durch den Glauben gerecht sind, haben wir Fried[70]). Und daß diese Lehr die unwandelbare Stimme und Meinung des Evangelii sey in der Kirchen Gottes von Adams Zeiten her[71]), das ist klar durch die ganze Schrift, und stellet uns S. Paulus Abraham für Augen, und erkläret[72]) den Spruch: Abraham gläubet Gott, und dieses ist ihm gerechnet[73]) zur Gerechtigkeit; das ist, obwohl Abraham große Tugende hat, so ist er doch also für Gott gerecht und Gott gefällig, daß er gläubet, Gott wolle ihm gnädig seyn nach seiner Verheißung. Und wiewohl dieser Verstand oft[74]) zu allen Zeiten verdunkelt ist, so ist er dennoch[75]) bei den verständigen Christen blieben[76]), und bleibet allezeit, wie eines jeden[77]) gottfürchtigen, verständigen Menschen eigene Erfahrung anzeiget.

Darum ist[78]) ein Mangel im Buch, daß es setzet, die Lieb sey die wahrhaftige Gerechtigkeit, und dichtet, Glaube sey nur ein Wissen, wie es in Teufeln[79]) ist; und sagt weiter, der Mensch sey ein Erbe des ewigen Lebens darum, daß er die Lieb hat; weiset also auf eigene Tugenden[80]) und geschweigt[81]) dieses Trosts, daß wir glauben sollen, daß Gott gewißlich alle, die sich[82]) bekehren und auf den Sohn Gottes vertrauen, durch solchen Glauben zum ewigen Leben annimmt.

Daß aber etliche sagen, wir verstehen das Buch nicht, das lassen wir die richten, die hernach davon[83]) weiter schreiben werden, so es an das Licht kommt. Und so mans gleich subtil entschuldiget, und die Stücklein hin und her zusammenlieset, so ist es ihm doch selb[84]) widerwärtig.

Dieweil denn dieser Artikel, wie der Mensch für Gott gerecht und Gott gefällig sey, allen Menschen recht bekannt seyn soll, damit dem Sohn Gottes seine Ehre gegeben werde, und die Menschen rechten Trost haben: sollen alle Menschen, gelehrt und ungelehrt, helfen die göttliche Lehr des Evangelii rein und unverdunkelt erhalten. Derhalben können wir[85]) nicht rathen, daß jemand das Buch in diesem Stück annehme. Und dieweil[86]) offentlich ist, daß keiner Creatur im Himmel und auf Erden gebühret, den wunderbarlichen Rath Gottes, im Evangelio offenbart, zu ändern, so wollen[87]) wir durch Gottes Gnade auch[88]) forthin die Lehr vom Glauben und guten Werken treulich lehren, wie wir sie nun viel Jahr in diesen Kirchen geprediget und erkläret haben; denn also ist sie in göttlicher Schrift klar ausgedruckt.

Von den Kirchen und Bischoffen.

Vom eilften Blatt bis aufs achtzehende wird geredt, was die Kirche Gottes sey, und von Ordnung und Gewalt der Bischoffen, und sind etliche Stück eingeflickt, welche von gottfürchtigen gelehrten Leuten billig angefochten werden. Dieweil aber diese Reden fast bis zu[89])

64) Mst. C. höchsten.
65) Ed. 2. et mst. C. nöthigsten.
66) Ja, dieses Vertr. mst. C. non habet.
67) und] mst. C. im.
68) Pez. vorhergehet.
69) deckt] mst. C. trägt.
70) so wir — Fried non habentur in mst. C.
71) her non habet mst. C.
72) Ed. 2. verkläret.
73) Act. syn. et mst. C. zugerechnet.
74) oft non habet mst. C.
75) Mst. C. doch.
76) Pez. et mst. C. geblieben.
77) jeden non habet mst. C.

78) Pez. ists.
79) Mst. C. im Teufel.
80) Mst. C. Tugend.
81) Mst. C. schweigt.
82) Mst. C. alle die, so sich.
83) davon non habent Pez. et mst. C.
84) Mst. C. so ists doch in ihm selber.
85) Derhalben können wir] mst. C. können derhalben.
86) Mst. C. addit dann.
87) so wollen] mst. C. sollen.
88) auch non habet mst. C.
89) Act. syn. zum.

Ende dieses Artikels gemeine, weitläuftige, zweifelhaftige, hässige[90]) Reden sind, so wollen wir nicht rathen, daß unser gnädigster Herr diesen Artikel streite[91]).

Es ist wahr, daß die Kirche die Versammlung ist der Rechtgläubigen, und daß man sich von der Kirchen nicht absondern soll. Davon ist aber[92]) die Frage, welche die Rechtgläubigen sind. Und dieweil, uns zu Schmach, die Absonderung hoch beschwert wird[93]); so ist denn noch unsre Nothdurft, diese Antwort dagegen zu thun, welche das Buch selbst bekennet. Es ist Gottes unwandelbar Gebot, daß die Lehrer falsche Lehr und falsche[94]) Gottesdienst strafen müssen. So nun der Gegentheil der Wahrheit nicht weichen will[95]), und folgen daraus Spaltungen, so sind die Verfolger der Wahrheit, und sonderlich in nöthigen, wichtigen Sachen, vor Gott sträflich, und nicht die armen gottfürchtigen Leute, die die Wahrheit predigen oder annehmen. Dieses ist offentlich, und ist der Spruch Pauli davon männiglich bekannt: so ein Engel vom Himmel[96]) ein ander Evangelium predigte[97]), so soll er verbannet seyn. Daß aber viel großer[98]) Irrthum und Mißbräuche noch zu dieser Zeit vom Papst und den Seinen vertheidinget werden, das ist offentlich, und hat das Buch selbst etliche Irrthum gestraft, die doch die Concilia zu Trident und zu Bononia gestärkt haben. Das sey zur Entschuldigung unsrer Kirchen auf dießmal genug[99]). Wir bitten auch unsern gnädigsten Herrn und eine löbliche Landschaft, so[100]) die Bischoffe den Gehorsam haben wollen, daß auf solche Wege gedacht werde, daß sie die Wahrheit nicht verfolgen, und nicht abgöttische Ceremonien im Land wiederum aufrichten.

Weiter ist unsre Nothdurft, auch dieses[1]) anzuzeigen. Wiewohl wir niemand beladen wollen, daß er sich dieser Disputation, die in diesen Artikeln stecken, annehme, (denn sie sind nicht alle gleich nöthig, und sind[2]) etliche Sachen, dazu man der alten Kirchen beständige Gezeugniß bedarf, welche zu suchen nicht jedermans Arbeit ist): so wollen wir doch uns selbst und andern dieses vorbehalten, daß ein jeder auf[3]) seine eigne Fährlichkeit[4]) von diesen und andern Sachen christlichen und nützlichen Bericht und seine eigene Bekenntniß thun soll. Denn das Buch sagt in diesem Stück von den Conciliis und de potestate interpretationis, von Gewalt die[5]) Schrift auszulegen. Da ist noch viel von zu reden. Gott hat gnädiglich Offenbarung geben[6]) von seinem Wesen und Willen. Die sollen wir hören und annehmen, und nicht, wie in weltlichen Königreichen, einer gewissen Person Gewalt geben, Deutunge zu machen ihres Gefallens.

90) Ed. 2. hässige; archet. et Pez. heftige. Acta syn. mst. C. et versio latina non habent.

91) Mst. C. unser Herr von diesen Artikeln streitt.

92) Act. syn. et mst. C. davon aber ist noch.

93) Mst. C. Und dieweil uns fast zu hoch die Absonderung beschweren wird. Versio lat.: *ac quonium crimen sciunctionis seu discessionis ab Ecclesia insidiose ac invidiose exaggeratur ad nos contumeliose praegravandos.*

94) Mst. C. falschen.

95) Arch. et Pez. wollte. Versio lat.: *nolunt.*

96) vom Himmel non habet mst. C.

97) Mst. C. predigt.

98) Archet. größere; ed. 2. grösser; versio lat.: *multi magni.*

99) Mst. C. also genug.

100) Mst. C. so dann.

1) Mst. C. dieses noch.

Von[7]) Sacramenten.

Von der Tauf ist kein Streit, und haben unsre Kirchen von der Kindertauf und andern anhängenden Artikeln christlich und nützlich gestritten, und guten festen Grund wider mancherley Irrthum der Wiedertäufer angezeigt, und hat diese unsre Arbeit zu Erklärung vieler Artikel nützlich[8]) gedienet.

Von der Confirmation und Oelung[9]).

Von der Confirmation und Oelung rathen wir auch nicht zu streiten, ohne so viel die Anrufung der Heiligen[10]) belanget, davon[11]) wir hernach sagen wollen. Und wiewohl wir einen Mißgefallen[12]) daran haben, daß man diese beide Werk, Confirmatio und Oelung, also rühmet, daß man sie den andern Sacramenten vergleicht, und bindet des heiligen Geistes Wirkung daran, und doch offentlich ist, daß sie nur zu einem Schein also geschmückt werden: so wollen wir doch jetzund nicht davon disputiren, und befehlen solches auch eines jeden eigenem Bekenntniß[13]). Wir können aber

2) sind non habet mst. C.

3) wir doch uns — jeder auf praetermissa sunt in mst. C.

4) Mst. C. Herlichkeit.

5) die] archet. der.

6) Mst. C. gegeben.

7) Mst. C. Von den.

8) nützlich abest a mst. C.

9) Haec inscriptio desideratur in mst. C.

10) Acta syn. et mst. C. addunt: und andre öffentliche Mißbräuch. Versio lat.: *aliorum manifestorum abusuum.*

11) Mst. C. darum.

12) Ed. 2. et Pez. ein Mißfallen.

13) Totum locum: Von der Confirmation — — Bekenntniß, mst. C. non hic habet, sed in fine huius capitis post verba: Leibs und der Seelen dienen sollen.

nicht willigen in die große Gotteslästerung, daß man unsern Priestern sollt auflegen anzunehmen oder auszutheilen solche unctiones und abgöttische consecrationes, davon fälschlich gerühmt wird in den Pontificalibus und Agenden[14]), daß dadurch den Leuten der heilige Geist, Vergebung der Sünden und andere Gottes Gnade und Schutz wider den Teufel gegeben werde, und zur Seligkeit Leibs und der Seelen dienen sollen.

Von der Buße[15]).

Von der Buße wissen alle Verständige daß vor dieser Zeit die Mönchlehre in diesem Artikel fürnehmlich voll großer Irrthum und Blindheit gewesen, haben keinen beständigen Trost können anzeigen, haben vielmehr dagegen gelehret, man sollt allezeit in Zweifel bleiben von Vergebung der Sünde; Item, haben die Gewissen mit unmöglicher Erzählung der Sünden und hernach mit viel Irrthumen[16]) der Genugthuung beladen, und Indulgentias, Wallfahrten und viel Aberglaubens[17]) angericht. Dieselbigen Irrthum und Mißbräuche haben erstlich diesen Streit von der Lehre erregt[18]). Denn gottfürchtige verständige Prediger haben müssen solche grobe Irrthum und Gotteslästerung strafen. Und ist also die Lehre von der Buß durch Gottes Gnaden gründlich erkläret worden, daß alle Verständige bekennen, daß die selbige christliche Erklärung in unsern Kirchen recht und tröstlich sey[19]), und zu rechter Anrufung Gottes und zu Erkenntniß des Evangelii nützlich sey[20]).

Von der Beicht[21]).

Auch ist die Beicht in unsern Kirchen fleißig erhalten, mit gutem Unterricht, daß man die Absolution da suchen soll. Denn wir aus großwichtigen[22]) Ursachen die Privatabsolution zu erhalten nöthig achten, dieweil sie auch ein Zeugniß ist, daß in der Kirchen Vergebung der Sünden ist, und daß die Gefallene nach der Taufe wiederum mögen angenommen werden. Es ist auch recht, daß ein gemein Bekenntniß[23]) und Demuth sey, daß diejenigen, so die Absolution begehren, eine[24]) Anzeigung geben, daß sie sich Sünder und schuldig vor Gott[25]) bekennen. Aber daneben wollen wir die Gewissen nicht mit dieser gefährlichen und unnöthigen Last beladen, daß sie meinen sollen, die Sünde Erzählung in specie sey nöthig. Und dieweil dieser Artikel aller Menschen Gewissen betrifft, wollen wir auch nicht, daß andere dieses Stück willigen[26]).

Von der Satisfaction[27]).

Von der Satisfaction ist viel gelinder im Buch geredt denn vor Zeiten in der Münche Lehre. Es sind aber weitläuftige Reden, die noch viel Erklärung bedürfen, darum wir diesen Artikel auch eines jeden eigener[28]) Erklärung und Bekenntniß befehlen.

Vom Sacrament des Leibs und Bluts Christi[29])

sind unsre Kirchen nicht wider das Buch. So aber von jemand weiter Erklärung von diesem Artikel gefodert wird, den lassen wir in eigner Bekenntniß davon reden.

Von der Priester Weihung[30])

lassen wir uns nicht mißfallen, daß sie in der Sacrament Zahl gerechnet werde, so sie recht und christlich gehalten wird, und wünschen, daß sie in allen Landen mit großem Fleiß gehalten würde, daß es nicht allein ein Ceremonia und Spectakel[31]) wäre, sondern daß die Ordinanden wohl verhöret und unterwiesen würden, und daß bei der Ceremonia[32]) ernstliche Gebeth[33]) geschehen. Item, daß auch hernach ein fleißig Aufsehen auf die Lehr und Sitten der Priester[34]) geschehe.

Von der Ehe

ist dieser Artikel nöthig, daß in der Ehescheidung der unschuldigen Person die andere Ehe zugelassen werde. Darum dasselbige Stück im Buch von dieser Maß der Ehescheidung, daß sie nicht ferner denn zu Bett und zu Tisch geschehen möge, nicht zu willigen.

14) und Agenden non habet mst. C.
15) Von d. B. mst. C. non habet.
16) Mst. C. vielem Irrthum.
17) Mst. C. viel Afterglauben.
18) Mst. C. erweckt.
19) sey non habent Act. syn.
20) sey non habet mst. C.
21) Von d. Beicht, mst. C. non habet.
22) Mst. C. großmächtigen.
23) Mst. C. Erkenntniß.
24) Mst. C. gerne eine.
25) Mst. C. daß sie Sünder und für Gott.
26) Mst. C. bewilligen.
27) Inscriptionem mst. C. non habet.
28) eigener mst. C. non habet.
29) Mst. C. haec verba habet, sed non ut inscriptionem.
30) Mst. C. Von der Weihe.
31) Mst. C. eine Cerimonie Spectakel.
32) Mst. C. den Ceremonien.
33) Archet. Gebot, ex mendo.
34) Priester] mst. C. Christen.

Von der Meß.

Das Buch bekennet, daß die Meß nicht Vergebung der Sünden verdiene. Das ist wahr; daß sie aber hernach weiter[35]) Sprüch aus den alten und neuen Lehrern[36]) vom Opfer einführen, ihre Privatmessen damit zu stärken, das sind weitläuftige Reden, und wäre[37]) dagegen sehr leicht, guten[38]) Grund aus Augustino und andern anzuzeigen, daß dieselbigen Sprüch ihre Privatmessen und Opfer nichts angehen. Denn ob sie es gleich ein Opfer nennen, so erklären sie sich doch selbst also, daß es nicht Vergebung der Sünden verdiene; item, auch nicht also, daß sie selbst den Sohn Gott[39]) dem Vater opfern, denn dieses ist ein eigen Werk des einigen Sohns, daß er sich selbst opfert, wie der Text spricht Hebr. 9.: dieser ist durch sein[40]) eigen Blut in das Heiligthum getreten, er stehet für dem Vater als der Versöhner für und für, und bittet für uns in demselben allerheimlichsten[41]) Rath; das ist das Heiligthum.

Aber vom menschlichen Opfer reden sie also, daß es sey eine Danksagung und Gedächtniß, das ist, da man mit Glauben die erworbene Vergebung um des Sohnes willen bittet und annimmt. Und diese Gebeth und Danksagung sollen geschehen in der Austheilung und Nießung[42]), wie es befohlen und eingesetzt ist, und ist die Ceremonia an sich selbst ohne diese[43]) Werk im Herzen, Glauben, Gebeth und Danksagung, kein Opfer. Das sey genug von der alten Lehrer Reden, davon wir zu jeder Zeit mehr Bericht zu thun uns erbieten. Und nachdem ganzer Christenheit viel an dieser Sachen gelegen ist, und die Messe durch viel Irrthum in große Mißbräuch gezogen, darum ohn Zweifel Gott die Welt strafet, wie geschrieben stehet: wer unwürdig geneusset[44]), der macht sich schuldig am Leib und Blut Christi[45]): sollt man die Wahrheit Gott zu Lobe und den[46]) Menschen zur Seligkeit hierinne mit großem Ernst suchen und helfen erhalten. Und ist dieses auch der Artikel einer, der in gemein alle Menschen, gelahrt und ungelahrt, betrifft.

35) Mst. C. addit: viel.
36) Archet. et mst. C. Lehren.
37) Mst. C. wären.
38) guten] Mst. C. den.
39) Ed. 2. et Act. Syn. et mst. C. Gottes.
40) Mst. C. ist in seinem.
41) Mst. C. allerheiligsten.
42) Mst. C. addit: des Sacraments.
43) Mst. C. die.
44) Ed. 2. niesset; mst. C. isset.
45) Mst. C. Jesu Christi.
46) Arch. et Act. syn. dem.

Darum kürzlich jetzund auf diese Frag zu antworten, ob die Privatmessen, das ist, Messen ohne[47]) Communicanten, wiederum[48]) aufzurichten sind, ist diese[49]) unsre Antwort, daß wir treulich rathen, daß man nicht wiederum Messen Communicanten aufrichten wolle[50]), und ist die Ursache klar: man solle in der Kirchen keinen Gottesdienst ordenen und[51]) machen, der nicht in Gottes Wort geordnet und befohlen ist. Nun ist[52]) der Brauch des Sacraments also geordenet, und nicht anders, daß[53]) die Austheilung und Nießung geschehe; wie der Sohn Gottes spricht: nehmet hin und esset etc., dieses[54]) thut zu meinem Gedächtniß. Und ist also viel hundert Jahr in der ersten Kirchen gehalten worden. Darum ist dieser erste Brauch den Worten Christi gemäß, gewißlich recht, und[55]) soll erhalten werden, und sollen nicht andre Werk darin, die nicht befohlen sind, aufgericht werden. Und sind vor Zeiten nicht an allen Orten tägliche[56]) Messen gewesen, sondern zu Alexandria, als in einer großen Stadt, ist die Communio die Wochen[57]) drei Mal, am Sonntag, Mittwoch und Freitag, gehalten, in vielen[58]) andern Städten allein auf den Sonntag und Feiertag[59]). Diese alte schöne Gewohnheit wird in unsern Kirchen durch Gottes Gnaden mit aller Reverentia mit der Predigt, Lection, Gebeth und Danksagung gehalten ordentlich[60]). Und so man nun[61]) ein ander Werk aufrichten würde, würde das Aergerniß viel Herzen verwunden[62]), und ganz von der Communio abschrecken. So sind auch mehr Beschwerungen an diesem Artikel von der Messe angehänget, nemlich vom Canon, Heilgen Anrufung[63]) und Seelmessen. Nun spricht der Canon öffentlich, daß man dieses Werk halte zur Erlösung der Seelen ꝛc.,

47) Mst. C. ohne die.
48) wiederum Pez. non habet.
49) Mst. C. dieß.
50) aufzurichten sind ist diese — — aufrichten wolle] Pez. tantum: aufrichten wolle, daß man nein darzu sage:
51) Mst. C. oder.
52) ist in Archetyp. legitur ante also.
53) Pez. geordnet, daß nichts anders denn. Mst. C geordnet, und nicht anders denn daß.
54) Mst. C. das.
55) und non habet Arch.
56) tägliche abest a mst. C.
57) Mst. C. in der Wochen.
58) Mst. C. und in, omisso vielen.
59) Pez. Feiertagen; Mst. C. Freitag.
60) Mst. C. ordentlich gehalten.
61) Archet. nur.
62) Mst. C. erwürgen.
63) Mst. C. anrufen.

daraus alle Ungelehrten diesen Verstand genommen, daß dieses Werk Vergebung der Sünden verdiene; welche Meinung auch im Buch der Wahrheit[64]) zuwider ist. So sind auch andere unformliche[65]) Rede im Canon, als daß[66]) der Priester bittet, Gott wolle ihm dieses Opfer gefallen lassen wie Abels Opfer, so sie doch das Opfer vom Sohn Gottes verstehen. Und in Summa, es sind so viel grausame Mißbräuch in der päpstlichen Gewohnheit, daß wir erschrecken, so wir davon reden; bitten auch, man wolle niemand nicht[67]) beladen mit solcher Aufrichtunge.

Von der Heiligen Anrufung.

Die Anrufung eines unsichtbaren Wesens, das nicht bei uns ist, gibt demselbigen Wesen die Ehr, daß es aller Menschen Herzen und Seufzen erkenne und richten könne. Diese Ehr gebühret allein göttlichem[68]) Wesen; darum ist die Heiligen Anrufung unrecht. Und daß man gleich dagegen erdichtet hat, Gott thue ihnen besondere Offenbarung von solcher Anrufung, das redet man ohne Grund, und setzen dagegen wir diesen hohen[69]) Spruch: Du sollt Gott, deinen Herrn, anbethen. Daß man auch saget, man rufe sie als Diener und Fürbitter an, diese Antwort ist auch nicht genugsam. Denn die Anrufung an ihr selbst ist Zeugniß, daß man den Unsichtbaren für allmächtig hält.

Zum Andern, so[70]) sollen wir neben dem Heiland[71]), dem Sohn Gottes, nicht andre Mittler stellen.

Zum Dritten, so[72]) ist offentlich der[73]) ganzen Welt, daß man die Heiligen nicht allein zu Mittlern gemacht, sondern man ist viel weiter gangen. Man hat besondere Hülf bei jedem[74]) gesucht. Diese große Abgötterei wird gestärkt, so man den Anfang[75]) und diese Anrufung behält, davon das[76]) Buch saget.

Zum Vierten, man soll keinen cultum in die Kirchen einführen, den Gott nicht geordenet hat durch sein Wort. Der Heiligen Dienst hat keinen göttlichen Befehl, wie offentlich ist.

Zum Fünften, das menschlich Herz soll und kann nicht anrufen, wenn es nicht weiß, ob Gott solche Form der Anrufung gefällig ist. Nun ist kein Gottes Wort, das uns also lehre anrufen, und sind dagegen die Verbot stark, welche lehren, daß man allein göttlich Wesen, und durch den Mittler, anrufen soll, und soll dieser Spruch fest bleiben, was ihr den Vater bitten werdet in meinem Namen, das wird er euch geben. Dieser einiger Sohn ist uns fürgestellt als Mittler[77]), Versöhner und Fürbitter. Dagegen sagt das Buch nicht allein von Fürbitt, sondern auch von Verdienst der Heiligen, das noch sträflicher ist, und ist eine unverschämte Lügen, daß es sagt, Jacob habe seine Kinder gelehrt, Abraham, Isaac und ihn anzurufen, und deutet den Spruch Genes. 48.: sie sollen meine, und Isaac und Abrahams Kinder genennet werden, das ist[78]): ich bezeuge, daß die Verheißung, die Abraham, Isaac und mir zugesagt sind, auf sie, als auf unsere Nachkommen, erben, nemlich daß sie gewißlich eine Kirch und Regiment haben werden, und werden darin viel Erben seyn der ewigen Seligkeit. Diesen wahrhaftigen Verstand läßt das Buch fallen, und dichtet einen falschen von der Anrufung etc. Dergleichen sind andere mehr Spruch im Buch unrecht gedeutet. Aus diesem allen ist klar, daß niemand in diesen Artikel des Buchs willigen soll, in welchem die[79]) Heiligen Anrufung geboten und gestärkt wird. Aber der ganzen Kirchen Historien von[80]) Anfang bis zu[81]) Ende zu wissen, ist zu vielen Sachen nützlich[82]), daß man Zeugniß daraus nehme, daß Gott seine Kirch für und für erhält, und daß man Gott danksage, daß er sich in den Heiligen geoffenbaret hat; item, daß wir uns mit der Heiligen Exempel unterweisen und stärken. Darzu werden der Heiligen wahre[83]) Historien bei uns in den Predigten oft angezogen und den Leuten vorgetragen[84]), welchs wir forthin auch thun wollen.

---

64) im Buch der Wahrheit] sic Mst. C., et recte. Libri editi omnes: dem Buch.

65) Mst. C. unformige.

66) daß mst. C. non habet.

67) nicht praetermittunt ed. 2. et mst. C.

68) Mst. C. gottlichen. Versio lat.: *naturae divinae.*

69) Mst. C. höchsten.

70) so non habet Mst. C.

71) dem Heiland non habet Mst. C.

72) so non habet mst. C.

73) Mst. C. in der.

74) Mst. C. ihnen pro jedem.

75) Versio latina: *semina*; mst. C. Anhang.

76) Mst. C. dieses.

77) Mst. C. als ein Mittler und.

78) und deutet — das ist] Pezel. pro his: so doch der Spruch Gen. 48. [v. 16.] diesen Verstand hat. Sed deutet est pro bedeutet. Versio latina: *ubi haec sunt verba textus.*

79) Act. syn. der.

80) Mst. C. vom.

81) Pez. et mst. C. zum.

82) nützlich] mst. C. gut.

83) wahre non habet mst. C.

84) Act. syn. addunt: *etc.*

Von den Seelmessen.

Dieselben Messen[85]) sind in Clöstern und andern Kirchen schier in allen Landen die gemeinsten Ceremonien, denn sie tragen[86]) Geld, und sind viel Irrthum zugleich mit den Seelmessen in die Welt eingerissen[87]), davon jetzund zu lang zu reden ist. Es ist aber eine Verkehrung des Sacraments, daß mans für die Todten applicirt; denn das Sacrament ist eingesetzt, der Lebendigen Glauben damit[88]) zu erwecken und zu stärken; item zur Gedächtniß etc. Nun sind die Todten nicht darbei, und wird ohne allen Grund geredt, daß der Priester ihnen[89]) durch diese Ceremonien etwas verdiene[90]). Darum ist dieser Artikel im Buch auch in keinem Wege zu willigen, und der angezogene Spruch aus Dionysio von der Begräbniß redet ganz nicht von der Messe, und daß etliche für die Todten gebethen haben, gehet die Messe nichts an. Das sey davon auch genug auf dieß Mal[91]).

Von den Ceremonien[92]).

In unsern Kirchen sind die fürnehmen[93]) Ceremonien, die zu guter Ordnung dienen, als Sonntag, Feste, mit gewöhnlichen Lection und Gesang, nicht viel geändert; wollen auch noch dieselbigen mit Fleiß erhalten; und wo man in solchen mittlen Dingen etwas bedenken wird, mit gutem Rath derjenigen, die die Kirchen regiren sollen, das zu mehrer Gleichheit und guter Zucht dienlich, wollen wir gern helfen Einigkeit und gute Zucht erhalten. Denn wir wollen von denselben Mitteldingen nichts zanken, so viel den äußerlichen[94]) Brauch belanget. Also auch irret uns nicht, man esse Fleisch oder Fische. Gleichwohl muß man die Lehr vom Unterscheid rechter[95]) Gottesdienst und solchen mitteln unnöthigen Dingen[96]) nicht verlöschen lassen, wie sie vor dieser Zeit, und vor hundert Jahren Wessalus*) zu Basel, Wesalia zu Meinz und etliche andere sehr geklagt haben. Denn obgleich Irrthum im größern Haufen in der Kirchen für und für sind, so bleibet doch in etlichen rechte Gotteserkenntniß und rechte Anrufung und besser Verstand der göttlichen Lehre denn im großen Haufen. Und ist Gottes Wille, daß man jederman von rechten Gottesdiensten treulich unterweise. Was aber betrifft die Gesänge von Heiligen, da ist vor von gesagt, daß die Anrufung nicht anzunehmen ist. Item, dieweil wir in unsern Kirchen das Sacrament nicht theilen, so sind auch die Procession, darin ein Theil getragen wird, zu unterlassen. Darzu ist gewißlich wahr, daß Sacrament, in ihrem Brauch wie sie durch Gottes Wort geordent sind, wahrhaftige Sacrament sind, nicht, wenn sie zu andern fremden Werken außer ihrer Einsetzung gewendet werden. Darum ist das Spectakel in der Procession unrecht, und soll nicht gestärkt oder wieder aufgerichtet werden.

Ueber das[97]) alles, so ist dieses auch bei den Widersachern bekannt, daß Privatmessen, Heiligen Anrufung, Seelmessen und die Procession, und etliche mehr solche Gewohnheiten, wenn sie gleich zu entschuldigen wären, dennoch unnöthig und fährlich sind, und daß das Exempel der Wiederaufrichtung die großen Irrthum und Mißbräuche bei den Andern stärket und in diesen Kirchen wiederum einführet. Item, daß die Aergerniß viel gottfürchtige Leute betrüben wird; item, daß viel Verfolgung verursacht[98]), und viel Priester und andre Personen verjagt, gefangen, und vielleicht getödtet werden.

Nun sind durch Gottes Gnaden diese Land jetzund mit vielen Gottesgaben gezieret, mehr denn andre Land, mit Kirchen, mit ziemlicher Zucht, Gericht und Recht, mit Nahrung, mit löblichen Künsten. Daß wir nun solchen ziemlichen Stand selbst verstören sollten, und darzu wider Gottes Gebot, das können wir nicht rathen. Und weil geschrieben stehet, was aus Gott ist, das bleibet: so wird man im Werk befinden, daß, obgleich Veränderung der Kirchen an etlichen Orten angefangen würde, daß dennoch diese Lehr, die wir predigen,

---

85) Mst. C. Die Seelmessen.

86) Mst. C. tragen ihnen.

87) Act. syn. et mst. C. eingeschlichen; versio lat.: *irrepsisse.*

88) damit non habet mst. C. — Pez. dadurch.

89) ihnen] mst. C. immer.

90) Mst. C. addit: und bekomme.

91) auf dießmal mst. C. non habet.

92) Totus hic locus de caeremoniis usque ad verba infra: Und nachdem uns neulich zugeschrieben ꝛc. praetermissus est in msto. C.

93) Pez. fürnehmsten.

94) äußerlichen] Arch. et Pez. christlichen. Versio lat.: *externum usum.*

95) Archet. et Act. syn. von Unterscheid, rechtem. Pez. vom Unterscheid der rechten. Versio lat.: *de discrimine verorum cultuum.*

96) Pez. solcher Mittel unnöthiger Dinge.

*) Wessalus? — Fortasse *Gerson* scriptum fuit. Vid. iudicium de libro August. in conventu Misnensi mense Iulio scriptum.

97) Pez. dieß.

98) verursacht] Archet. et Act. syn. versucht.

in andern Landen und Kirchen bleiben wird, und wird also das Interim wenig Einigkeit machen. Daß man aber Krieg fürchtet, darauf ist unser unterthänige Anzeigung, die Herrschaft wird sich hierinnen wohl wissen zu erinnern, was sie gegen den Kirchen, Schutz halben, thun sollen oder können. Für unser Person sind wir durch Gottes Gnaden zu weichen und sunst zu leiden bereit. Daß wir aber nicht gelinder rathen denn wie gesagt ist, ist nicht Frevel oder Stolz, sondern Gottes Gebot zwinget uns, daß wir erkannte Wahrheit nicht verleugnen und nicht verfolgen sollen. So hoffen wir, diese Schrift werde selbst anzeigen, daß wir nicht von Dignitäten oder Gütern streiten, sondern allein von nöthiger Lehr und Gottesdiensten sagen.

So wollen wir auch die Herrschaft und andere Leute nicht beladen mit sonderlicher Disputation, die nicht allen[99]) zu wissen möglich ist, sondern wollen davon uns und andern, derer Ampt und Vocatio ist, andere zu lehren, dieses fürbehalten haben, daß ein jeder in eigener Bekenntniß auf eigene Fährlichkeit davon antworte. Doch ist auch nicht unser Gemüth, etwas neues oder anderes zu lehren denn alleine diese einige wahrhaftige Lehr, die durch Gottes Gnade in den Kirchen dieser Lande von den Verständigen und Gottfürchtigen einträchtiglich gepredigt wird, und in beider Universitäten, Leipzig und Wittemberg, Schriften bekannt ist, welche Lehr wir wissen daß sie der ewigen catholiken Kirchen Gottes[100]), von Anfang an bis auf diese Zeit, Lehr und Verstand ist. Und ist dieses unser Bedenken dahin gericht, daß diese Kirchen nicht unrugig werden, und in Gottes Anrufung und rechten Gottesdiensten bleiben. Denn so die Gewissen mit Aergerniß verwundet werden, so wird die Anrufung sehr geschwächt, und folgen viel Sünde, Verachtung und Zorn wider alle Religion, für welchen Sünden uns Gott gnädiglich behüten wolle.

Und nachdem[1]) uns neulich zugeschrieben ist, daß in der Vorrede vor dem Buch ernstlich verboten sey, wider dieses Interim zu predigen, zu lehren oder zu schreiben, so ist die Nothdurft, in Demuth[2]) dieses anzuzeigen, daß wir die rechte Lehr in unsern Kirchen, wie wir bis anher gepredigt, nicht ändern wollen, denn keine Creatur göttliche Wahrheit zu ändern Macht hat; auch soll niemand erkannte Wahrheit[3]) verleugnen[4]).

Dieweil nun[5]) das Interim in vielen[6]) Artikeln, die wir angezeigt haben, der rechten Lehr zuwider ist, so müssen wir davon wahrhaftige[7]) Bericht und Warnung[8]) thun, welche[9]) wir mit christlicher Maß thun wollen[10]) dem allmächtigen ewigen Gott, Vater unsers Herrn[11]) Jesu Christi unsre Fährlichkeit[12]) befehlen.

Und dieweil Gott aus unaussprechlicher Gütigkeit ihm eine ewige Kirche sammlet, und seinen wunderbarlichen Rath davon selbst über aller Creaturen Weisheit und Gedanken geoffenbaret hat: bitten wir, er wolle auch dieselbige[13]) seine Lehr allezeit selbst[14]) erhalten, und auch in diesen Landen ihm eine ewige Kirchen für und für sammlen, und darzu selige Regiment verleihen. Amen. 16. Iunii[15]).

Johannes Bugenhagen Pomer D.
Johannes Pfeffinger D.
Caspar Creutziger D.
Georgius Maior D.
Philippus Melanthon.
Sebastianus Fröschel[16]).

No. 4260. **18. Iun.**

Georgio Princ. Anhalt.

Epist. lib. II. p. 194. (ed. Lond. lib. II. ep. 184.).

D. Georgio Principi in Anhalt

S. D. Illustrissime et Reverendissime Princeps. Heri hinc rediit *Lipsiam* vir Reverendus *Pastor*

---

99) allen] Archet. allein, ex mendo.
100) Gottes non habent Act. syn.
1) Hic iterum incipit mst. Cass.
2) Mst. C. dem.
3) Verba: zu ändern — Wahrheit, mst. C. non habet.
4) Mst. C. addit: soll.

5) nun Archet. et Pez. non habent. Acta syn. et mst. C. denn.
6) vielen] Acta syn. et mst. C. denen.
7) Pez. et mst. C. wahrhaftigen. Versio lat.: *veras sententias.*
8) Mst. C. Verwarnung.
9) Ed. 2. et mst. C. welches.
10) Mst. C. addit: dann.
11) Herrn] mst. C. Heilandes.
12) Mst. C. Seligkeit.
13) auch dieselbige non habet mst. C.
14) selbst non habet mst. C.
15) Arch. ed. 2. et Acta synod.: *Finis Iunii* 16. Pezelius: *mense Iunio* 1548. Mst. C. neque diem neque annum habet. Versio latina: *Datae Iunii* 16.
16) Sic nomina adduntur in Actis synod. germanicis, ubi conferenda est ultima pagina corrigendorum et addendorum. Versio latina eadem nomina exhibet, excepto nomine Iohannis Pfeffingeri, quod non legitur. Reliqui nullum habent nomen, et mst. C. tantum: Philipp Melanthon.

Ecclesiae Dei in urbe Lipsica, qui exemplum habet deliberationis nostrae de toto libro *Augustano*, quam pie et moderate scriptam esse iudico. Sed tamen a Celsitudine Vestra legi volo, et legat Celsitudo Vestra ut iudex et censor. Scio multas honestas civitates liberas constanter reiecturas esse hanc partim fucosam, partim falsam doctrinam libri *Augustani*. Oro autem ut Celsitudo Vestra de iudicio suo vel ad me, vel ad D. *Pfeffingerum* scribat. Nunc et de alio quodam negotio ad Celsitudinem Vestram scribo propter honestam et piam causam. Scio parcendum esse Principum fisco, praesertim nunc in tanta temporum difficultate, et ego mea causa non facile peto aliquid in aulis. Sed studiosae iuventuti opem ferre pium est. Consul Dessensis *Laurentius a Berg* vir et artifex egregius filium habet bona indole praeditum, et qui iam initia Philosophiae mediocriter didicit. Hunc spero Ecclesiae Dei magno usui et ornamento futurum esse, si non abducetur a literis. Sed auxilio ei opus est. Itaque oro, ut biennio ei opem feratis, ita ut quolibet anno a Celsitudine Vestra aureos habeat viginti. Reliquos sumptus pater tribuet. Videt Celsitudo Vestra Ecclesias vestrae ditionis regi a peregrinis. Utilius autem paci et moribus populi esset, praeesse natos in patria. Et hic adolescens filius est civis bene meriti de oppido *Dessa*, et cujus magnus usus est in gubernatione vestrae ditionis. Quaeso igitur ut hoc beneficio Adolescentem Celsitudo Vestra adiuvet. Habeat Celsitudo Vestra rationem patriae, meritorum patris, denique et meae petitionis, in re pia. Deus pro hac liberalitate vicissim Celsitudini Vestrae et Reipub. bene faciet. Sic servabitur Ecclesia, cum Principes curabunt bona ingenia recte erudiri. Bene valeat C. V. Die 18. Iunii. Reverenter oro, ut C. V. mihi respondeat.

No. 4261. 19. Iun.

M. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 566 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano,

S. D. Clarissime vir, et amice charissime. Nuncium Northusanum eo detinui, ut exemplum ei darem nostrae deliberationis, quam cum legeritis, fortassis et consilia vestra aliquantulum adiuvabit. Spero, Deum adfuturum esse nobis, ne fiant in Ecclesiis harum regionum mutationes. Hodie mihi *Carolovicii* scriba narravit, opinionem esse multorum in Aula Imperatoris, belli initium a Constantia urbe fore: quod si ita erit: fata magnam mutationem generi humano adferent: quia inchoabitur bellum, et non perficietur. Sed Deum oremus, ut gubernet nos, et servet sibi inter nos Ecclesiae reliquias, et semen sanctum, ut Esaias nominat. Salutem opto et honestissimae coniugi vestrae et dulcissimis liberis, et viro integerrimo Dn. Doct. *Matthaeo*. Salutem vobis optant omnes nostri Collegae. Bene valete. Die 19. Iunii.

Philippus.

No. 4262. 19. Iun.

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 439. (ed. Lond. lib. II. ep. 461.)

D. Iacobo Milichio

S. D. Clarissime vir et charissime frater, Utrumque vox divina praedixit, et fore maiores confusiones generis humani in hac delira mundi senecta, quam fuerunt antea, et tamen Filium Dei collecturum esse Ecclesiam aeternam etiam inter has ruinas Imperiorum. Hac spe faciamus operas scholasticas donec conceditur. Etsi igitur intempestivae videntur iam deliberationes de honoribus: tamen speres fore posteritatem, et audiri gemitus tuos et Ecclesiae tuae domesticae: et suscipias labores in his ornandis, qui nunc tuam operam praecipue requirunt. Oro autem ut in meis aedibus tantisper sis, donec aderis, sine tuo sumptu. Scis enim consuetudinem tuam, praesertim hoc tempore, et eruditissimos sermones tuos ἀλεξιφάρμακον mihi esse contra multos dolores. Bene vale. Die 19. Iunii.

No. 4263. 19. Iun.

Cruciger ad Kegelium.

Edita in Actis synodicis lat. p. 164., repetita in Mel. Consil. lat. P. I. p. 55 sq.

Eruditione et virtute praestanti viro M. Andr. Kegel filio suo carissimo.

Adfert ad vos M. *Burcardus* responsionem nostram ad librum propositum Augustae, et publicatum, quae etsi est mollior, quam scimus plaerosque velle, tamen pro ratione et temporis, et hominum, quibus haec nunc scribuntur, puto satis graviter responsum esse. Laudamus alios fortiores, sicut in ipsa Ecclesia Augustana audimus Musculum acriter contradicere. Quod non dubium est, iam fieri ubique ab omnibus piis concionatoribus. Sed in scripto tali aliis consilium datur, quos neque necesse est de omnibus quoquo modo disputabilibus materiis pugnare, et constat non omnes esse pari animorum robore. Satis magna pericula ostenduntur, quae ut Deus gubernet pro sua misericordia, et servet internos et in his regionibus semen sanctum, ipsum oremus. Spero nostros constantes fore, quos tandem necesse est constituere, utrum pacem an veritatem malint. Sumus evocati ad Conventum Misnensem ad diem 1. Iulii. Bene vale. Nam ut brevior sim, facit ὁ γραμματοφόρος, qui coram omnia narrare poterit, quae hic scimus. Die 19. Iun.

Caspar Cruciger.

No. 4264. 20. Iun.

V. Theodoro.

Appendix ad lib. IV. epist. p. 45 sq. Apographon in cod. Goth. 212. p. 108 b. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 654.

Reverendo viro — D. Vito Theodoro, Confessori Evangelii in inclyta Noriberga.

S. D. Exemplum deliberationis, quam communiter scripsimus, tibi mitto, quod ostendes Dn. *Hieronymo* et aliis. Antea mutilatas pagellas sparserunt aliqui, cum tamen ego addidissem refutationem praestigiarum manifestam περὶ δικαιοσύνης. Sed aulici sapientes dicunt, me astute ὑπὸ φιλονειχίας ὑπορύττειν, οὐ χαχῶς λεχθέντα, χαὶ χλέπτειν ὀνόματα. Ita non solum armis et sophistica illorum, qui palam se fatentur esse hostes, oppugnamur, sed etiam sophistica eorum, qui videntur esse σύμμαχοι. Sed Deo exitum harum deliberationum commendo. Si receperit princeps librum Augustanum, distrahemur in nova exilia. Nam ego nec mutabo doctrinam Ecclesiarum nostrarum, nec mutantibus assentiar. Si captus fuero, feram ea, quae accident, et me a sophistica aularum tandem morte liberari gaudebo. Scis enim, quam duriter me excruciarit multis annis. Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, oro, ut nos regat et servet aliquod semen sanctum. Scito, vivere Ducem Borussorum *Albertum*, ad quem cur profectus sit fratris filius, alii alias causas narrant. Tuas literas expecto περὶ χορυφαιοτάτων. Bene vale. Die 20. Iunii.

Philippus Melanthon.

No. 4265. 20. Iun.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 217 sq. Apogr. in cod. Goth. 212. p. 83 b. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 213.

D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg.

S. D. Et antea me duriter aulae sophismata exercuerunt, et nunc rursus exercent. Sed vel mors vel novum exilium me ex his labyrinthis educet. Sparserunt pagellas mutilatas nonnulli, cum quidem ego adiunxissem manifestam refutationem praestigiarum περὶ διχαιοσύνης, de quibus disputare vel apud ignaros harum rerum, vel apud tales, quorum voluntas aliena est, difficile est: ac responderunt nonnulli in aula me astute ὑπὸ φιλονειχίας ὑπορύττειν οὐ χαχῶς λεχθέντα. Nunc postquam liber est in manibus, etiam aliorum iudiciis mea refutatio confirmabitur. Deum autem aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oro, ut et servet aliquod semen sanctum et te consoletur ac servet incolumem. Spero vestram Civitatem ὀρθὴν τηρήσειν τὰ ὅσια δόγματα. In aulis quam sint infirmae voluntates, exempla ostendunt. *Μαργίτης*, quem etiam aiunt sibi placere, quod autor sit huius novae νομοθεσίας, quanto in odio apud suos etiam erit? Sed Deo nos commendemus. Bene vale. Die 20. Iunii *).

Phil. Melanthon.

---

*) Autographo serior manus adscripsit: ann. 1556. Sed apographon habet: 1548, et recte ad hunc annum refertur epistola.

No. 4266. (fere d. 20. Iun.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 595 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 755.).

Clarissimo viro eruditione et virtute praestanti Ioach. Camer. Pab. fratri carissimo,

S. D. *Dionis* fragmentum mitto, cuius lectionem tibi voluptati fore spero. Nam in narrationibus prudenter eligit res praecipuas, et miscet orationes et deliberationes non stultas, et addit personarum insignium descriptiones non ineptas. Etsi autem nostri dolores alia quadam medicina indigent, tamen haec θελκτήρια non sunt ingrata iis, quorum erectae sunt mentes hac divina consolatione, quae sperare iubet mansuram esse Dei Ecclesiam. Quaeso autem ut legas nostram deliberationem, quam pastor Ecclesiae vestrae affert, et legas ut iudex et severus censor, *ἐγὼ γὰρ οὔτε ἰδιοβουλεύειν, οὔτε καινοτομεῖν, οὔτε περὶ οὐκ ἀναγκαίων μάχεσθαι θέλω.* Nec tamen abiici res necessarias velim, nec velim turbari invocationem sanctae coniugis tuae et similium piorum in Ecclesiis nostris. Etsi autem in tanta dissipatione Ecclesiarum, optandum est, ut remedia vera quaerantur, tamen haec quae proponuntur qualia sint, vides, Estque miranda, vel reprehendenda potius audacia istorum sapientum *), qui de reb. maximis, quas ignorare se sciunt, leges condere ausi sunt, et quidem in Ecclesia Dei. *ἱππεὺς ἱππεύειν ἐδάη, καὶ ἀοιδὸς ἀείδειν,* sed illi ne *ἱππεύειν* quidem, quod profitentur, norunt. Meum consilium eo spectat, ne qua fiat mutatio Ecclesiarum nostrarum, praesertim cum res ostendat, hanc, quae proponitur, turbaturam esse piorum mentes et invocationem, et non sanaturam Ecclesiae vulnera. Spero autem Deum nobis affuturum esse et gemitus multorum exauditurum, etsi profecto magna sunt mea et aliorum peccata, quorum cogitatione cohorresco.

Quod codicem Paulinum mihi misisti, gratias ago. Quae mihi narravit honestiss. coniunx tua, memini, ac Deum aeternum patrem domini nostri Iesu Christi conditorem et SERVATOREM generis humani et Ecclesiae suae oro, ut et tibi et tuis assit, ac vos tueatur, ut certe spero aliquod semen sanctum servaturum esse. Si non sumus Epicurei, hanc spem non tantum, ut dicitur, utraque manu, sed toto pectore retinere debemus. Scio autem te verissime odisse Epicureos, quorum vides plenas iam esse curias et aulas, quos ut Deus conditor generis humani et pater domini nostri Iesu Christi, reprimat et perdat, cotidie precor. Bene et feliciter vale. Mense Iunio in coniunctione Saturni et Martis in Ariete, quae fortassis accendet bella ad Rhenum.

Phil. Melanth.

*) Machicorum C. W.

No. 4267. 21. Iun.

Matthesio. (Matthaeo?)

† Ex apographo in cod. Monac. 66. p. 80. collato apogr. in cod. Monac. 90. VII. p. 298.

Matthesio [1]) *Phil. Melanthon.*

Charissime frater. Erit viva epistola *Wolfgangus* noster, qui deliberationem nostram exhibebit de nova nomothesia Augustae proposita. Scis, magnos triumphos agere authores illius Augustani libri, quasi aurea aetas constituatur iis legibus [2]). Sed ego, non [3]) fuisse me socium illorum consiliorum, gaudeo. Liber ille Augustanus non sedabit discordias, sed, ut metuo, classicum erit magnorum motuum, et in Ecclesiis *nostris* multorum piorum [4]) invocationem turbabit [5]). Oremus [6]) autem Deum, ut nobis opem ferat. Nostrum scriptum nondum sparges [7]) in populum ante Mysorum conventum. Bene vale et rescribe. 21. Iunii 1548.

No. 4268. 22. Iun.

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 642 sq.

1) In cod. Mon. 66. non *Matthesio* inscribitur, sed: *Matthaeo.*
2) Id dixisse fertur Ioannes Agricola.
3) Cod. Mon. 90.: *sed ago Deo gratias, et non.* Quae lectio inde orta est quod legit, qui descripsit, *ago* pro *ego,* itaque addidit: *gratias Deo,* quod putavit excidisse.
4) Verba: *in Eccles. — piorum,* cod. Mon. 90. non habet.
5) Cod. Mon. 90. *mutabit.*
6) Cod. Mon. 90. *Precemur.*
7) Cod. Mon. 90. *spargas.*

Mich. Meienburgio, consuli Northusano,

S. D. Integerrime vir, et amice charissime. Cum heri accepissem epistolam vestram, quam in Salinis scripsistis, hodie ad vos nuncium missurus eram, sed mane tabellarius vester venit. Primum autem oro Deum, ut haec consilia gubernet. Secundo vos adhortor, ut sitis animo tranquillo, et commendetis Deo exitus horum periculorum, videbitis brevi magnos motus in altera parte Germaniae fore. Tertio suadeo, ne vos proficiscamini Augustam: sed mittantur alii, iuxta tertium vel quartum modum *), ut scripsi in paginis, quas addidi huic epistolae. Tertius modus, de quo et hic collocuti sumus, nihil habet periculi. Et quanquam Imperator postulat certius responsum; tamen arbitror, eum contentum fore hac responsione. Vellem autem urgeri hoc argumentum, quod non sit facienda mutatio in vestra Ecclesia, donec alii in his Regionibus nullam faciunt mutationem. Haec scripsi copiosius in paginis signatis, quas addidi. Bene valete. Die 22. Iunii.

Philippus.

*) i. e. tertium vel quartum iudicium de libro *Interim*.

No. 4269. 24. Iun.

Cruciger ad Scholasticos.

Scripta publ. Acade. Wit. T. I. p. 215b.

Rector Academiae Witeb. Casparus Cruciger, D.

In hoc festo, in quo Ecclesia recitat historiam Iohannis Baptistae, mentes omnium piorum assidua cogitatione intentae esse debent in patefactionem mirandam Dei, in qua aeternus pater, filius, et Spiritus sanctus illustri discrimine conspecti sunt non solum a Iohanne, sed etiam a Maria et ab auditoribus Iohannis, et gratiae agendae sunt, et accendenda est fides et invocatio. Sunt et cogitanda doctrinae Iohannis capita omnia, et exitus, ut testimoniis et dictis Iohannis nos confirmemus, et exemplo nos ad confessionem exuscitemus. Nec eas cogitationes impedit funeris ceremonia; sed in hac ipsa de causis mortis et instauratoris beneficio ἐντενέστερον cogitemus. Cum autem decesserit hac nocte honestus et doctus *Iohannes Rabentrost*, Cygneus, ad funus, quod fiet hora 12., convenire scholasticos pium est, et ut conveniant eos hortamur. 24. Iulii *).

No. 4270. 24. Iun.

G. Fabricio.

Epist. lib. V. p. 899 sq.

Georgio Fabricio, gubernanti Scholam Misnensem.

Nihil fingo. Adeo amant ingenium tuum, et orationis sanitatem, etiam alii, qui iudicare possunt, ut, cum legerem apud amicos tuam epistolam, certamen de ea esset inter *Marcellum* et *Vitum*, cum uterque eam sibi donari peteret, tanquam κειμήλιον. Scito autem, gratissimum mihi esse, quod et saepe scribis ad nos, et hanc nobis assiduitatem deinceps promittis, qua utinam frui possimus. Amicitia certe aeterna erit, ubicunque erimus. Sed haec brevi coram.

Non displicuisse tibi *Eberi* Historiam gaudeo. Volui initio tantum breves tabellas edi, ut in conspectu Regum series esset, quam scire utile est omnes, qui monumenta sacra legunt. Sed *Paulus* pro sua liberalitate aliqnid ἐπεμέτρησε. Et fortassis invitantur talibus laboribus iuniores ad integrae historiae et aliarum rerum inquisitionem. Talia multa edi curo invitandae et exsuscitandae adolescentiae causa.

Libelli Physici priores etiam post paucos dies prodibunt **). Bene vale. Die Baptistae, cuius recordatione confirmor, ut de mea vita minus sollicitus sim, et sperem, Deo curae fore Ecclesiae suae studia.

No. 4271. 24. Iun.

Testimon. Engelharto datum.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 72b. et cod. Monac. 90. no. VII. p. 349.

*) *Iulii* sphalma typogr. pro *Iunii*, ut argumentum docet.

**) Libellus physicus Mel. prodiit m. Oct. 1549. Vid. ep. d. 5. Oct. 1549.

Decanus Collegii facultatis philosophicae in Academia Wittenberg. Phil. Melanth. S. D. omnibus lecturis has literas.

Petivit a nobis testimonium de suis moribus, studiis et gradu Vir honestus et doctus, *Valentinus Engelartus* Gothanus. Id ei summa voluptate impertivimus. Nam cum in Academia nostra in singulari familiaritate eorum, qui in philosophiae studiis excelluerunt, diu vixerit, comperimus eius mores honestos esse, et naturam capacem omnium artium, ac inprimis idoneam ad pulcherrimam philosophiae partem, quae ex Arithmetica et Geometria extruit rationem mortuum coelestium, ad quam cum natura duceretur, multa abstrusa eruit et patefecit, multos fideliter ac foeliciter erudiit, et harum optimarum artium semina in his regionibus late sparsit. Eo etiam multorum studia invitat et adiuvat, quod in machinis fabricandis singularis ipsius est industria et pene Archimedea. Est autem ingens decus harum dulcissimarum artium cognitio et propagatio, quia et multiplicem doctrinam continent vitae hominum necessariam, et, cum mentes ad naturae et ordinis considerationem adducant, testantur, hunc mundum non casu extitisse, sed ab aeterna mente architectrice conditam esse, nosque de multis virtutibus commonefaciunt. Quare et Plato dixit, gratam de Deo famam in his artibus sparsam esse. Cum autem sciremus, hunc *Valentinum* multorum studia iuvare, ostendimus quasdam nostri iudicii et benevolentiae erga eum significationes, minores quidem quam ipsius virtus merebatur. Sed si respublica tranquilla fuisset, maioribus iam beneficiis eum ornaturi eramus. Utque aditum haberet *Valentinus* ad Magisterii philosophici gradum, priorem ei gradum communi decreto attribuimus, qui a baculo nomen habet, ut veluti sceptro adolescentiam in scholis regat. Cum autem hoc tempore *Valentinus* in veteri et inclyta Academia Erfordiana doceat mathematica, non dubitamus, gubernatores studiorum in ea Academia, eruditione et virtute antecellentes, libenter proprio iudicio eum complecti ac gaudere, hominem natura idoneum ad Mathematica percipienda et illustranda in eam urbem venisse, in qua primum in Germania typus venturae Eclipsis publice propositus est magna cum admiratione hominum, cum Imperator *Rudolphus* Habspurgius ante annos 300 principibus Germanicis conventum ibi indixisset. Cumque literarum et philosophiae custodia praecipue mandata sit Academiis, docti et prudentes viri singulari benevolentia fovebunt hoc ingenium, quod speramus magno usui fore reipublicae in optimarum artium conservatione, quas ut eo maiore studio Erfordiana Academia tueatur, haec etiam causa moveat, quia in urbe tam magna et tam opportuna spes est, sedem literarum diuturniorem fore; ut meminimus, *Petrum Mosellanum*, facundum hominem ac iudicio et prudentia excellenti praeditum, ante annos triginta praedicere, paulo post Academias caeteras in his regionibus bella civilia dissipatura esse, ac in iis calamitatibus homines doctos et quietis amantes Erfordiam migraturos esse, eamque urbem hospitium doctrinae diuturnius futurum esse. Etsi autem Deum oramus, ut pacem his regionibus restituat ac servet Ecclesias ac discentium coetus etiam in caeteris urbibus huius viciniae, tamen, qualiscunque erit respublica, posteritati proderit, Erfordianam ornatissimam esse omnibus artibus. Propter has causas non dubitamus, viros doctrina et virtute excellentes in Collegio philosophico Academiae Erfordianae *Valentini* studia libenter ornaturos et adiuturos, quod etsi suo iudicio amanter facturi sunt, tamen, út aliquid addant erga eum benevolentiae nostra causa, magnopere oramus. Ut enim est una Ecclesia Dei, etiamsi in una urbe esse non potest, ita una est piorum schola, ubicunque sunt; et hanc sententiis et voluntatibus congruere honestissimum est, et vitae hominum salutare. Estque verissimum quod Plato citat ex veteri poeta, οὐ χρυσὸς ἀγλαὸς οὐδ' ἀδάμας ἀστράπτει πρὸς ὄψεις, ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόησις. Atque utinam aeterna sit concordia scholarum in his regionibus. Datae Wittembergae, die Iohannis Baptistae anno M. D. XLVIII.

No. 4272. 25. Iun.

N. Medlero.

Edita primum in *Rethmeier* hist. Eccles. Brunsvic. P. III. p. 31. Iterum e cod. Bav. I. p. 1033. a Danzio in epp. ad Medlero ep. 79., quem cod. iterum contulimus, et aliud apographon in cod. Goth. 401. p. 230. satis mendosum.

Reverendo viro, eruditione et virtute praestanti, Dom. Nicolao Medlero, Doctori Theol., pastori Ecclesiae Dei in inclyta Brunsviga, amico et fratri suo carissimo,

S. D. Reverende vir, et amice carissime. Uno et eodem modo respondemus omnibus pastoribus, qui nobiscum de libro Augustano deliberant. Et multi iam ad nos scripserunt. Cum aliud sit ministerium docentium Evangelium, alia functio Senatoria, in qua multi sunt vel non curantes doctrinam, vel non intelligentes harum controversiarum maximarum fontes, suademus, ut docti et pii concionatores seiungant suam responsionem a senatoria. Respondeant igitur concionatores plane, perspicue et categorice, se nequaquam assentiri huic libro Augustano, quem imperator proponit, quia errores multos continet, de quibus legito [1]) censuram nostram communi deliberatione hic a collegis scriptam. Illa vero, quam misisti, circumfertur mutilata singulari astutia, cum ego statim tunc ostenderim corruptelam sophisticam in articulo περὶ δικαιοσύνης. Intelligunt fide iustificamur, id est praeparamur, ut postea alia re, scilicet dilectione iusti, id est Deo accepti, simus. Haec initio monui, postea rursus de pluribus articulis communi deliberatione scripsimus, quam tibi mitto, et [2]) Senatui ostendere poteris. Nos principi Saxoniae *Electori* exhibuimus, et erit iam deliberatio ordinum huius ditionis ad quam vocati sunt et alii viri docti, *Ascanius* et alii. *Ulmensis* civitas [3]) aperte reiecit librum Augustanum; caeterae civitates ante paucos dies nondum responderant, et petiverant, ut imperator permitteret, ut convocarent aliquos doctos, ut deliberarent. Quid postea acciderit nescio. Quid vester Senatus responsurus sit, ipsius deliberationi permitto; sed gravitate ipsorum et pietate dignum esset, nequaquam recipere librum; quia, si recipiunt, statim initio obligant se ad impiam et blasphemam persecutionem. Sed ego nec his nec aliis leges impono; suam quisque confessionem suo iudicio et iuvante Deo sua constantia [4]) facere debet. Bene et feliciter vale. Postridie Iohannis baptistae. *Hamburga* non recipit librum Augustanum. Anuo 1548.

Phil. Melanthon
Ioh. Bugenhagen Pomer. D.

1) Rethm. *legite.*
2) Danz. *ut.*
3) Cod. Goth. 401. *Lindenses.*
4) Cod. Goth. 401. *conscientia.*

No. 4273. (his dieb.)

Auditoribus.

Scripta publ. Witteb. I, p. 215.

Philippus Melanthon (Auditoribus).

Honestissimus labor est, et bonis naturis dulcissimus explicatio simplex et vera rerum magnarum, quali in scholis diu iam usi sumus. Ideo malim praestare assiduitatem in schola, sed nunc occupationibus impedior, ut hac septimana non sim praelecturus. Deum autem oro, ut et has deliberationes et Ecclesiam suam regat. (anno 1548.)

No. 4274. 27. Iun.

Mauritio, Electori.

Edita in Actis synod. germanicis p. 119 b. In Actis synodicis latinis haec epistola non legitur, neque igitur in Consiliis latinis Melanthonis. — Iudicium de libro Augustano, quod Theologi Principi Electori cum hac epistola miserunt, iam absolutum erat d. 16. Iunii. Videntur igitur dies aliquot consumpti esse a scriba, cui illud ad apte describendum forsan tradiderant, nisi mavis statuere, epistolam Lipsiam quoque missam esse, ut subscriberet etiam Pfeffingerus non solum epistolae, sed etiam scripto d. 16. Iunii.

(Theologi Wittenbergenses ad Mauritium, Principem Electorem.)

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland und wahrhaftigen Helfer zuvorn. Durchleuchtigster, Hochgeborner gnädigster Churfürst und Herr. Ew. Churfürstl. Gnaden senden wir unser einfältig Bedenken, und bitten in Unterthänigkeit, E. C. F. G. wollen nicht dafür halten, daß wir aus Stolz oder Zank, Begierigkeit oder einigem Privat-Affect Frieden und Einigkeit nicht leiden wollen 2c., oder auch, daß wir aus Fürwitz unnöthig Gezänk suchen, wollen auch viel lieber in andern Landen seyn, so man uns dafür hielte, daß wir muthwilliglich den Frieden hinderten. So werden Ew. C. F. G. in unserm Bedenken sehen, daß wir viel streitiger Sachen übergehen, und aber in nöthigen Stücken keine Veränderung willigen können. Denn wer christliche Religion nicht für eine erdichtete Fabel hält, wie die heidnische Religion gewesen, der weiß, daß Gottes Wille ist, daß man die Lehre nicht verändern oder fälschen soll; weiß auch, daß solche Erhaltung rechter Lehre nicht ohne Arbeit und

HALIS
TYPIS EXPRESSUM GEBAUERIIS.